Gerardo boldezio Veronensi tanquam patri observandissimo Jacobus de vitalibus Brixiensis s.p.d. Putaueram ego antea vt ingenue fatear singulare medicorum decus Gerarde Veronensis Bartholomeum montagnanam preceptorem tuum quem tantopere tibi imitandum susceperas.quemque Platonis more altero pene quoque verbo miris in celum laudibus extollere consueueras.eruditum quidem atque apprime expertum medicum extitisse.Verum quoniam gratissimum te in eum nactus esset discipulum.qui diuino ingenio doctrina ac medica gloria clarus velut alter Hipocrates hac tempestate colereris.facile inducebar vt existimarem id Bartholomeo tuo vsu euenisse quod de grecis imperatoribus a Crispo memorie proditum legimus.Eorum enim inquit gesta tanta apud posteros habita sunt quanta fuere eorum ingenia qui illa scripsere. Postea vero cum preclara quedam de medendi ratione a Bartholomeo edita volumina perlegissem. atque illud in primis quod innumeris consiliis refertum vniuersam medicine scientiam summa claritate complectitur.cepi tanta viri illius veneratione simul et admiratione detineri.vt non modo tibi tanquam verissima de eo predicanti assentiendum esse censerem.verum etiam ceterorum pace dixerim plane concedendum assererem nullum fuisse medicum post principem Aboali quem semper excipio qui singulas medicine curatiue partes compendiosius apertius cumulatius attigerit aperuerit explicauerit.Generum namque omnium egritudines tam communes quam proprias diuine rimatus.cuncta que vel ad integram conseruandam aut nutantem vel iam labefactam erigendam reuocandamque salutem conferunt castigatissime plenissimeque adeo complexus est vt nihil iam excogitari posse videatur.quo aut doctus expertusque medicus delectari iuuari aut discendi studiosus erudiri et ad medendum introduci facile possit.quod non a diuinio Bartholomei ingenio cognitum longa quoque experientia comprobatum eius consilia docte dillucide copioseque ostendant. Ita vt siue de egritudinibus earumve causis siue de signis aut curis Montagnanam disputantem audire libuerit.nihil ab eo pretermissum nihil diminutum nihil ieiune aut incommode dictum diiudicare possis.Huius itaque viri summo desiderio accensus cum animaduerterem preclarissimum illud consiliorum opus quod multos annos apud paucos abditum latuerat. si in lucem prodiisset Bartholomeo quidem non spernendam gloriam.medicis vero omnibus vtilitatem maximam allaturum.operepretium esse duxi nauare operam vt eius consilia omnia vti in proprio exemplari reperta essent fideliter imprimerentur. atque ita imprimerentur vt quamquam multa de simili plerumque morbo inscripta consilia essent. quoniam tamen illis nihil preter inscriptionem commune erat.eorum nullum penitus omitteretur. ne si vno aut altero tantum impresso ceteri a rescassem manchi atque imperfecti operis curam suscepisse diiudicarer.Ita diuina annuente clementia factum.nihil additum nihil diminutum preter ordinem quem adiecimus.Ipse namque vti sibi casus medicam a se opem implorantes egros obtulerat ita salubriter consulens que consuluerat conscribenda curauerat.Quo factum erat vt passim ac sine vllo ordine quasi vagantia consilia non eque speciosum opus integrarent ac si suis queque digesta locis conspici possent.Accedebat preterea vt non facile inuentu legentibus esset quod cuique morbo consilium responderet.Horum igitur gratia cum arbitrarer ordinem operi quidem pulchritudinem non exiguam.lectori vero rerum inuentionem facillimam prestiturum.consiliorum omnium summam tres in partes distinxi.Quarum prima de regimine sanitatis.altera de propriis vniuscuiusque membri passionibus a capite vsque ad pedis calcem. 3[a] de toti communibus erit.non nulla tamen de propriis egritudinibus nuperrime inuenta consilia vltimo loco addita claudens.Quibus quo completius nulloque extrinsecus egens opus reddatur. Addemus 4[o] loco breues quosdam verum perutiles Bartholomei nostri de balneis tractatulos. Succedet que his vltimo loco alii quos de componendorum dosandorum administrandorumque medicaminum regulas edidit vna cum antidotario. quamquam nescio quis vt ferunt illos sibi falso post Bartholomei nostri mortem ascripserit.Erit itaque vniuersum opus in quinque partes distributum.Hec autem omnia fecimus quoad potuimus principem imitati.cum quo merito Bartholomeus noster dicere potest.Non est autem bonum vt plurimum huius operis non sit apud vnum quemque qui huius nomine doctrine vocari et per eam lucrari desiderat.Minimum namque quod medico necessarium est comprehendit.Quod autem superadditum est incomprehensibile est.Uale.

Gerardus boldrius phisicus Veronensis accutissimo doctori Jacobo de vitalibus Brixiensi s.p.d. Superioribus diebus litteras tuas mihi quidem gratissimas accepi.ex quibus et amor in me singularis et non mediocris tua dicendi facultas ostenditur.In quibus preterea quomodo quaue semita miroque ingenio consiliorum opus Bartholomei montagnane preceptoris nostri hinc inde dispersum vagantem ac absconditum tua arte opera industria atque ingenii accumine non modo in lucem reddidisti intellexi. verum etiam maxima tua doctrina summis vigiliis lugubrati omnibusque ita composite ordinasti. ac in diuersas partes suo ordine distinxisti vt a viris in facultatibus nostris non modo eruditis.sed apprime consumatissimis.te vir laude dignum atque bonarum disciplinarum imbutum esse iudicent et teneant. Sed ne illius mortalis intelligentie Bartholomei montagnane nostri immemor esse videar aliqua memorie digna ac assidue per ipsum maximis laboribus continuo studio accurata diligentia atque incredibili solertia composita ordinata atque suo ingenio perspicaci in lucem deducta atque confecta aperire narrare.atque etiam verum testimonium reddere intendo.quo tale consiliorum diuinum opus quibus est equum laudibus exornetur magis magisque Bartholomei montagnane nostri doctrina incredibilisque scientia non modo in rebus communibus et vniuersalibus vtriusque partis medicine in regimine sanitatis ve dillucidetur.verum etiam in simplicibus nominibus grecis ebraicis atque latis. Quorum virtures proprietates singulares innumerasque nature dotes mihi non modo publice legendo disceptando. sed continue ipsum pedes peditem

semper insequēdo edocuit atq; aperuit. Doctor ē verus simplicium sua incredibili ⁊ innata quadā cognitione ipsorum discretiua vnicus erat. qui cū de eorum aliquo sermonem quouismodo ⁊ vbilibet faciebat. ceteri omnes scilentio ducti gratis acquiescebant. ⁊ visa experientia confirmabat. Nequeo pre temporis angustia quantum deceret extollere admirandum illud consiliorum opus īauditum atque ab eo me interdum scribente cū vniuersi studii tota caterua scolastica cōpositū cōpilatum in regimine sanitatis in propriis vnicuiq; membro passionibus ac morbis particularibus in curandis febribus in digerendis materiis in dearticulandis egritudinibus in pronosticādis bonis malisq; futuris. Quorum difficultas quantuz subtilis ardua atq; cognitu difficillima sit vetustissimi suis in codicibus ostendunt principes. Nonne magister alfabeti medicine qđ est anathomia vulgo dicebatur profecto. Nam quotiens in casibus arduis siue colegialiter siue in palestra aut ex tempore his occulis ⁊ auribus hausi. vna tamen cum turba plurima scolastica. hūc patrem nostrum studiosissimum ac memoriosissimuz vltra q̄ȝ satis dici possit conuenientem cum Anthonio cirmisoni viro quidem grauissimi sensus ⁊ sani iuditii. qui etate sua inter equiualentes indicationes alternatim sibi aduersantes electionis libra fuit. De quo plana erat sententia qȝ pro suis gratis conformibusque instrumentis verus opifex et nature adiutor fuit. ac etiam cum solertissimo Ugone Bentio Senense accutissimo quippe. Ipū tamen pater hic noster eorū dicta lōgis ſmōibus ⁊ copiosissimis auctoritatibus vallata curiose stati ad vnguem et suo ordine resumeret respondēdo confutando casumq; egritudinum ⁊ complicatorum accidentiū in terminis stabiliret cuz causis quibuslibet signisq; propriis discretiuis. inferretq; pronosticuz ex his vnđcūq; assumendum. poneretq; tandem intētiones curatiuas suo ordine cum instrumentis ꝓportionalibus. Que proprie propria sepius suis propositis accomodabat. hinc inde collecta ex codicibus ill' medicine veterum principum. quorum sepulta fere erat apud superstites memoria. Ipse autem tanquam ex sono resurgere faciebat. Secū enim continuo erant vigiles vt Plinius Paulus Theodoricus Priscianus Cornelius celsus. ⁊ q̄dā volumina non vulgata Galieni ⁊ aliorum plurium qȝ illi astantes collegē ꝗ etiam de principatu medicine tūc temporis altercabantur ⁊ contendebant. Hoc patre nostro Bartholomeo viso ⁊ audito tanq̄ȝ stupidi defferebant facile credebant sibi plurimum honoris veri theorici textualis ⁊ conformis practici cōmittentes. Adhuc noui plures huius seculi qui ipsum sepius sic ⁊ tempore prōpte compositeq; allegantem colluerunt. Quam ptē non reasumā arbitratus ē cōfiteri se habuisse prīcipium eius ⁊ elementa a diuo preceptore suo dignissimo. ⁊ luminari maximo facultatis nostre. viro quidem omnium electissimorum optimo Marsilio patauo đ sancta Sophia cuius perennis fama quam prior etas ⁊ memoria famat. Sic ī mētibus Iacobi forliuiensis sui prius emuli. postea vero đuotissimi filii cēsor fuit qȝ nō eius sinceri animi ītegritas q̄ȝ bonarum litterarum splendor ac doctrina inferior fuerit. Prætereaz ne cirugie scientiam cuius scientie ⁊ artis hic Bartholomeus montagnana noster pace omnium dixerim antiquissimorum omnium veterum inuentorum atque prīcipum solus verus atq; fidelis operator ac interpres sua tempestate fuit. Quid p immortales deos in curandis egritudinibus dignius. quid ī apostematibus incidendis aptius. quid ī extrahendis ossibus comodius. quid in applicandis vnicuique morbo remediis vtilius. ꝓfecto nemo. Solus enī intot preclarissimorū hominum corona huius cirugie scientie atq; artis merito locum primum nuncupabat. quam partem a teneris annis primo professus est. Ultīo vero quid in compositis ꝓ animantium vita tuenda non fecit. nonne antidotarium in tot annis congestum compilatumq; testimonium nobis prebet. Cuius vtilitas non tantuz latinis sed etiaz barbaris p maxīa extitit. Quare gratulor gaudeoq; de tanti talisq; dignissimi viri meritissima fama vt ea que ab ipso summo studio in legendo maxima solertia in disputando. fidissime in docendo pissime in praticando. misericorditer ac diligentistime in consulendo singulis diebus tanto tēpore assidue viua voce audiuimus Nūc me superstite merito pro presentium abundantissima atq; copiosissima doctrina et vtilitate maxima ac posterum eťna memoria si non in totum saltim aliqua in parte non modo in lucem deducta sed sculpta prōpta atq; insignita perpetuo maneant. Uale.

Bartholomei montagnane medici preclarissimi medicinale opus excellentissimū. đ oibus egritudinibus comunibus ⁊ propriis ī quinque partes distrubutum feliciter incipit.

Pars prima de conseruatione sanitatis.
Pars secunda de egritudinibuus propriis vnicuiq; membro a capite vsque ad pedes.
Pars tertia de egritudinibus toti comunibus.
Pars quarta de balneis.
Pars 5ª de regulis componendi dosandi ⁊ administrandi medicinas vna cū antidotario.

Pars tertia de passoibus coibus nulli meb° a ppri atis et p° de eis que no sut febres cotines cosilia

FINIS.

Tractatus aureus de conseruanda sanitate corporū quoꝝ caput ⁊ stomachus per augmentum hūiditatis declināt a medio cōtinēs capitl'a vii.

Capitulum primum premittit fundamentū regiminis sanitatis mēbroꝝ illorum et totius corporis.

SUo precipuo domino generosissimo atqȝ reuerēdissimo ī xp̄o patri dn̄o Petro donato sūmi pōtificis prothonotario condignissimo Bartholomeus de mōtagnana phisicorum minimus salutem ⁊ eiusdem conseruationis canones dirigit. Cupiens canones cōseruandi sanitatem atqȝ euitandi nocumenta itinerandi vel commorandi domino prescripto diligenti cōsideratione dirigere premitto necessarium esse. ad cuiuslibet membri conseruationem intendere. verum magis ad ea que sibi in genere mēbrorum magis lapsa videntur. Cuȝ igitur ipsius caput et stomachus ab equali declinent ad intensam humiditatem satis. ea propter esse conscribendum regimen. et si aliorum mēbrorū cōseruationem intendat. erit tamen excessus horuȝ duorum membroꝝ proprie correctiuuȝ. Huius autem fundamentum stabiliendum circa sex illa sine quorum applicatione corpus humanum nec esse nec persistere potest. que res non naturales a medicis numero sex nuncupantur. Et sūt aer. Cibus et potus. Exercitiū ⁊ quies. Inanitio ⁊ repletio. Somnus et vigilia. Et anime accidentia. Neqȝ etiam itineranti vobis hoc regimen solummodo veꝝ etiam persistenti ipsum diligenti affectione tenendum. Ipsum autem in septeȝ secui partes hanc. s. primam que consulendi fundamentū est venata. Secundum capitulum ponit causam conseruandi sanitatem per regimen aeris. Tertiuȝ p rḡien cibi ⁊ potus. Quartū per regimē motus et quietis. Quintuȝ per regimen inanitionis et repletionis. Sextum per regimen somni ⁊ vigilie. Septimum per regimen accidentium anime. His enim attentis facile sanitatem gubernare poteritis.

Capitulum secundum de conseruatione sanitatis per electionem ⁊ rectificationem aeris.

Quia secundum Gallienuȝ terapeutice nono. Aerem velimus siue nolimus vnicuiqȝ concedimus igitur merito ab ipso incohandum. Eligatur igitur aer ciuitatis vel loci vel camere yemali tempore ad caliditatem notabiliter vergens. reliquis autem temporibus in calore sit equalis. Quouis autem tempore anni semper ad notabileȝ siccitatem declinare debet. Euitētur igitur camere vel loca antiquis muris condita testudinales etiam cooperturas habentia mucore et reumate plena aquis etiam propinqua et sole ⁊ stellis ⁊ aeris serenitate priuata. vasta etiam habitacula vento et occidentali aspectui aquilonari exposita reprobētur. habeant autem camere orientalem aspectū ⁊ meridionalem. licet non totaliter meridionali exponi debeant. Et quia vestes aliter et aliter aerem modificantes ⁊ occurrere prohibentes aeri connectuntur. Ideo prius generosi capitis vestri tecture sint ex biretis vel infulis scarletinis colore kermes diligenter intincte aut sibi similes. Laudo etiam permaxime yemali tēpore biretum fulciri debere variorum dorsibus. Neque etiam in sola capitis tectura leui persistendum quinimmo ī consumptione humiditatis que continue perauget vigilandum. est enī in ipso marcoris capitis caniciei ⁊ reliquoꝝ cōsimiliū causa. Sit igitur capitis cooperimenta sibi decenter applicata et ipsum nullatenus costringentia. Neqȝ etiam relique vestes collum ⁊ pectus strigere debēt stomacho autem et ventri vestes decentius ac q̄si constringendo copulate seruentur. in vestibus etiam ventris crocus lignum aloes ⁊ ambra seruentur. Est eniȝ odor hoꝝ cerebro. vigorem addens Muscum autem vobis multa sui euaporatione non laudo. Itineranti autem vobis diligentius ī nocte muniatur caput vt simplici scarletino bireto superponatur aliud prefato modo suffultum In die vero caput biuarico capello equitando tegatur. qui sui amplitudine non solum caput sed collum ⁊ humeros abundanter operiat. Aliter ei de nocumento nuce ⁊ filiorum suorum propter humiditatis et frigiditatis excessum timeretur. Manuum etiam optimam conseruatiouem optima tectura procurare oportet. Memoria etiam non excidat deffensioneȝ attendere pedum. ipsos caligulis omni sero permutatis vel exiccatis vel ex filtro factis ambū e. Et quia iter agentes oportet frequenter loca fetida aeris nebulosa pestifera vel caliginosa transire. Ideo ad horum preseruationem omnium iuuat pomum hoc odorare frequēter. ℞ laudani electi. ʒ. iii. ligni aloes. ʒ. i. ambre. ℈. ß. gallie muscate storacis calamite ana. ʒ. i. ß. fiat pomum cum aqua ros. muscata. Et si huic descriptioni addatur camphore. ʒ. i. melius esset in prohibendo pestiferi aeris impressioneȝ Loco etiam pomi huius conueniret odor maiorane serpilli rorismarini saluie et similiuȝ. Stātes autem habentes aerem male qualitatis ipsuȝ corrigere possūt. ℞ storacis calamite laudāi ana ℥. ß. thuris gumosi. ℥. i. ligni aloes. ℈. i. fiat pl'uis ex quo medium coclear ignitis superaspergatur prunis. talis enim fumus maliciam aeris reprimit. Optimum etiam est accendere ignem magnum in camera cū lignis iuniperi lauri cupressi vel similium. rectificat enim ignis talem aerem ⁊ regalia mēbra confortat. et hec persepe necessaria sunt iter agentibus ⁊ pestifera loca pertranseuntibus ⁊ colentibus. vel ea in quibus de pestilentie dubitatur euentu. Ut constantie ciuitas ī qua consilium pro sacre sancte cristiane fidei. quaȝ deus influat vnione āno gratie xp̄i millesimo cccc^o 5° celebratur vbi me iudice haud paꝝ de pestilētie casu versus finem dominii germanorum ⁊ d' incepe dubitatur. Similiter quoque et prefate suffumigationes vtiles existunt transeuntibus ⁊ habitantibus hospitia vel immunda loca. aut ea in quibus preolpitati fuerunt pestifera ⁊ immunda loca colentes.

Capitulum tertium de conseruatione sanitatis per electionem ⁊ rectificationem cibi ⁊ potus.

Ciborum autem ⁊ potus regimen exequendo aliquos sicut et in sequentibus capitulis premittaȝ canones. Primus nunq̄ comedendum est nisi fames naturalis insurgat. ⁊ cū affuerit illico comedendum. quoniam tollerare famem stomachum putridis replet humoribus vt 3^a primi 7° capitulo. Secundus stante intensa fame non est come-

dendum usq; ad saturitatē. immo cibus accipiat famis reliquiis adhuc ī stomacho manētibus. Tertius canō nō ē comedendū. nisi dū p̄ceptū fuerit primum cibum a stomacho ad intestina descendisse et in hoc limitatio temporis habeatur ut inter primum et secundum cibum hore intercedant octo saltem. Quartus non est comedendum dum in stomacho sentitur fastidiū ⁊ proprie cū fuerit fastidium ex grossis nutrientibus. quoniā cum fastidium provenerit ex grossis nutriētibus facit hereditare dolores iuncturarum renum et disniam podagram duriciem splenis ⁊ epatis ⁊ morbos melancolicos et flegmaticos 3ª primi. Quintus subtiles cibi semper preassumātur grossis. qui autem sint infra videbitur. Sextus canō mensura cibi talis existat ne stomachū gravitet et potus etiam ne in stomacho fluctuet. deterior est comestio que stomachi gravitatem facit. sicut deterior potus est qui temperamentum egredit et in stomacho natat ubi supra. Septimus percepta stomachi debilitate partiatur cibus respectu soliti. ita q̄ portio que in vice una accipi solitus est ī duas partiatur. sic enim melius digerit. In cibis igitur in pane exordium capiam et merito cum sit fere totius cibationis fundamentū ut Galienus alimentorū primo. Evitetur igitur panis omnis factus ex frumēto male messis aut in pestifera regione collecto. Corrumpunt enim mortalitates vegetabilia et plantas et corrumpuntur aīalia eis vescentia. Evitetur etiam paīs non bene coctus humidus et fermenti et salis parum recipiens. sit igitur panis de puriori parte farine quam similā vocant factus. communi modicum salitior et eo fermenti amplius recipiēs nō per coctionem denigratus. sed candidus manens et partibus combustis si contingit vel crustosis abiectis trium vel quattuor ad plus dierum etatem habens. Laudo etiam vobis biscoctum panē cum granis feniculi ex eo aliquid ante cibum sumendo. nisi ventris constipatio prohiberet. De carnibus autem videndum ē. Primo quorū animalium carnes competant. Secundo que de numero partium animalium laudabiliores existāt. Tertio quis cognitionis vel preparatōnis modus. In animalibus primo iterum de domesticis. 2º de silvestribus dicendum. Adhuc ex domesticis. primo de quadrupedibus. secundo d̄ volatilibus transeundum. Ex animalibus autē quadrupedibus conveniunt carnes vituli lactentis nativitati non valde propinqui per duos menses ab ea distantis. et annum unum non valde transeūtes. Conveniunt etiā capretine suo tempore per xx. dies a sua nativitate distantes. Castratine etiam iuvenes et non macre conveniunt. Porcinarum autem carnium usus elongetur. nisi partiū macrarum. ut longie et humerorum recentium suo tempore et assate potius q̄ elixe probantur. Agnine etiā carnes ei non conveniunt. vaporosum enim et flegmaticum dant sanguinem. Si tamē aliquando placeant eligatur agnus a nativitate distans et cum suo grege exercitando degens. nutriti autem in stabulis agni et farinam lini pingues teneli studio comedentes evitantur. Ex quadrupedibus silvestribus eligātur carnes capreoline leporine et aprine cervine etiā sumi possūt. Relique autem quia non sunt in usu sciratulorū et similiū reptilium carnes dimittantur. De volatilibus autem domesticis conveniunt pulli non tamen parvi qui solum si habeantur iunioribus absenibus assati q̄ elixi meliores. Laudātur galline capones pavones iuvenes et columbini saltē per xx dies a nativitate et nondum perfecte pennati. Horum tamen omniū solide ⁊ antique carnes dimittantur. Anates autē si fuerint iuvenes non valde pingues laudantur. raro tamen usu et rarius anseres. Anates autem asse meliores erūt. Anseres vero elixe. De volatilibus vero silvestribus. Laudantur starne perdices fasiani grues et parve aves in dumetis et nemoribus degentes ⁊ turdi meruli finchi carduelli muscardelli betucii philomene ficedule alaude caude tremule t̄tures et relique similes. Quales vero difficilis sunt digestionis ⁊ nauseatīe stomachi. Passeres aut irundines pice et reliquorum nō usualium carnes dimittantur. Animalium vero volatilium ī aqua degentium vobis in usu non existant. Et si quandoq; accipiantur. fiant cum aliquo saporum īfra scriptorum condimenta. Laudo etiam columbos silvestres iuniores tamē ex eis. Conveniunt etiam vobis in usu accipere salitarum carnium aliquid elixarum in cibis que macre sint quia stomachum confortant. De partibus autem animaliū premittendum primo q̄ oiū aīaliū quorum nutrimentum grossum frigidum et viscosū oppillativum et vaporosum est carnes dimittātur. Secūdus canon animalium omnium anteriora calidiora sunt et digestioni leviora. posteriora vero econtra. Tertius si caput stomachum collum aliegrossi et viscosi nutrimēti partes assumere libet intentione remittendi calorem. aut excitandi appetitum melius est predicta aceto premacerata fuisse. A capite igitur iniciens inquā cuiuscunq; cerebri complexionem frigidam esse et humidā et esse mali et viscosi nutrimenti generativum. Ideo cum speciebus et sale bene condiri debet. raro tamen tāgatis. remollit enī stomachū. tarde digerit. appetitum deicit. Laudabilius tamē ceteris est cerebrum edi et vituli et pullorum et in summa omnium natatilium volatilium cerebrū et maxime montanorum quadrupedum cerebro laudabilius extat. Capitis autē partes alie dimittantur preter oculum. mamille autem sicce complexionis existunt. Et si iuvenis fuerint animalis collaudantur. Medulla licet calida sit et humida devitetur. stomachum enim conturbat et mollificat et appetitum delet. Pulmo accidentali cōplexione frigidum est et humidum quia flegmaticus. Complexione vero radicali calidus est et siccus ⁊ nō est malus. Cor licet calide complexionis et sicce sit quia tamen difficilis digestionis nisi fuerit iuvenis et mollis animalis nō valde frequētet. Epar calidum est et humidum tarde digeritur sanguinē prebē grossum: et ī venis tarde penetrat. De volatilibus tamen melius est epar galline et anatis. De quadrupedibus epar edi porci et vituli. Splen frigide complexionis est et sicce mali nutrimēti tard̄ digestionis. melius tamē ī eodē genere est splen porci. Laudatur enī stomacho sua stipticitate conferre. Renes in caliditate non multum elevantur sed in siccitate valde. Ideo q2 nutrimentum paucum exibent et grossū. meliores tamen renum sunt porcini et edini et non multi

vsus. Ventres vere sunt complexionis frigide et sicce nutrimentum paucum ⁊ grossũ dantes. Laudabiliores vero sunt ventres auium q̃ quadrupedum. comedantur tamen cum aromatibus. Galline autem stomachus ⁊ maxime eius interior pellicula stomacho confert si bene digeratur. Cauda calida est. et coleram generat. et laudatur. quia in fastidium reddit stomacho non sit ĩ multo vsu maxime si fuerit valde pinguis. Pedes vero licet viscosum dent nutrimentum: non tamen valde vituperantur eorum tamẽ nutrimẽtum ẽ paucarum superfluitatum. sunt etiam boni chimi ⁊ sui ventrem leniunt nutrimento. Cauendum tamen ne comedantur cum diu in aceto macerati fuerit Testiculi calidi sunt ⁊ humidi laudabile nutrimẽtum exibent. q̃toq3 iuniorum animalium eo meliores sunt. Ex quadrupedibus autem meliores sunt vitulorum et yrcorum. De volatilibus pauonum pullorum et fasianorum perdicum vel similium. Et elixi etiam meliores q̃ alio preparationis modo. Ale animalium omnium iuuenum laudabiles sunt. Caro autem rubea ⁊ sine pinguedine vt musculi et pulpe animalium laudabilis est. generat enim bonum sanguinem paucaruz superfluitatum. et melius nutrit q̃ pingues animalium partes. Pinguedinis namq3 nutrimentum vaporosum est et vnctuosum et multarum superfluitatum. Caro autem sibi commixtam habens pinguedinem virgulatam vocatã satis est laudabilis. nisi salita fuerit ⁊ rãcida. Cutis vero nutrimentum frigidum est et siccum viscosum et oppillatiuum ideo dimittatur. ¶ De preparationis autem modo nunc dicendum premittendo canones. Primus q̃ omnium animalium habentium grossa et macra corpora carnes meliores sũt elixe q̃ assate et ĩ saporibus macerate q̃ sine. Secundus q̃ carnes virtutem acquirunt eorum quibus coquuntur et preparantur, et si cum fabis et faseolis et in summa cum leguminibus omnibus ventose et grosse fiunt. Si vero cuz ouis riso herbis et foliis calidis odoriferis econuerso. Tertius q̃ assatorum superficies indurata non comedat Quartus canon summopere cauendum est: stando vel itinerando maxime comedere carnes assatas. que post coctionem calide suffocate fuerint. vt inde eleuatus vapor super eas reflectatur. parua eniz venẽositate participant vt 6ª quarti colligẽdum. Caro animalis laudabilis elixatione sufficienter cocta pre aliis vobis est eligenda. immittãtes autem comunem consuetudinem concedimus in mane magis elixum. in sero vero assatum. est enim difficilius digeri. quare in sero laudabilius cum melior in nocte digestio celebretur. Caro vero super prunis cocta difficil' digestionis existit ita q̃ nunquam bene tota digeritur et sola comedi debet nullo eã precedente vel subsequẽte cibo et post eam parum bibatur. si tamen bene digeratur multum nutriens corpus robustum reddit Caro vero cum pinguedine frixa fastidium ⁊ nauseam generat. et grauior est q̃ cocta super prunas. Frixa vero cuz oleo more sarracenorum vel diligentium oleum melior et lenior esse dicitur Caro vero in furno cocta ceteris est laudabilior et multum bene nutrit. non tamen ex ea magna sit repletio. Caro autem ĩ veru assata laudabilis est. sed iam nunc dicta minus. Caro omnis confnata et salsa vt farciminum landutulorum ⁊ aliorum non valde pinguium est laudabilis. exiccat enim et consumit superfluitates. Caro vero cocta cum laganellis et pastilibus cibis aliis cuz frumento cum boldonaciis et similibus grossis mala est. Carnes autem cum aceto condite saltẽ estate laudantur. similiter cum agresta succo arancior um limonibus. zuccaro tamen his omnibus rectificatis. vigorant enim preparationes tales stomachum et epar. Hieme autem istis addant' aromata. Carnes vero cũ gelatina succida soffritis camellino ⁊ similibus permaxime vtiles. Carnes etiam cuz ouis caseo et aromatibus laudabiliter preparate sunt vtiles. similiter cum plantis ⁊ foliis odoriferis de quibus infra. ¶ Quia vero fidelibus legem colentibus non semper in carnibus licentia donatur. vt in quadragesima. ideo post carnes ad pisces sermo pertranseat. Primus canon in piscibus. omnes quicunque sunt molliorũ carniũ vt tince cefali et similes quanto maioris corporis tanto meliores. In habentibus solidas carnes econtra. vtrobique eniz excessus etate. Secundus omnes pisces actualiter calidi comedant' Tertius est ex nullo piscium genere fiat repletio ita q̃ minus ex eis sumi d3 q̃ ex carnibus. Quartus canon non multum insistatur vsui piscium Quintus tempore quo necessitas exibet eorũ vsũ comedantur cum aromatibus aniso feniculo ⁊ saporibus infra dicendis. Eligantur igitur ex eis fluuiales fontales aut lacunales non stantium aq̃rum immo currentium. Conueniunt etiam maritimi solide carnes vt orate varioli marsiones sterliones rumbi menule sturiones et sibi similes quos diu consuetudo probauit. Similiter ex aliis torrentine carpiones lucii capedani et sibi pares Omnes autem lacunales et lutosis et stantibus aquis cõmorantes ⁊ maritimi etiaz molles ⁊ ample carnis euitentur vt regine tince anguille ⁊ scardulle. In salitis autem eligãtur sturiones carpiones lucii et regine. accefalis vero et murenis salsis non vtendum est. Cancros vero fluuiales raro tamen et ex eis modica assũptione laudo. Cãcri vero maritimi paruuli laudabiles sunt. Oua vero quouismodo conueniunt. meliora tamẽ sũt in aqua cocta sale et aromatibus condita et agresta suo tempore. Frixis. autem raro vtendũ ouis et si placeant preparentur cum petrosellino feniculo menta et similibus. Sint q3 oua. galline nõ anseris vel alia. Lactis vero vsum omnino vobis reprobo. et similiter lactiniorũ3 vt colostre casei recentis vel mollis. Caseum vero inter nouuz et antiquum medium laudo. sitq3 solidus non viscosus et salsedine magis q̃ dulcedine participans Leguminum autem vt fabarum vsus faseoloruz cicerum alborum euitetur. Ciceribus autez rubeis feniculo aut petrosellino conditis vti potestis Similiter rizo pannico, et farre. frumento autez cocto et dorella nequaquam. De oleribus autem laudo feniculum petrosel' serpillum saluiam mẽtam rosmarinum cerefolium bletam boraginez maioranam et reliquas calidas plãtas. Caulibus etiam rationali iudicio ĩ brodio pingui cocti vti potestis. cucurbite vero angurie et cucumeres reprobentur. Melone autem vti potestis sed non cuz cibo quoque vt mos ẽ hodie plurimũ. et melius ẽ comedere ipsũ solũ l3 ⁊ cõsuetudo cõtradicat

post cibum secundum Auicene preceptum. Melo autem est tarde digestionis nisi quando comeditur cum eo quod est interius. et eius humor est melior. oportet preterea vt post cibum sequatur alium. Qui autem concesserunt ipsum ante cibum non querunt ex eo nutrimentum multum et timent longam eius in stomacho moram. si detur post cibum propter quod putrefactionem ex ipso fieri suspicantur. Olera autem frigida vt lactuca endiuia portulaca bletones cresciones que in fontibus crescunt attriplices et similia vobis non conueniunt. magni tamen estus tempore in ferculo vel salatitio cum aceto vel agresta accipi possunt. et melius erit ei commiscere calida vt mentam petrosellinum saluiam. De radicibus autem laudabilis est baucia. i. pastinaca secundum omnem preparationis modum. Alleum autem cepe porrum et bulbus. licet ex parte complexionis calide conuenirent. Hec tamen omnia quia inflatiua stomacho motiua et mali sunt humoris generatiua dimittantur. Rape autem ac napi. quia frigide sunt et humide non conuenirent. quia tamen prouocatiue sunt et superfluitates aquosas a corpore educunt laudantur cum pinguibus carnibus in igne cocte cum sale et feniculo comeste. Composte autem non valde acetose sufficienter melle et bonis speciebus condite sunt vtiles. Rafanellus autem que comeditur quandoque vobis concedi potest. maxime post cibum. et licet inflatiua sit tamen eius iuuamentum est multiplex. quia aperit subtiliat resoluit et exiccat. sit tamen eius vsus non multus. quia oculis nocet. Locuste autem valde laudantur. calide enim sunt aperitiue resolutiue et boni humoris generatiue. De ferculis autem laudatur pannata xpianorum cibus brodium laudabilium carnium ius cicerum et caulium et bletarum folia et radices petrosellini ferculo condite cum granis et oleribus omnibus supra concessis. Sparagi quoque et bruscandoli suis temporibus conueniunt conditi secundum consuetudinem. In fructibus autem primus canon est quod fructus omnes humidi et aquosi viscosi euitandi sunt. nihil enim ita vaporosum sicut fructus 3a tertii capitulo de egritudinibus stomachi. Secundus generaliter omnes fructus recentes deteriores sunt siccis. Tertius fructus lenitiui vetris super aliis ab eis omnibus premittantur. constipatiui econtra. Quartus fructus post cibum sumpti plurimum meliores sunt cocti quam crudi. Poma igitur euitentur et maximus eorum vsus. meliora tamen sunt cocta et zuccaro consparsa. meliorat enim ipsa zuccarum et descendere facit. eligatur igitur ex eis apiola dactilica calimana galiola. et in summa citrina vel rubea boni odoris et dulcedine participantia magis. Similiter pira vt ea que sancti Nicolai cognominantur. et reliqua dulcia non valde solida et sint post cibum cocta aniso condita conspersa. Cibum enim in stomacho vniunt et melius digestioni preparant et caput a vapore securant. Reliqua vero terrea pira calculosas partes in substantia habentia dimittantur. similiter suo tempore laudantur muscata pira iuniola glaciola et similia. Persica vero quia frigida et humida et aquosa renuenda forent. verum quia sunt eustomaca et diuretica eligantur ex eis citrina permaturationem non valde mollia. et secundum Auicene preceptum deberent ante cibum accipi. post ipsum enim propter eorum humiditatem multam prona sunt corruptioni: ad quam et reliquum inclinant cibum. verum circa hoc standum est consuetudini et quantitati assumptionis eorum. par enim ex eis non tanta minatur pericula. et quia cibus etiam alius preacceptus laudabilis eorum nocumenta castigat. Pruna quoque quia frigida et humida non placerent. gratia tamen mundificationis stomachi et ventris et estus tempore laudantur quinque vel sex et sint citrina magna recentia et bene matura et ante cibum capiantur suo cortice denudata sicca non nisi medicine gratia conuenirent. Ficubus autem vti potestis et meliores sunt albe citrine et magne recentes et bene mature et comedantur ante cibum. Eis enim inest lenificatio vltima can. 2° proprio capitulo. propter quod post eas conceditur aqua vt lenificationem augeant. meliores tamen vobis existunt sicce. aperiunt enim opillationes epatis et splenis. et ventrem mutant. verum quia habent partem acutam epati nociuam. laudauerunt sapientes vt cum amigdalis dulcibus comedantur. Corrigitur enim per ista acuta colere rubee generatiua et eas etiam ante cibum sumere melius. Dactili autem quia calidi conuenirent vobis. at quia sanguinem generant grossum oppillatiuum. ideo non multus sit eorum vsus. Pincarum etiam grana calida sunt et bona essent. verum non laudo. sunt enim de rebus stomacho nimia vnctuositate nocentibus 3° 13a ca° de iuuantibus et nocentibus stomacho. Fistici autem autem calidi sunt et sicci conferunt stomacho et epati valent appetitui et nauseam prohibent et post cibum capiantur. Amigdale vero dulces licet temperate ponantur cum zuccaro comedantur. tunc enim lenius nutrimentum exibent. Laudo tamen magis iuscula ex eis facta ytalicorum modo. Auelane calide et sicce sunt tarde digestionis vomitum excitant caput grauant ideo dimittantur. Torrefacte vero et zuccaro condite epati conferre dicuntur 3° 14a de his que epati conferunt. laudauit autem eas peritissimus Ipocras quia in cerebro augmentum faciunt. Citrorum vsus hic non habet et dimittantur quia valde frigida. nisi vasti estus tempore. tunc enim pulpa in centro existens caloris est potenter remissiua et frigida et sicca. Eorum vero cortex calidus et humidus valde cordialis et capitalis. semen autem calidum et siccum et sunt a natura dotem habentes corrigendi pestiferum aerem eius a natura occulta castigando malitiam. Melle vero ipsa confecta quandoque tangi possunt et secundum Auicene preceptum quando ante ipsa nihil nec postea comeditur. Cerasis autem non vtendum. frigida enim et humida sunt putrefactioni valde parata. quod ostenditur quia tertia fere die in eis per semitam putrefactionis vermes increscunt. Eligantur autem ex eis remittendi feruoris alba vel rubicunda solida compacta et pauce humiditatis recentis ab arbore lecta et post cibum licet pauca capiantur. Crisomilla frigida sunt et humida febribus homines inclinantia quia humores velocis putrefactionis generantia ante cibum etiam accipiantur. et postea vini magnifici potus addatur. Comestio anisi conditi rectificat ea. castanee vero frigide sunt et sicce permaxime ventose et difficillime digestionis et nimirum

qr species glandium sunt. et sunt ex his etiã que
non digeruntur. quare dimittantur. q̃ si ipsas ca
pere contingat comedatur etiã post eas anisum. Iu
iubas iterum vobis euitari debere enuncio. frigi
de enim sunt in primo gradu ĩ humiditate ⁊ sic
citate ambigue. de quibus Galienus inquit: Non
reperi iuiubas in conseruanda sanitate ⁊ egritu
dine remouenda aliquid operantes. Sed difficil'
digestionis ⁊ pauci nutrimenti. Mora vero si be
ne matura fuerint ad caliditatem declinant. ⁊ an
te cibum sumpta ventrem leniunt. Non perfecte
vero matura stipticitatem habent. ideo fluxũ hu
morum ad stomachum prohibent. ⁊ post cibum
conueniunt. Granata trium sunt specierum dul
cia q̃ frigida sũt ⁊ hũida. Acetosa que frigida ⁊ sic
ca. Musa. i. medii saporis inter primam comple
xionem mediam obtinentia. Dulcia sibi aliquid
habere videntur. non est tamen eorum vsus vtil'
Acetosa vero gratia preseruationis a putredine
magis q̃ cibatiouis via probantur. Muza vero
vtrisqz horum extremorum virtutibus appro
bantur. Et si granata omnia sint vrine prouoca
tiua. magis tamen acetosa fore talia comprobari
tur. mirabilem habent etiam proprietatem cor
ruptioni cibi in stomacho. vt Auerois 5° colliget
qđ sane intelligi debet de corruptione a calore
prouenibili. Citonia frigida sunt ⁊ sicca que ante
cibum quouismodo preparationis assumpta ven
trem stringunt. Post cibum vero comprimendo
laxant. omnes igitur eorum species tam dulcium
q̃ acrium conuenire videntur. stomachuz confor
tant appetitum excitant ⁊ vrinam prouocãt. Nu
ces autem quia calide sunt ⁊ sicce ex hoc conueni
re deberent. sed quia stomacho graues digestioni
difficiles vomitiue sunt ⁊ capiti ⁊ pectori nociue
ideo dimittantur. Corrigitur tamen earum ma
licia eas permiscendo ficubus. Impediunt autem
sermonem. ⁊ quia lingue paralesim faciunt dete
stantur. Mespila vero ⁊ sorbe frigide sunt com
plexionis ⁊ sicce. et ante cibum ventrem stringũt
digestioni sunt difficiles. sed quia excitant appeti
tum. ideo quandoqz post cibum tangi possũt. Vue
autem pensiles ⁊ albe magis nigris accipi possũt
⁊ post cibũ nisi ventris costipatio propositũ mu
taret. Et si renuz aut vesice nocumenta percipe
rentur dimittantur. nam vua omnis nocet reni
bus ⁊ vesice canone 2°. Relique vero terre nascen
tia vt fungi boleta ⁊ spongiola quia venenosa sũt
⁊ apostemata terre dicuntur. ideo fugiantur. Int'
ipsa tamen species quedã tartufole nominate mi
norem habent maliciam. licet ⁊ ab ea non euacuẽ
tur. De saporibus autem vti potestis. sinapismo
ad acutum magis q̃ ad dulce vergente. conueniẽ
tior tamen est comestio cuz grossis q̃ leuibus car
nibus. Aleatam etiam quandoqz laudo. sit tamen
precoctum alleum ⁊ cum granis feniculi pipere ⁊
sale condiatur. Salsa etiam vtendum cum foliis
feniculi petrosellini menta ⁊ gariofil' facta et cuz
maiorana ⁊ serpillo. Sapor etiaz amigdalarum
quez camelinuz uocant laudatur vobis. Et iteruz
ex amigdalis zuccaro fisticis agresta ⁊ croco fit sa
por bonus. Adhuc ex mica panis agresta croco
passulis ⁊ vitellis oui fit sapor bonus carnibus as
pergendus. Et condimentum factuz cuz aceto zuc
caro passulis pipere croco collo pedibus stomacho
⁊ epate gallinarum est laudabilis. Et in summa

Sapores omnes q̃bus dulcia subdominãtur ace
tosis cum pipere zinzibere ⁊ galanga ⁊ reliquis
aromaticis collaudantur. De conditis vero com
petunt oliue. calefaciendo enim exiccant aperiunt
ventrem leniunt os stomachi virile faciũt. Napi
etiam conditi cum bonis speciebus vt supra lau
dantur. Cepe vero conditi et cibi melliti omnes
non bene laudantur. quia ventositates adaugent
Cappares aũt secundum comunez preparationez
collaudantur. Salsamenti autez genus omne col
laudo. preter anguillas et nisi repugnet aliquid
vt scabies prurritus calor epatis ⁊ similia. zucca
ratos autem cibos accipere etiam bonum. Sapa
etiam et condimentis ex eo factis vti potestis. Vi
num vero vel granatorum succus non concedan
tur vobis. ventosum enim est frigidum ⁊ stipticũ
Oleum oliuarum dulce ⁊ non annosum vobis eli
gatur. Species autem quibus vobis ĩ cibis vti cõ
fert. sunt omnes calide ⁊ sicce. vt sal cinamomuz
gariofil' galanga zinziber macis cardamomum
feniculus anisum petrosellinuz crocus lignuz alo
es piper trium generuz. s. album longuz ⁊ nigrũ
ciminum carni leuistici origanum serpillum mẽ
ta ⁊ etiam vsualia aromatica fortia in hyeme. dul
cia vero in estate. Ego autem pro casu vestro has
ordino pro hyeme species. ℞ cinamomi piperis
albi ⁊ nigri ana. ʒ. i. zinziberis electi granorum
paradisi croci gariofilorũ ana. ʒ. ß. foliorũ ori
gani calamenti ana. ℈. ii. fiat puluis cibis aspergẽ
dus. Pro estate vero hec couenĩũt. ℞ piperis al.
ʒ. i. ß. cinamomi. ℥. ß. coriandri per quattuor di
es in aceto infusi, deinde exiccati. ℥. iii. fiat puluis
subtilissimus. Confectiones autem ĩ estate lauda
biles et cibales magis sũt iste. Pinachea sauonea
i. marzapan. Pistachea amigdale condite que sũt
calide non valde. Frigide vero solum magni estus
tempore capiende sunt. citrum condituz. zuccarũ
poma arantia tota confecta citonia et manus xpĩ
cuz perlis ⁊ reliquis melius est coriandrũ cõfectũ
Medicinales autez magis ĩ estate conuenientes
sũt he. Cõfectio diarodõ valẽs epati ⁊ stomacho
super calefactis ⁊ cõfectio tria sandalorum. Cõfec
tiones autez cibales magis in hyeme conueniẽtes
sũt baucie condite iringi conditi tragea maior ⁊
ciprensis. Medicinales autez pro hyeme magis
sũt zinziber cõditum qđ viride dicitur cinamo
mum ⁊ anisũ cõfecta. ⁊ sũt cordiales ⁊ stomacha
les. diacinamomum. ⁊ ell'rm de gẽmis. letificans
Almansoris. aromaticum rosatum descriptione
Gabrielis. Laudo quoqz maxime mirobalanos
Kebulos cõditos ⁊ accipiatur ex eis vnus per qn
qz horas ante cibũ sine potu ⁊ mirabiliter cõfert
stomacho epati ⁊ capiti. exiccat enĩ flegma digesti
uam cõfortat cerebrum vigorat et memoriam
acuit. Cõfectio adhec omnia per me pluries exper
ta nobilis valde. ℞ galange cassie lignee calami
aromatici croci ciperi spice nardi gariofilorum
cinamomi costi cardamomi carpobalsami pipis
al. ni. ⁊ lon: assari zinziberis se. mirti ana. ʒ. i. ma
sticis. ʒ. v. fiat cõfectio solida ⁊ ponatur. ℥. i. speci
erum istarum pro lib. i. zuccari dissoluti cum aq̃
mente. et fiat in rotulis trium. ʒ. ⁊ accipiatur ex
eis vna per horas quattuor ante cibuz sine potu
Confectio alia ad ea que dicta sunt similiter con
ferens. et pro estate magis et accipienda vt alia
℞ zuccari al. manne ana. ℥. i. succi liquiricie dra

gagāti ſe.poꝛtulace ſandaloꝛum citrinoꝛum gu
mi aꝛabici ana.ʒ.ſ.amidi.ʒ.ii.ſpodii.roſarū ana
ʒ.iii.ſe.cucumeris angurie cucurbite ana.ʒ.ii.ma
ſticis ligni aloes ana.ʒ.ſ.croci cardamomi ana.℈
i.fiat confectio ſolida cum lib.i.ſ.zuccari albi di
ſſoluti cum aqua roſata.¶ Pꝛo regimine autem
potuſ canō pꝛimus. Potus cuiuſcunqʒ vini et ma
xime fumoſi euitetur ieiuno ſtomacho.immo pꝛi
us cibi notabilis ꝙtitas pꝛemittatur. Secunduſ
ſi ī pꝛandio vel cena excercitii cauſa aut ſitis pluſ
de vino ſumatur ꝙ̄ conſueuerit cibus notabiliter
minuatur. Tertius potus vini fumoſi poſt come
ſtionem fructuum humidoꝛum inconueniens eſt
ſaltem ſi mľta fructuum quantitas pꝛeaſſumpta
fuerit.tūc enim vinum eoꝛum aquoſitatem in ve
nis penetrare facit et ſanguinem putrefactioni
pꝛeparat. Quartus canoñ dum ex fructibus mo
dicum comeditur.vinum optimum poſt eos bibe
re magis conuenit.coꝛrigit enim et rectificat eo
ꝛum malitiam. Quintus bibentibus vinum lim
phatum conuenientius eſt anteꝙ̄ bibatur per du
as hoꝛas limphare ꝙ̄ in menſa. Sextus ꝙ ſi in
vini potu malitia artificii vel quantitate caput le
deretur comedantur poſt ipſum ſex vel octo gꝛa
na mirti. Et ſi pꝛopter hoc caput non alleuiaretᷓ
pꝛouocetur vomitus cum his que in 5° capitulo
videbuntur. Septimus ſi poſt cibum valida ſitis
infeſtet vinum dimittere melius eſt. Bibatur au
tem zuccari roſati.ʒ.i.cum ciato vno aque cocte
in hyeme autem ſit zuccarum album cum pꝛedic
ta aqua.vinum autem vobis pꝛeceteris eligendū
ſit albuʒ vel coloꝛe rubicundum in ſubſtantia ſub
tile clarum aromaticum ſtipticitate magiſ ꝙ̄ dul
cedine participans.dulcia enim qꝛ epatis opilla
tiua ventoſa et vapoꝛoſa ſunt.⁊ qꝛ impinguant
non laudatur vobis.Fumoſa vero ⁊ eſtuoſa vina
dimittenda ſunt. Gꝛatia tamen exiccationis hu
miditatum ⁊ conſumptionis ventoſitatuʒ laudo
parum vini vinoſi ante cibum ſumpti vt ſclauo
nici gꝛeci vel maluatici.licet in vobis ſemper ſuſ
pectam habeam maluaſiam.pꝛopter gipſum cuʒ
quo artificiatur quod ē ſtomacho capiti valde no
ciuum ⁊ cetera. Aqua vero qua vtimini cū vino ⁊
reliquis ſit liberi fontis celo et aeri detecta non
ſtans immo fluens odoꝛe vel fetoꝛe oꝛꝛibilibus
denudata.in qua etiam athoma coꝛpuſcula non
natēt.⁊ ſi nō talis habeatur. tunc eius decoctio
malitiam coꝛrigit ⁊ caſtigat.pꝛopter qđ ad cau
tellam itineranti cuiqʒ melius eſt aquā qua veſci
tur pꝛecoctam fuiſſe ⁊ poſt eius reſidentiaʒ depꝛ̄
ſſo panno collatam. Aqua vero qua fercula condi
untur a ſuo fonte vel puteo per duaſ hoꝛas pꝛiuſ
hauriri debent ī vaſe ligneo quieſcere permitta
tur. Poſt hoc leuiter accipiatur ne ſuperfluitas q̄
iam fundum petierit ſue iterum ſubſtantie euer
tendo cōmiſceatur ⁊ capituli tertii finis.

¶ Capitulum quartuʒ de regimine ſanitatis per
electioneʒ motus ⁊ quietis.

Pꝛo regimine vero per motum ⁊ quietem dicen
dum.pꝛimo quietem vel otiū maxime vobis ini
mica foꝛe.conuenit tamen poſt cibi aſſumptioneʒ
quieſcere per hoꝛas tres magis ꝙ̄ excercitari ſal
tem excertitio foꝛti.Excercitium auteʒ maxime
vobis collaudandum eſt.Excutit enim omniuʒ fe
re digeſtionum ſuperfluitates caloꝛem naturaleʒ
roboꝛat.virtutes omnes reficit et coꝛpus agile
⁊ robuſtum reddit.vnde 2° de regimine ſanitatiſ
2° capitulo. Excercitium eſt motus vehemens in
tantū vt alteret in maius vel minus velotius vľ
ſpiſſius. Adipiſcuntur enim ex excercitio ea que
dicta nunc.et quia ſolidantur membꝛa. pꝛopter
qđ laboꝛibus impaſſibilia ſine nocumento reddū
tur.augmētatur caloꝛ naturalis melioꝛatur mu
tatio que digeſtionum omnium perfectionem pꝛ̄
ſupponit. aperiuntur coꝛpoꝛiſ poꝛi.depurantur
qʒ fumoſis euapoꝛationibus ſpiritus qui omniū
ſunt inſtrumenta virtutum. Species autē exteri
oꝛum excercitioꝛū et ſi multe ſint laudabilioꝛes
tamen vobis exiſtunt.vt excercitium equeſtre ac
peditando aliquantulum per ſolem feſtine pꝛoce
dere.aut aliquo veloci curſu currere ludere aut la
pidem vel ferreum aut ligneum iaculuʒ agitare
aut ludo pile quem hodie tolli et manda vocant
inter alios ⁊ vobis idoneos ſolatioſe ludere. Eſt
enim hec ercercitii ſpecies.in qua partes omnes
ſufficienter et equali fere motu et nō ſuperfluo fa
tigantur. Caput enī inferiora ⁊ intermedie par
tes omnes ſi diligenter attenditis; de hac excer
citii ſpecie conſiderans vtilitatem Galľ libꝝ edi
dit quendam de excercitio parue ſpere.i.pile inti
tulatum. Gꝛatia etiaʒ excercitii capitđ eius frica
tiones ⁊ pectinationem laudo. Pedum autem et
aliarum partium fricationes ⁊ ablutiones que lo
ca excercitii tenent collaudātur. Circa tamen ta
lia iuuenilis etaſ vigili ſtudio ⁊ occupatōnibuſ ar
duis aliis nō diſtracta moꝛbis.qꝛ hec laſſiuiam
potius oſtendunt nō multum inſtare debet. Ma
ne quoqʒ altis verbis moderato tamen ſermone
loqui.vt lectionem vel pſalmos eleuata voce can
tare bonum eſt excercitium.has autem omnium
excercitioꝝ ſpecies fieri conuenit pꝛima iam ⁊ ſe
cunda digeſtione completis.⁊ eſt tantum excerci
tandum tempoꝛe ꝙ totuʒ coꝛpus notabiliter ca
leat etiam vſqʒ ad alicuius laſſitudinis ſenſatio-
nem qua percepta illico ab excercitio deſiſtenduʒ
Et ſi in excercitii tempoꝛe ſudaꝛe vos contingi
ſſet pānis iam humefactis abiectis mēbꝛis qʒ ſu
fficienter exiccatis alios induere pannos pꝛocure
tis omnino.

¶ Capitulum quintuʒ de regimine ſanitatis per
electionem inantionis et repletionis.

Quarta res nō naturalis ī oꝛdine ſupꝛa pꝛemi
ſſa fuit inanitio ⁊ repletio. De qua pꝛimus canon
repletio omnis vitanda.⁊ maxime ciboꝛum hu-
midoꝛum ⁊ vapoꝛoſoꝝ valde actu ⁊ potentia. de
quibus tertio capitulo viſum eſt. Secundus ex ci
bo nō tantum ad repletionem perueniatur vt pe
nitus ſatur fiat.immo comedendum eſt reliquiis
appetitus adhuc in ſtomacho manentibus vt eti
am ſupꝛa. Tertius cibus amplioꝛ eſſe debet ī pꝛā
dio ꝙ̄ in cena cum alioꝛum paritate. Quartus ca
non in ſanitate veſtra melius eſt ad latus inaniti
onis aliqualis.i. abſtinentie ꝙ̄ repletionis decli
nare. Obſeruetur igitur ī cibis oꝛdo talis.ꝙ poſt
ꝙ̄ mane ſurrexeritis intendatis mundificationi
ventris et vꝛine. Deinde ad narium demucatio-
nem et excreationem ſputi. Poſt hec ſi hoꝛa cibi
aſſumptioni conſueta perceperitis ī ſtomacho vel
in capite gꝛauitatem a pꝛandio abſtinendum eſt
Si autem non pꝛemiſſo vt ſupꝛa mille fere pa
ſſuum per ſalam excercitio pꝛandenduʒ ē. Si au
tem poſt cibi aſſumptionē gꝛauitas ⁊ nauſea pe

muscata gariofili zinziber cardamomum vtrum
que galanga carui cinamomum feniculum pe
troselinum ameos menta origanum calamentu3
7 similia. Hee igitur species cum aceto cum agre
sta cum zuccaro melle amigdalis dulcibus nucib9
fisticis passulis 7 auellanis et mica panis i diuisos sa
pores a perito coquo condiantur¶Sapa etiam
cum talibus saporibus conueniens ẽ similiter suc
cus aranciorum et limonũ .De conditis autem
prio placet zinziber conditũ ex quo bis vel ter i
septimana radicẽ vnam accipere potestis et con
fert capiti et stomacho et renibus .Et conuenien
tior est eius vsus a medietate autũni vsqz ad me
dietatẽ veris .Conueniunt etia3 mirobalani cõditi

estate magis et secacul ꝛ pulpa exterior citri conditi in altera parte veris ꝛ autumni. ¶ Nuces etiā condite optime sunt capiti et stomacho convenientes. ¶ Oliue etiam condite placent ꝛ napi cō diti. ¶ Cappares etiam ꝛ lupuli conditi conueniē tes sunt secundum exigentiam et tempus. ¶ Nūc autē ad legumina transeundum est. non tamen de eis smo ꝓlongandus est. cū non sit apud principes imo vero apud germanos eorum vsus. gratia tamē dictorum operis premittendū. ꝙ leguminū omniū genera ventosa et inflatiua sunt. Ideo di mittantur ad plurimū. 2° ꝙ inter reliqua faseoli fabe et cicera alba caput et neruos ledunt et iun cturas debilitant. ideo dimittantur. ¶ Cicere tamen rubeo et eius brodio qñdoqꝫ vti potestis. qꝛ ca. est et sic. in principio secundi conuenienter nu tritiuum aperitiuum et lauatiuum et materias diuertit ad vrine vias ꝛ non comedatur in prin cipio neque in fine cibi. sed in medio eius can. 2° ꝓprio capitulo colligendum. Et melius est si coqn tur cū radicibus feniculi petroselini dauci i tēpe hyemis. aut cum predictis ꝛ radicibus endiuie ꝛ cicoree ꝛ similib in tempore estatis. Panici eti am vsus placet mihi licet enim frigidum sit in p°io siccum in 2° 21° continentis ca° 199°. ipsum tamen ꝓp suā siccitatem parū et bene nutrit. et ꝓpter su ā lenitatē vrinā ꝓuocat ibidem. ¶ Risū autē calid est in p°io siccum in 2° 21° continentis ca. 126° licet enim habeat aliquā stipticitatem. 8° de simpli ci medicina in ꝓprio ca° non conueniret stante ventris constipatione. qꝛ tamen conuenienter nu trit et exiccat. ideo placet. ¶ Papauere autem albo ꝛ nigro cum vtrūqꝫ sit stupefactiuum sensuum ꝛ or ganorum ipsorū ꝛ spiritibus maxie contrarietur nullo modo est vtendū. imo neqꝫ olei ipsius et ali orum mucilaginosorū seminum. vt lini fenugreci sisami dorelle et similium. Lentes autem abiecta pria decoctione frigide ꝛ sicce cōplexionis ponū tur. ideo euitari debent. Cum prima vero decoc tione quandoqꝫ ex eis accipere potestis. ¶ De ole ribus vero premittendum p°io ꝙ olerū siluestriū non bene cognitorū vsus omnino fugiendus est. et debet esse apud principes hec cautella cū sepe con tingat eos diuersa perquirere climata cū exerci tibus et similibus. ¶ Secundo ꝙ multus et con tinuus vsus olerum frigidorū et hūidorū euitari debet. Tertio ꝙ partes omnes olerū antiquorum in paludosis et vmbrosis locis orientium et in ca uernis mōtium dimitti debent. Quarto ꝙ omniū olerū calidorū et siccorū et aromaticorū vsus con ueniens est. Saluie igitur bolus conueniens est vobis de qua licet apud modernos magna sit sit opinio iuuamēti eius ad cerebrum et ad ner uos. non tamē ab auctorib auctenticatum aut parum de ea sciptum est. qꝛ tamē ca. est et sic. vt Sap. simplici 149° dū dicit ꝙ est calida caliditate manifesta ꝛ parū stiptica. Et Dyascorides scrip sit capitulo de elilisfago. ideo placet eius vsus. Auicena vero 2° can. ꝛ Rasis 5° continentis vs que ad vigesimū quartū inclusiue nihil d ea scrip serunt. Feniculus autē calidus in 3° siccus in p°io laudatur vobis. qꝛ confert capiti et visui et mate rias ad vrine vias diuertit ꝛ aquositates a stoma cho deducit et ventositates. ideo placet. Petroseli num vero calidū est ꝛ siccum in 2° 8° de simplici medicina in suo capitulo. licet Auicena ponat ip sū ca. in p°io. sic. in 2°. ꝓpter tamē suā ꝓuocatio nem exiccationem et qꝛ stomacho ꝛ capiti confert conueniēs est vobis. Et licet Ruffus de eo scripsit ꝙ nocet stomacho attrahendo materias ad ipsum aliunde. non ꝓprie de petroselino sed de apio in tellexit. si bene consyderetur lr̄a secundi can. ca pitulo 2° de apio. ¶ Nam petroselinum est species apii. ꝛ de eo simul fit mentio cū capitulo de apio vt 2° canonis ꝛ 8° de simplici medicina. allegatis locis ꝛ in aggregatore Serap. capitulo 274° et 23° continentis capitulo 649°. Mente vero ꝛ omnis speciei eius vsus conuenientissimus est vo bis. qꝛ stomachum cor ꝛ caput ꝛ viscera fere oīa cō fortat. ꝛ est calida ꝛ sicca in secundo. 23° continen tis 732 ꝛ secundo canonis ꝓprio capitulo. Ser pillū etiā qꝛ calidum ꝛ siccū in secundo vt secundo canonis capitulo de nemen. licet in aggregatore numeretur inter medicinas calidas ꝛ siccas in 3° qꝛ tamē sua aromaticitate ꝛ ꝓuocatiōe cordi pe ctori ꝛ stomacho ꝛ capiti conueniens est valde pla cet. Laudo etiam vobis rorē marinū. qꝛ calidum et siccum in tertio vt agregator capitulo de lage ralmarien et quia capiti et cordi pectori et stōa cho conueniens et ad confortandum neruos mag nam habet ꝓprietatem. Maiorana etiam vobis vtillima est calida enim est et sicca in tercio et ha bet virtutem attenuatiuā dissolutiuam vt 8° de simplici medicina suo ca° colligendum. aperit enim opillationes cerebri ꝛ confert doloribus capitis a flegmaticis ventositate venientibus. vt secundo canonis in aerola mēbrorum capitis colligendū sepe igitur ipsam cibis in miscendo ipsos moderā do puluerē eius sagittali conmissure supponendo vestes ex ea arōtizando omnino vti debetis. ¶ Ozimū etiā gariofil solēniter laudo. qꝛ capitale cordiale et calidū est ꝛ siccum in secundo vt in a gregatore capitulo de berengemisch frequens tn̄ eius vsus non bene placet. qꝛ comestio nocet visui vt 3ª tertii tractatu 5° capitulo de nocentibus vi sui. Anetū autem qꝛ calidū ē i gradu 2° longo aut in 3° breui. ꝛ siccum in 2° in principio aut in p°io in fine eius vt sexto de simplici medicina. quia ta mē maturatiuum est hūorū frigidorū sedatiuum et carminatiuum i hoc placeret. nisi qꝛ assiduatio comestionis eius nocet visui nocet etiam stomacho imo semē eius vomere facit vt secundo cāonis suo capitulo colligendum. Blete vero compositarū sūt uirtutum ille namqꝫ que coloris aliqualiter exi stunt opaci maculis rubeis colorate ad caliditatē ꝛ siccitatem declinant. Albe vero ad frigiditatem ꝛ hūiditatē. qꝛ tamē in oībus est aqueitas cum qd̄ nitrositate ꝛ lenitiue sunt ꝛ apitiue oppillationum epatis bene cocte placēt ꝛ ꝓprie cum petroselino. Caules qꝛ calidi sunt in p°io sicci i secundo ut qꝛ maturant et leniunt desiccant ꝛ ꝓuocant conuen re videnť. licet 23° continentis capitulo 651° au ctoritate Galieni ꝛ Simalii scribatur ꝙ sanguis ex eo genitus est malus et orribilis odoris. Cer foliū etiam qꝛ stomachale aperitiuum ꝛ subtiliati uum est placet. ¶ Boragine etiam vti potestis. quia tēperata ponitur est enim spēs buglosse. de ipsa tn̄ parū autenticum habetur et singulari capitulo ab auctoribus traditum. lactucā aūt et endiuiā spin achiā et portulacā cressones strinchiones tribulū epaticā et reliquas frigidas et hūanas plantas in fontibus vallibus vel stagnis cōmorari solētes

a continuo vsu vestro plõgare debetis. Raro itaq; ex eis accipiendu3 est vt tpe caumatis lactucã ꝛ portulacam aut gratia subueniendi appetitui senationes et cressiones. aut gratia confortandi epar vt endiuia3 et cicoream aut alterius intentionis medicinalis gratia accipi possunt. Securius tamen est eas menta feniculo et petroselio cõmiscere q̃ simplices accipere. Hec de oleribus

Post hec autem quia non parum dietandi vsus cõsuetudinis in cibis accepit vtẽdi radicibus ex plãtis acceptis parum de eis iuditio rationali q̃ cõueniat discernendum est. Raffanum igr̃ omnib3 fere communius in eduliis de domestico intelligendo calidum est in primo humidum in 2° iõ pp h° et quia aperitiuum dissolutiuum et flegmatis p vrinam eductiuũ ẽ melius ẽ ipsu3 comedere post cibum contra commune3 vsum. et folia valde meliora sunt q̃ radix. Bulbus autem cepe paruũ scalonia nominatu3 apud ytalicos quia stomacho conueniens est et facit digeri cibum conueniens est tamen in paruo vsu quia nocet oculis. Alleum vero licet calidum sit et siccum in tertio nõ ẽ vobis laudandus. et licet contrarietur flegmati et maxime quia grauat caput visum debilitat et caput et neruos fũositatibus implet dimitto fetore3 eius principibus non conuenientem vel cõpetentẽ Est aũt cepe calidu3 in 3° quod licet habeat hũiditate3 superflua3. tamen quia incisiuu3 aperitiuũ ꝛ subtiliatiuu3 est conuenire potest. Melius tamẽ est ipsum coctu3 et conditu3 cu3 melle aut 3uccaro et aceto q̃ simplex accipi. Similiter et porrũ licet sit calidum ꝛ siccũ in tertio. quia tamẽ caput grauat et facit videri mala sõnia et neruos fumositatibus implendo relaxat et visui nocet dimittatur. si tamen libeat ex eo quandoq; comedere accipiatur cu3 melle. Rape iterum quia superflua3 hũiditatẽ habent et difficil' digestionis sunt non laudantur. Democritus damnauit eas tãq̃ corpori nociuas et inflamationũ in stomacho excitatiuas predicauit. q̃uis Dyocles ꝛ Dionisius oppositum sentiant. Si tamen condite forẽt cu3 aceto melle ꝛ speciebus consuetis non videntur reprobabiles esse. Carotis autẽ quia calide sunt ĩ primo aperitiue ꝛ conuenientes stomacho et precipitantes flegma vti potestis. Baucia aute3. i. pastinaca. quia calida est ꝛ exiccatiua siue per se siue per accidens diuertica et mundificatiua conueniens est. Napi etia3 idẽ iudicium videntur hr̃e quod de rapis dictu3 est. ꝛ ppter tamen eorũ hũiditatem superfluam non est multũ eis vtendum quare frequens cibus eorum et modus preparationis in brodio cauliu3 apud alamanos consuetus. licet sit minus malus non tamen laudatur. De his autẽ partibus plantarum vt extremitatibus superioribus spagi vniuersaliter a Galieno noĩati secundo alimentorũ capitulo LX°. vti potestis siue fuerĩt spagi vel sparagi. i. extremitates a plantis aromaticis calidis aperitiuis a stomacho epate et neruis materieꝝ flegmaticarũ attractiuis vt spagi lupulorũ et spagi ppꝛie accepti qui ponuntur tẽperati ab aggregatore capitulo d' balion. Similiter cappares conditi quia calidi sunt ꝛ sicci in secundo diuretici et abstergunt flegma conuenientes sunt. Hec vero ex quibus simul cum radicibus folia comedunt' sunt sicut losile. i. raponcioli. quia calidi aperitiui ꝛ bene nutriti sunt. ideo placent. De fructibus vero generaliter premittendum q̃ fructus omnes quia vaporosi ventosi ꝛ hũidi ꝛ corruptibiles vt in pluribus dimittendi sunt. Secũdo q̃ fructus omnes hũidi deteriores sunt q̃ ipsi sicci. 3° q̃ fructus lenitiui ventris premittendi sunt aliis cibis. constipatiui vero econtra. 4° vt plurimũ fructus qui comeduntur post cibum cocti meliores sũt q̃ crudi. Ab horariis igitur fructibus incipiendo cerasa quanto magis dulcia tanto videntur nutritiua magis. nimia tamen mollificatione ꝛ relaxatione stomacho nocent. Acria vero cerasa amarilia uocata apd̃ ytalicos. l3 sit icisiua aliq̃lit' ꝛ aliq̃liter apitiua et stomacho aliqualiter vtilia quia tamen ventre3 constipant. Ideo neque pria neq; secunda in vsu placent. Persica vero frigida sunt in primo ꝛ humida in secundo dimittenda sunt quia tamen stomacho videntur conuenientia ꝛ appetitu3 excitantia. Ideo eis vti potestis et meliu' est ea ante q̃ post cibum assumere. De pomis autẽ dicendũ q̃ poma quando bene matura fuerĩt ꝛ solida ad caliditatem declinare videntur. Acria vero vel pontica. quia ad frigiditatem inclinata sunt neruis conuenire non possunt. ideo dimittantur. Assiduatio eni3 comestionis eoꝝ facit euenire dolorẽ neruoru3 2° can. pprio capitulo. Similiter ꝛ pira. quia frigida sunt in primo ꝛ sicca in secundo. licet frigida sint ppter terrestrem partẽ. ppter aqueam vero ad equalitatem inclinantur ꝛ ppꝛie dulcia. vt 8° de siplici medicina. ideo eis coctis cum aniso feniculo ꝛ 3uccaro vti potestis. ꝛ iteru3 meliora sunt elixa q̃ cruda. Adhuc etiã ꝛ auellana. licet ex parte qualitatum priaꝝ conueniens videatur. quia calida est ꝛ sicca in prĩo gradu non tamen sit multus et frequens eius vsus quia euertit stomachu3 ꝛ est tard' digestionis. Torrefacta igitur in prunis et comesta non multu3 vituperabilis est. Existimauit enĩ ypocras q̃ ipsa facit augmentu3 in cerebro. Sũt vero amigdale que in calore equalitati vicine sũt quia ꝛ boni nutrimenti et aperiunt et abstergũt conuenientes sunt. si bene digerantur. melius est eas coctas vel crudas cum 3uccaro comedere ne grauent stomachu3 et impediant. Sunt aũt fici sicce calide in primo sicce in principio secundi. ꝛ ideo albe et citrine bone mature ex eis collaudãtur. quia conferunt stomacho aperiunt oppillationes epatis renum et splenis. et est in eis lenificatio vltima et nutricatio maior q̃ in aliis fructibus vt secundo can. colligendum ideo placent. Humide vero. i. ꝛ recentes ficus magis nutritiue sunt q̃ sicce. licet stomacho non sint ita conuenientes. possunt tamen accipi. sed caueatur assumptio fumosi vini post eas. ppter aptitudine3 corruptionis earum. Passule etiam placent quia epati stomacho pectori laudantur. ꝛ sunt boni nutrimenti quocumque sumantur modo. ꝛ licet numerentur inter equalia. videntur tamen ad caliditatẽ et siccitatem aliqualiter inclinare. quare placent. Amplius nuces. licet numerentur inter fructus calidos et siccos. tamen quia sunt stomacho graues ad digerendum vomitiue pectori et capiti nociue dimittende sunt. et eo marĩe q2 impedimentum sermonis et lingue paresi faciũt. Castanee iterum frigide sũt ꝛ sicce in primo g̃du et sua pauca dulcedine parum nutriunt co-

medi possunt vel cum zuccaro .et maxime quia
eorum nutrimētū.dū bene digerunt satis cōgru
um est ⁊ omnia mēbra confortant secundū Auice
ne sniaz licet in nutriendo Galienus ipsam quasi
pares frumento dixerit alimentoꝝ secundo ca-
pitulo 36°.quod tamen intelligendū ē compa ran
do eas ad alios silvestres fructus.qr tamen eaꝝ
nutrimentum grossum est ventosuz cōpactum et
viscosuz.ideo dimittantur. Crisomilla insup que
sunt persicoꝝ species frigide sunt et humide in 2°
quia tamen sunt velocis corruptionis non habeā
tur in vsu.si tamen quandoque accipiatur sit ante
cibum et postea comedatur anisū cōdituz et bi
batur vinum bonū. Grana vero pini tēperata
sunt in passiuis declinantia ad paruaz caliditatē
⁊ ideo multum sua ūctuositate remollitiua et sto
macho nociua vt in 13ª tertii capitulo de no-
centibus stamacho.quare dimittantur nisi insun
dantur in aqua calida et sint condita cuz melle
ad homines frigide cōplexionis.cum zuccaro ve
re albo ad homines calidos can.secundo suo capi
tulo colligendū. Fistici vero calidi sunt in fine se-
cundi ⁊ habentes hūiditatē non graduatam.sunt
g° convenientes quia aperiunt meatus nutrimen
ti.expurgant canales epatis et pulmonis.8° de si
plici medicina. Et adhuc magis.quia 22° continē
tis capitulo 53° auctoritate Bimasii pōuntur ca
lidi et sicci in secūdo. Dattili vero bene maturi
et dulces calidi sunt in prio .licet de secunda qua
litate eoꝝ sit discolia inter sapientes. Naz aggre-
gator capitulo 65° nominat eos inter medici-
nas calidas ⁊ siccas in prio. Auicena vero capitu
lo de palma dicit parum ⁊ q preteriit de dattil
fmo.licet in libro meo non inueniam ab eo capi
tulum neq de dactilis neq de feni'k ia neque de
rotab.sed 23° Halaui capitulo de palma auctori
tate Bimasii dactili maturi recentes calidi po-
nuntur in secundo humidi i prio. quia vero cum
hoc q abundāter nutriunt ventrez constringunt
et inferunt punctionez in ore stomachi et dolorē
in capite faciunt et opillationes in epate et sple-
ne nunq accipiantur nisi raro et post cibuz. Iuiu
be autem frigide sunt in prio temperate in hum
iditate ⁊ siccitate.⁊ quia male sūt stomacho pauci
nutrimenti vt Galienus scripsit de eis q non in
uenit eas vtiles in conseruanda sanitate neq egri
tudine remouenda. ideo dimittantur. Mora vo
celsi quia calida sunt et hūida cū sunt bene matu
ra quandoq accipi possunt ante cibuz ad confor
tatiōez quā in stomacho faciunt.non sit tamē fre
quens eoꝝ vsus ppter humiditatez preparantē
eas ad corruptionez facilē. De granatis vero di
cendū q dulcia que ponuntur frigida et hūida in
prio et stomacho conuenientia accipi possunt.
Acria vero frigida et sicca non placēt nisi eoruz
succus in ferculis cū aliis condiatur. Muza ve-
ro.i.medii saporis conuenire possunt in plrimis
cibis. Pruna vero frigida sunt et humida .⁊ ido
quandoq vti potestis eis bene maturis gratia le
niendi stomachuz et incidendi et aliqualiter pro
uocandi et sint citrina vel rubea a suo cortice de
purata. Citonia vero licet frigide complexionis
et sicce ponantur .tamen conuenire possunt post
cibuz accepta. Cocta vero cuz zuccaro vel cū mel
le condita.non tamen in magno vsu . multitudo
enim cōestionis eoꝝ ledit iuncturas vt secundo

can.colligenduz.ante cibū vero accipi non debēt
nisi gratia confortandi ventrem et remouendi
lenitatez vel stōchi lubricitatez. Hec de cibis pau
ca sufficiant. Post hec autez de potibus congru
is dicenduz est. Premittendo prio q vinuz vo
bis conuenientius debet esse colore albū substan
tia clarum et dyafanuz potentia subtiliatiuuz ex
siccatiuuz et aperitiuum. sapore vero aliqualit
dulce non multuz et aromaticuz. Vinuz vero odo
re abominabile grossuz turbiduz non bene defeca
tuz omnino euitari debet. Vini vero operatio nō
paruā diuersitatem accipit a loco vnde ortū ha
buit. Melius est vinum ex montibus vel planis
acceptuz a paludosis ⁊ vmbrosis locis elongatuz
Et si dū cōponitur vinuz cū aromaticitate calidi
tate ⁊ siccitate ⁊ apertione valentibus artificia
retur bonum essz. Fiat igitur vinuz cuius vsus in
estate meo iudicio conueniens erit. ℞ musti lib.
centuz florū rorismarini floꝝ saluie ana lib.5.se.
feniculi.ʒ.iii.passularuz nigraruz lib.i.se.acetose
se.cicoree ana lib.5.mellis electi lib.v.ponantur
omnia ad buliendū suo modo. Pro hyeme vero
placeret mihi vinuz hoc modo confectuz. ℞ floꝝ
sticados florū rorismarini florū saluie ana lib.i.
galange zinziberis granoruz padisi ana.ʒ.5.pas
sularum lib.5.fiat vt supra. Iterum ydromel hui
usmodi descriptionis i yeme conueniens ē. ℞ spēs
nūc ultio descriptas aque fontis electe lib. ducē
tas mellis electi lib.25.coquantur simul lento ig
ne vsq ad consumptionez octaue partis.deinde p
filtruz bene spissuz collentur. Posset etiam hic po
tus in estate esse conueniens duplicato pondere
aque reliquis remanentibus. quomodocuq tamē
siue his potibus vel vino vti libet in eo aliqui
cañ obseruēt. Prio q si ppter estum vel exerci
tia inualescat sitis et multa potus quantitas ne
cessaria sit .tunc parum de cibo assumendum est
Secundus cañ.q si vinuz limphari oporteat fi
at p quattuor horas anteq bibatur. Tertio q i
estate limphetur cum aqua decoctionis anisi et fe
niculi vel cinamomi in hyeme. In estate vero cuz
aqua simpliciter cocta vel decoctionis passularuz
vel seminuz cicoree. Quartus q non dz bibi vinū
post cenam vel prandium cuz iam transiuerit 4ª
pars hore aut media hora ad plus . quare non ē
laudandus vsus eoꝝ qui apud sōnum bibunt. tal
enim potus digestionem stomachi impedit spiri
tus rudibus permiscet vaporibus caput etiam
ventriculos cerbri et oēs neruos vaporib ⁊ sup
fluitatibus implet et laxitudinem i articulis et
dolores iuncturarū hereditare facit. Quītus
canō . Euitetis bibere vinum ieiuno stomacho.ē
enim de rebus maxime nociuis ad neruos et ad
iuncturas .et iterum non accipiatur vinum nisi
prius de cibo aliquid notabiliter sit assumptum
Trahitur eniz faciliter ad remotas partes ante
q digeratur bene et in neruis accetat et ad plu
ra nocumenta pducit. Sextus canon.q potus
vini non est conueniens post comestionem fruc
tuuz recentium et hūidoruz .facit enim eoruz a
quositatem in venas labi .quia penetrator est bo
nus. Septius canō.q si ex tempore caput le
deretur ex assumptione vini.bonum est post cibū
comedere quattuor vel sex grana mirti .maxīe e
nim conferunt ad phibendum nocumenta talia
Octauus canon.q si adhuc notabile nocumētū

ex assumpto vino perciperetur et perseuerans post ipsum illico ꝓuocandus est vomitus. vt sequē ti capitulo colligendū. De aqua vero simplici regulas non pono . quia ipsas non laudo vobis. Hec de potu dicta sufficiant.

¶ Capitulū de mensa repletionis et inanitiōis.

Quoniam itaque diligenter inmoderatam plenitudinē ciboꝝ et potuuꝫ . imo ⁊ omniuꝫ alioruꝫ humorum euitari oportet . Est enim hoc principiuꝫ omniuꝫ egritudinuꝫ materialium ¶ Euitetur g° repletio ex cibis omnib9 et maxie malas q̄litates habentibus . de quibus satis visuꝫ est. imo optimuꝫ est comedenti reliquias famis velut thesaurum conseruare sibi. tunc enim potentior est stomachi calor ad bene digerendnm . ex saturitate vero vel repletione suffocatus detinetur. In comedendo igitur sepe potuꝫ accipere et paꝝ melius est q̄ȝ raro et multum bibere . Amplius cuꝫ ventris constipatione ⁊ vniuersaliter cuiuscumque solite euacuationis retentione non est comedenduꝫ imo prius mane corpus a comunibus superfluitatibus ventris et vrine sputo et nariuꝫ mūdificationibus ⁊ leui excercicio euacuari debet. ¶ Post hec autem comedenduꝫ ita vt nulla ex potu et cibo grauitas vel fluctuatio in stomacho percipiatur vt supra tactum est. Si auteꝫ grauitateꝫ in stomacho ex cibis et potibus vel nauseam vel aliam doloris speciē euenisse contingeret . illico vomitus ꝓuocandus est . maxime eniꝫ confert egritudinibus cronicis . vt quarta primi capitulo de vomitu. Et egritudines que sunt digniores vt in eis fiat vomitus sunt cronice vt ydropisis ep̄lia melancolia lepra podagra sciatica. ideꝫ etiam scribitur secunda tertii. Amplius etiam laudaretur vobis vomitus q̄ȝtumcūque magnaꝫ aut nullaꝫ pciperetis in stomacho grauitateꝫ. quoniam cōplexio vestra est de illis q̄ non sūt suspecte ad vomitū . Unde quarta primi capitulo de iuuamēto vomitus. Et ille qnidem cui maius iuuamentum affert vomitus . est cuius cōplexio prima est colerica ⁊ est macer . Si aūt liberet ꝓuocare vomitum modus est vt accipiatur frustrum coti et supponatur oculis et ligetur adherenter cū vitta post autē digito in ore posito et titilatione facta cū eo in radice lingue vel cum pena oleo prius vncta vel sine oleo ꝓuocetur vomitus. Melius enim est taliter quam cum medicinis vomituꝫ ꝓuocare . Sunt autē canones in hoc obseruandi Primus q̄ȝ conuenientius est vomere in fine veris vel estate q̄ȝ aliis temporibus . Secundus q̄ȝ nunq̄ȝ fiat vomitus stante cōstipatione ventris. imo sep ante leniatur venter. Tertio q̄ȝ si fuerit necessarium cū medicinis ꝓuocare vomitum sunt leuiores premittende. Quartus q̄ȝ si vomitum ꝓuocare oportet in hyeme eligatur hora sexta diei vel calidior . Quintus canō. q̄ȝ ante vomitū repleatur stomachus cibis multis in substantia odore et sapore diuersis et grossis subtilibus ventosis vnctuosis dulcibus acetosis et acerbis . talibus enim fastiditus stomachus ad vomitum facilius inclinatur ¶ Cū igitur taliter fastiditus ē stomachus excercitari debet corpus . tunc eniꝫ facilius euomet . Motus enim magis facit euomere et quies minus. quarta primi capitulo de vomitu. ¶ Sextus canon. q̄ȝ post vomitum lauetur facies cū aqua rosacea ¶ Septius q̄ȝ post vomitum non fiat repletio ex cibis neque ex potibus et maxime euitanda est aqua frigida. ¶ Octauus canon q̄ȝ post vomitum quiescendum est per duas horas ante q̄ȝ cibus accipiatur ¶ Nonus canon q̄ȝ post vomituꝫ comedantur assata leuis digestionis vt sunt perdices aues minute et similia Decimus canon. q̄ȝ si post vomituꝫ remanserit in stomacho mordicatio : comedantur fercula pinguia . portetur lana infusa in oleo calido. ¶ Ultimus canon. q̄ȝ si post vomitum remanserit singultus bibatur aqua calida sepe et paulatim et prouocetur sternutatio cum tractu pulueris pipe ris p nares. ¶ De medicinis vero vomitiuis securior est hec et famosior vsitata. ℞ sirupi aceto si simplicis. ℥. ii. aque fontis. ℥. iii. zuccari albi. ℥. i detur hoc totuꝫ in potu tepidū non calidū. exsoluūt enim omnia tepida robur ventris . i. stomachi xi° terapētice. ¶ Similiter accipi potest aceti . ℥. i. aque. ℥. ii. ʃ. zuccari . ℥. ʃ. et tepide bibatur . Si auteꝫ cuꝫ istis leuibus non ꝓuocaretur vomitus accipiatur hec mihi sepe experta medecina ℞ecipe succi radicum liliorum alborum olei comunis. ana. ℥. ʃ. salis gēme. ʒ. vi. aque fontis . ℥. i. bibatur tepidū. vł sumatur succi corticuꝫ radicis sambuci. ℥. i. ʃ. et tepidum bibatur . ¶ Uomitiua vero cum eleboro fienda ⁊ reliquis fortioribus omnia euitari debent. Si autem contingeret repletionem ex sanguine vł aliis humorib9 factaꝫ. ꝓuidendū est vt in secundo tractatu videbitur. Ad repletiones vero ex fecibus mucosis superfluitatibus et aquositatibus in stomacho et intestinis et viciniis partibus tollēdas laudo prius ad hec conuenientia clisteria ¶ Clistēr bonū in estate fiendū . ℞ folioꝝ violarum . M. ii. folioꝝ blete ⁊ mercurial ana. M. i. zuccari rubei. ℥. i. ʃ. salis comunis . ʒ. iii. olei. viola . ℥. ii. olei de camomilla. ℥. i. misce cum lib. i. decoctionis predictoꝝ foliorū. Aliud temperatū magis. ℞ brodii pulli lib. i. zuccari rubei. ℥. ii. vitellum vnum oui salis comunis. ʒ. ii. misce et fiat vt supra. ¶ Clistere bonū ꝓ autūno . ℞ foliorum blete. M. ii. violaꝝ mercurialis ana. M. i. zuccari rubei. ℥. i. benedicte simplicis. ʒ. ii. salis comunis. ʒ. iiii. olei oliuaꝝ . ℥. ii. fiat clistere. Aliud conueniens magis cum adsunt ventositates et eodem tēpore. ℞ folioruꝫ camomille . M. i. ʃ. folioruꝫ blete foliorū malue ana. M. i. ʃ. olei de baccis lauri. ℥. i. olei violarū zuccari rubei ana. ℥. i. ʃ. salis gēme. ʒ. i. cum lib. i. predicte decoctionis fiat clistere. Clistere bonum ꝓ hyeme. ℞ foliorum malue et blete et foliorū camomille ana. M. i. granorum anisi et feniculi ana . M. ʃ. olei de sisamo et amigdalarum dulcium ana. ℥. i. ʃ. salis gēme. ʒ. i. ʃ. misce ¶ Clistere secundum ꝓ eodem tempore cum adsunt ventositates et grauitas capitis. ℞ anisi feniculi ameos se. aneti ana. M. i. brodii pulli vel capponis vel galli antiqui quod melius est lib. i. salis nitri . ʒ. ii. olei oliuarum. ℥. ii. olei de aneto. ℥. ii. fiat clistere. Clistere bonum ꝓ tempore veris. ℞ brodii pulli lib. i. olei de camomilla olei lilioruꝫ alboꝝ ana. ℥. i. ʃ. zuccari rubei. ℥. i. vitellos ouorum duos butiri. ℥. i. salis comunis. ʒ. i. fiat vt supra. Aliud simile huic sed minus calidum. ℞ olei de sisamo olei amigdalarum dulcis ana. ℥. ii. vitellos oui nūero. ii. butiri. ℥. i. ʃ. croci. ʒ. i. ʃ. brodii pulli vel decoctionis maluarum vel violarum . lib. i.

fiat vt supra. ¶ Conferunt etiam ad minorandas materias et repletiones mēbrorū nutricationis et capitis etiam et aliarum partium electuaria q̄pl'ria ab auctoribus hinc inde tradita. vt electuarium de ligno aloes descriptione Auicene quinto canonis suma pria. Item electuarium de piperibus acceptum a Galieno in secret' ad omentetum descriptione secunda. p Albucase religioso vidi ibi magnas laudes eius. et est mihi domestica medicina. Item cōfectio dyamusci descriptiōe Auicene quinto canonis suma pria. vl' Mesue in ātidotario distictione pria. Item cōfectio aromatici ro. descriptioue Gabrielis a Mesue ibidem Item descriptio tragee serenitati vr̄e transmisse que talis. ℞ ligni aloes. ʒ. ii. liquiritie et succi eius anisi ana. ʒ. i. ß. violarum rosarū sandalorum amborū ana. ʒ. ii. macis galange nucis muscate folii ameos granorū padili ana. ʒ. ß. cinamomi electi. ʒ. ii. se. basiliconis. ʒ. i. ß. margaritarum contritarū sicut alcohol. ʒ. i. ß. foliorū auri numero. x. zuccari albissimi duplum pondus omnium. de hac accipi potest semper ante cibum. ʒ. i. ß. et post cibū. ʒ. i. Ad hanc etiam intentionem confert electuarium serenitati vr̄e transmissum. cuius descriptio ē tal' et accipiatur ex eo coclear medium per duas horas ante diem omni septimana ter et dormiat super eo. ℞ florū sgnanti spice ameos galange cinamomi cimini ana. ʒ. ii. ß. masticis feniculi anisi piperis nigri et longi calamenti ana. ʒ. v. folii ciperi croci assari cassie lignee se. apii gariofilorum cardamomi maioris et minoris cubebarum nucis muscate macis carpobalsami xilobalsami piretri ana. ʒ. i. ß. mellis dispumati quantum sufficit fiat electuarium ita q̄ pro lib. i. mell' ponantur specierum. ʒ. ii. ß. Itē ad eandem intentionem confert elegans mea confectio transmissa serenitati vr̄e. Cuius descriptio est talis. ℞ galange cassie lignee calami aromatici ciperi croci spice nardi gariofilorum cardamomi maioris croci costi dulcis cinamomi carpobalsami ameos assari amomi se. mirti cinami triū piperū ana. ʒ. i. masticis. ʒ. ii. piretri se. rute ana. ʒ. ß. florū ypericonis florū saluie et roris marini ana. ʒ. i. ß. zuccari al. quantum sufficit cū aqua betonice fiat confectio solida ī rotulis magnis. Conferunt enim hee descriptiones tres iuuamento magno omnibus egritudinibus de materia frigida consumendo eas et digerendo carminat ventositates capitis pectoris stomachi et omniū mēbrorū nutricationis digestionem pcurant cibum penetrare faciunt. spiritus clarificant neruos confortant et oppillationes aperiunt et examināt. descriptiones earū ex theorica medicine deduci pn̄t. ¶ Solent aūt regibus ducibus et magnis prelatis ad hec et similia cōposita adiungi mineralia. vt. Iacinctus et Smaragdus Saphirus limatura auri et similia que qualiter et quantum sint necessaria nō vitupero. nec talia multe necessitatis esse credo. ¶ Ad minorādas etiam repletiones plurima reperiunt' instrumenta materias exiccantia ab illustribus auctoribus hinc inde colecta. vt pillule de yera siplici descripte a Galieno septio terapeutice xi° capitulo. Ex quibus in septimana potest accipi. ʒ. ß. parum ante cenam aut. ʒ. i. ß. semel vel bis in mense in aurora tardando cibū per sex horas premittendo per vnā horam ante prandium absorbium ex vno

cyatho aque ordei cū. ℥. i. zuccari rub. calidum exceptum. His aūt pillul' modernores nō nulli addunt agaricum subtriplum eius. aut subq̄druplum cum eis cōponendo. vt ℞ pillularum de yera simplici. ʒ. i. agarici electi. ℈. i. secundū primū modū aut grana. xv. iuxta secundum zinziberis grana. v reformentur cum melle ros' et accipiantur vt prius Conferunt etiam ad hanc intentionem pillule alefāgīe descriptione Mesue. Ego vero serenitati vr̄e transmisi pillulas in hunc modū descriptas que caput neruos et omnium sensuum organa et mēbra nutritiua emundando confortant nec magna custodia indigent. ℞ aloes epatici electi. ℥. ii. agarici electi. ℥. ß. salis gēme. ʒ. ii. infundantur in succo maiorane. vt ab eo bene sint cooperta et expōātur soli vel conseruentur in loco calido bene vsq; ad consumptionem succi tertia vice factam. post hoc. ℞ ameos florum roris marini sticados assari nucis muscate galange ana. ℈. ß. nitri ℈. vi. masticis croci ana. ℈. viii. formentur pillule cum aqua maiorane. et de eis possunt accipi vna vl' due vel tres ante cibum et post cenam per duas horas ad libitum. Ad hanc etiam intentionem confert puluis iste de quo accipi potest. ℈. i. aut. ℈. ß. parum ante cenam. ℞ turbit electi. ʒ. ii. polipedii. ʒ. i. ß. foliculorum sene. ʒ. ii. ß. zinziberis ameos cinamomi feniculi ana. ℈. i. anisi. liquiricie ana. ʒ. ß. tartari. ʒ. i. ß. fiat puluis subtilis. Ad minorandum vero partiales repletiones capitis conferunt pillule assagaret ab Auicena descripte pria tertii capitulo de canonibus curationis capitis. et accipi possunt due vl' tres ex eis p duas horas post cenā. ¶ Inanitionem vero inmoderatam ex longa cibi abstinentia similiter a vobis euitandā consulo. ¶ Unde longa ieiunia aut fortia valde vt pane et aqua celebrata. et si pp̄ter reuerentiam legis et deuotionē approbari debeant. ipsa tamen loquendo phisice omnia uobis reprobari debent. perducerēt enim vos ad debilitatem non facile recupabilem quare dimittantur. Similiter inanitiones p oia loca inmoderate factas euitare oportet vt p nares per vomitum p vrinam per sudationem p ventrem et per emoroydas et similia loca. Hec d' repletione et inanitione dicta sufficiāt.

¶ Capitulū quartum de cōuenienti mensura ad ministrandi exercitium et quietem.

Quia in preseruatione a dispositionibus supra scriptis et earum euacuatiōe completa exercitiū non modicū videtur afferre iuuamentum. Ideo paulisp dicendum est. ¶ Premittēdo prio q̄ stante notabili dolore capitis aut iuncturarum exercitium equitandi aut peditandi non est conueniens. Patet quia ponere materias in fluxu ad maiora nocumenta inducit q̄ vtilitatem afferat. ¶ Secundo q̄ stante notabili plenitudine corporis ab exercitio iterum abstinendum est. imo quiescēdū patet vt supra. ¶ Tertio q̄ mensura exercitii tanta debet esse vt hominem perducat' ad lassitudinem exclusiue. ¶ Quarto q̄ cum contingeret propter exercitium lassitudo abstinendū ē ab eo iuxta illud famosū. In omni motione corporis accid' Quinto q̄ consueta exercitia conuenientia sunt et minus nocumentum adducunt cū maiori etiam facilitate tolleranda. imo et apud debilem. iuxta illud famosū sermonē ypo. Assueti assuetos ferūt labores. ¶ Sexto q̄ secundum diuersitatem par

tius diuersificantur exercitia. Uniuersale autem exercitium omni alio melius est ieiuno corpore longo tempore mediocriter peditare aut gradarius equus equitare aut fricationem toti corpori applicare incipiendo a pedibus usque ad genua et a genibus usque ad radices coxarum a manibus usque ad humeros cum sicco panno aut manibus inferius trahendo et mediocriter mēbra cōprimendo. usque quo notabiliter rubedine participent. tales enim fricationes materias conuenienter a superiori ad inferiora et a pfundo corporis ad exteriora deducunt. De particularibus autē exercitiis transeundum. mane expulsis communibus superfluitatibus urina sputo et fecibus fieri possunt predicte fricationes. post ipsas autem caput pannis calidis mediocriter fricari oportet ut pectine pectinari si nō sentitur in eo dolor capitis. stante enim dolore capitis eius fricationes non conueniunt sed prime conuēiētiores sunt. In tali enim capitis pectinatione non debet multū caput discooptū detineri in quo non paruum errat serenitas vr̄a ut venetiis vidi. imo frequenti pannorū coopertura muniri debet. Et adhuc tempore caliditatis. cum enim in nocte caput fuerit cōuenienter ifulis bene calefactum ex eius discoopertura a matutinali vel nocturna frigiditate facile pcutitur. quare ad nocumenta multa perducit. Post autē exercitium conueniens oculis est applicari mediocrē legēdo lr̄ā. rmota nō valdē obiecta inspicere a flama ignis oculos elōgare et reliqua similium facere. Uoces aliqualiter alte subleuādo ymnos deo et psalmos cantādo pectus exercitant. Iuncture aūt exercitio sibi conuenienti fatigentur ut non supfluit. quoniā exercitium superfluum excitat podagrā et dolorē iuncturarum 22ª tertii. Neqz igr̄ laudandum est ut calige multum coxas et crura et iuncturas stringant ut est multorū alamanorum usus. Similiter etiā iuncturas genuū et pedū vl̄ ancharum longo tempore ī curuatas detinere nocet. phibet enim hoc inati caloris sanguinis et spūs debitam quantitatem ad iuncturas influere. quare cōplexio eorum debilitatur et ad dolores et ad reliqua nocumēta preparat. Unō licet deuotis frequenter consuetudo sit longo tempore flexis genibus orare quod apō theologos a pbandū est. In scolis tamen phisicorum non videtur a pbandum. imo omnino sugiendū. Forte enim verus theologus non a pbaret ea que p salute anime detremētum corporis inducunt si euitari possunt. et tu consydera. Loco autē exercitii iuncturarum conferunt fricatiōes prescripte. Item et embrocationes et fricationes cū aqua et sale aut cū oleo sali comixto super iuncturas facte. quare breuiarii quarto Serapio scripsit. Et ex eis que custodiunt hominem ne accidat ei podagra est embroca cū aqua salsa. quando funditur super duos pedes semper. Et sal iterū quando aggregatur cum oleo et fit ex eo emplastrum in pedibus vel super fricatio. Quiete aūt vtendū est maxime sup cibum et tempore lassitudinis vel debilitatis vel necessitatis dormiendi et reliquorum Hec de motu sufficiat

Capitulum quintū de conuenienti mensura sōni et vigilie.

Pro quibus premittendū prīo. q conuenientior hora dormiendi est nox q̄ dies. Naturalis enim dormitio et secundū cursū nature facta est que noctem non effugit et diem non impedit. Secundo q non est dormiendum inmediate post cibi assumptionem. imo distaut ab eo saltē per spacium duaru horarum vel vnius. 3º. q nullo modo dormiendum est discooperto existente. Quarto q q̄tum fieri potest euitari debet sōnus diurnus. In die enim dormire malum et ad malas preparans egritudines. generat enim egritudines hūectantes et reumatismos. corrumpit colorē et generat splenem laxat neruos et efficit pigritiā tertia primi doctrina secunda sūma prima capitulo nono. Quinto q eleuato capite dormiendū est. tal' enim situs caput minus ad repletionem vapor disponit. Sexto q non est resupine dormiendum. Quoniam materias ad posteriora vt ad nucham et ad neruos declinare facit. Septimo q naturalis somnus mensuram horarū vii. viii. vel. viiii. non transeat. Octauo q dormitio super ventrem digestionem roborat. sed oculis nocet. Sit ergo canō talis. quia assumpta cena vel prandio occupetur tempus in lectionibus sanctorum patrū narrationibus ystoriarum per tractationibus negociorum comunium ducatus vr̄i usque ad spatium duarum horarum. deinde subito exuto corpore lecto disponamini. Non enim laudo vt discalciando pedes. discooperiendo caput detegendo pectus et corpus reliquium itroitum lecti tardetis vt venetiis vidi. Talis enim modus corpus vestrum ad malas egritudines preparat subito. Igitur vt pretactum est lectum ingrediebetis. caput altum conuenienter decumbēdo tenere prius sup dextro latere primū sōnum occupare. Deinde super sinistro vos met reuoluere debetis. Post hec autem sup dextero retrocedendū est. si opus fuerit. Talis enim dormitio organa digestionis ad bene digerendum optime disponit. Neque sit stratus ex rebus actu vel potentia fris artificiatus. imo de molli pluma vl̄ bene carpinato cocto constructus linteolis serici vel mollibus secundū principatum vestrum decenter ornatus. musco ambra ligno aloes gariofilorum galanga nuce muscata foliis lauri mellisse mente rute decenter aromatizatus. que omnia aut ipsorum plura in loco conseruationis linteaminum et reliquorum pannorum reponi debent. et maxime puluis vel materia pomorum descriptorum supra capitulo de mensura aeris. Uigilie autem que et si ppter exiccationem quā inducunt essent pficue quia tamen multum resolnendo spiritus et humores laudabiles multum deconuenire videntur euitande sunt. Cum igitur. viii. vel. viiii horarum spacium in die naturali conuenienter dormiendo expensum fuerit reliquo tempore vigilandū laudabilius a pbat.

Capitulum sextum de continenti mensura accidentium anime.

Uellem igitur tam dulcius moderari posse animi passiones vestre q̄ diligentius optare. Quis enim est qui phisica idustria qui ornato sermone qui acuratissima dilectione accidentia animi principum metiri posset. nunc enim et frequenter eis tristicia et frequentius q̄ dulcia q̄ delectabilia ex nouis huius fragilis mundi casibus ēarrata et ptractata porriguntur. at quia q̄tum potui phisicorum industria diligenter ispicere ex passionibus

animi quandoque motus fiunt repentini in humoribus et spiritibus de centro ad circumferentiam vt iam in forti risu vel gaudio tales euitari debent. Secundo quod motus etiam oppositi repentine facti vt in timore forti verecundia et similes euitari debent 3° quod accidentia anime tantum metiri oportet cum scrutinio rationis vt eorum excellentia motus iam dictos prohibere possit. ¶ Neque igitur consiliantes non secretarii neque familiares historias aut noua magne tristitie inductiua principibus debent explicare. nec cum percipient eos mediocriter in intelligenda dispositos contenta mente excercitatos experientia et doctrina rerum mundanarum attractos et eruditos. et maxime cum contigerit eos esse egritudinibus doloribus et similibus corpus affligentibus impeditos. Et licet pluries illustrium sententia de coitu sermonem faciat quandoque super capitulo de excercitio propter agitationem corporis et motum. quo excercitantur humana corpora cum sua miseria delitiam illam affectantia. Similiter et alii sub capitulo inanitionis ipsum reposuerunt propter euacuationem laudabilis materie in coytu necessariam. Mihi autem placuit sub accidentibus anime colocare propter affectionem. et propter delitiam magnam que sequitur ad ipsum. Neque igitur multus affectandus est coytus. imo neque cocundum est. Effeminat enim superfluus visus coytus et exanimat corpus. et nihil est quod magis Ischias. i. ancharum dolores et incurabiles egritudines humano corpori irradicet. Nunquam igitur ad coytum accedendum nisi cum incitatione a natura intrinsecus absque exteriori inuitatione prouocatur corpus. Tunc enim si fuerit prima digestio completa cum secunda quod videtur esse tempus aurore in diebus hyemis et hore none vel decime in diebus estatis. ad ipsum iam irritante natura exequendum transiri potest bis in ebdomoda aut ter ad plus eius actum expediendo non magna concussione in ipsum elaborando sed suaui motu corporis eius delitiam acquirendo. et post eius tempus in dormitione occupandum est. et post illud ab excercitio saltem forti abstinere oportet. Et cibis conuenientibus cum mensura rationis acceptis oportet nutriri corpus. Hec de tractatu primo. ¶

Declarato igitur regie penes sex res non naturales pro correctione male complexionis frigide et humide cerebri et accidentium sequentium ad ipsam quod obseruandum est per illustrissimum prefatum principem tanquam principium curationis illorum accidentium. Jam restat ponere canones curationis illorum accidentium. Et cum iam in prohemiali capitulo precedentis tractatus deductum fuerit omnium predictorum accidentium causam principaliter esse malam complexionem frigidam et humidam cerebri. Videtur curatiuum regimen principaliter ad ipsum dirigendum esse. post hec autem si qua haberi possunt remedia accidentibus prefati appropriata illa ordinate scribenda sunt et qualiter obseruari debeant particulariter declarandum est. ¶ Partietur igitur regimen in duo capitula vt in sequentibus nunc legendum.

¶ Tractatus secundi capitulum primum de regimine male complexionis frigide et humide cerebri.

Itaque in regimine male complexionis cerebri prefate. per quod conuenienter curari possit ab ea prefatus serenissimus princeps et ab accidentibus ipsum consequentibus. sex videntur principales intentiones obseruari debere. Prima intentio est euacuatio minoratiua materierum flegmaticarum in cerebro abundantium. et in nutritiuis membris congestarum. Secunda est digestio predictarum materierum. Quarta est membrorum mandantium rectificatio. Quinta est cerebri tanquam suscipientis membri confortatio. Sexta et vltima est materierum in cerebro fixarum et in aliis membris exiccatio. ¶ Prima igitur intentio completur per hec instrumenta materias a capite neruis pectore et membris nutritiuis educentia. ¶ Possunt autem esse instrumenta hec medicine fortes debiles. aut debiles fortes nuncupate. Prima igitur medicina fortis debilis erit attrahens materiam viscosam grossam et multe resistentie in cerebro existentem de coibus visualibus. vt ℞ pillularum de yera simplici gariči agarici electi ana. ℈. i. ʒʒ. ǵ. v. reformentur pillule vi. cum succo maiorane et exibeatur. In ipsis autem accipiendis et quocumque alio farmaco tales regule obseruari debent. ¶ Prima quod accipiantur in aurora a preassumpta cena distanter nouem horis aut saltem octo. Secunda quod sup eas dormiat per mediam horam. super farmaco vero forti completa hora dormiendum est. 3ª quod excercitium post horam predictam debet esse leue et non per leue rane vt leuis ambulatio. Quarta vt applicentur panni frequenter mediocriter calidi super toto ventre inferiori. Quinta quod non sunt fiende fricationes alique saltem fortes. Sexta quod post quinque horas ab assumptione predictarum accipiatur ℥. vi. aque ordei calide cum. ℥. ʃ. zuccari in estate. in hyeme vero tot. ℥. brodii pulli macri cum predicto zuccaro. Septima quod post assumptum brodium vel aquam non accipiatur cibus nisi transeat vna hora. ¶ Secundum vero minoratiuum comune potest esse hoc. ℞ agarici electi. ʒ. ii. aque saluie. ℥. i. ʃ. aque maiorane vel lauri. ℥. i. zinziberis. ℈. i. infundatur agaricus in predicta aqua per diem naturalem. deinde in aurora calefiat totum et coletur et exprimatur et colatura illa detur calida in potu vt supra scriptum est. ¶ 3ª vero medicina fortis debilis de mihi expertis est vt detur in potu. ℈. i. aut. ʒ. ʃ. pillularum de sarcocolla maiorum descriptione. Mesue. Si autem velis facere medicinam debilem fortem et appropriatam ad educendum flegma liquidum et mucilaginosum poteris describere taliter. ℞ sticados ysopi ana. ʒ. ʃ. puluerís hermodactillorum. ℈. iiii. masticis ʒʒ florum roris marini ana. ǵ. vi. agari. ℈. ii. turbith. ℈. i. aque saluie aque ysopi ana. ℥. i. ʃ. Puluereς omnes in fundantur simpliciter in aqua. hermodactilus vero agaricus et turbit ligenter in sindone et infundantur in ea per diem naturalem post hec autem calefiant colentur et exprimantur et cum. ℥. i. mellis rosati colati hec aqua in potu exibeatur. Secunda vero medicina huic consimilis poterit esse talis. ℞ yere simplicis. ℥. ʃ. agarici electi. ℈. i. ʒʒ. ǵ. iiii. aque saluie betonice maiorane vel lauri. ℥. i. exibeatur vt supra. Ad hanc etiam intentionem faciunt omnes diuersiones materierum a capite vt lotiones pedum cum aqua decoctionis maiorane saluie mellisse pullegii sticados calamenti foliorum lauri origani anthos et similium. similiter et ligature extremis partibus applicate vt super cauillis genibus manibus cubitis et adiutoriis ad huc etiam fricationes

super eisdem. Item etiam spatularum fricationes
cum furfuribus puluere sticados maiorane pule
gii ⁊ similium. Item ventositates sine scarificatiō
ne super spatulis facte ⁊ similia ingenia gratia
breuitatꝭ omissa. ¶ Hec de ītētione pria leuit᷑ tacta
¶ Sequitur intentio secūda digerēdi materias
Sequenti vero die post premissuʒ euacuatiuum
digeratur materia assumendo omī mãe īfrascrip
ta vel ipsorum aliquod hora nona post cibum et
dormiendo post ea horis duabus ⁊ tardādo cibū
horis quattuor saltem euitando forte exercitiū
vt currendi equitandi clamandi rixandi et irascē
di. et quinta conditio est in digestiuis obseruanda
vt totiens assumātur vt appeat rectificatio vrina
rum in colore substantia cum nube alba equali cō
iuncta in fūdo sedente. ¶ Hoꝝ igit᷑ digestiuoruʒ
primum potest esse tale descriptione coītatis. ℞
sirupi de sticados. ʒ. i. ß. aque saluie betonice ana.
ʒ. i. aque mellisse. ʒ. i. ß. misce et calidum exibeat᷑
in potu. ¶ Secunduʒ vero ⁊ incisiuū ⁊ subtiliatiuʒ
magis esse poterit hoc. ℞ oximellis cōpositi. ʒ. i.
sirupi de sticados. ʒ. ß. aquaruʒ vt supra. ¶ Terti
um vero poterit esse hoc subtiliatiuū magis abster
siuuʒ ⁊ materieruʒ difficilis eradicatōis extirpa
tiuuʒ. ℞ oximellis squillitici. ʒ. i. sirupi de ysopo
ʒ. ß. aque lauri. ʒ. i. aque maiorane. ʒ. i. misce.
¶ Quartum ⁊ melius est hoc materieruʒ flegma
ticaruʒ ⁊ viscosarum ⁊ grossaruʒ ⁊ ventositatum
in capite rectificatiuum. ℞ sirupi de calamento
ʒ. i. oximellis squillitici. ʒ. ß. aque decoctionis ma
cis. ʒ. iii. misce. Melius auteʒ preter hec omnia
⁊ magis expertuʒ est digestiuuʒ hoc compositōnis
mee. ℞ florum rorismarini floꝝ saluie mellisse
pulegii betonice ana. M. ii. herbe paralesis peuce
dani ameos assari sticados eupatorii ana. M. i.
gallāge nucis muscate granorū paradisi baccaꝝ
lauri granorum peonie ana. M. i. ß. Infundātur
omnia in libr̃. viii aque p duos dies deinde coq̄n
tur lento igne vsque ad consumptioneʒ medietatꝭ
deinde colentur cum forti expressione ⁊ colature
superaddatur zuccari lb. i. aceti squillitici. ʒ. iiii.
⁊ leui ebullitione coquantur. ⁊ in hac decoctione
bulliant hee species in sindone rare ligate. ℞ am
bre musci ana g̃. iii. amomi granoruʒ padisi radi
cuʒ peonie acori calamenti galange. ana. ℈. ß.
omnia subtiliter puluerizentur. ⁊ mixta cū pre
dictis fiat sirupus longus de quo assumantur. ʒ.
. v. vt supra. placebit enim inter cetera rectificat
enim cerebruʒ digerit materias in eo abundan-
tes. soluit ventositates confortat organa sensuuʒ
omnium interiorū ⁊ exteriorum. ⁊ principaliter
cum ipso sepe auditus nocumenta remoui. ¶ Hec
de intentione secunda. ¶ Tertiaʒ aūt intentioneʒ
complent eradicantia materias iam digestas. de
quoꝝ numero elegantiores sunt pillule de sarco
colla iam pretacte. dando ex eis. a. ʒ. ß. vsque ad
. ℈. ii. et non transcendens dosim quia fortes sunt
Item pillule de yera composita descriptione Aui
cene 5° cananis. Bonum etiaʒ solutiuuʒ et secuꝝ
inueni hoc. ℞ pulueris arthāite hermodactiloꝝ
agarici ana. ℈. ß. turbit. ℈. i. partes. ii. zinziberis
anisi macis dauci ameos ana. g̃. ii. formentur pil
lule cum succo maiorane vel saluie. ⁊ totum exi-
beatur in potu. ¶ Aliud vero eradicatiuum bo
num secuꝝ et liquidum poterit esse hoc. ℞ yere si
plicis. ʒ. ß. agarici electi. ℈. i. zinziberis. g̃. iii. mis

te et dentur in potu cum decoctione macis cala
menti vł alterius capitalis. Fortiora āt scribere
non curaui cuʒ multa sint. sed non ita secura ¶
Quartā intentionem complent omnia instrumen
ta rectificantia cor. qđ frequenter in serenissimo
principe leditur ventositate iectigationem in ip
so faciente. similiter rectificantia stomachum hūi
dū multarū ventositatuʒ et tarde digestionis in
prefato principe existentꝭ. ¶ Amplius etiam con-
fortantia epar in quo facile corrumpitur ¶ kilus
ex indigestione in ipso ꝓpter frigiditatem et ali
quando ꝓpter caliditateʒ adustiuam in eo a for
tibus exercitiis et passionibus predictis mēbris
poterunt esse plura. vt troci. de camphora descri
pti nono Almansoris cum aqua cicoree ad cali-
ditatē epatis vł acetose ad caliditatem stomachi
et cordis vel cum aqua absinthii ad frigiditatem
omnium predictorū. Item electuariū dyamuscuʒ
in nono Almanß ad causaʒ frigidā cū aqua de-
coctionis ligni aloes aut similiū. Itē electuariuʒ
de ligno aloes in precedenti tractatu ⁊ tertio ca
pitulo descriptuʒ. Item sirupus iste mirabilis iu
uamenti ad dispositiones pectoris stomachi epa
tis pulmonis splenis et consimiliuʒ. ℞ cepe squil
le minutim incise lib. i. se. feniculi anisi petroseli-
ni piretri ysopi seminis ozimi gariofił. costi assa
ri ana. ʒ. ß. se. apii pipis cimini ana. ʒ. vi. dauci a
meos leuistici rauseni cordumeni ana. ʒ. ii. folio
rū ozimi gariofił. ʒ. vi. aceti lib. ii. ß. mellis lib
. ii. sape. lib. ii. ß. Terant᷑ omnes medicine et infun
dantur in aceto predicto per dies tres coquant᷑
in mane et bis in sero alternatim permutando ipsuz de mane et sero cuius descriptio. ℞ spetiez plirisarcoticon spetiez electuarii diatrionpipere on ana. ℥. ʃ. violaz floz nenufaris rosꝫ ana. ʒ. i. corallo ambo ana. ℈. ʃ. mellis rosꝫ. ℥. vi. zuccari ℥. quinqꝫ coquantur simul mel ꝛ zuccaꝝ ꝛ fiat electuariuz. ¶ Secunduz instrumentuz pro capite ē vt vtatur pillulis istis de quibus saltez bis in septimana in sero quādo vadit ad lectū omni 4ª die accipiat vnaz quaꝝ descriptio. ℞ pillulaꝝ assaieret. ʒ. i. pillulaꝝ alefanginaꝝ descriptione Mesꝫ ʒ. ii. fiant pillule pro omni. ʒ. vii. cuz sirupo de calamento. Tertiuz instrumentum pro capite est ꝙ p totuz mensem maii portet super capite suo per directuz cōmissure sagittalis et est locus vbi apparet linea sequens capillos in dextram et sinistraz parteꝫ que vocatur semita. ℞ ambre. ℈. ʃ. musci g. v. ligni aloes storacis calamite laudani electi ana. ʒ. i. macis. ʒ. i. spodii corал. ru. ana. ℈. ʃ. pulverizentur omnia p se ꝛ post cōmisceāt. ¶ Quartuz instrumentuz in ordine et primuz de his que conueniunt pectori eius est ꝙ post medietatez mēsis aprilis fiat ei purgatio scḋz hūc modū. ℞ pillulaꝝ de agarico. ℈. ii. pillulaꝝ ꝺ sarcocola. ℈. i. reformentur pillule vii. cū electuario indo et accipiat eas in aurora et non dormiat post eas nisi per vnam horam cum. ʃ. et post ea stet ieiunus horis quinqꝫ deinde accipiat ciatū. i. aque ordei calidū bene zuccarate et post ipsaz tardet prandiuz per horaz vnaz. Secunduz remediuz est vt postꝗ fuerit minoratiue euacuatus accipiat hoc digestiuū in aurora calidꝰ qꝺ continuet viii. diebꝫ ℞ si. de prassio de ysopo mellꝫ rosꝫ colati ana. ℥. ʃ aque mellisꝫ. ℥. i. aque farfare. ℥. ii. misce. ¶ Tertiū instrumentū est ꝙ die sequenti viiii. scꝫ post assūptionez digestiui accipiat hoc electuariuz. ℞ electuarii indi. ʒ. iiii. dissoluatur cuz ciato. ʃ. vini al. dulcis calidi et bibatur in aurora post qꝺ obseruētur sollemnitates scripte supra post pillulas obseruande. Et attendat ꝙ si diebus quibus accipiat siueꝛ eius non esset bene fluxibilis tūc omni 3ª die paꝝ ante cenā accipiat vnā de pillulis suprascriptis p dispositione capitis. Quartuz instrumentū est istud postꝗ fuerit euacuatus tunc vtatur hoc electuario de quo omni sero quando vadit ad lectuz per dies. x. accipiat. ʒ. i. cum modico aque isopi calide cuius descriptio. ℞ loch de pino descriptione Mesue. ℥. i. electuarii diairis. ℥. i. ʃ. incorporentur simul cum modico sy. de liquiricia. ¶ Quintū instrumentum pectori appriatuz est vt postꝗ iste vsus fuerit electuario predicco tunc teneat in ore suo mane et circa vesperas et quando vadit ad lectuz modicuz de isto loch ꝛ permittat ipsum dissolui a calore naturali cuis descriptō. ℞ loch de squilla. ℥. ʃ. loch. de pino. ℥. i. electuarii diairis. ʒ. iii. incorporentur simul cum modico sy. ꝺ prassio ꝛ. ℥. i. penidiaꝝ. ¶ Sextum instrumētuz in ordine et primū de appriatis stomacho est hꝰ ℞ spetiez electuarii de gēmis descrip. Auicene 5ᵒ canon. sūma prima. ʒ. ii. spetiez plirisarcoticon ʒ. i. zuccari secunde decoctionis lib. ʃ. cuz aq̄ mellisse fiat confectō in rotulis magnis de qua per totuz mensez maii accipiat frustuluz. ʒ. ii ante prandiuz et ante cenaz. ¶ Sextum instrumentuz et secundum de conuenientibus stomacho est hoc. ℞ cinamomi electi. ℥. i. zedoarie granoꝝ paradisi galange ana. ℈. ii. anisi se. rute siseleos leuistici ana ʒ. ʃ. fiat puluis de quo semper aliquid ponat in cibis eius. ¶ Octauuz instrumentuz de appriatis stomacho eiꝰ ē cerotuz cōe quod semper debet habere applicatuz stomacho suo et pprie cum percipit rugitus gurgulationes et inclinationes ad vomitum et humiditatē in stomacho natantez cuiꝰ descriptio. ℞ resie electe. ʒ. vi. laudani. ʒ. i. gariofiloꝝ nucis muscate galāge ana. ʒ. ʃ ligni alꝫ. gallie muscate ana. ʒ. i. dissoluantur gūe cuz modico aceti montani et infundantur species et fiat cerotū super pannū de grana secundum figuram scutalē ¶ Ultimū instrumentum ꝛ pprie spleni eius appriatum est cerotum hoc quod fiat figure semilunaris et applicetur sub ypocundrio sinistro cuius longitudo attingat vsqꝫ ad totum ilion inclusiue et latitudo vsqꝫ ad vmbilicum cuius descriptio. ℞ se. agni casti tamarisci scolopendrie se. plantaginis cicorce et cuscute ana. ʒ. ʃ. armoniaci mollꝫ ʒ v. bdellii mollꝫ et subalbidi ʒ. ii. ʃ. se. rute. ℈. ii. cere al. ʒ. i. ʃ. dissoluantꝛ gūe cum aceto fortissimo et coquantur simul cum cera et cum ceperint infrigidari superaddantur species et effuudantur super corio secundum figuraz suprascriptam. ¶ Hec est sūma omniū instrumentorū q̄ pro suis dispositionibus eligere potui. Attēdat autem ꝙ si perceperit aliquando stomachum molestari magis q̄ caput tunc incipiat vti remediis stomacho appriatis. et econuerso de capite dicendum est. et similiꝛ si nocumenta pectoris maiora esse perciperet vtatur remediis q̄ ordinata sunt p pectore et econuerso sp ex fundamento scientifici habitus intelligendo ꝙ quando in eodez corrrelarie plures egritudines et accidentia complicantur incipiendum est curare illam q̄ suspectior est et molestior sine cuius curatione altera curari non potest.

¶ Cōsiliū de frigiditate cerebri et difficultate anhelitus debilitate digestiue stomachi cum paucitate mēstruoꝝ.

Iohannes de venetiis vir comendabilis filiam habet que grauibꝫ accidentibus et numero pluribus molesta est iamdiu. ¶ Primū quidez est cerebri dispositio frigida pter quam per viam indigestionis in ipso generatur materia flegmatica aquosa multa q̄ adeo intense frigiditatꝫ existit ꝙ cum decidit per cōlatoriuz in os quandoqꝫ sensui tactus representātꝛ velut glacies. Et hec quidez materia raro decidit p viam nasi nisi postꝗ beneficio medicinarū vie rise aperte fuerunt. Et huic quidem dispositioni iā premissis vniuersalibus digestionibus et euacuationibus tria sollemnia adhibui medicaīa q̄ magnifice contulerunt rectificando digestiuā et phibendo tante materiei generationem et exiccādo eam. ¶ Quoꝝ primum est puluis iste de quo omni sero a principio capilloꝝ vsqꝫ ad summitatem per incessum cōmissure sagittalis per quattuor digitos lattitudinaliter per capillos spargi debet vsqꝫ ad quantitatez vi. granoꝝ ordei cuius descriptio. ℞ folii indi cubebaꝝ storacis calamite baccarum lauri ana. ʒ. i. ligni aloes gaꝝ ana. ℈. iiii. fiat omniū per se puluis et postea misceantur. ¶ Secundum principale remedium est hoc compositū

de q° actu calido ipleatur manus ⁊ iaꝫ prius ore suo pleno aqua leuiter ipse trahiciat per narem dexteram. Deinde per sinistram aliquanto temporis interuallo facto et ita per omnem narem tribus vicibus trahiciat demutando materiam q̄ de capite descēdit et h° faciat saltē quattuor vicibus in septimana per duas horas post exitum a lecto. Cuiꝫ descriptio. ℞ aque sublimationis radicis ireos aque maiorane ana. ℨ. i. aque mellis. ℨ i. ʃ. misce. ¶ Tertium principale instrumentum ē hoc electuarium cuius vsus debet esse saltem duabus vicibus in septimana per. ii. vl'. iii. horas post cenam de eo accipiendo. ℨ. i. cum 4ª parte ciati vini al. calefacti cuius descriptio. ℞ auree alexādrine metridati ana. ℨ. ʃ. sirupi de calamento. ʒ. iiii. ligni aloes. ℈. i. incorporentur simul. Secundum principale accidens huius iuuencule est anhelitus difficultas que ꝓprie asma denominari debet et ei conuenit hoc accidens ex opillatione pulmonis facta a predicta aquositate q̄ distillat a capite suo et maxime dormiendo. q̄ aquositas etiaꝫ in corpore posuit spēm male complexionis frigidꝰ et humide ad quaꝫ sequitur viaꝝ anhelitus coangustatio. et huic quideꝫ dispositioni duplici ꝓuidenduꝫ est remedio. quoꝝ primū est. ℞ loch de pino. ℨ. ʃ. loch de squilla. ʒ. ii. incorporētur simul et de hoc mane et sero quantitateꝫ vnius grani fabe in ore suo teneat ita vt distillando per cannaꝫ pl' monis recipiatur in concauitate pectoris. Secūdum remediuꝫ est cum molestatur hoc accidente vt tribus vel quattuor mane in aurora accipiat hunc sirupuꝫ calidꝰ actu. ℞ sirupi de prassio. ℨ. i. aque vngule caballine aque ysopi ana. ℨ. i. ʃ. misce et post eum tardetur cibus saltem horis quattuor. ¶ Tertium principale accidēs est stomachi debilitas in digerendo q̄ conuenit ei a mala complexione frigida et humida materiali stomachi spē consimili dispositionibus capitis et pectoris iaꝫ predictis. ꝓpter quas etiam dispositiones omnes hec mulier marasmodea facta est adeo vt a pluribus dubitatum fuerit ipsaꝫ laborare ethica prie speciei. cuius tamen nō apparuerūt signa. Et huic quideꝫ dispositioni duplici ꝓuisum est instrumento et mirificum inuentuꝫ. ¶ Primum itaqꝫ instrumentum est administratio huius electuarii de q° in aurora accipere debet quantitatem nucis muscate deglutiendo ipsum et tardet cibum post horis quattuor cuius descriptio. ℞ musci. ℈. i. spice inde caf. lig. folii lacce ablute reuseni ana. ʒ. ii. sirupi ameos seminis apii masticis ana. ʒ. iiii. gentiane. ʒ. ii. cinaōi piperis aristo. ro. ana. ʒ. iii. ligni aloes gaꝝ. ana. ʒ. i. ʃ. terantur omnia per se ⁊ diligenter cribrentur et fiat electuarium cum melle dispumato cuius quantitas sit lib. iii. Soleo ego huius electuarii medietatem conficere ꝓpter euitare expensam et est mirabilis operatōnis ad oīa predicta si considerentur simplicium virtutes et ex descriptionibus Auicene ʃ° can. sūma prima descriptione secunda confectionis de musco Lege ibi. ¶ Secunduꝫ remediū ad stomachi dispositionem est hoc cerotum quod super pāno de grana factum bene tenax super stomacho suo q̄si ꝑ susten tet. cuiuꝫ descriptio. ℞ laudani resine electorum ana. ℨ. ʃ. mirre masticis ligni aloes folii gaꝝ. ameos absinthii cubebaꝝ mente ana. ʒ. i. nucis muscate. ʒ. i. ʃ. se. rute cimini piperis al. ana. ℈. i. storacis calamite. ʒ. vi piscis naualis cocte cum vino fumoso et aromatico. ℨ. i. colofonie. ʒ. i. ʃ. cere quantū sufficit fiat cerotum scutale magnuꝫ et stomacho applicetur cum piramide eius super pomo ḡnato posita. Quartum accidens principale in hac domina inuentum est motus tremulus cordis qui valde verendus est in ea et maxime q2 continuus est. quoniam ille qui tremorem habet cordis sibi assiduū caueat ne subita intercipiat' morte tertia primi capitulo de his q̄ ꝓnosticant egritudines et huic quidem dispositioni duo conferunt sollemnia remedia. ¶ Primuꝫ quideꝫ est confectio de musco iam immediate ante scripta. ¶ Secundum remedium est sacculus huiusmodi. cuius descriptio. ℞ speticꝝ electuarii d' ligno aloes descriptōis Auicene ʃ° can. sūma pria rubrica illa. Electuaꝝ de ligno al'. ℨ. ʃ. speciecꝝ electuarii de gēmis ʒ. iii. se. ozimi gario. ʒ. iii foliorꝝ ros' corallorꝝ ru. ana. ʒ. i. misce et in sindone de ḡna retorta fiat sacculus quantitatis semissis et ꝑ super corde eius appensus teneatur. Vltima vero dispositio seu accidens huius iuuencule est paucitas menstruoꝝ que indubitant' ꝓuenit ex paucitate sui in ea inuenti cum hec mulier iam marasmodea est vt supra p̄missū est. Et potest etiam ꝓuenire ꝓpter debilitatem expulsiue potentie cum grossitudine sanguinis ⁊ aliaꝝ materiecꝝ sibi cōmixtaꝝ. Et huic quidem dispositioni ꝓuidendū est duplici instrumēto Primuꝫ est semicupiū hoc in quo sedeat sepe infusa vsqꝫ ad vmblicum et sit calidū ℞ mricarie. ℳ. iiii. arthamisie. ℳ. ii. se. rutbe recentꝫ. ℳ i. coquntur in aqua diu ⁊ fiat ex eo vt dictum ē. ¶ Secūdum instrumentum est vt si huic mulieri cōtingat menstruoꝝ retentio fortis accipiat ipsa ꝓpinqua eruptioni tribus diebus in aurora. iii. vel. quique d' istis pillulis infrascriptis Pillule bone. ℞ opponacis pinguioris. ℨ. i. ʃ. serapini mollis. ʒ. i. casssie ligne e croci ru. tinctoꝝ ana. ʒ. i. ʃ. cuꝫ succo rute reformentur pillule ex omni. ʒ. vii. et admīstrātur vt supra dictum est. Abstineat autem hec mulier ab omī cibo opillatiuo viscoso frido ⁊ grosso quoꝝ exemplum est lac ⁊ cibi oēs lacticinii pastilles et partes neruose et panniculose aīaliū et legumina elixa et paīs azimus vel male coctus āt combustus pira citonia mepila et talia sil'ia. Effugiat potum vini nigri grossi conturbati stiptici et pontici vel brusci ⁊ aque frigide potum sumo ipere fugiat. Hec sunt meliora q̄ accipi possūt ex sententiis illustrium virorum hinc inde collectis

¶ Consilium de mala complexione frigida et humida cerebri stomachi epatis et renum cum motu cordis. Incipit capitulū.

Vir nobilis Magnolus de mōte sācto de marchia anconitana ꝓuincia celeberrima variis ⁊ multis accidētibꝫ ⁊ egritudinibus ifestat' Et primum quidem hoꝝ est discrasia cerebri sui ad humiditateꝫ notabiliter eleuati ⁊ ad frigiditatem. estimandum tamen est cerebrum eius a generatione respectu medie speciei fuisse calidū magis q̄ꝫ frigidum. ¶ Secundum autem in eo est mala complexio frigida ꝓpt' multitudinem vapoꝝ flegmaticoꝝ ab inferiori corpe ⁊ ꝓprie a stomacho eleuatoꝝ. Mō autē augmētū

humiditatis existat in eo ex multis declarari potest similiter et frigiditatis remisse. Primo quidem quod tangenti representatur cutis capitis et partes eius adiecte remisse caliditatis et notabilis molliciei. Secundo vero quia ex parte visus color eius vergit ad aliqualem paliditatem immiste valde rubedini confractam. Tertio ex operationibus naturalium virtutum cerebri hoc apparet quia diminute digerit et superfluitates pigritanter expellit. Quarto ex operationibus sensuum exteriorum eo quia visiua eius quibusdam imaginationibus quandoque corrupte operatur et iterum in sensu tactus quandoque diminute percipit obiectorum impressiones. ¶ Tertio quantum ex hoc quia olfatus eius diminutus est clausione viarum per quas vapor ab odorabilibus vel fetidis eleuatis obiectis ad cerebrum vel ad caruncula mamillares deferri debet et adhuc quia in sensu gustus in operatione cadit diminutio, propterea quia panniculus in superficie lingue contentus multis humiditatibus infusus et liois superfluitatibus est vellatus. Insuper etiam in sensu auditus quandoque in eo apparet corruptio in operationibus et diminutio. percipit enim non raro diminute sonos et strepitus in aere existentes et quandoque eius apparet sonitus et motus ventositatum velut agitantium aquam quod est in sensu auditus corruptio nominatum. ¶ Quinto principaliter cerebri ipsius lapsus ad amplissimam humiditatem et ad remississimam frigiditatem intelligi potest signis sumptis ab operationibus virtutum cognitiuarum interiorum quas philosophi moralles apellat. Est enim in operationibus sensus comunis imaginatiue potentie et fantasie et cogitationis quandoque nocumentum diminutionis. quandoque corruptionis vt inductiue ex singulis facile deducere possem. sensus enim comunis diminute apprehendit. et similiter fantasie species a sensu comuni delatas non conuenienter detinet et moderatur propter quod imaginatio eius diminuta est in componendo et diuidendo quare potencia cogitatiua non conuenienter eligit ex sensatis. Unde non mirum est si in operatione memoratiue nocumentum assignatur. Species enim obiectorum non conuenienter in organo memoratiue recipiuntur nec retinentur. Horum autem omnium causa est multitudo flegmatum in cerebro eius que cum hoc quod infundunt organa vel ventriculos cerebri etiam distemperant instrumentum scilicet spiritum animalem ipsum permutando in complexione ad frigiditatem et humiditatem et in modo substantie ipsum grossum et non bene mobilem et penetrabilem reddendo quando et quare oportet. vnde et potentie interiores propter indispositionem instrumentorum quibus operantur et organorum in quibus locantur nequaquam conuenienter operari possunt. Et clare colligi possunt horum sermonum sntie prima primi doctrina. 6ª ca° de virtutibus animalibus comprendentibus et tertio de accidenti et morbo et vbicunque 3° colliget. et virtualiter trahunt originem ex his que a philosopho et cometatore eius scripta sunt in 3° de anima. ¶ Sexto principaliter lapsus ad humiditatem et frigiditatem in cerebro cognosci potest per signum sumptum a iuuantibus eo quia per applicationem calidorum et siccorum iuuatur et iterum a nocentibus quia cerebrum eius per occursum ad infrigidantia et humectantia magnifice leditur. ¶ Lapsus enim non naturales iuuantur a contrariis. Naturales vero notabiliter eleuati facile nocentur a similibus eo quia conuersio in genere proportionali facilior est 2ª primi ca° de signis complexionum. Septimo principaliter iterum hoc etiam apparere potest per signa sumpta ab exeuntibus. si enim contingit cerebrum eius moueri aut naturaliter aut sinthomatice ad expellendum aliquid per congruas regiones materia que expellitur ab eo per palatum per nares per oculos substantia et colore est flegmatica aquosa et mucillaginosa et alba. Iterum hoc apparere potest eo quia impedimentum aliquod in lingua ipsius assignatur idebite mouendo ipsam et sermocinando. ¶ Neque enim aer ab ea conuenienter frangi potest ad voces dearticulandas, propterea quia virtus pigritata est ab augmento humiditatis. et musculi lingue infusi sunt ab eadem ita quod non possunt conuenienter moueri quando et quare oportet. Et confirmatur hoc signum cum multa sit lenitas seu lenitio in substantia lingue per tactum percepta et cum albedine et mucillaginositate ibidem apparente. ¶ Nono iterum predicta cerebri dispositio intelligi potest per signum sumptum qui inter animales operationes enumerari solet, propterea quia virtus animalis motiua retrahit spiritus et innatum calorem de circunferentia ad centrum. et etiam quia virtutum sensitiuarum exteriorum et interiorum operationes detinentur et ligantur in somno secundum plurimum earum. Est enim in hoc viro somnus plixus et profundus a quo non facile exitari potest. et significat augmentum humiditatum propter quod vapores ab eisdem eleuati sunt multi et profunditas ipsius significat grossitudinem materierum effundentium vaporas grossos qui non nisi longo tempore a virtute resolui possunt. At vero vltimo mala complexio humida materialis a multo flegmate pendens deduci potest ex lassitudine totius motiue virtutis et impotentia non solum ad incipiendum sed etiam ad continuandum motus progressiuos et alios inchoatos. similiter etiam et in musculis colli et spatularum presentantur in eo dolores extensiui ex multa materia ab eisdem infusa prouenientes. Et ex his facile probari potest eius cerebri mala complexio iam predicta que videtur esse causa magis suarum dispositionum. et clarius apparebit inferius. ¶ Secunda dipositio principalis huius viri est mala complexio stomachi ipsius frigida et humida propter quam flegma multum per viam idigestionis in eo congregatur. licet enim vt plurimum in fundo stomachi reperiatur flegma vt 13ª tertii ca° de egritudinibus stomachi apparet. In hoc tamen viro. Amplius de flegmate generatur propter predictum lapsum quod in comunitate hominum reperiatur. hec tamen flegmata sunt magis non naturalia inquantum non sunt vere dicta flegmata. Nullum enim est verum flegma denominandum nisi illud quod 2ª digestione generatur in epate. Alia vero flegmata equiuoce talia dicta sunt. Ex hoc autem flegmate contingit intendi predictam malam complexionem et confirmari in stomacho et ipsam eandem esse generationis ipsius causam. Unde effectus est sue cause augmentatiuus et econuerso. ¶ Hec autem sui stomachi mala complexio a me creditur esse radicalis causa omnium malarum dispositionum aliorum membrorum de quibus paulo post dicetur. Hanc igitur malam complexionem significat debilitas appetitus et digestiue ipsius propter augmentum humiditatum predictarum.

Secundo vero ſignificat ipſā perſeuerans ſtoma
chi lenities ad tactuʒ perceptibilis. Tertio ſignifi
cat ipſaʒ facilitas leſionis ab aſſūptione humectā
tiuʒ. Quarto demōſtrat eandeʒ iuuamentuʒ con
ſequēs ex aſſūptione cuiuſcunqʒ rei calefacientis ⁊
exiccantis ſatis notabiliter. Quinto cognoſcitur
ipſa per inuentioneʒ rugitus gurgulatōis vł' frac
tionis ventoſitatuʒ in ſtomacho. Sexto ſignificat
ipſam multitudo ructus. Septimo ſignificat ſali
ualis humidititatis multitudo que tamen in eo
non multum perſeuerat ꝓpterea quia caliditas
epatis minoꝛat humiditatē et exiccat eam. Octa
uo ſignificat ipſa ventris lenities aut ſaltem pꝛi
uatio ſtipticitatis. ſuperfluitates enim pꝛime di
geſtionis multa humiditate cōmixte lenitionis
ventris et pꝛiuationis ſtipticitatis ſunt cauſe. reli
q̄ ſigna dimitto aliis quia hec melioꝛa ſūt. ¶ Ter
tia. diſpoſitio huius viri eſt motus preter naturaʒ
coꝛdis qui non poteſt eſſe iectigatio ipſius ꝓpter
ſui magnitudinem q̄ repugnat iectigationi. ¶ Nec
eſt hic motus tremulus quia non eſt paruus neqʒ
multum ſpiſſus. neqʒ eſt eſt hic motus ſaltuoſus ab
auctoꝛibus nominatus. quoniaʒ iſte eſt minoꝛ illo
neqʒ habet augmentum diaſtolis magnuʒ notabi
liter interpollatum ſuccedenti vel pꝛecedentibus
quieti autiſtoli. Eſt igituꝛ hic motus coꝛdis noīa
tus ſtomachalis quem Auicena xi[a] tertii ca° pꝛo
pꝛio caſacan noīauit. poteſt autem in hoc viro hic
tremoꝛ pꝛouenire ꝓpter malaʒ cōplexionem ſto
machi per colligantiaʒ abſolutaʒ nihil coꝛpoꝛeuʒ
coꝛdi comunicantis ſed continuatio huius motus
pꝛeternaturalis facit me euidentius credere ꝙ
pꝛouenit a ſtomacho p colligantiam non abſolutā
Egꝛitudines eniʒ mēbꝛoꝝ per colligantiam dic
te abſolutaʒ et ſi quandoqʒ fiant raro tamen per
ſeuerant quin tranſeant in colligantiam non abſo
lutaʒ vt colligi poteſt 2[a] pꝛimi ca° de complendis
diſpoſitionibus. Et arguitur ratione pariter quo
niā omnis egꝛitudo per colligantiam abſolutam
dicta debilitat naturalē complexioneʒ mēbꝛi ī q°
ipſa eſt. Amplius et foꝛtius videt' debilitare nat'
aleʒ cōplexioneʒ mēbꝛi a quo ipſa comunicat' al-
teꝛi ſed ad debilitateʒ mēbꝛi comunicantis ſequi
tur generatio materieꝝ per viaʒ indigeſtionis ⁊
mł'tiplicationis in eo. Igitur ab illo membꝛo hec
materia vel eius vapoꝛ ad coꝛ delegari pōt ſed
illa eſt ratio foꝛmalis colligantie non abſolute p[a]
tertii tractatu 2° capitulo p° colligendum. Igitur
intenta concluſio vera ſcʒ ꝙ egꝛitudines q̄ per col
ligantiam abſolutam ꝓueniunt in aliquo mēbꝛo
raro perſeuerant quin tranſeant in egꝛitudines p
colligantiam non abſolutam qꝺ fuit concluſio de
mōſtranda. ¶ Non eſt auteʒ hec coꝛdis diſpoſitio le
uiter conſideranda ꝓpter plura. pꝛimo quia no-
cumentum coꝛdis omnibus aliis mēbꝛis coꝛpoꝝ
cōmunicat. Secundo quia ſpiritus vitalis qui eſt
generale inſtꝛumentuʒ omniuʒ operationuʒ pau
cificatur et in complexione et modo ſubſtantie ſil
ueſtris efficitur. Tertio quia hic motus ⁊ ꝓpꝛie cū
perſeuerat a peritioꝛibus medicis ſuſpectus eſt ha
bitus et ꝓpꝛie cum eſt tremulus. ¶ Ille qui habet
tremoꝛeʒ coꝛdis aſſiduū caueat ne ſubita interci
piatur moꝛte 3[a] pꝛimi de ſignis ꝓnoſticantibus
egꝛitudines. Quarto iteruʒ qꝛ motus pꝛet'nat'aʒ
coꝛdis frequenter ſolet aſſociare ſibi lippotomiā
aut ſincopiʒ ſed omnis caſus pluriuʒ virtutuʒ āt

maioꝛis partis eaꝝ eſt valde verendus igitur cō
cluſio vera. ¶ Quarta pꝛincipalis diſpoſitio eius
eſt mala cōplexio ca. et humida epatis. licet eniʒ
ego credaʒ ꝙ diſpoſitio epatis eius a generatiōe
contracta fuerit ca. et ſic. tamen ipoſteꝝ cōuerſa
eſt in humiditatē materialeʒ notabiliter. Potuit
auteʒ hoc contingere in hoc viro pluribus ex cau
ſis. pꝛimo ex pꝛimitiuis eo qꝛ hic vir habuit con
tuſioneʒ notabileʒ ſuper finibus pectoꝛis et ipocū
dꝛiis ſed ad ipſaʒ ꝓpter debilitateʒ per viam in
digeſtionis multiplicata fuerunt flegmata que na
turalem cōplexioneʒ euerterunt ad humidaʒ. ¶
Secundo vero huius permutationis cauſa potuit
eſſe mala complexio fri. et hu. ſtomachi pꝛedicta
q̄ per colligantiaʒ abſolutaʒ vel non abſolutaʒ vel
per vtrāqʒ ſimul permutauit cōplexioneʒ epatis
Tertia cauſa eſſe potuit vſus reruʒ infrigidantiū
et humectantium longus. Quarta cauſa de remo
tis tamen eſſe potuit mł'titudo deſcenſus materiei
flegmatice a capite ipſius quod receptum in ſtōa
cho permixtuʒ fuit chilo reddendo ipſum fri. ⁊ hu
Epar ergo cum non potuerit rectificare diminu
tam digeſtionem ſtomachi permutatuʒ fuit ab il
la et ī humiditatem conuerſum. Quinta cauſa po
tuit eſſe perſeuerantia oppillationuʒ in epate hu
ius a materiebus iam pꝛedictis. humoꝛales eniʒ
materie citius et foꝛtius permutant mēbꝛoꝝ cō
plexiones quando in eis fixe permanent ſed opil
lationes ſunt cauſa fixionis materieꝝ in epate ſuo
Et ſi bene cōſideras hec quattuoꝛ cauſe inuicem
connexe huius rei veritateʒ manifeſte aperiunt.
Poteſt autem aliquis in huius lapſus cognitioneʒ
deuenire per multa. ¶ Pꝛimo quia tangens ipo
cundꝛiuʒ vt plurimū percipit in eo frigiditateʒ
aut remiſſam caliditatem cum manifeſta molli-
cie. Secundo quia in eo habundat ſanguis multū
aquoſus. Tertio quia coloꝛ in coꝛpoꝛe pꝛoueniēs
ab aquoſo ſanguine cuʒ remiſſa rubedine ad pali-
ditateʒ tendit vel remiſſam citrinitateʒ. Quar
to quia totuʒ coꝛpus molle et laxum eſt. Quinto
quia in eo apparet multitudo vꝛine vt plurimuʒ
crude et aquoſe aut ſaltem leui tinctura tincte et ī
uenitur in ea nubes pendula in medio et ſupꝛemo
vaſis diuulſa ad coloꝛem aque vſqʒ tendens. Sex
to quia ſuperfluitates inteſtinales mucoſe et aquo
ſe vt plurimuʒ expelluntur. Septimo ipocundꝛi
um dexteꝝ pilis eſt denudatuʒ ꝓpter augmentū
humiditatis. Octauo quia coleꝛe rubee paucitas
in ea repitur et paſſiones et accidentia eius. No-
no et vltimo quia in toto fere coꝛpoꝛe apparet
diſpoſitio quaſi cacſia. hec autem aſſignari nō po
teſt pꝛopꝛie dicta ſine nocumento epati plurimū
contingente ab augmento humiditatis in epate
Et ex omnibus iſtis inuicem congꝛegatis et pꝛo
pꝛie ex virtute vltimi ſigni concludit' ꝙ vir iſte
facile paratus eſt ad idꝛopem aſclitem niſi diſcre
te pꝛouideatur vt infꝛa tangetur. hec de epatis
ipſius diſpoſitione. ¶ Quinta diſpoſitio principa
lis eſt mala complexio in renibus eius q̄ eſt fri. et
humida ſiue ipſa fueꝛit per eſſentiam in renibus
incipiens ſiue ipſa fuerit per colligantiam ſecun-
dum partem ab epate et a ſtomacho eiſdem com
municata. Et veriſimilius eſt ꝙ hec diſpoſitio in
renibus eius ſit magis accidentalis et tempoꝛa
nea q̄ꝫ naturalis et iterum per colligantiaʒ deno
minanda talis q̄ꝫ per eſſentiam qualitercuuqʒ cuʒ

contigerit videtur quod hec dispositio frigida sit et humida in renibus perseuerans. quod per multa decla rari potest. primo per signum sumptum ab operatio nibus virtutis naturalis digestiue eo quia propter digestiua ipsorum multas superfluitates congregat in renibus propter debilitatem. que superfluitates cognoscuntur quia in aquositate vrinali sedimen apparet et nubes grossa quandoque capillaris non ra ro crinoydalis vel herbina et aliquando furfurea sed hec contenta significant renum debilitatem 16ª tertii caº 3º. Item vrina mingitur vt plurimum multa in quantitate continua et discreta vt preal legato loco colligendum. Et ille qui mingit vrinam propter quam multotiens ad mingendum surgit in renibus eius est egritudo. Et similiter qui habet vrinam in qua est sedimen carnosum capillosum et her binum. 2º illud declarari potest ex substantia vri narum que vt in pluribus aquosa est et perseuerat fre quenter in ea remissa tinctura palearum vel subcitri na. omnes autem gradus colorum qui sunt infra ci trinum significant frigiditatis augmentum 2ª pri mi capitulo de signis colorum vrine. ¶ Contra quia vrine huius viri non raro ostendunt tincturam no tabiliter eleuatam ita vt quandoque intense citri ne ruffe aut subruffe videantur. sed omnes hi colo res caliditatis augmentum significant 2ª primi vbi supra. ¶ Item vrine ille frequentius sunt grosse nubem grossam in medio vasis pendentem et co lore citrino coloratam. sed multitudo nubis arguit potentiam caliditatis seperantis et grossitudo arguit materiam calidam et proprie complicatam cum colore citrnio igitur in renibus eius caliditatis dominium significatur et non frigiditatis. ¶ Ter tio ad idem in renibis eius apparet generari non raro multitudo arenarum vt ab effectu in vrina consi picitur sed ipse significant caliditatis aug mentum 16ª tertii capitulo de lapide renum. causa enim vincens in generatione lapidis et harenarum est caliditas egressa ab equalitate Et per easdem rationes et consimiles pariter probari posset quod in epate eius vincit caliditas et non frigiditas cuius oppositum apparuit posse colligi ex precedenti caº Ad hec omnia respondetur. ¶ Et primo ad vltimum dici tur quod ex signis in precedenti caº tactis omnibus vel ipsorum aliquo non bene concluditur in epate huius viri dominari frigiditatem imo principalis conclusio inuestigata in precedenti caº fuit quod epar eius erat lapsum ad calidum et hu. verum caliditas in eo est ita notabiliter ab humiditate ipsius superata quod apparent manifesta omnia humiditatis epatis sig na occulte vero caliditatis respectu illius signa p cip. iunt. Licet enim in aliquo corpore caliditas vincat frigiditatem ipsa tamen remissa respectu humitatis est causa generationis et multiplicatio nis plurium flegmatum. Hec igitur flegmata calidi tatis naturalis actus sua humiditate opprimunt in tantum quod non apparent manifeste caliditatis impr ssiones. propter quod ad motiua predicta facile solui potest. ¶ Et primo ad primum dicendum quod non sp ex tinctura vrinarum necesse est arguere caliditatem epa tis aut renum. contingit enim materias que sunt tincture vrinarum efficientetes cause aliunde decidi et ad vrinam effundi licet in membris vrinalibus nullum caliditatis augmentum percipiatur. Ad for mam igitur argumenti cum dicebatur quod vrine huius viri sunt notabiliter tincte conceditur illud

et similiter conceditur quod tinctura illa significat aug mentum caliditatis in eo loco vbi ipsa ostendit princi pium effectiuum et materiale. sed negatur consequen tia quoniam neque in maiori neque in minori conclu ditur distemperamentum essentiale in epate nec in renibus esse. sed est quia colerica materia multa quan doque detinetur in chisti fellis et in venis epatis et renum circunstantibus propter aliquas oppillatio nes. cum ergo aperiuntur ille effunditur materia colerica ad vias vrinalas et tingit aquositatem. Et simile est de hac materia accidentaliter tingen te vrinas sicut accidit in creticis transmutationi bus completis vel incompletis. Et similiter ad mo tiuum secundum soluendum est. quia dato quod multitudo et grossities vrinarum cum tinctura attestatur calidita ti non tamen concludunt caliditatem illam invalu isse in renibus neque in epate. ¶ Ad tertium autem licet videatur difficilius dicitur quod harenarum et la pidis generatio fiunt a caliditate egressa tempe ramentum vt pulcre arguebatur. non tamen conclu ditur in renibus esse auctam caliditatem harenarum et lapis generatiuam. Contigit enim ad ipsarum generationem fortius concurrere caliditatem circunstantium mem brorum et caliditatem accidentaliter in renibus geni tam quam caliditatis propriam ipsorum renum. Exemplum primi sicut multotiens ab epate a sanguine in arte ria orithi descendente et in vena chili frequenter in tensa caliditas in renibus producitur. Exemplum se cundi sicut cum perseuerant oppillationes et mul tiplicantur circa renes intenditur caliditas et mul tiplicatur in eis. Ad formam igitur argumenti a re nibus expelluntur lapilli et harene qui generantur a caliditate egressa temperamentum ergo illa cali ditas est necessaria a renibus. patet quod 9ª fallit ex predictis. ¶ Secundo principaliter hec renum dis positio potest probari ex nocumento in operatio ne coitus contingente. debilitatur enim propter frigiditatem et humiditatem in renibus venereus actus ita quod quandoque non solum diminuitur sed eti am aufert quare 18ª tertii caº precalligato de egri tudinibus renum inquit princeps. Et comitatur quidem debilitatem renum qualitercunque defectus in coitu. Est autem subtiliter contemcorandum pp quid renum debilitas sit causa defectus coitus. Di cendum itaque quod actus venereus a virtute genitiua perficitur multipliciter. Primo ex parte conueni entie materie seminalis in quanto et in quali debite disposite. Secundo ex debita dispositione organorum in q bus vltimate perficitur semen. 3º ex debita dispo sitione spirituum qui necessarii sunt ad illius ma teriei generationem. quarto ex debita dispositione viarum per quas effunditur materia seminis. qui to ex debita dispositione membrorum in quibus semia lis materia generatur. Exemplum primi sicut ma teria seminalis mediocris quantitatis et conue nienter complexionata effusa ad testiculos recipit ab eis temperamentum quo ad delectationem et generationis aptitudtiem recipit. neque enim aliq materia per canale tertium in membro virili sp maticum nominatum effusa delectationem in coi tu et fecunditatem efficere potest nisi temperamen tum predictum a testiculis accipiat. propter quod cor relarie concluditur quod multotiens exit aliqua sp matica materia aut sibi consimilis a membro gei tali sine aliqua penitus delectatione vt patet in multis gomoreis. Et hoc est proprie huius viri

dispositio qui habuit longo tempore spermatice materiei eductionem multum vt in pluribus absq3 aliqua delectatione aut cu3 eade3 remisse valde Exemplu3 secundi multiplice3 habet dubitationē secundum multiplicitate3 mēbrorum. quidā eni3 posuerunt spermatica3 materia3 generari in vena chili 7 sibi ppinquis temperamēto epatis et renū ad illius generatione3 concurrentibus vt colligēdum est 28ª tertii caº de causis spermatis et aliqualiter 21ª tertii caº primo. Et eandem matiā per predictas venas effundi per vasa spermatica quorum alte4 quia dextru3 oritur ab emulgentibus sinistrū vero ab arteria orithi. Hec igit materia per predicta vasa effunditur ad testiculos. Alii autem voluerunt hanc seminalem materia3 generari in vasis inuolutis circa testiculos a quorum temperamento san. effusus dealbatur et in sperma conuertitur 7 est opinio imposita Aristotili 9º aialium caº de spermate. Nō nulli aute3 voluerūt materiam illam precise in testiculis generari vt ia3 visum est. Et si bene consideras facile iter istas apparēt dissonas opiniones consiliari potest. Sperma enim completiue generatur in testiculis. Materia vero illius aliqualiter remota temperamētu3 recipit in vasis inuolutis. Materiā vero rēotam magis necesse est pdisponi a membris superioribus in quibus digestiua virtus potentior est. s. in epate et in renibus. Patet autem q impossibile est sperma verum generari nisi organa vel mēbra predicta sint debite complexionata et organizata in cōplexione et vnitate eorum. Tertiu3 prdictorum ite4 necessariu3 est. nisi enim debita quantitas spirituū vitalium animaliu3 et natāliu3 cōcurreret et. eorum cōplexionale temperamentū quo posset talis materia generari. Exemplu3 quarti ē vt si bene vasa spermatica et vie iam predicte p quas seminalis materia effunditur et recipit nō essēt bene disposite nequaq posset sperma generari. Exemplu3 quīti ia3 apparuit declaratione habuisse in declarando mēbra ad generationem spmatis necessario concurrentia Ex his omnibus diligenter consideratis apparere potest causa pp quid hic vir a copula venerei actus est priuatus.

Tertio principaliter hic renum debilitas apparere pōt ex debilitate motus pgressiui 7 sustētatione totius corporis super cruribus. renu3 eni debilitas multotiens perducit ad egritudines iūcturarum. et hoc quidem est satis rationale. quoniam supfluitates ab epate ad renes valde facile delegari possunt per venā renibus ab epate aduenientem vt 18ª tertii capitulo primo prope fine3. Similiter etiam a renibus ad iuncturas inferiores valde facile declinare possunt materie fluxibilitate et grauitate earum et ite4 per ramu3 vene chilis descendentis in duas partes ramificate et descendentis per coxas et adhuc etiam pter colligantiam situale3 ad nuchā et ad sex pia neruorum descēdentium ad alchatin qui oriuntur a nucha valde leuiter materie a renibus ad predicta mēbra delegari possunt. Unde et habentes debilitatem ī renibus in motu progressiuo sunt lesi. Et plurimu3 aliquam speciem doloris iuncturarum inferiorum incidunt plura alia signa debilitatis renu3 demōstratiua q adducere potuissē. sed hec cu3 his que superius dicta sunt de nocumentis in vrina contingētibus sufficere possunt. Et ex omnibus in hoc capitulo 7 in precedentibus declaratis sūmatim colligi potest huius viri dispositio ita q cōplexio eius ex omnibus agregata particulis declinat ad frigiditatem et humiditatem. magis tamen ad humiditate3 q ad frigiditatem. temperamētū eni3 naturale epatis non sufficienter pōt contraoperari frigiditati stomachi capitis et aliorum. et cum humiditate intensa stat augmentum succedere frigiditati vt prima primi capitulo de complexionibus humiditas eni3 maior q debet reddit corpus frigidius q oportet. Secundo ex predictis correlarie concluditur q op3 huic viro conuenienter et celeriter prouidere eo quia respectu cōplexionis eius a generatione contracte 7 respectu etatis hic lapsus ē sibi ad contrariū et omnis talis vt ī pluribus est verendus 7 male termīationis iuxta sermonem sūmi veteris afforismorum 2ª. In morbis minus periclitant egrotantes.

Capitulum pri3 de cura per dietam.

Regie3 autē eius ī duas ptes diuidit. Er pria qdē rectificauit rerum non naturaliu3 administratiō3 2ª vero medicinaliu3 exibitō3. Prima autem harum sectionum sex continebit breuia capitula.

Quorum primū de loci habitabilis electione. Eligatur igitur clima regio ciuitas domus vel camera ad caliditate3 et siccitate3. tendentia magis tamen ad siccitatem q ad caliditate3. 7 sit locus eius partial orientali et meridionali aere detectus a ventis humidis borealibus et occidentalibus elōgatus et a decursibus aquarum vel vallium rēotus in quo frequenter ignis accendatur ex lignis lauri abietis pomorum iuniperi pini 7 frondibus herbarum consimilit calidarum. In quo etiam sepe suffumigium fiat ex colofonia storace calamite resina pini sādaraca thure laudano 7 cōsimilibus. Et gratia annexorum aeri vestes eius sint bene calefacientes et mēbris adherentes conuenientis strictureque. Et in yeme ex cōueientibus pellibus diploidē muniat et caput eius bireto agninis pellibus suffulto ī yeme et leuioribus in estate regendum est. s. caput

Capitulū scdm de rgimie per repletionem et inanitionem Incipit.

Quoniam huius viri dispositio a multa repletione dependet. Ideo ciborum quantitate3 mediocrem accipere debet. melius est ei a dieta comūi media eque distanti declinare ad latus subtilitatis q econuerso. quare ciborum et potuum quantitatem accipiat nec appetitum excludēte3 immo decens est ei a mensa surgere reliquiis famis et sitis in stomacho remanentibus vt cum decentius amplectente stomacho cibos et potus digestio perficiatur et laudabilior. Si autem ite4 contigisset ciborum repletionē fuisse acceptā ad eorum eductionē priusq corrumpantur pperandū est vomitu aut subductione per inferius. Et primum quidem boru3 perficit imponendo digitum aut penam oleo inunctā vsq ad principium meri titillando. et si non vomeret per hec faciliter tūc accipiatur ciatus aque decoctionis radicis raphani et eidē addantur. ℥. ii. aceti et totum hoc bibatur tepidum postq plenus fuerit stomachus cibis in subtilitate 7 grossitie dulcedie et amaritudine acredine et acuitate variatis Si autem per hec conuenienter euomuerit bonū est. si autem nō fiat ei clistere conueniētis attractionis ad inferiora. Rx decoctionis quattuor plātarum malue. s. mercurialis blete et violaru3 lib. i. olei

violaꝝ. ℥.iiii.salis communis.ʒ.vi.benedicte vere Salici ana .ʒ.iii.zuccari ru.cassie fistule ana.ℨ.s. misce et totum hoc accipiatur hora conuenietiori vt apparebit.

¶ Capitulum tertiuz de regimine per quietem et exercitium Incipit.

Exercitiuz exiens a mediocri huic viro conueniēs esset ꝑpter necessitatē consumptionis supfluitatū que in ipso abundant.veruz qꝛ in ipso lassitudo notabilis apparet ideo exercitiuz ꝑpter hoc non videtur esse conueniens .Leuiter ergo incedendo aut gradarium equū equitando stomacho existente a cibis vacuo exercitetur aut mōtē distantiā aliq̄tā ascendendo vel descendēdo ita vt cadat in eo actu alit̄ et in mēbris calor auctus percipiat̄.Si aūt ex hoc tali exercitio lassitudinē incurrat desistat ab eo sermone veteris.In omni motione corporis ꝯcet.Et loco exercitii fricationibus corporis vtatur a genibus vsqꝫ ad pedes .deinde ab inguibus vsqꝫ ad eos et aspatulis vsqꝫ ad nates et ab humeris vsqꝫ ad manus inferius trahendo cuꝫ fricationibus rubedinem aliquā in mēbris īducentibus hora quideꝫ q̄ iaꝫ prima completa est digestio et venter a superfluitate mūdificatus fuerit.Reliq° autē tempore conuenientius ē ei quiescere q̄ exercitari eo quia motus materieꝝ digestioneꝫ impedit 22ª tertii capitulo de doloribus iuncturaꝝ.

¶ Capitulꝫ quartuꝫ de regimine per somnuꝫ et vigiliam.

Ex his que in precedentibus declarata sunt patꝫ huic viro necessariuꝫ esse recedere magis ab equali parumper per augmentuꝫ dormiendi q̄ vigilandi vt melior in eo fiat digestio vtriusqꝫ materiei et insensibilis eaꝝ expressio.ꝛ licet in ipso mlt̄aꝝ materieꝝ augmentum existat q̄ exiccatione ī digēt et per vigiliam exiccarentur magis. tamē quia per ipsaꝫ maior fiet in hoc viro laudabiliꝫ materieꝝ resolutio q̄ oportet.Ideo ꝑpter h° amplior somnus ei conuenit q̄ breuis. Somnus itaqꝫ vel dormitio competit ei distanteꝫ a cibo ꝑ horam .i.vel duas super dextro prius deinde sup sinistro latere figura corporis mediocriter erecta. A de cubitu super spina omnino caueat īmo conuenientius esset ei super ventre q̄ super spina dormire.caueat dormire ī camera antiq̄ cōstructionis habente testudinales reuolutiones ī quam etiam radius lune nullomō pertingat.nocent eniꝫ vehement̄ capiti eius et reumatismuꝫ faciendo sanguineum vel alteꝝ 2ª tertii tractatu primo.

¶ Capitulum quintuꝫ de accidentibus aīe

Passiones animales et maxime contristantes omnino euitari debent.fortassis enim et ita credo ī h° viro tristicia magna fuit causa corruptionis sanguinis et aliaꝝ materieꝝ in eo.Aut per viam cōgelationis que successit suffocationi innati caloris et in membris acentratis aut per viam adustiōis materieꝝ illaꝝ.licet primā causaꝫ a posteriori. videri verificatam magis quoniam iste vir expulit materiaꝫ mlīcaꝫ san.cōmixtaꝫ cum signis frigiditatem testificantibus magis q̄ caliditateꝫ. Fuit eniꝫ illa materia nigra ꝛ obscura peitus absq̄ aliq̄ luciditate. 2° fuit secunduꝫ partes omnes compacta multum.3° vero fuit associata fetori horribili 4° non habuit secuꝫ cōmixtas spumosas partes aliquas neqꝫ colore citrino coloratas.et omnia ista signa extinctionis caliditatis demōstratiua sunt sicut istis opposita caliditatis augmentuꝫ significant seu ostendunt.Igitur omne accidens anime per qđ moueantur materie et spiritus ab extra ab intus erunt causa predicte suffocationis innati caloris sicut furor iracundia esset causa inflammationis et adustionis eaꝝ ꝑpter veloceꝫ ꝛ et forteꝫ motuꝫ in spiritibus et humoribus contingentem iracundis et similibus .Et forte si bene cōsideras innati caloris diminutio q̄ per moduꝫ suffocatōnis cōtigit potuit esse vna d̄ causis q̄ fecit hūc viruꝫ ad venereos actus impotenteꝫ.Et q̄ causa cōpleretur satis numerus causaꝝ diminutionum in coitu efficientiuꝫ. Itaqꝫ necessarium est huic viro has passiones a se ipso soluat ꝛ illaris et iocundus existat vt confortata anima potentior sit ad saluteꝫ inducendaꝫ bene regendo materias et mēbra corporis.

¶ Capituluꝫ sextum de electioūe ciboꝝ et potuuꝫ conuenientium Incipit vt sequitur.

Nunc auteꝫ in hoc capitulo paulisper subtilius ꝑcedendum est.Uidetur enim difficile satis posse eligi cibaria suis qualitatibus et ꝓprie medicinalibus vnicuiqꝫ mēbro lapso conuenientia ꝑpter cōtrarietatem lapsuum in diuersis mēbris eius.In primo principali ca° inuestigataꝫ.At vero vt rationali iudicio modus dietandi in cibis eligatur premittendum est prīo q̄ cibaria penitus cibaria dicta saltem alicuius q̄titatis nō essent huic viro conuenientia eo quia augmentum efficerent ī materiebus et iteruꝫ quia non conuenient aduersarētur lapsibus predictis. Cibi enim tales et potus penitus a materia operant̄ ꝛ non a qualitate.¶ Premitēdū 2° q̄ tales cibi debent esse aut medicinales āt mediciālibus cōmixti si cibales fuerint.Premittendum tertio q̄ tales cibi debēt esse leuit̄ calidi non transcendentes primuꝫ gradum aut primaꝫ mansionem secundi quia lapsus ad frigidum in hoc viro est paꝝ intensus.¶ Premittenduꝫ q̄rto q̄ tales cibi debēt esse in siccitate notabilit̄ eleuati vt in secundo gradu et adhuc in prima mansione tertii. Probatur quia lapsus ad humidum in hoc viro est amplior ī duplo maior ꝛ amplius q̄ ad frigidum quare ꝯcet.¶ His premissis fiat huic viro panis modicum subtilis furfuris habēs de fermento et sale magis recipiens q̄ communis panis et si comederet aliq̄to tempore panem ex farina spelte factum esset ei vtile magis aut saltē in quacunqꝫ cibatione semper comedat ante cibuꝫ et post tortellos decem et est bis coctus panis.sit autem bene coctus panis etatem habens duoꝝ āt trium dieꝝ ad plus.De carnibus autem eligant̄ capreti bene adulti quoꝝ carnes exiccatiue sunt magis q̄ eoꝝ quoꝝ etas menseꝫ non transcendet sint etiaꝫ vituli adulti ꝛ carnes gazelli ꝛ siluestris porci et leporis et cerui.Agni aut castrati et domestici porci dimittantur .De volatilibus autem vtatur omnibus domesticis et siluestribus preter q̄ in aquis degentibus.Unde pulli perdices fasiani cot̄nices ꝛ minute aues cōueniētes sūt.De melioribus autem quibus vti potest sunt columbi iuuenculi.eoꝝ vero carnes conueniūt ei cuius corpꝫ infrigidituꝫ est et sanguis est paucus.Unde ex continentis ca° 66 9°.Pulli columborum dant ī cibo illi cuius corpus euacuatum fuit de sanguie aut infrigidatum ex longo morbo. Similiter et capriolinę carnes.De quadrupedibus optime sūt

ei ipse enī i ter silvestres carnes meliores existūt ⁊ sanguis ex eo genitus paucas habet superfluitates Almansoris 3° ca° 32°. Carnes vero animaliū multe humiditatis velut sunt agni castrati et recentis porci de quadrupedibus. et anates ⁊ anceres et ortigiones. i. quale de volatilibus non conveniunt nisi coquantur cum plantis et exiccativis non multe caliditatis velut salvia ipicon aut cum aromatibus notabilis exiccationis de quibus tamen pauca quantitas apponatur ne ꝓpter caliditatē ledant. ꝓpter qđ gratia huius salite carnes huic viro sunt convenientes et similiter carnes in mortariolis condite et in ventribus conservate. De plantis conveniunt ei salvia menta ruta serpillū ꝓprie maiorana feni. petro. daucus. i. baucia silvestris et domestica. Caules etiā conveniūt ei et i sūma omne vegetabile cuius caliditas non est excedens multū et siccitas est notabilis laudādū est ei. ꝓpter qđ lactuca portulaca bleta spinachia viola malva cucur. cucu. et citruli ⁊ anguria omnino dimittant̄. nisi. in pauca valde q̄titate et raro vsu. De fructibus vero orariis vt cerasa ditantur et auelane recentes. Ficus vero folatione vel fabationeset amigdale recentes et pira ad notabilē dulcedinē inclinata et pepones bene dulces conveniūt ei. De siccis fructibus conveniunt ei ficus sicce phistici xilocharate. i. karobe auellane castanee elixe et ꝓprie ꝓpt̄ renes ⁊ amigdale sicce consimiles et vve recentes bene etiam mature etiam vtiles sunt ei nisi quia non sit vsus eoꝝ frequens et multe q̄titatꝭ. De radicibus conveniunt ei rape et napi ꝓprie eo quia mundificant renes et excitant coitū. Et cepe etiam et ꝓprie coctum convenit ei ⁊ ꝓprie bulbus cū cōfortatōne stōi q̄ efficit. Alleū vero et poꝝ dimittant̄. karotis autem cuiuscunq̄ spetiei vti potest et quovis preparationis modo. Sparagus et lupulus ⁊ cappares cum mundificatione et exiccatione sua etiam sunt laudabiles. ¶ De conditis placent mihi olive et baucie et napi conditi et ꝓprie secacul. i. iringus conditus ꝓpter renes. et citonia cōdita iteꝝ post cibū sūt ei bona. De peregrinis cōditis conveniūt ei inter reliqua. extremitates balsami cōditi. ⁊ dicitur confectio xilobalsamū conditum ꝫ etiā conditum qđ viride dicitur hec duo sunt in quibus magna sue curationis vis consistit. kebulos etiā conditos laudo. Et erit omnium istorum canon administrationis in regimine medicinali declarādus. De his vero quibus causa delectationis cibi condiuntur placet vsus aceti acutissimi et agreste convenienter salse et limonū etiam vsus cum aptione incisione et exiccatione sua conveniens est ¶ Citrāgulorꝝ vero et granatoꝝ acrium vsus non ē ei conveniens. succus autem musoꝝ et dulciū granatoꝝ omnimodo administrationis placet. Oleū olivaꝝ bene maturaꝝ non multū placet eo quia humidum est in fine primi. inq̄tū vero calidum est in principio primi conveniret sed si erit in suo arrtificio convenienter salitum conveniret ei Antiri vsus omnino dimittat̄ ꝓpter ampliorē esse in eo humiditatē q̄ in oleo olivaꝝ. Si autē hic vir vellet vti oleo convenienti non eligat oleū preter factum de nucibus. Ipsū enī cū exiccatione calefactione et apertione suis stomacho epati ⁊ omnibus vrinalibus viis convenientius est q̄ predicta. Oleum etiā amigdalaꝝ dulciū et de fisticis summe conveniunt ei. Oleum de pineis et de sisamo omnino dimittant̄. Mel vero et condita omnia cibaria laudabilia sunt. cum enim calidum sit et siccum in secundo et potent̄ adverset̄ flati vbicūq̄ reperiatur consumendo ipsum et precipitādo per ventrem et per vrinam non evacuatur ab evacuatione convenienti et ꝓprie in vigorando ⁊ mundificando. ꝓpt̄ qđ oportebit q̄ vir iste vtat̄ non raro idromelle cuius descriptio ⁊ modus vsꝰ eius in sequenti capitulo declarabit̄. De potu aūt eius convenit ei vinum substantia purū vel diafanum colore album vel citrinum odore suave potētia sua mediocrem fumositatem habens qđ tamē si fumosum fuerit aqua confrangendum erit secundum tertiam vel quartam partē eius cōmixta q̄ mensurari poterit secundū discretionem patientis et vini fumositatem. et sit aqua ab electo fonte collecta qui sit celo et aeri discoopertus a vallibus et limosis superfluitatibus et corruptibilibus plantis in eo natꝭ denudatus. in quo neq̄ ranaꝝ neque sanguisugaꝝ vel pisciū multitudo reperiatur. ¶ Eligibilior autē aqua eiꝰ esset aqua cisterne q̄ cū velocitate sue penetratōnis ⁊ substantie tenuitate penetrabilior est et ꝓprie si cum zuccaro cōmisceatur et coquatur. zuccarum enī et ꝓprie tertie đ coctionis taberzet nominatum a medicis conveīt ei cum eo quidem nutrit calefaciendo et exiccādo Est enim calidum in fine primi et siccum in eo et confert stomacho abstergēdo ab eo fl'a ⁊ a mēbris nutricationis.

¶ Capitulum tertium de regimine haꝝ dispositōnum per instrumenta medicinalia.

In electione autem medicinaꝝ dispositionibus huius viri convenientium premittenđ primo q̄ difficile est eligere instrumenta omnibus dispositionibus simul convenientia ꝓpter varietatē ipsaꝝ qđ enim esset conferens dispositioni renum et epati eius non videretur vtile ad dispositiones stōachi capitis et nervoꝝ ipsius Ideo securius est intēdere ad rectificationem alicuius de numero haꝝ dispositionum et maxie ei q̄ suspectior est. deinde permutatis transire ad regimen aliaꝝ fm q̄ magis videtur infestare necessitas. ¶ Premittendū est secundo q̄ regimen huius viri per medicinalia permutandum est secundum revolutionem partium anni. Haꝝ autem dispositionū quedā magis infestare solent i vere q̄ i estate ⁊ sic đ aliis. Ideo premittendū est tertio q̄ respectu eius in principio veris fiat eductione materieꝝ a quibus hec dispositiones fieri et augeri solent vt nunc sequit̄ vlic đ aliis tēporibus. Itaq̄ in principio mensis marcii circa sextū vsq̄ ad. x. diem lunarem eius administretur huic viro hoc primum minoratiuū. ℞ agarici electi hermodactilorū ana. ʒ. i. ʃ. zinziberis anisi violarū ana. ℈. ʃ. salis indi g̃. iii aque eupatorii aque violaꝝ ana. ℥. ii. aque absinthii. ℥. i. ʃ penidiarum. ʒ. vi. infundantur species pulverizate in predictis aquis per vnam diē naturalem. deinde calefiant omnia et bene misceantur et colentur collature illi admisceatur electuarii indi. ʒ. i. ʃ. et totum calidum in potu exibeat̄ et post ipsum dormiat per horā vnam ⁊ translactis horis. v. accipiat ciatum vnum aque calide ordei cum zuccaro et post iteꝝ tardet cibum per horam vnā. ¶ Accepto igitur hoc minoratiuo die immediate sequenti accipiat hoc secūdū remediū

℞ sirupi compositi acetosi.℥.ß.sirupi de eupato-
rio.℥.i.aque mente aque absinthii ana.℥.i. aque
cicoree.℥.i.ß.misce et accipiat ipsuꝫ vsquequo ap
pareat in eius vrina ipostasis alba equalis cōiūc
ta et in fundo sedens. ¶ Tertiū instrumentum est
vt die immediate sequēti purgetur cuꝫ hoc medi
caīe. ℞ iere Galieni ℥.ß.cassie fistule paulo ante
de canna extracte cum aqua eupatorii.℥.i. agari
ci electi.℈.i.zinziberis g̃.iii.misce et obseruētur
post ipsum hora et conditiones omnes q̄ de mino
ratiuo superius posite sunt. ¶ Quartuꝫ instrumē
tuꝫ est vt postq̄ iste vir prescripto modo purḡtus
fuerit ītendatur ad mundificationem capitis eius
cuꝫ hoc gargarismate. ℞ corticuꝫ agarici cologn.
ana .ʒ.ß.costi piretri staphisagrie zinziberis cina
momi ana.ʒ.i.puluerizentur omnia et bulliant in
lib.in aque vsqꝫ ad consūptionem medietatis. De
hac igitur cotione colata accipiatur lib.ß.et sup
addatur eidē oximellis squillitici. ℥.i.ß. electua
rii diairis descriptione Nicolai.ʒ.iii misce et cuꝫ
hoc actu calido postq̄ paulisper fuerit in ore retē
tuꝫ fiat gargarisma mane ⁊ sero per horā.i.ß.an
te cibuꝫ diebus sex vel octo continuis. ¶ Quintuꝫ
instrumentum est vt post illud gargarisma.gra-
tia confortandi caput et cerebrum vtatur omni
bus istis instrumentis simplicibus ⁊ cōpositis. ¶
Quoꝝ primuꝫ est spica inda q̄ super bregmate pul
uerizata confortat cerebrum. Unde ī aggregato
re Jo.ſap.in suo capitulo. Spica inda exiccat hu.
in capite congregatos confortat cerebruꝫ et ꝓhi
bet reumatismos Item ad hanc intentionem con
fert excellenter ambra puluerizata super bregma
te Unde ibi supra capitulo de ambra .ambra sup
posita capiti confortat cerebruꝫ et corroborat ip
suꝫ et sensus eius et cor. Iteꝫ ad eandeꝫ intentionē
confert auellanaꝝ comestio.ipse enim augmentuꝫ
efficiunt in cerebro 2° can.auctoritate ypo.ca° de
auellana. ¶ Sextū instrumentū est vir iste postq̄
vsus fuerit predictis per aliquos dies per vnam
completaꝫ septimanaꝫ omni mane ore eius pleno
aqua trahiciat per .nares eius de hac mixtione.
℞ aque sublimationis maiorane.℥.iii.musci elec
ti grana.v.tepefiat totum et administretur vt su
pra. Ego eniꝫ tota etate mea nulluꝫ īueni remedi
um melius celerius et efficatius cerebri et neruo
rum confortatiuū. ¶ Septiꝫ īstrumētum est vir
iste assuescat sepe cōedere xiloballsāuꝫ cōditū nō so
phisticatuꝫ qđ fit ex recētibus virgulis ligni bal
sami cuꝫ zuccaro conditum et accipiatur in mane
cōpleta iam prima digestione coclear.i. ex eo et
tardetᷣ cibus saltem horis quattuor. ¶ Octauū
instrumentum qđ cōmunicat iuuamentuꝫ magnū
omnibus fere dispositionibus eius est vsus sotire
magne posite ab. Auicena 5° can .sūma prima q̄
sotira.i.saluatrix interpretatur licet Aliabas 4°
practice ca° vi° h electuariū nomīauerit selfe. Et
accipiatur ex eo.ʒ.i.ß.in aurora cum aqua maio
rane gratia cerebri.et cuꝫ aq̄ rosmarini ꝓpᷣ ner
uos et cuꝫ aqua abscinthii vel mente ꝓpter stōa
chuꝫ. Nonum remediuꝫ est et magis inferioribus
conferens mēbris stomacho pectori et epati eius
et cuꝫ apparuerit in predictis vel ipsoruꝫ aliquo
nocumentuꝫ manifestum incipiat sibi ꝓuideri et
primo lippothomiis ⁊ debilitatibus cordis et de
fectui animositatis cum hoc digestiuo. ℞ aque sub
limationis mellisse et buglosse ana.℥.ii.ß. De cor
ticibus citri. ℥.i.sy .de bisantiis.℥. ß. detur .hoc
actu calidum in aurora per viii vel.x.dies cōtinu
os . ¶ Decimuꝫ instrumentum est vt hic vir acci
piat hoc euacuatiuū die immediate sequēti. ℞ sub
limationis folioꝝ basiliconis aque radicis enule
ana.℥.i.ß .reubarbari agarici electoꝝ ana.ʒ.i.ß.
zinziberis spice nardi.ana.℈.ß.salis gēme g̃.iii.ī
fundantur omnia per diem naturaleꝫ ī predictis
aquis deinde calefiant et colentur et exprimanᷣ
⁊ colature addātur.ʒ.ii.electuarii ad mel̄iaꝫ soluti
ui descriptione Auicene 2° de viribus cordis ca
pitulo penultimo et obseruetur post istud totum
qđ post alia . solutiua scriptum est. Et attende q̄
prescriptum digestiuuꝫ īmediate et hoc solutiuuꝫ
cōmunicant intentiones suas materiebus aut lap
sibus calidis et frigidis. Unde si tua intentio ī cli
naretur magis ad aduersandū colere q̄ flāti tūc
multiplicetur dosis reubarbari.⁊ ecōuerso ad fri
gidaꝫ intendēdo causam addatᷣ in dosi agarici se
cundum cōiecturaꝫ tuam . Undecim instrumētuꝫ
speciale et vltimuꝫ est hoc cōpositum. ℞ aque mel
lif.℥.ii.pulueris zedoarie.ʒ.i. vini aromatici.ʒ.
ii. misce et quattuor vel.v.diebus calidū exibeatᷣ
in potu et fuit de expertis vetustissimi auctoris
Alkafis .scripsit enim in libro simplicium.zedoa
ria confortat cor letificat ipsum et valet sincopi
mel̄ie et tremori cordis et multuꝫ corroborat ip
sū ⁊ epar. Ego vero doctrina Dyascoridis et expe
rientia ab eo habita scio si quibusdam diebus om
ni mane in potu dentur g̃.iiii.electi musci cuꝫ.℥.
ii. aque sublimationis folioꝝ aut floꝝ croci mira
bl̄r releuat sincopizatos et resolutos omnes a qua
cunqꝫ causa contigerit ipsos defecisse siue calida
siue frigida. Unde Dias.in suo ca° muscus potatꝰ
confortat cor et omnia mēbra interiora siue sup
poītus. Unde est dans vigorem omnibus mēbris
vel solatiuꝫ vt habet alia littera fortitudineꝫ eius
augendo. ¶ Duodecimum instrumentuꝫ de his q̄
cordi cerebro et omnibus principalibus vtilita
teꝫ affert est electuariuꝫ de gemmis descriptuꝫ a
Mesue ī Antidotario suo distinctione prima ca°
tertio.⁊ fuit de medicinis Ga. collectis ab eo ī li°
x.tractatuū de quo exibeantur omni mane.ʒ.iii.
et si volueris ipsum cerebro appropriare magis
detur cum.℥.ii.aque subliātionis betonice vel sal
uie ī frigida causa.in calida cum aqua rof vel vi
olaꝝ.et cum intendis ad lapsum frigidum cordis
cum eo detur cum aqua enule vl' mellif.ad calidū
cordis lapsū detᷣ cuꝫ aq̄ acetose vel floꝝ salicis vl'
buglof q̄ tēperata est.et respectu lapsus calidi in
frigidatiua est eo quia remissum additum itenso
remittit ipsuꝫ vt ex principiis theorie deductum
est.similitᷣ etiam si hoc electuario volueris vti ad
stomachum calefactum detur cum aqua lambru-
sce vel decoctione eius vel cicoree vel floꝝ salicis
et ad frigiditatem eius cum aqua absinthii men
te vel betonice. Et quando volueris cum eo vigo
rare epar calefactum detur cuꝫ aqua endiuie epa
tice vel cicoree sicut ad ipsum infrigidatū cōfert
aqua eupatorii ypericonis ⁊ similiuꝫ. ¶ Tertium
decinum instrumentum est rectificans stomachū
in q° ꝓpter amplam humiditateꝫ eius per viam
indigestionis materie frigide generantᷣ et con-
gregatur cuius descriptio. ℞ pulueris carui.ʒ.ß
masticis .℈.ß.detur in potu cum.℥.i.aque decoc
tōis granif piperis lon. Est enim instrumentum

magne efficatie qd in q̃plurimis hominum et in me ipso vidi vt ex cōponētib; vidēri pōt. ¶Unde diascorides ca° de mastice. ¶Mastix customatica est epar et ventrem defectos corroborat et i actōes eorum iuuat absq̃ molestia. De carui vero i aggregatore ſapionis ita scripsit. Carui bonum est stomacho calefacit et corroborat ipsuz ꝛ facit digeri cibuz et intrat in confectionibus medicinaꝝ faciētibus descendere cibum Piperis longi vsus ad stomachuz infrigidatuz in cibis eius est optimus. ¶Decimiquartuz istrumētū est ad stomachuz calefactuz experimentuz hoc. ℞ pul. lambrusce. ʒ. i. def i potu cuʒ. ℥. i. ſ. aque acetoꝛ actu frigide. Ego etiaz experientia certa scio q̃ si. ʒ. ii. rosate nouelle descriptione Nicolai dentur in potu cuʒ. ℥. iii. aque acetose mirabilit̄ cōfert. ¶Decizquintuz instrumētuz est et ꝑprie de his que stomacho cordi cereb° et epati mirabile afferunt iuuamentuz vt vir iste frequenti vsu accipiat in aurora coclear vnuz fisticoꝝ conditoꝝ secunduz moduz de eis ab auctoribus inuentum. Ego vero sine multa anxietate soleo exibere mūdificatos cuz subdupla quantitate zuccari albi. ¶Decizsextū instrumentuz ꝛ ꝑprie d his que appropriantur epati in quo multuz oporteт ponere attentionez eo quia forma huius viri sine dubio corrupta est. siue p formaz colorem aut habitudinez intelligere volumus. ē eniz color eius ex citrino et albo compositus. forma eius est cacetica vt videnti apparere potest. vnde talia et proprie si perseuerarent venturaz idropez huic viro ꝑnūciant. Cuz igitur ad epar eius calefactum intendens administret̄ ei hoc digestiuuz quod continuet per plures dies. ℞ aque epatice aque cuscute ana. ʒ. i. ſ. sirupi de bizanciis sirupi de eupatorio ana. ʒ. vi misce ꝛ totuz detur in potu paꝝ calidum ¶Decizseptiz instrumentum est educens materias calidas et corruptas ab epate. ℞ trifere persice descriptione Mesue in Antidotario. ʒ. ii. reubarbari electi. ʒ. i. squinanti ℈. vi. detur in potu cum medio ciato aque lactis caprini et fiant post ipsū omnia que de primo minoratiuo sunt scripta. Octauuz instrumentuz ē vt intendatur ad epatis confortationez post ipsius euacuationez cum hoc composito. ℞ se. cuscute cicoree scariole spodii ana. ʒ. i. electuarii dialacce descriptione Auicene 5° can. ℥. ii. vini ḡnatoꝝ. ℥. i. ſ. zuccari candi. ℥. ii. fiat electuariuz de quo omni mane in aurora accipiat. ʒ. v cuz aqua cicoree et confert valde ꝛ tardetur cibus post ipsuz horis quattuor Et si volueris epar cuz his que a ꝑprietate conferunt rectificare cōgruēda ei in potu quibusdam diebus. ʒ. ſ. epatis lupi exiccati cuʒ. ℥. i. aque cicoree in materia calida. cū aqua eupatorii i materia frigida. Epar enī adip enumeratur inter res epar confortantes a ꝑprietate sua q̃ sunt tres descripte 14ª tertii ca° de cōfortantibus epar in fine. et sunt omnes speties en diuie. Caro limatiaꝝ et sūt eodē q̃ reperiunt̄ in dumetis. ꝛ epar adip. lege ibi. ¶Decizнonū instrumentum ad frigiduz lapsum epatis intende cum hoc digestiuo. ℞ aque eupatorii aq̃ absinthii ana ℥. i. ſ. sy. diarodon descriptione Mesue in Antidotario. ℥. i. sy. de eupatorio. ℥. ſ. misce et detur in potu pluribus diebus cum aparitione ipostasis supra limitate. ¶Uigesimū instrumentuz et ꝑprie mundificatiuum materieꝝ frigidarum ab epate est hoc. ℞ electuarii indi. ʒ. ii. agarici electi. ℈. ii zinziberis. ℈. vi. sy. de eupatorio. ʒ. i. detur totum in potu cum decoc. exteriorum corticum fisticorū cuz conditionibus in solutis obseruandis vt supra Et si volueris administrare pillulas tunc. ℞ pillularum aggregatiaruz descriptione maiori. ʒ. i. pillularum de reubarbaro. ℈. i. cum succo endiuie reformentur pillule viii. et dentur i potu ¶Uigesiz primū. instrumentum et post predicta rectificatiuuz epatis est hoc. ℞ electuarii diacurcume descriptione Auicenne 5° can. ℥. iii. florum eupatorii. ʒ. i. ſ. spicenardi squinanti xilobalsami cameō ana. ℈ ii sy. de eupato. zuccari albi ana ℥. ii. fiat electuariū de quo omni mane assumat. ʒ. ii. i aurora ꝛ tardet post ipsum cibum horis quattuor. Si autem in h° viro appareret reuersatio i neruis vel i iuncturis sicut satis in eo suspicor et apparere poterit per ipedimenta in motu progressiuo contingentia tunc vtatur his remediis simplicibus a sapientibus collaudatis. Quorum primum est et cet. ¶Uigesim secūdū est frequens vsus comestionis pullorum columborum Auenzoar enim mirabilia dixit de eis ita q̃ comestio pullorum columborum et proprie siluestrium cōfert relaxationibus menbrorū omnium et tremori totius corporis et trahētib; post se crura ꝛ pedes. ꝛ priuationi sensus et motus et intersectioni loquelle. Item gratia huius a predicto auctore collaudantur aque termarum. i. balneorum naturalium et proprie sulphureorum Unde et huic viro his diebus libenter balneū cōcessissem nisi multitudo humiditatum i eo de quarum putrefactione dubitaui et menbrorum principalium debilitas obstitisset. quare cum per regimen predictum sufficienter rectificatus erit i medio antumni summo iuuamento credo balneum sibi colaturū. ¶Uigesiztercium instrumentum est experimentum nobile mundificans cerebrum et a neruis materias infusas attrahēs. Cuius descriptio. ℞ pul. nigelle que per quattuor dies naturales infusa steterit in aceto acuto. ʒ. i. succi rad sicle ℥. i. ydromellis ℥. iii. misce et tepefiat et de eo fiat caputpurgiuz sicut de alio superius scriptum ē debere fieri. ¶Uigesizq̃rtū decimum et proprie de compositis est vsus continuus electuarii de achoro aut saltem conditum de achoro et est radix eius humida vel tenera cum melle condita. vt p varia volumina hinc inde colligi potest. quorum alterū vel quodlibet accipiatur in aurora vsq; ad quātitatem. ℥. ſ. tardando postea cibuz horis quattuor ¶Uigesimqntum instrumentum est vt qui habēt lassitudinem in neruis et iuncturis assuescant i vngere spinam suam frequenter ex oleo de piretro actu calido. quare 8° de simplici medicina. oleū de piretro torpidos et paraliticos iuuat. ¶Uigesim sextum īstrumētū principale ꝛ reliqua qnqз sequētia sunt de appropriatis ad dispositiones renum huius viri et hoc quid confert ad gomoream que multum molestauit ipsum intantum q̃ perduxit ipsum ad ipotentiā venerei actus. vnde assuescat in aurora accipere. ʒ. i. pulueris florum nenufaris cum. ℥. ii. vini nigri stiptici. Ego vero maius iuuamentum expertus sū i radice nenufaris q̃ in flore eius. ꝛ tu elige sicut tibi plз. ¶Uigesizseptiz instrumentum ē hoc. ℞ se. portulace ꝛ lactuce ana ʒ. ſ. succi extremitatum cane humide. i. recentis ℥. ii. misce et tepidū i potu det̄ i aurora tardādo cibum horis quattuor et dormiat post ipsum ad

bitu3. Et hec duo licet a pprietate conferant in omni gomorrea excellentius tamen iuuant i calida. ¶ Uigesimuzoctauũ instrumentuz ꝛ pprie ad gomorreaz frigidam est hoc ℞ seminis agni casti ℈.ii. aque mente.ʒ.ii. detur in potu totũ vt supra dictuz est. ¶ Uigesimũnonuz instrumẽtuz ꝛ pprie ad cuiuscunqz speciei gomorreaz conferens est hoc ℞ se.roẜ coriandri preparati masticis acacie sumach granoꝝ mirti cupulaꝝ glandiuz spodii de canna ana.ʒ.i.ẜ.seminũ rute et agni casti torrefactoꝝ et conspersoꝝ cuz aceto mente macis piretri ana.℈.ii.corallo ꝝ ru.ʒ.iii.miue citoniorũ zuccari ana.℥.iii.fiat electuariũ et accipiatur ex eo. xxx.diebus omni die in aurora.ʒ.ẜ.cuz aqua sublimationis gallaꝝ cipressi vel decoctionis eaꝝ.ʒ. ii.et tardetur cibus post ad minus horis quattuor ¶ Trigesimum instrumentum est de his q̃ appropriata sunt viris effemiatis qui coire non possunt et ad virge erectionẽ impotentes sũt. ℞ radĩ iringi mũdificatorũ conuenienẽ lib.i.se.porri baucie domestice et siluestris se.cepe ana.ʒ.iii.radicuz satirionis recentiuz.℥.viii.macis behen al.et ru.radicis liquir̃ mũd ana.℥.ẜ.caudaꝝ stincoꝝ.℥.ii.cerebroꝝ passeꝝ assatoꝝ.℥.i.ẜ.zuccari al. lib.ẜ.coquantur radices omnes in lib viii.aque fontis vsq̃ ad consumptionẽ medietatꝭ eius lento igne factaz deinde superaddatur lib.i vini dulcis tribiani de monte sancto.coquantur igitur omnia i simul minutim incisa vsqzq° diligenẽ conteri possunt tunc addatẽ ei zuccaꝝ dissolutuz et coctuz cũ aqua eruce deĩde addatẽ species subtilissĩe puluerizate.hoc enĩ electuariuz mirabiliter confert ad coituz rectificando renes et omnia mẽbra ad seminis generationez conuenientia. ¶ Trigesimũprimũ istrumẽtuz est hoc et breuius et maxime efficatie ad hoc vt omni mane tres vitelli ouoꝝ coquantur lento igne cuz lib.ẜ.vini dulcissimi prescripti.in fine ãt coctionis addantur penidiarũ.ʒ.vi.pulueris satirionis.ʒ.i.macis.℈.ẜ.misce et hoc totum bibatur in aurora et dormiat post ad libitum.est eniz coitui bonũ cuz quo gentes multas ad venereuz actũ impotentes sepe deduxi. ¶ Trigesimuzsecundũ instrumentũ et vltimũ sunt pillule quedaz quaꝝ vsus confert cerebro cordi epati et mẽbris generatiõis et vrinalibus mundificando flãta et matẽias omnes mixtas et expellendo ventositates ab eis ꝛ aperiunt etiaz opillationes eoꝝ quaꝝ descriptio. ℞ succi absinthii.℥.iiii.succi endiuie succi roẜ ana ℥.iii. ẜ.aloes epatici electi lib.ẜ .agarici al.leuis sine nodis .ʒ.iii. hermodactiloꝝ cartami ana.℥.i. masticis.ʒ.i.ẜ.ʒʒ.dauci anisi cimini ana.ʒ.i. se. basiliconis spicenardi xilobalsa.se.apii ana.ʒ.ẜ.salis indi.℥.ẜ.omnia per se et in diebus canicularibus infundantur in predictis succis et exponantur soli sepe agitando vsqz ad consũptionẽ succoꝝ et sic fiat ter permutando succos.cum ergo tota massa exiccata fuerit pluerizetẽ ꝛ ex ea fiant pillule p oĩ ʒ.vi. vel.vii.ꝛ d eis paꝝ accipiatẽ vl due ãte cenã. ꝛ põt etiã ex eis oĩ medietate mẽs accipi.ʒ.i.vsqz ad.℈.iiii.et obseruando ea q̃ de minoratiuo superius sunt dicta.et si bene consideras materiam cõpositionis eaꝝ videbis in eis includi iuuamenta multiplicia ad has vel alias dispositiones plurias ad laudes dei omnipotentis.

¶ Consilium de mala complexione fri.et hu.cerebri

Dispositio nobilis viri Guidonis ẽ mala cõplexio frigida et humida cerebri a materia flegmatica aq̃sa ꝛ viscosa q̃ cũ mlẽtiplicatẽ i capitẽ suo necesse est vt descendat p aliq̃ viam expulsionum materieꝝ.aliter immineret ei periculuz aut suffocationis aut alterius male dispositionis cerebri.et cuz materia talis in cerebro et in venis eius multiplicata est incitat virtutem ad sui expulsionem et virtus incitata trãsfert materiam per locum non valde suspectum quãdo descendit ad palatum et ad os. Inq̃tum vero secundum partem translata est ad pectus materia maiorem dubitationem ostendit.si enim permansiua fieret ibidem fortassis viruz istum perduceret ad empima aut ad aliam pectoris dispositionez non leuiter verendam. Quod autem scribitur de causis huius dispositionis effectiuis.s.dormitione cuz vestibus non est necessarium credere sed longa vigilia aut interruptio somni aut mlẽta ciboꝝ assũptio plus in cena q̃ in prandio vt communiẽ fit. aut fortes motus et veloces post cibum et ventris constipatio seu stipticitas et dormire in locis humiđ i mlẽtitudie frondium et caput in dormiendo decliue te nere et non bene coopertum sunt cause fortiores ad intendenduz dispositiones similes ei q̃ patitur. Prima itaqz intentio est caput rectificarẽ ne materias illas ita succedendo multiplicet. Secunda intentio est materias diuertere. Tertia est pectus mundum et apertum tenax efficere. ¶ Prima autem intentio completur abscindendo vel diminuendo cibum in sero de quantitate consueta Itaqz paꝝ comedat et omnia fercula et brodialia euitet et vina valde fumosa effugiat et non dormiat post cenam nisi transeat hora.i.ẜ. et caput eius in dormiendo sit bene coopertum pannis et nullomõ decliue imo eleuatuz dormiendo teneat Euitet dormitionez in vmbris et frondibus arborum et pprie in locis ad q̃ radius lune peruenire possit.et caueat a cibis acutis et salsis vt cepe alleo raphano et similibus.euitet lac et omnia cibaria lacticinia et vinuz qđ bibit in sero in cena oĩo limphatum sit. ¶ Pro cõplemento vero secunde intentionis multa necessaria sũt instrumẽta huic magnifico viro ¶ Et primuz quidem hoꝝ est vt maẽ hora electa.s.per vnam horam postẽ ortũ solis flobotometur de cephalica vena dextre manus inter pollicem et indicem posita et educatur sanguis.℥.iiii vel.v.ventre eius existente fluxibili.et hec est curationis eius primum principiuz omnino pre aliis eligendum et premittenduz .euacuat enim materiam et diuertit et subtrahendo ipsam cerebrum fortius efficit. ¶ Secundum instrumentuz est vt mane sequenti flomiam in aurora accipiat vi.de istis pillulis post quaꝝ assumptionez non dormiat nisi per horam vnaz imediate et tardet cibum horis vi.et eo mane cibus in q̃titate sit aliqualiẽ minoris q̃titatis q̃ soluerit quaꝝ descriptio. ℞ pillulaꝝ aureaꝝ.ʒ.i.aloes abluti .ʒ.ii.ireos artanite sandarace ana ℈.vi agarici colloquitiđ ana.ʒ ẜ.storacis calamite.℈.i.formẽtur pillule ex omni ʒ.ix .cum miua citonioꝝ. ¶ Tertium instrumentum est vt post diem euacuationis imediate dicte omni mane abluat os suum et gargarizet cuz hoc gargarismate. ℞ aque decoc.anisi ciatum.i.mellẽ

rof co.ʒ.i.ʒ.misce et tepidū accipiat in os et cū eo fiat gargarisma. ¶ Quartū instrumentū pri cipale est vt vir iste semp in manu sua teneat hūc pulverem in sindone ligatum. ℞ pul. imediate in frascripti .ʒ.ʒ.nigelle torrefacte.ʒ.vi.misce simił et odoretur ¶ Quintū instrumentū ꝙ omni se ro quando ponit se ad lectū pulverizet totā ptē anteriorē capitis imponendo q̄titatē vi. granoꝝ frumenti de predicto pulvere et continuet hoc ad minus xv. diebus et cum ponit secundū pulverē abstergat primū cū pectine vł alit̄ cuius descrip tio est hec. ℞ specierū capitaliū.ʒ.i.spodii coral. ru.masticis ana.ǧ.vi.sandarace laudani sicci ana ʒ.i. pulverizentur omnia per se deinde misce. ¶ Sextum instrumentū et salubre est ꝙ saltē omī 3ª nocte quando ponit se ad dormiendū degluti at duo grana masticis electi q̄titat̄ granoꝝ cice rū. ¶ Septimū et vltimū istrumentum huius ī tentionis est ꝙ semper post omnē cibū comedat tria vel quattuor frusta huius confectionis. ℞ di acitoniten cum mastice lib.ʒ. ¶ Ultima vero in tentio satis facile complebit̄ observando ea q̄ in duobus precedentibus capitulis sunt dicta tamen ne in hac intentione fiat transitus absq̧ remediis duo sunt ei observanda remedia. Primū est vt sepe in ore suo quandocunq̧ placet ei teneat ð hac confectione non masticando ipsā sed permittendo ipsam dissolutam inferius descendere. dilatabit eī anhelitum aperiendo et liniendo vias et habilitā do materias ad exitū. ℞ diapenidionis rotulā vnā in lib.ʒ. ¶ Secundum instrumentū princi pale est ꝙ ipse in memoria habeat accipere omnī 4° vel 5° sero quando vadit ad dormiendū vnā de script̄ pillulis. in his enī modis fundat̄ inten tio sue curationis et reductionis sanitat̄ felicit̄. qð ei concedat altissimus qui omnia sanare et benedi cere potest Ad laudes eius perpetuas Amen.

¶ Consilium de frigiditate et humiditate cerebri et remissa caliditate stomachi continens tria capi tula. ¶ Capitulū primū de investigatione dispoti tionis huius viri.

Barlinus ð Norinberga vir comē dabilis et prudens neutrali dispo sitione laborat in duobus mēbris s. capite et stomacho suis. Est autē hec neutralitas decidentie per q̄ȝ facile paratus est labi ad egritudinalē dispositio nē. cerebrū enī eius licet credā a generatione fuisse calið et humidū tamen vt ex signis appa ret ad presens frigidū ēst aut remissa valde cali ditate calidū excellenti autem humiditate humi dū. Qð autē vestigia caliditatis in eo remanserit ostendunt caliditas tactu in capit̄ pte pcepta ca pilloꝝ crispitudo aliquanta et nigredo eoꝝ et co lor cutis et faciei ad rubicunditatē notabilit̄ ele vatus et alia signa q̄ dimittunt̄. Multam autem eius humiditatē ostendunt primo lenities totius capitis magna multitudo effusionis materierū a capite facilitas mobilitat̄ ī operationibus sensuū iterioꝝ ⁊ similia. Qð autē caput eius non sit egꝝ vere denoiandū ostēdit primo levitas nocumenti preternaturalis ⁊ paucitas eiusdem. Qð autē le sio sit preternaturalis apparet ꝑpter multitudi nem ventositatū et vehementiā perseverationis eaꝝ per oculos nares et per palatum et aliqua ca pitis gravitas q̄ quandoq̧ satis notabilit̄ impedi unt eum et cogunt ipsū laborare in vehementia expulsionis predictaꝝ superfluitatū q̄ tamen nō sunt nocumenta egritudinalia. Si enim ꝑpt̄ cu iuscunq̧ nocumenti in corpore evenientis corpus egrum denoīari debꝫ periculum esset sempiterne passionis arripere dogma nullo corpore habē te optimas operationes corporis vniversas 2° teg ni. Pari etiam ratione deduci potest dispositionē stomachi ipsius laborare neutralitate decidentie et primo quidē argumento sūpto ab operatione eius ꝓpria. s. appetitiva. appetitus enī eius nota bilit̄ est remissus. similit̄ etiā ab operatione coī q̄ est digestio ciboꝝ qui non bene neq̧ perfecte ꝑ mutant̄ imo per viam diminute digestionis mat̄ ie flegmatice equivoce dicte de flegmate generan tur in eo Ex quo etiā apparet ꝙ rationale est ip sum esse lesū in altera eius ꝓpria operatione q̄ ē forma chili debita et conveniens introductio. cū enī cibus non est perfecte subtiliatus calefactus cōminutus et coliq̄tus non pōt esse materia convenī entis forme chili receptiā. et cum digestio 2ª q̄ est epatis non possit convenient̄ corrigere nocumen tum digestionis prime. s. stomachi relinquitur ꝙ in vniverso eius corpore multa generabitur hu̅ ditas que pret̄naturalit̄ innatum calorem a sua operatione diminuit licet insensibiliter et nō val de manifeste. Ex quibus apparet ꝙ iste vir para tus est facile labi in egritudinem ab excessu humi ditat̄ innatum calorem in suis operationibus im pedient̄ ꝓpter qð solicitus sit ī sui regimīe convenī ent̄ observando ei administrato.

¶ Capitulum secundū de regimine haꝝ dispositi onū per convenientem applicationem vi. rerū non naturalium.

Regatur itaq̧ vir iste ꝑ convenientē mēsurā vi. reꝝ non naturaliū ita vt q̄tū potest evitet equi tare vel exercitari tempore pluvie et morā mł tā. contrahere in locis antiquoꝝ edificiorū que ꝓpinqua sint fontibus et decursibus aquarum. Et comodiꝰ q̄ potest effugiat cōmorari sub flatu vēti septentrionalis et cuiuscunq̧ valde frigidi. ⁊ vesti bus convenienter defendentibus ipsum in applica tione frigiditatis et humiditatis se muniat et cō servet et caput suum convenientibus infulis et bi retis bene calidis coopertum teneat et ꝓprie in nocte et omnino caveat ipsum madefactū habere post ablutionem vt aput plurimos germanie inco las consuetum est. et male. quia exeunt a stupha et cum capite humido per civitatem discurrunt aut alia loca. In cibis vero et potibus similiter ꝓce dat vt evitet cibos omnes actu et potentia valde humidos imo omnino sit eoꝝ assūptio parva ⁊ val de rara velut sūt mucilaginose carnes antiq̧ valð et difficilis digestionis et pisciū multitudo saltē elixatoꝝ. frixis autem vti poeest quandoq̧ et pro prie aspersis cum granis feniculi vel anisi. Cācrꝝ autem anguillis et tenchis vti non debet. Silr̄ evitet lac ⁊ lacticinia cibaria omnia ⁊ cibos pastil les vt laganas et sibi similes. Effugiat etiā plā taꝝ frigidaꝝ vsū vt sunt lactuce portulace spina chia attriplex endivia nisi agresti que cicorea di citur. Bleta autem quandoq̧ vti potest et ꝓprie cum feniculo. petro. et iteꝝ cucur. comedere potest in brodio coctas carnium et caseo salito confectas

Peponibus autē aliquando vti potest. Cucumeres
autez et angurias nullomō tangat. Aceto autem
et agresta salita et limonibus vti potest. Legumiꝫ
autez vsuz apud se non habeat nisi ciceꝝ rubeoruꝫ
reliqua vero non placent. Butiruz etiaz dimitterē
debet. licet sit contra comunez fere vsuz germano
ruz. sed melius ei est oleuz oliuaꝝ aut oleuz de nu
cibus Carnibus autez salitis et caseo salito aliq̄n
do vti potest. Poma vero et pira cerasa crisomil
la persica et similia valde humida putribilia faci
le euitet nisi fuerint cuz zuccaro croco cinamomo
et aliis speciebus condita. Radice autem raphani
vti potest et ꝓprie post cibuz. Cepas autez ⁊ por
ros et alleuz et similia effugiat. Preter autez has
res q̄ sibi ꝓhibite sunt vt in hoc capitulo apparet
vti potest quibuscunqꝫ aliis carnibus plantis semi
nibus speciebus et radicibus saz virtualit̄ tactis
Uino autez vtatur claro bene fumoso et aromati
co albo aut saltez rosei coloris et non valde nigro
vel opaco cui si oportuerit aquaz adiungere ꝓpt̄
consuetudinez vel aliā causaz omnino sit pauca et
de bono fonte vel cisterna collecta. ¶ Circa tertiā
autem rez non naturalem caueat multoꝝ ciboruꝫ
et potuuz assumere quantitatez cuz eniz calor in-
natus a materieꝝ multitudine noceatur in actio
nibus suis non est dubium ꝙ multitudo ciboꝝ est
causa disponendi ad maiorem ipsius caloris natu
ralis suffocationez. itaqꝫ nunq̄ comedat neqꝫ bi-
bat vsqꝫ ad amplaz vel completaz saturitatez a ci
bis et potibus. sed potius a mensa surgat con
seruatis adhuc ī stomacho vestigiis appetitus ad
cibum et potuz aliq̄ntis. ¶ Pro quarta vero re nō
naturali vt perfectiori digestione cibi et potus et
materie flegmatice in ipso augmentate digeran
tur conuenit ei dormitio consueta aliqualit̄ ampli
or vt si consueuerat dormire horis vii. int̄ diem
et noctez conuenit ei dormitio viii. horaruz. neqꝫ
ad dormienduz ingrediatur nisi post cibuz tran
siuerit hora vna aut vna cū dimidia. ⁊ caueat dor
mitionez resupinam q̄ntuz potest et incipiat dor
mire prius ī dextro later̄ pro primo somno ⁊ re
uolutione in sinistro ꝓ dormitione secunda ⁊ dor
miat capite notabilit̄ eleuato. curuatio eniz capitꝭ
fluxuz materieꝝ inclinat ad ipsum. reliq̄ autez tē
pore vigilanduz est. ¶ Circa quintaz rē non natu
ralē conueniens est sibi excercitiuz non soluz medi
ocre sed amplius notabilit̄ ipso siue sit ipsuz excer
citiū equestre siue pedestre qd̄ tamē iuxta possibi-
le fieri non debet post cibuz immediate neqꝫ cum
magno conatu et ꝓprie equitando. qd̄ tamen ē cō
tra comunez almanoꝝ modū q ꝓmpti ⁊ festinantes
sunt ad ꝓperam equitationem. per excercitium ei
talit̄ celebratuz calor naturalis augetur et pote
tior fit ad materias digerendas et superfluitates
excutiendas et consumēdas. ¶ De vltima vero re
non naturali. s. de accidentibus anime. dicendum
est ꝙ omnia animi accidentia q̄ in spiritibus ⁊ hu
moribus notabilez efficiunt motuz conuenientia
sunt ei velut cantandi modus mediocri vocifera
tione tamen et orandi vel psalmizandi cuz vocis
eleuatione notabili et passiones anime vehementi
imaginatione cogitatione et cōtemplatione mouē
tes spiritum ⁊ innatum calorem. Adhuc etiaz ali
que passiones vt mediocris ira non tamen valde
perseuerans ei conuenire potest. In motu eniz spi
rituū ⁊ humoꝝ qui primo occursu fit d̄ circunferē
cia ad centrum et ī secūdo de centro ad circunfe
rentiam habilitantur materie ad resolutionez et
consumptionez. Et virtutes naturales expulsiue
maiorem habent potentiam ad humorales super
fluitates expellendas sensibilit̄ vel insensibiliter.
A superfluo autē coitu qui inter passiones anime
enumerari solet ꝓpter appetitiuz imaginationez
et delectationem q̄ in ipso necessarie sunt sibi om
nino cauere debet ne materieꝝ decursus augumē
tetur ad renes. cum etiam ad dispositōes renales
paratus existat velut ad generationem lapidis et
opillationē in eis sicut facile videri potest et cog
nosci per contenta que in eius vrinis frequentant
velut sunt trumbi petala crinoides harena ⁊ simi
lia.

Capitulum tertium de regimine medicinaliuz per ipsum obseruando per 12. medicamina conuenientia.

Quoniam dispositio ista vt in primo ca° apparet
complicata est ex neutrali lapsu diuersoꝝ mēbro-
ruz. s. capitis stomachi pectoris et renum ideo ꝓ
regimine tali videt̄ mihi sibi xii. īstrumentis me
dicinalibus esse ꝓuidendū. Quoꝝ primū est vt sol
uere saltem vsqꝫ ad annos tres purget̄ secundum
ordinem infra scriptum. Et purgetur etiam in
autumno semel. Scio enim ꝙ cū istis purgationi
bus et cum obseruatione eorum q̄ de rebus nō na
turalibus sunt dicta superius vir iste ad bonaz sa
nitatez sollemnit̄ reductus erit. Itaqꝫ ꝓ purgatione
veris a medietate mensis marcii incipiendo a q̄n
ta die lunaris illius vsqꝫ ad quintam lunarem et
vsqꝫ ad medietatez mensis aprilis purgetur s̄c̄dꝫ
hunc modum. accipiat ī aurora pillulas istas post
quas dormiat hora vna et tardet cibum suuz ho
ris. v. et tunc accipiat ciatum vnū aque calide coc
te cum zuccaro et ordeo et post illam aq̄ꝫ adhuc
per horam vnaz tardet accipere cibuz. Pillule āt
sunt iste. ℞ pillulaꝝ cochiaꝝ. ℈. i. pillulaꝝ aggre
gatiuaꝝ. ℈. i. et tertiam alterius reformentur pille
v. vel sex cum oximelle composito. post istas autez
pillulas accipiat hoc digestiuuz qd̄ continuet saltē
viii. diebus. ℞ sy. acetosi compositi mellis ros̄ sy.
de sticados ana. ℥. ſ. aque saluie absinthii cicoree
ana. ℥. i. ſ. misce. Sūpto digestiuo accipiat hoc me
dicamē. ℞ electuarii indi. ʒ. iii. electuarii succi ros̄
ʒ. i. ſ. et accipiatur cum ciato. ſ vini albi bene fu
mosi calidi et post ipsum obseruet̄ totum qd̄ dictū
est post minoratiuuz obseruandum. ¶ Secunduz
vero principale instrumentū est descriptio purga
tionis in autumno sufficientꝭ. Itaqꝫ ex decima die
mensis septembris vsqꝫ ad finem illius mēsis vno
mane in aurora accipiat istas pillulas. ℞ pillula
rum cochiaꝝ pillulaꝝ de reubarbaro ana. ℈. ii. re
formentur pillule viii. cum electuario succi ros̄ et
accipiantur et post ipsas obseruētur ea q̄ post pre
scriptas purgationes veris dicta sunt obseruari
debere. Post istud minoratiuuz incipiat assumer̄
hoc digestiuuz qd̄ continuet. 8. diebus et tardet ci
bum suum post ipsius assūptionem horis saltē. iiii
℞ sy. diarodon sy. compositi acetosi sy. de eupato
rio ana. ℥. ſ. aque cicoree. ℥. ii. aque absinthii sal
uie ana. ℥. i. misce ¶ Post istud vero digestiuum
sequenti immediate die accipiat hoc erradicati-
uum. ℞ pilluaꝝ de iera cōposita vel maiori pil
lulaꝝ aureaꝝ cochiaꝝ ana. ℈. i. boni ponderis re
formentur pillule viii vel vii. cū electuario succi

ros et accipiantur cum conditionibus et modis positis in precedentibus purgationibus. ¶ Tertium vero principale instrumentū est descriptio harū pillularū de quibus vir iste accipere potest omni die vel alterna die vnam parū ante cenā temporibus quibus assumit digestiua predicta. Si vero venter eius fuerit stipticus aut non bene fluxibilis et istis pillulis etiā toto tempore sui regiminis vti potest post purgationes accipiendo de eis vnam semel vel bis in septimana secundū maiorem vel minorē fluxibilitatē sui ventris. et est descriptio talis. ℞ aloes electi agarici ana. ʒ. i. ß et īfūdant̄ in. ℥. ii. succi endiuie cū masticis et ʒʒ ana. ℈. ß. et reformentur pillule ex omni. ʒ. vi. de hac massa postq̄ fuerit exiccatus succus a sole. ¶ Quartū instrumentum principale est electuariū hoc quo vti debet iste vir accipiendo de eo omni mane per xv dies continuos post purgationes et est in eo intentio mundificandi stomachum pecto et caput a superfluitatibus et carminat et consumit ventositates in eis congregatas. ¶ ℞ speciez electuarii diatrionpipereon. ℥. ß. speciez electuarii de gēmis. ℥. ß. speciez electuarii de ligno aloes et aromatici ros descriptione Gabrielis ana. ʒ. vi. mellis ro. co. lib. ß. aceti squillitici. ℥. i. zuccari secunde decoctionis. ℥. iiii. coquantur simul zuccarū et mel vsque ad conuenientē glutinositatē et cum infrigidari ceperit dent̄ species et fiat electuariū bene contritū et quantitas q̄ debet sumi est. ʒ. iii. ¶ Quintum vero instrumentū principale est puluis iste de quo per. xv dies omni sero aspergere dē super capite suo coronalis cōmissure vsq; ad finē sagittalis quantitatis v. vel sex granorū ordei. ℞ ligni aloes. ʒ. i. macis. ʒ. i. ß. sandarace garū ana. ʒ. ii. cubebarū storacis calamite ana. ℈. ii. puluerizentur omnia per se deinde inuicē cōmisceant̄. postq̄ autē per xv. dies vsus fuerit predicto puluere et predicto electuario eis ambobus vti potest saltē duabus vicibus ī septiana horis et modis predictis ¶ Sextū instrumentū principale ē vt postq̄ hic vir fuerit purgatus et acceperit electuarium tūc omni mane faciat gargarisma cū hoc. ℞ oximellis squillitici. ℥. ii. aque decoc. rad̄ ireos. ℥. iiii. calefiat totū et impleatur os et cū fuerit in os parū fiat cū eo gargarisma omni mane et sero ante cenam saltē vicibus sex. Postq̄ autē predictū gargarisma fecerit per septimā vnā tunc omni mane per duas horas ante prandiū masticet vnam de istis pillulis. ℞ dragaganti gū̄ arabici ana. ʒ. i. ß. amili. ʒ. ii. piretri staphisagrie costi aristologie lon. liquiricie ana. ʒ. i. puluerizent̄ omnia dein de incorporent̄ cū aqua in qua dissoluta fuerit. ʒ. i. armoniaci. ¶ Septimū instrumentū principale est vt postq̄ iterū gargarizauerit per septianā vnam omni sero per duas horas ante cenā faciat caputpurgiū cū hac medicina. ℞ succi radicis blete. ℥. ii. macis. ʒ. ß. pulueris ireos. ℈. ß. aque mellis. ℥. iiii. et pleno prius ore ex aqua frigida accepto hoc medicaīe in vola manus leui attractione attrahat̄ per narē dextrā primo et modico tēporis interpollatione facta iterū fiat eius attractio per sinistram narē et iterum procedat reuoluendo ab vna ad reliquā per quamlibet narē tribus vicibus. ¶ Octauū vero instrumentū principale est vt postq̄ vir iste has sollemnitates in medicando obseruauerit tunc vno mane in hora electa faciat sibi fieri flebotomiā de basilica dextre partis in domestica parte brachii aput cubitū ī uenta et extrahantur san. ℥. iii. aut. v. ¶ Nonum instrumentū est vt vir iste pp dispositionem suorū renū pp quam videtur mihi paratus esse ad euētum lapid̄ in eo saltem omni mense quattuor vicibus in aurora accipiat. ʒ. i. huius pulueris cum. ℥. iii. aque calefacte decoc. radicis stafisagrie et post illū puluerē tardet cibum suum horis quattuor ℞ vitri combusti. ʒ. ß. lapidis spongie lapis iudaici radicis stafisagrie ana. ℈. i. puluerizentur omnia per se postea cōmisceant̄. ¶ Decimū instrumētum est vt vir iste pp dispositionē renum iterum vtatur hac confectione de q̄ sepe ante cibum accipiat. ℥. ß. bis. vel ter in septimana secundum cōmoditatem quam habet. ℞ speciez Justini speciez litōtripon ana. ʒ. ii. zuccari secunde decoc. ℥. iiii. cū aq̄ saxifragie fiat confectio in rotulis. ʒ. ß. ¶ Ultimū instrumentū est vt vir iste temptet iuxta possibile aperire venas emoroidales in ano existētes circulum ani interius fricando sepe cum panno aspero vel foliis consolide maioris vel corticibus radicis serpentarie aut cum felle thauri. si enim aperirentur emoroidales vene nullū in eo inveniri posset s̄z mei iudiciū remedium magis preseruatiuū ipsius a decidendo in egritudines predictas et ad conseruandum immo ad reducendum ipsū ad sanitatem meliorē. Sunt itaq; hec instrumēta efficatiora q̄ reperire potui pro regimine huius viri per res non naturales et medicinales ī nomine eius qui omnem remouet langorē. Amen.

¶ Consilium de mala. cōplexione cerebri fri. et hu. materiali a flegmate salso et de ardore.

Amuel hebreus de reuorēdo duplicem egritudinē habet molestā satis et suspectam. Prima est mala cōplexio cerebri sui frigida et humida materialis pp quam in ipso congeruntur superfluitates flegmatice q̄ plurime que vt in pluribus acquirunt salsediuem in capite suo. siue illud contingat ppterea quia ille materie opillantes partes venarū et arteriarum capitis phibent debitam euentationē pp quā super excrescente calore excoquūt̄ ille materie āt secundum partem putrefiunt adeo q̄ salse efficiūt̄ siue iterū materie ille salsedinem acquirāt pp mixtionē materiei colerice cum eisdem et non dubito q̄ ambe iste cause salsedinem efficiunt in flegtibus inuentis in capite. hoc igitur flegma salsum retinetur in nocte et non euacuatur pp q̄ somnus est causa phibitiua euacuationis materiez omnium preter eas que fiunt per sudorem. cum g° in aurora vel versus mane expergefit tunc materie tales incitant virtutem ad expulsionem sui. quare fit in eo multiplicatio sputi salsi. concedendum etiam est īmo non solum vertisil'e q̄ pars aliqua harū materiez cadit in pectus pp q̄ incitat̄ in eo tussis et excreationis multitudo. et aliqua etiam pars horū flegmatum non raro descendit ad stomachum et corrumpit in eo digestionem multas etiam ventositates in eo generando qd̄ apparet ex multitudine ructuum et rugitus in stomacho eius perseuerantium. Et circa curam huius dispositionis debē esse valde sollicitus quoniam praua est vt apparē

ex dictis. Secunda vero principalis egritudo eius
est ardor in vrina qui licet possit a multis ꝓueni
re causis materialis tamen illius causa est flegma
salsum salsedine acquisita in epate ex cōmixtione
multi flegmatis aquosi cuꝫ colera rubea que mul
ta in eo generat̃ quoniā est homo epatis notabili
ter calidi. Ad hanc etiam salsedineꝫ augmentādā
concurrere potest flegma salsuꝫ in stomacho multi
plicatuꝫ per descensuꝫ ipsius vt supra dictū est qd̄
flegma cibis cōmixtū ⁊ kilo ex eis generato red
dit ipsum dispositū vt humoralis massa que ex eo
generatur in epate salsa efficiatur. Ex quo funda-
mento colligende sunt tres cause salsedinis flegma
tis. prima est efficiens .s. cal'itas epatis. 2ª materi
alis vt flegmata predicta. 3ª formalis proueniēs
ex ambaꝝ applicatione adinuiceꝫ acquisitione mo
di substātie ⁊ saporis ī predicto flegmate. Quali
tercunq; igit̃ contingat vrinalis aquositas que es
sentialit̃ salsa est moiorem acquirit salsedinem ab
hoc flegmate. Qualit̃cūq; enim virtus seperatiua
emulgentiuꝫ venaꝝ et sequestratiua panniculi co
latorii renuꝫ sit potens ad colandum aquositateꝫ
vrinaleꝫ a materiebus sibi ante cōmixtis non ta-
men ipsa est potēs ad colandū mūdificādū candeꝫ
aquositateꝫ a qualitatibus vrinalibus impressis ī
candeꝫ aquositateꝫ a flegmate iaꝫ predicto. h' igit̃
flegma per poros vritides ad vesicam delatum
ꝓpter acuitateꝫ suaꝫ in collo vesice posuit. speciem
male cōplexionis que est īmediata causa doloris
mordicatiui in vrinando apparēt ⁊ ipsa etiā ma
teria efficit solutioneꝫ continuitatis in superficie
colli vesice intrinseca que est causa īmedieta dolo-
ris iam predicti. Cuꝫ ergo vrina iam essentialit̃
et accidentalit̃ sit acuta mordicat collum vesice. et
fortius eo quia ipsum est passibile magis pp soluti
oneꝫ continuitatis in eo ipso ab illa vrina factam
Qd̄ auteꝫ in eo talis existat solutio continnitatis
in collo vesice superficialis tamen et nunduꝫ pro
fundata aꝫ ex grauedine in inferiori parte femo
ris et in loco inter radicem testiculoꝝ et fiteri in
termedio. cum acuitate quadaꝫ et punctione ibidē
Secundo apparet hoc ex vrina frequenter micta
q̃cito eniꝫ ipsa offertur collo vesice iam leso tam
cito mouetur vesica ad expulsioneꝫ eius tanq̃ ob
iecti tristātis ⁊ ita expellit. Sed hec est ratio for
malis frequētis mictus nominati dissuria. 3° iteꝝ
apparet hoc ex ardore in actu vrinandi et post ip
sum reseruato. paꝝper. 4° iteꝝ apparet hoc ex fur
fureis resolutionibus et minutis corticibus multis
in vrina apparentibus qui ꝓueniunt a collo vesi-
ce excoriato testimonio ipocratis amphoꝝ 4ª illo
s̃mone Quibuscunq; in vrinis furfuree resolutio
nes apparent his vesica scabit. Et lege comētato
rem ibi. et ex hoc fundamento apparet q̃ iste vir
molestat̃ duabus prauis egritudinibus que nō sūt
curabiles nisi magna difficultate et sollicitudie vt
nunc sequitur. Ab aere igitur incipiendo ciuitatis
habitationis et camere aer calidus ⁊ siccus conueī
ens est loca omnia t'lia ei cōueniētia. ꝓpter qd̄ nec
laudo ei habitaculuꝫ neq; moraꝫ in stupha secun-
dum consuetudinem rouerentiuꝫ et ꝓprie in qua
dormiunt comedunt et bibunt. in talibus eniꝫ stu
phis aer vaporosus et plurimū semi fetidus ⁊ cor
ruptus r̃peritur et non bene euentatus vel euēta
bilis. talis igitur aer suo capiti valde nociuus est
Caput etiam suū birretis et caputeis bene tectū

conseruare debet et preconseruare et ꝓprie in noc
te cum birretis bene calefacientibus vt de pellibꝫ
vulpinis agninis et similibus. Lotionem etiam ca
pitis dimittere debet aut saltem raro facere ipsā
et ꝓprie cuꝫ lixiuio bene acuto et celerit̃ exiccare
ipsum. frequens autem pectinatio capitis et frica
tio cum pannis calefactis et suffumigatis thure ⁊
storace calamita est sibi valde conueniens. De cibis
autem primo euitet omnia acuta naturalit̃ vł ar
tificialit̃ vt sepe alleum porrū sinapismuꝫ rapha
num oliuas valde salitas erucam tarconeꝫ ⁊ rutā
et similia. Similiter euitet omuia salsa et condita
ex eis vt notuꝫ est in dispositione sua. 3° euitet bro
dialia valde pinguia nisi cum oleo condita. 4° eui
tet cibaria fumosa et vaporosa multuꝫ velut legu
mina et condimenta mellita. 5° effugiat omnia ci
baria que m'lta sua humiditate aquea ⁊ viscosa ca
put grauant et replent velut lac ⁊ omnia cibaria
cum eo condita et fructus molles et humidos et
ꝓprie non lenitiuos vt cerasa auellane pira mus
cata cucumer anguria cucurbita et similia illis.
Sexto dimittat cibaria oīa grossitudie substātie
opillatiua inviscatīa et materieꝝ notabilit̃ ingro
ssatiua vt sunt pastiles cibi omnes frumentuꝫ coc
tum fabe confracte neruose ligamentales ⁊ panni
culares partes animalium et ꝓprie antiquoꝝ et
pisces consimiles vt cancri tīche anguille ⁊ similes
Luceos vero themalos capedanos carpiones recē
tes bene laudo sibi ⁊ etiam omnes tales leuissime
salitos vt sunt carpiones prime frixionis in oleo
absq; sale multo. piper autem vtriusq; generis ȝ
ziber cinamomū galangam nuceꝫ muscataꝫ mana
gariofil' et consimilia aromata in paruo viu ⁊ q̃n
titate in cibariis apposita laudo et adhuc magis
leuistici semen ⁊ omnia similia pret̃ apium qd̄ cui
tare debet vt ignem ne disponat ipsum ad epilen
siam vel appopl'iā ad que fortasse paratus existit
Oleum vero oliuaꝝ electum bonum est ei Butiꝝ
vero et recentem caseum omnino dimittat. ⁊ si qs
caseus est ei laudabilis est anni etatem habens fra
gibilis aromaticus et mediocriter salsus cuius ta
men q̃titas sit pauca. Acetuꝫ aut agrestaꝫ succum
arantiorū aut limonū collaudo sibi ⁊ granata dl'
cia et musa hec omnia ter vel quater in septima
na accepta aut ipsoꝝ aliqd̄ Vinuꝫ anteꝫ huic viro
conueniens esse debet albuꝫ vel weresoleuꝫ vel gau
ruꝫ substantia subtile et bene claꝝ aromaticum et
mediocris fumositatis Vina vero rubea grossa val
de fumosa et omnia dulcia euitare debet Aque ve
ro vsuꝫ dimittat et ꝓprie eius que reperit̃ in ro
ueredo omnis eniꝫ talis scaturit a montibus mul
ta calce et gipseis lapidibꝫ plenis vt sensus ostēdit
et ideo nocent capiti stomacho epati et renibus in
frigidando oppillando inviscando materias ī eis
et alias malas qualitates dimittendo ꝓpter qd̄ ī
similibus locis sūme laudo vsuꝫ aque cibalis et po
tabilis per arenam bene distillate. ⁊ est ebreorum
ferrarientium et plurium hominum consuetudo
vbi oportet. Laudo īsuper huic viro vt mane ante
cibum excercitetur motu calefaciente ipsum et ad
leuem sudationem perducente vt passim ambulā
do colles montium ascendendo aut equitando per
miliaria duo. reliquo autem tempore quiescat eti
am diligent' attendat in cibationibus suis vt nū
q̃ comedat neq; bibat nisi naturali vtriusq; appe
titu inducente ipsum neq; in cibando se complete

saturet neqꝫ in potando imo a mensa discedat ap
petitu ad cibos et potus adhuc aliqualit' reserua
to magis q̄ complete victo. Hoc iteruꝫ attendat
ne post assumpta cibaria immediate dormiat sed
postea expectet spatiuꝫ duaꝝ horaꝝ aut saltem
vnius et tunc dormiat in die non amplius q̄ per
horam et semper capite eius notabiliter eleuato
et effugiat dormitioneꝫ resupinaꝫ nocturnā vel di
urnaꝫ. De passionibus auteꝫ anime effugiat iracū
diaꝫ furorem et motus consimiles materias ī flu
xu ꝛ vaporatōe ponētes. hec ꝯ rebus nō nat'alibus
Cura autem predictarum dispositionum concor
diam habere potest in medicinalibus instrumen
tis q̄ ambe conueniunt in formalitate sua. sūt enī
complexionis frigide ꝛ humide capitis et renum
Conueniunt etiam in causa materiali quia in
vtrisqꝫ multiplicatur flegmatica materia salsa.
Si ergo ī instrumentis medicinalibus conuenire
possunt intentiones curatiue in calefaciendo exic
cando incidenda subtiliando et aliqualiter remit
tendo caliditateꝫ accidentalē a flegmate positā a ca
liditate extranea vl' a materia colerica videtur
q̄ talia omnia confracta esse debent ab infrigidā
tibus et humectantibus sicut esset cōmiscere siru-
puꝫ de endiuia cuꝫ aqua absinthii isopi et similiū
et ꝓprie quando talia vtraqꝫ particulaꝫ pacien
teꝫ respiciunt per operationeꝫ ꝓuenienteꝫ a virtu
te 3ª medicinaꝝ sicut in cōposito dicto Aqua eniꝫ
isopi aspicit caput aqua absinthii stomachuꝫ siru-
pus de endiuia et aqua fenicili epar et renes. et est
in eo confractio ex infrigidante et humectante cū
calefaciente et exiccante vt notuꝫ est. quare regieꝫ
istaꝝ dispositionuꝫ in duo capitula partiri decre
ui. Primo quideꝫ tangendo ea que mihi vtiliora
visa sunt ad dispositionem capitis secundo ea que
ad dispositionem renum principalius conue
niant licet vtrunqꝫ sit cōplicanduꝫ cuꝫ attentione
ad alteꝝ et econuerso ¶ Primo itaqꝫ ꝓ dispositi
one sui capitis septeꝫ pono remedia. quorū primū
est q̄ imedietate mesis februarii presentis ani hic
vir in mediis tertiis a 4ª die lunaris vsqꝫ ad vi
gelimaꝫ secundaꝫ facit sibi fieri flebotomiaꝫ de ba
silica dextri brachii sub cubito posita per quā edu
cantur sanguinis. ℥. v. q2 satis plectoricꝰ est. ¶ Se
cunduꝫ est vt die imediate sequenti accipiat hoc
euacuans minoratiuuꝫ. ℞ pillulaꝝ de yera maio
ri pillulaꝝ cochiaꝝ ana. ʒ. ſ. salis gemme diagri
dii ana. g̅. i. cuꝫ succo ciclaminis fiant pillule vii.
quas accipiat per horas noueꝫ post cenā ꝛ ꝑost eas
dormiat hora vna et post quintaꝫ horaꝫ accipiat
ciatuꝫ vnuꝫ aque ordei calefacte et zuccarate post
q̄ꝫ comedat per horaꝫ vnā. ¶ Tertiuꝫ est vt mane
imediate sequenti accipiat hoc digestiuuꝫ calidum
in aurora qđ continuet per dies viii. et tardet ci
buꝫ quattuor horis post ipsuꝫ. ℞ sirupi compositi
acetosi. ℥. i. sirupi de sticados. ʒ. vi. aque milii solis
aque cicoree et mellisse ana. ℥. i. ſ. misce. ¶ Quar
tuꝫ instrumētuꝫ ē vt nona die imediate sequēti ac
cipiat hoc erradicatiuuꝫ post assūptioneꝫ digestiui
℞ pillulaꝝ de sarcocola et cochiaꝝ ana. ℈. ii. cum
sirupo violato et accipiat eas hora et modis om
nibus obseruatis in minoratiuo supraścripto. ¶
Quintum est vt postq̄ꝫ purgatus fuerit vir iste ī
septimana ter quando vadit ad lectum super tota
caluarie sui capitis aspergat huius pulueris q̄ti-
tateꝫ sex granoꝝ frumenti inter capillos cuꝫ pecti
ne mundificando primuꝫ puluerē cū ponere vult
secunduꝫ. ℞ corallorūꝫ ru. spodii rosꝫ ana. ʒ. i. folii
ligni aloes gaꝝ ana. ℈. ii. macis. ʒ. ii. sandarace. ʒ.
iii. pulueris betonice. ʒ. ii. puluerizentur omnia ꝑ
¶ Consilium de vertigine. de motu tremulo coꝛdis de mala complexione stomachi frigida et sicca. de multiplicatione materiei melancolice in splene. et de marasmadea totius coꝛpoꝛis.

Spectabilis et generosus vir dominus Ambꝛosius contareno pluribus molestatus fuit egꝛitudinibus et pꝛima quidē eaꝝ fuit vertigo ꝑpter quam percipiebat obiecta visibilia moueri motu circulari cū intuitiue aspiciebat aerem extra et sequebatur illud capitis tāta debilitas vt vix tollerare posset multaꝝ gentium conuersationem et aspectum ¶ Secunda vero pꝛincipalis dispositio ipsius fuit motus tremulus coꝛdis qui erat causa magne debilitatis velut sincopalis in eo. ¶ Tertia vero pꝛincipalis egꝛitudo eius erat mala complexio stomachi frigida et sicca ꝑpteꝛ quam coꝛrumpebatur digestio ciboꝛum et potuum in eo cum conuersione ipsoꝛum ad substantiam melancolicam ad quam non paꝝ iuuabat mala complexio calida a renibus eius comunicata stomacho. ¶ Quarta vero dispositio pꝛincipalis erat multiplicatio materiei melancolice in splene eius que consecuta est retentionem emoꝛoidalis fluxus quem solebat habeꝛe ingentem vnde et ꝑpter multiplicationem materiei melancolice in splene suo non raro effundebat̃ ab eo ma

teria melancolica ad os stomachi que tãtum in eo intendebatur q finaliter erat in dispositione trã situs ad appetitū caninū. ¶ Quinta vero dispositio est vniuersalis totius corporis arefactio vel cõsūptio a mala complexiõne frigida et sicca in toto corpore eius multiplicata .ppt qð non est mirabile si vir iste debilis erat ĩ operationibus motiuis sẽsitiuis taz ĩ iteriori q exteriori sensu vt iã declaratū est quando notabiliter debilitata erat operatio nutritiue potentie. igitur necessario concluditur q si hee dispositiones in eo perseuerassēt dubiū erat extinctionis eius in breui tempore future. ¶ Licet igitur hee fuerint dispositiones preternaturã huius viri generosi non omnes tamen in eo remãserūt. plurime namq ipsarum longo labore et ingenti exercitio fuerūt ab eo remote. vertiginosa enim dispositio qua laborabat curata est et motus etiaz tremulus cordis secundū magnã partez abscisus est. Adhuc motus materiei melancolice in ore stomachi curatus est. fames etiaz que ĩ ipso intendebatur abscisa est fere tota. et mala cõplexio calida renū .ppter quaz laborabat in pollutiõe secundū magnaz partez curata ẽ. Solū igitur videtur mihi tria remansisse nocumenta in eo .pcuratione indigentia. Quorum primū est mala cõplexio stomachi frigida et sicca notabiliter tamen minorata respectu precedentis. Secundū vero ẽ extenuatio vel macrefactio. Tertiū est debilitas que in renibus remansit .ppter quam adhuc laborat in pollutione. licet raro valde. ¶ Cū igitur hee dispositiones tres remanserint in eo eis attendēdū est secundū q nunc subsequitur. primo quidez percurrendo regimen ab ipso obseruandū ex parte sex rerū non naturaliū. Secundo vero quorundam medicinaliū ponet̃ memoria que ĩ' pollate administrari debet.

¶ Capitulū secundū de dieta.

Primo itaq q̃tū est possibile abstineat ab exercitio corporis et .ppe post cibū nisi transiuerit hore quattuor ad minus. tunc si oportet ipsum exercitari faciat q̃suauius põt et maxime sedendo ꝛ non ambulãdo neq recte stãdo. Similiter caueat a mansione vel quiete sub flatu venti et .ppe orientalis vel occidentalis. nec morã contrahatĩ cameris terraneis sed notabiliter ab aqua eleuatis et pectus suū et stomachū diligenter cooperta cõ fuet cū disploide suffulta pellibus agninis bene calidis et frigiditatez pedū ꝛ extremitatū q̃to magis potest euitet et in cibatione sua expẽdat tẽpus notabile bene masticando cibū et non velociter deglutiendo et stomacho cõplaceat accipiendo mẽsurã cibi tamen vt ex ea nõ repleatur stomachus et tensus fiat. neq fluctuet in eo potus et regurgitet. et .pcuret quantū potest. dormire prolixe. et a vigilia caueat quantū potest. primo si in die naturali dormiret decem horis melius esset q vigilare preter illas. imo excessus in dormiendo longe melior erit. Effugiat etiaz quantū potest immoderatas animi agitationes velut iraz tristiciaz ꝛ angustiaz. ¶ In cibis vero summa sit vt vtatur laudabilibus quanto et quali vt pane recenti vnius diei et carnibus de vitulo et castrato bene pinguibus ꝛ pullis colūbinis mollibus pullis caponū et galliarū ꝛ fasianorum et perdicū bene pinguiū. ꝛ animaliū quadrupedū partes frequenter comedat vel pectorales et mamillares et consimiles bene pingues ꝛ nõ neruosas neq cutaneas ex quorum brodiis faciat fercula velut cicera rubea et iuscula de ordeo de amilo et de amigdalis et bletis etiaz. et spinachiis quãdoq vti potest licet raro Fercula etiã de rapis et naponibus placẽt mihi et panatella cū ouis facta ex pane suprascripto vtilis est ei. et oua etiaz omni modo preparationis mihi placent fercula vero pastilia ꝛ de legumibus omnia dimittantur. risū etiaz cū pingui brodio et amigdalarū lacte coctū placet mihi. et fercula etiam facta cū oleo oliuarum electo bona sunt. aceti vsus dimittatur ab eo. sed granatorum dulciū ꝛ medii saporis succus bonus ẽ. ꝛ agresta non multū salita ꝛ fercula omnia cū sapa vel vino cocto condita bona sũt et gratia salatitii vti potest karotis et locustis q̃ rampuntioli dicuntur. et oliuis etiaz conditis vti potest in septimana ter. et rape condite sunt etiaz ei bone. vinū autez sit albū clarum conueniet̃ aromaticū ꝛ dulce quod purū bibat si non fuerit valde potens aut saltez cõmixtū cū quarta vel tertia parte aque cisterne. Preparationes etiã carniū predictarum elixe vel assate placent. licet assatis frequentius adherere debet. risū etiaz et omnia cibaria cū lacte animaliū condita ꝛ bene cocta sũt ei vtilia. a salsedine autez quantū potest effugere debet. Hoc in sūma est regimen ab ipso obseruandum et inter reliqua attendere debet q per totū mensez futurū non exerceatur in coitu pluries q̃ in septimana semel. deinceps autẽ poterit abundantius expendere.

¶ Capitulū tertiū de cura p medicinalia.

De regimine ex parte medicinaliū videtur mihi ab eo obseruari debere. ¶ Primū est q non desistat ab applicatione sui remedii stomachalis. Secundū est q itez vtatur suo cordiali .per totū futurū mẽsez. ¶ Tertiū est q a spatulis inferius omni die mane ꝛ sero fatiat inunctõnẽ super tota spina cū isto vnguento quod secū portat. ¶ Quartū est q frequẽter vtatur saltez in septimana ter facere ablutionez suorum pedū cū aqua decoctionis foliorum nenufaris et violarum. ¶ Quītū est q vtatur confectione sua de xilobalsamo sicut facere solebat si careret illa loco ipsius accipiat ter in septimana ante prandiū per duas horas radicem vnaz ℥ cõditi nominati viridis a vulgo. ¶ Sextū est vt omni tertio sero parum ante cenaz accipiat coclear medium electuarii qð secū portat post cuius assūptionez immediate cenet. ¶ Septimum et vltimū est q assuescat vti confectione ista de q̃ semper post prandiū et cenam accipiat frustrum vnū cuius descriptio est hec. ℞ granorum phisticorum lib. ß. violarum masticis seminis endiuie scariole et acetose ana. ʒ. i. seminū communiū frigidorum. ʒ. i. granorum papaueris albi. ʒ. ß. infundantur fistici minutim incisi in aquam buglosse per diem naturalem deinde vltimate terant̃ simul cum seminibus communibus et papauere predictis et coquãtur in lib. i. ß. zuccari albi electi et aque buglosse. ʒ iii. cum ergo ceperit ingrossari et tepefieri tūc addantur relique species et fiat confectio in frustulis velut pineata et erit ei valde vtilis per que instrumenta non dubito plenam obtinere sanitatem dummodo aduisatum me faciat omni septia sel' de re ad laudem dei Amen.

¶ Consiliū de oppillationibus cerebri ad quas secu tur sensuum exteriorum corruptō materierum in pectore collectio. dolore in collo spatulis cum humiditate multa stomachi humiditate epatisque caliditate notabili et varicosa dispositōe Capitulum primum.

Reuerendus in xpō pater dominus petrus de monte sacro sacte ecclie prothonotarius collector cōdignissimus pluribus dispositionibus ī diuersis mēbris molestatur que licz ipsum in rei veritate nō reddant manifeste aut notabiliter egrum nunciant tamen ei fortassis nocumenta non leuia prouentura vt ex eorum discursu haberi potest. ¶ Laborat enim oppillationibus cerebri que vicissim augmentāt nocumentum diuersum in operationibus capiti appriatis et communibus. ¶ Secundo iterum quadam pectoris dispositōne molestat' p q̄z nō raro puēit ad matieriū ī pectore collectionē q̄ si pseuerarent indubitant' ipsum ad empima pducerent aut ad oppillationes vel apostemata eiusdem. ¶ Iterum et tertio non raro molestatur doloribus quibusdam in collo eius spatulis dorso et per partem adiutoriorum extensis. ¶ Et quarto iterum cōplicationem habet caliditatē epatis notabilis ad multam humiditatem stomachi eius que humiditas si a predicta epatis caliditate notabili non conuelleret' corrigeretur frequenter ipsū ad varias pducerent egritudines. ¶ Quito iterum molestat' quadā sua varicali dispositione licet nunc melius q̄ tempore preterito se habebat. Hec in sūma est eius dispositio talit' congregata.

¶ Capitulum secundum verificatio primi accidētis. Quod autem primū nocumētū ī eius capite existat licet ex multis demōstrari possit his tamen valde facile motiuis aperiri potest quoniam in operationibus sensuum exteriorum aliquale nocumentum appr̄hendit. ita vt in visu eius quandoque vehementi ītuitu aerem aspicientis quarundam figurarum et linearum ī aere apparentium et non existētiū forme percipiantur. hec quidem corruptio in sensu visus noīnatur. vel mutatio a cursu naturali vt imaginet' homo q nou inuenitur exterius prima tertii 6° ca° litteraliter colligēd. Amplius etiam hoc declaratur ex nocumento diminutionis in operetionibus auditus. contingit enim q cum augmentātur oppillationes etiam circa quintum par neruorum orientium a cerebro fieri nocumentum diminutionis auditiue potentie. similiter etiam quandoque in eo odorabilium species non conuenienter recipiuntur in caruncul is cerebri in quibus ponitur olfatiua potentia. vnde olfatus diminutionem notabiliter percipit. sicut sane operationes sensuum significant cerebri salutem. ita sensuum operationes lese significant lesionem in cerebro prima tertii ca° quinto. Fortius autem cerebri nocumentum demōstraretur si notabilit' lesio perueniret in operationibus auditus et gustus. ¶ Reliqui autem sensus quando suis ledūtur sensatis significant nocumentum in ipsis caliditatē et siccitatis non prouenientium ad hoc vt virtutem psternāt. Auditus etiam et gustus secundum plurimum significant q ista complexio est in cerebro. prima tertii capitulo 6° et 9° de acci. et mor. Harum autem specierum debilitatis ī cerebro significata sunt q omnino corruptio in operationibus sensuum tam exteriorum q̄ interiorum significat caliditatis augmentum. diminutio autem et ablatio in operationibus eorum significat frigiditatis augmētū. Sermo enī vniuersalis ī significationibus operationū est q ipsarum diminutio et destructio fiunt pter frigus et grossitudinem spiritus et humiditatem et non fiunt ex caliditate nisi magnificetur et perueniat ad hoc vt deiciat virtutem. permutatio autem. i. corruptio operationum et que motui operantur fiunt ex caliitate et fiunt ex siccitate vt prima tertii quito capitulo litteraliter scripsit princeps. Et ex hoc fundamento diligens contemplator intelligere poterit quales sint lapsus in homine puenientes demōstrandi ex speciebus lesionum que adueniunt ī operationibus sensus interiorum et exteriorum. Et 2° iterum ex hoc fundamento deducitur modus cognoscendi nocumentum ī determinata capitis parte pueniens. cum enim in operationibus sensus visus puenit nocumentum diminutionis significatur lapsus anterioris partis cerebri a frigiditate et humiditate et spirituum visibilium grossitudine. ¶ Cuius quidem nocumenti curatio pēdet ex pluribus instrumētis. Quorum primum est vt cum illud nocumentum perseuerat euacuetur caput cum istis pillulis. ℞ pillularum d' iera composita pillularum de sarcocola ana. ℈. i. formentur pillule quinque et accipiātur in aurora et tardetur prandium quinque horis accipiendo in hora quarta ciatum brodii pulli calidi cum zuccaro tempore debilitatis aut frigoris aeris. In diebus vero caloris accipiatur aq̄ ordei vt dictum est. ¶ Secundum vero instrumētum est vt eo tempore fricationes fiant a spatulis vsque ad nates retrahendo mane et sero per horam ante cibum. ¶ Tertium vero ē vt digerat' materia cum hoc. ℞ aque saluie et betonice ana. ℥. i. aque feniculi. ℥. ii. ʃ. misce et accipiantur quinque vel sex vicibus. ¶ Quartum vt eradicetur materia cum p̄dictis pillulis superaddendo eis. ℈. i. ʃ. ambarum predictarum pillularum ana. ʒ. iiii. et accipiatur. ʒ. i. cōpleta ex eis. ¶ Quintum instrumentum est vt super comissura capitis eius post purgationem omni sero spargatur de hoc puluere q̄titas quinque granorum ordei. ℞ ligni aloes. ℈. i. gariofilorum galange ana. ℈. ʃ. macis. ℈. ii. fiat puluis subtilis. ¶ Sextū est vt oculis imponatur sepe aliquid d' aqua ista. ℞ aque ros. ℥. ʃ. aque feniculi eufragie ana. ℥. i. tutie preparate. ℈. i. salis gemme. ʒ. v. misce et sepe cum hoc abluantur occuli. et si velis aquam leuiorem ista accipias lixiuii. ℥. i. et ponantur in ea. ʒ. vi. sal gemme et fiat vt dictum ē. Caueatur autem tempore huius nocumenti a comestione multe salsedis a raphano cepe aleo et aliis acutis a lacte pastilibus et rebus viscosis a coitu et vehementi motu et ppriē post cibum. quare nocumentum hoc iterum a gentibus esset nalde verendum. et euitet aquam frigidam et vina valde fumosa. melior itaque potus esset vinum album subtile boni saporis mediocris vinositatis exceptum purum. si autem vinū esset valde fumosum frangatur cum aqua decoctionis florum eufragie. et hec de nocumento visui contingēte velut vtiliora sufficiant.

¶ Capitulum tertium de repletione pectoris ex materiebus ad ipsum a capite catarrizantibus

At vero nocumentum q pectori huius venerandi patris contingit est quia materie multe a capite ipsius effunduntur et per se etiam defluunt per arterias et venas interiores et profūdiores. adhuc

etiam non raro cadit a capite materia per fora-
men colatorii qd est i concauo palati. et hec quidē
materia recepta in spaciositate pectoris tensionē
𝔱 grauitatē facit i mediastio paieſo pectoris. vnde i
medio toracis vsque ad posteriorē partem spodi
liuꝫ extensiuus dolor et grauatiuus percipitur i
partibus illis. et si contingat materiā istā diffū
di in diafragā non euacuabitur a nocumento anhe
litus et tussi humida et ꝓprie cū fuerit materia
flegmatica. si autē fuerit materia colica non eua
cuabitur a simili inflamatione et pungitiuo dolo
re in pectore perceptis. et erit vt in pluribus
tussis sicca. eo q materia sui subtilitate membris
pectoris impressa non faciliter per sputum educi
pōt nisi prenimia sui multitudine virtutē ad ex
pulsionē vehementer incitaret sicut patet in pleu
resi in cuius principio materia euacuatur licet oi
no indigesta. ex quibus facile apparet q oportet
medicū esse intentū circa pacientē ad festinam
harū materierū eductionē vt in pectore morantes
apostema aut vlcus efficerent in eo. cuius cura fiet
vt nunc sequitur. ¶ Itaqꝫ ꝓcuratōne huius dispo
sitionis omnes hee intentiones et instrumenta ne
cessaria sunt. Et prima quidē intentio est per abs
cisionē materierū a capite ad pectus catarrizanti
um. abscinduntur aūt materie iste per instrumēta
euacuantia diuertentia digerentia et consumentia
superfluitates cerebri que omnia in precedenti ca
pitulo videri possunt. ¶ Secundo principaliter
abscinduntur materie per gargarisma istud. ℞
loch de papauere. ʒ. i. masticis torrefacti. ℈. i. aque
decoctionis capitū rosarū ciatū vnū misce et to-
tū tepidū gargarizetur omni mane per duas ho
ras ante prandiū et similiter ante cenā. et si ve
lis gargarisma fortius predicto adde pdict rob
nucū. ʒ i. pulueris sandarace. ℈. i. et erit efficacissi
mū. ¶ Tertio itēꝝ absciduntur materie a capi
te catarrizantes per assūptionē istarū pillularū ℞
mirre storacis calamite croci ana. ℈. i. opii. ℈. vni
us partes duas cū sirupo rosꝭ fiant pillule. de qui
bus tres aut quinqꝫ accipiantur per duas horas
post cenā et mirabiliter conferunt in abscindēdo
catarros. nec de opio in eis dubitandū est. quonīā
modicū est et bene correctū. ¶ Materie iā ad
pectus effuse educuntur cū hoc medicamine. ℞ oli
bani. ʒ. iiii. mirre. ʒ. ii. vini cocti. ℥. iii. mellis. ℥. ii.
coquantur simul mel et sapa vsqꝫ ad spissitudinē
deinde addantur pulueres predictorū subtilissimi
et fiat loch de quo teneatur in os multo tem
pore et de ipso etiā degluciatur sepe q̄titas vni
us grani fabe. ¶ Aliud medicamen et leuius isto
est. ℞ succi caulis. ℥. iii. mellis. ℥. iii. coquantur si
mul vsqꝫ ad spissitudinē et fiat de eo vt dictū est
in precedenti. 𝔱 sunt medicine ambe securissime et
vtiles ex sermone Auicene io° tertii ca° de medici
nis pectoris. ¶ Ad hanc etiā intentionē multū
confert loch de pino descriptione Mesue i antido
tario et loch de squilla. et ꝓprie cū matia grossa
fuerit inuiscata in mēbris poctoris ꝓfundata. ¶
Confert etiā ad hanc intentionē acceptio ficuū
siccarū ante cibū comestio enule et crocus semper
in cibis acceptus et vinū albū dul. et subtile cum
aqua leuis decoctionis florū isopi. et abstinere a re
bus pastilibus piscibus et leguminibus elixis a re
bus valde salsis et grossis et vino pontico et aceto
so vel brusco et ab aq frigida 𝔱 rebus omnibus stip

ticitatē habentibus Et hec de nocumēto pectoris

¶ Capitulum quartū de regimine dolorū spatu
larū et colli.

Ut autem accidens tertiū faciliter remoueri po
ssit qd erat spatularū colli et partiū adiacentium
dolor. ¶ Premittendū primo q varius est curan
di modus ex varietate causarū que dolorem effici
unt 𝔱 qr dolor i hac parte eueniens vt i pluribus
fit a solutione continuitatis que extensiua dicitur
et non seperatiua partiū. Ideo huic dolori ꝓui
dendum est cū instrumentis que huic aduersātur
qualia sunt mollificantia et lenitiua cum tempera
mento caliditatis aut parū ab eo distantia que ma
teriam conuenienter absqꝫ superfluitate resoluere
possent. et talia omnia instrumenta sunt complexi
onis mutatiua et materierū resolutiua per que cō
pletur curatio per duas species doloris. s. Per stu
pefatiētia neqq̄ consulo i hoc viro intromittendū
ēe quoniam talia false sūt dolorē sedātia 𝔱 nō ve
re eo quia sensum a mēbro auferunt et non causā
doloris effectiuam. Et sunt sermones principis
quarta primi penultimo capitulo dū inquit ¶ Et
ad sūmū id qd dolores sedat est aut illud qd com
plexionem mutat aut qd resoluit materiā aut stu
pefacit. et stupefaciens quidem remouet dolorem
quoniam destruit sensum mēbri. Modus igitur se
dandi dolores ex multis canonibus dependet et
instrumentis. ¶ Et primū quidem est vt si fuerit
doloris instantia grandis prius incipiendū est a
sedatione eius q̄ ab euacuantibus et diuertentibus
iuxta illud quarta primi primo ca° Cumqꝫ ad di
uersum trahere volueris mēbri a quo ꝓtrahis do
lorem prius seda. Est autem instrumentū bonum
ad sedandū dolorem vt mēbrū fomentetur cum
spongia infusa in aqua decoctionis horū. ℞ camoil
le melliloti ana. 𝔐. iiii. se. aneti. 𝔐. ii. et si velis ip
sū lenitiuū facere magis huic decoctioni adde se.
lini. 𝔐. iiii. si autē velis ipsū magis resolutiuū
et subtiliatiuū facere adde ei se. apii amigdalarū
amararū ana. 𝔐. iii. ¶ Cū ergo mēbrū fuerit
quinqꝫ vicibus fomentatū cum spongia ab hac de
coctione diligenter expressa exiccetur deinde in
vngatur hoc linimento. ℞ olei amigdalarū dul.
olei de sisamo ana. ℥. ʃ. olei de camomilla. ℥. i. con
quassentur simul cū vno vitello oui et liniatur ex
eis mēbrū ¶ Aliud vnguētū conueniētius ē hoc
℞ olei de camomilla olei de aneto ana. ℥. i. olei li
liorū al. ʒ. vi. pinguedinis anatis. ℥. ʃ. croci. ℈. ʃ. ce
re al. q̄tum sufficit fiat vnguentum molle. et hec
quidem remedia dolorem sedant mutando com
plexionem et resoluendo materiam. Si autē ꝓpt
magni doloris instantiam oporteret transire ad
stupefatiētia nullo modo administrēt ea neqꝫ val
de pura sed predicto vltimo vnguento addenda
esset. ʒ. ʃ. opii et tunc esset efficax et sine aliquo pe
riculo vel nocumento.

¶ Capitulum quintum de regimine caliditatis
epatis et humiditatis stomachi et primo stoa
chi.

¶ Pro intentione vero remouendi quartū accidēs
oportet subtilius contemplari ex eo q ipsum com
plicatum est ex humiditate superflua stomachi et
lapsu epatis ad caliditatem intensam non solum
respectu stomachi sed comparatione ad medium
generis. Neque enim hic disputandum est an stōa
chus eius respectu medii generis sit humor q̄ epar

respectu illius sit calidioꝛ. satis eniȝ facile conside-
ranti apparet hoꝝ declaratio. eo ꝙ bonitas colo-
ris faciei et totius coꝛpoꝛis habitudinis dispositō
mediocritateȝ transcendēs mēbꝛoꝝ a generatōne
plasmatio grandis venaꝝ magnitudo et extensio
et sanguinis multitudo significat epar nō ē̄e mag
nifice lapsuȝ ad caliditateȝ quoniaȝ ad ipsaȝ seque
retur macrefactio ⁊ sanguinis paucificatio per vi
aȝ exiccationis a resolutione ꝓuenient quaȝ facit
caloꝛ. Tarditas igitur digestionis stomachi molli
cies ad tactuȝ percepta multitudo salivalis humita
tis ventositates in stomacho a multitudine super
fluitatuȝ pꝛime digestionis et reliqua signa pꝛa
vioꝛa istis que nunc ꝓpter bꝛevitatem abscindo
significant augmentuȝ humiditatis in epate ma-
gis ꝙ̄ ex signis supꝛascriptis deduci possit in epa
te lapsus ad caloꝛeȝ. Nec iteꝝ speculatio ista im
pedit medicuȝ a recta curatione eo quia ī contra
opeꝛantiis istoꝝ membꝛoꝝ maxima habetur vti
litas et non īperfectio. videtur eniȝ stomachi ope
ratiōes perfici et melioꝛari a caliditate epatis p̄
dicta magis ꝙ̄ impediri. Ut tamen vtriqȝ illo
ꝛum convenientibus instrumentis ꝓvideri possit
pꝛemittendum pꝛimo ꝙ causa lapsus cōplexionaꝛ
ad humiditateȝ existat opoꝛtet necessario aut ꝙ
materia in stomacho contenta sit in tunicis eius ī
bibita aut superficiei concave ipsius adherens aut
in eius concavitateȝ effusa et natans. Nec aliter
imaginari possumus materiaȝ in stomacho se ha-
bere vt colligenduȝ est litteraliter 13ª tertii capi
tulo de egꝛitudinibus stomachi. ¶ Cuȝ igitur con
tingerit materiam effusaȝ esse ad regioneȝ stoma
chi inferioꝛeȝ pectoꝛe tunc statiȝ minoꝛatiue eva
cuāda est cuȝ hoc medicamine. ℞ aque decoctionis
se. ameos. ℥. i. ʃ. iere simplicis. ʒ. x. misce totuȝ cali
duȝ et exibeatur in potu. Si auteȝ contingeret te
indigere evacuatione foꝛtioꝛi eo qꝛ materia ma
ioꝛis esset r̄sistentie tunc educenda ē cum electua
rio isto. ℞ electuarii indi. ʒ. ii. ʃ. benedicte sim
plicis. ʒ. ii. misce et detur in potu cuȝ aqua decocti
onis macis calefacta. Et si velis adhuc solutivum
melioꝛis expeditionis. ℞ pillulaꝝ de iera compo
sita. ʒ. i. ꝛefoꝛmentur pillule. vii. et accipiantur vt
supꝛa capitulo de evacuantibus a capite dictuȝ est
Et si iteꝝ ꝓpter hoc minoꝛativuȝ non totaliṫ edu
cereṫ materia quin opoꝛteret ipsaȝ adhuc eradica
ri tūc digeratur cuȝ hᵒ secundo instrumēto. ℞ mel
lis rosati colati. ℥. i. sirupi de absinthio. ℥. ʃ. aque
eupatoꝛii absinthii et cicoꝛee ana. ℥. i. misce et ca
lidum detur in potu in auroꝛa ⁊ tardetur pꝛādiū
hoꝛis quattuoꝛ. Si autem velles digestivuȝ levis
illo tunc accipiatur istud. ℞ aque absinthii aque
betonice et cicoꝛee ana. ℥. i. misce. Cuȝ auteȝ mate
riam ē̄e digestaȝ apparuerit tunc eradicetur cum
ʒ. i. pillulaꝝ stōaticaꝝ descriptione Avicenne 5º
can. sūma pꝛima tractatu 9º lege eas ibi. Aut sol
vatur venter cum his pillulis. ℞ pillulaꝝ de sar
cocola pillulaꝝ de iera composita ana. ℈. ii. ꝛefoꝛ
mentur pillule. vii. et fiat ex eis vt dictuȝ est. ¶
Postq̄ auteȝ materia iam eradicata fuerit tunc
attendatur ad stomachi confoꝛtationem et ꝓ
pꝛie cuȝ confectione ista. ℞ specieꝝ electuarii de
ligno aloes descriptione Avicenne 5º can. sūma pꝛi
ma tractatu 3º specieꝝ aromatici rosᷓ secundū Ga
bꝛielem ex Mesue in ātidorario distinctione pꝛi
ma ana. ʒ. ii. zuccari albi lib. ʃ. cum aqua absītbii

fiat confectio in rotulis. ʒ. v. et vna ex eis accipiaṫ
per hoꝛam vnaȝ ante pꝛandiuȝ sine potu alicuius
liquoꝛis. ¶ Ad hanc intentioneȝ confert linimen
tuȝ stomacho superpositum confectum per hunc
modum. ℞ olei nardini. ℥. iiii. cere albe. ℥. i. ʃ. alo
es masticis ana. ʒ. i. ʃ. incoꝛpoꝛentur simul et in fi
ne sue decoctionis conspergantur cuȝ agrēsta. hoc ei
medicamen superfluae stomachi humiditates exic
cat et ipsum deffendit a receptionibus materieꝝ
et fuit de compositionibus Gallieni in libꝛo decē
tractatuum auctoꝛizatuȝ ab Avicena 13ª tertii ca
pitulo ō cura debilitatis stomachi. Lege ibi quia
domestice satis r̄ctificauit descriptōnē illaȝ. ¶ Re
gimen r̄ctificativuȝ epatis. ¶ Pꝛo dispositione ve
ro epatis que declinat ad caloꝛem licet cum eo sa
nitas ei coveniens existat. opoꝛtet pꝛio pꝛemitteṝ
ꝙ res convenientes epati sunt sicut amara omnia
et ciā aperitiva cum aliq̄ta stipticitate sicut mir-
ra absintiuȝ eupatoꝛiū in dispositionibus frigi-
dis ipsius. cicoꝛea elitropia ciperus et citoniuȝ et
similia. aut debent esse medicine aromatice sicut
squinantū cinamoniuȝ et consimiles. aut debēt ē̄e
abstersive et mundificative cum aromaticitate si-
cut crocus et consimiles. aut debent esse medicine
velocis penetrationis ⁊ mundificationis aromati
citatem habentes velut vinū odoꝛiferuȝ aut passu
le cuȝ arillis ficus et similia. et quando in vna et
eadeȝ re aggꝛegantur ꝓpꝛietates iste tunc illa cō
veniētioꝛ est et ꝓpꝛie si non fuerit recipiēs putre
factioneȝ facile velut avellana toꝛrefacta atarara
con et endivia campestris et oꝛtulana. Et de rebꝫ
etiaȝ eideȝ maxime conferentibus ꝓpter aromati
citateȝ suaȝ et stipticitateȝ cuȝ penetratione cōfoꝛ
tatione et mundificatione viaꝝ sunt vt scribiṫ 13ª
tertii caº de rebus convenientibus epati. ¶ De re
bus vero compositis conferentibus epati calido cō
servantibus ipsum in sanitate sua et ꝓhibentibus
lapsum eius intendi sunt sicut electuariuȝ hoc. ℞
specieꝝ diarodō descriptione Nicolai in antidota
rio. ℥. ʃ. se. acetose cicoꝛee sādaloꝝ al. et. ru. ana. ʒ.
i. sirupi de endivia. ℥. iii. fiat ex omnibus electuari
um cuȝ. ℥. iiii. zuccari albi de quo accipiat omni
mane quando a lapsu molestatur aut saltem omni
septimana bis vel ter coclear vnum quando lapsus
non ita molestat. ¶ Secunduȝ vero instrumentuȝ
huic conveniens est electuarium de scoꝛia ferri de
quo loco pꝛedicti electuarii accipere potest frequē
ter. ʒ. iii. in auroꝛa vt pꝛedictum est. ¶ Domesticū
remedium est vsus istius confectionis. ℞ specieruȝ
diarodon. ʒ. i. ʃ. spodii subtilissime triti. ʒ. i. se. en
divie. ℈. ii. se. acetose et scariole ana. ℈. i. zuccari al.
℥. iii. fiat confectio in rotulis. ℥. ʃ. cum aqua cico-
ꝛee et ex ea semper ante omnem cibum accipiaṫ
rotula vna. ¶ Ultimū vero instrumentum epatis
calidi conservativum et vigoꝛativuȝ est vnguētuȝ
hoc. ℞ olei de absinthio. ℥. ʃ. olei de mastice. ℥. i.
rosaꝝ sandaloꝝ amboꝝ spodii masticis se. cicoꝛee
ana ʒ. ʃ. mirre floꝝ squinanti vel extremitatuȝ
eius cassie lignee ana. ℈. ii. cere q̄tum sufficit fiat
vnguentum molle ex quo vngatur ipocundrium
dextrum ad vmbilico ⁊ oꝛe stomachi trāsversaliṫ
vsqȝ ad spinam mane quando surgit a lecto et sup
ponatur pannus bene siccus pꝛius bene suffumiga
tus cum laudano caꝛbonibus ignitis aspersis ⁊ hec
de cura quarti accidentis complicati vt supꝛa dic
tum est sufficiant.

¶ Capitulū sextū de cura dispositionis varicose

Ultimū vero accidens huius venerandi patris est principiū varicose dispositionis. de cuius quidē regimine licet alias fecerim tractatū conuenientē. Nūc autē de nouo placet mihi duo experta conscribere medicamina. vbi contigeret varices illas augmentari et maiores fieri. Quorum primū ē emplastrū istud de quo tota pars domestica cruris et tibie mane et sero emplastrāda est cuius descriptō est hec. ℞ farine lupinorum lib. i stercoris caprarum exiccati lib. iii. aceti nigri non valde acuti in quo extinctū fuerit calibis frustrum igniti quinq3 vicibus quātū sufficit ex ipso aduenientem formam emplastri et liniatur ex eo mēbrū vt predictū ē ¶ Secundū vero instrumentū est embrocatio ī frascripta de qua mane et sero mediocriter calida cū spongia a principio inguinis vsq3 ad cauillam pedis fiat embrocatio. ⁊ est eius descriptio talis. ℞ gallarum cupressi gallarum perforatarum ana lib. ß. scorie ferri macerate per octo dies in aceto partem. i. dragaganti gūmi arabici torrefactorum ana. ℥. i. ß. bulliant hec omnia in aqua pluuiali longa bullitione deinde ex ea fiat vt dictū est. ¶ Post hec aūt scribenda sunt remedia quattuor quibus videtur ipsū vti debere per transitū sui itineris. et iterū hec talia remedia quouis tempore erunt ei vtilia ¶ Et primū quidē est harum pillularum vsus ex quibus accipere pōt omni 3ª vel 4ª die vnā parum ante cenā. et si contingeret ipsū permeare regiones epidimiis infectas bonū est vt ex eis omni die accipiat vnā mane in ortu solis aut saltē i sero ante cenā. Est autē earum descriptō talis. ℞ mastic is. ʒ. i. croci mirre ana. ʒ. ß. se. citri. ℈. ii. iacincti smaragdi corallorum rubeorum ana. ℈. ß. infundantur omnia in. ℥. iiii. succi endiuie et diligenter agitent' deinde exiccentur ad solē ⁊ iterum fiat succi renouatio cū eius exiccatione vsq3 ad quattuor vices. de materia igitur illa fiant pillule que dentur vt dictū est. ¶ Secundū vero istrumētū ē vsus huius cōfectōis d' q̄ sēp āte cibū accipiat' rotula vna aut saltē in sero ante cenam. ℞ specierum electuarii de ligno aloes. ʒ. i. specierum diacinamomi trociscorum d' rof' descriptione maiori ana. ℈. i. zuccari albi. ℥. v. fiat confettio cū aqua absinthii in rotulis. ʒ. iiii. ¶ Tertiū instrumentū est vt si contingeret ipsum molestari dolore capitis grādi accipiat harum pillularum vnā per duas horas post cibū quarum descriptio est hec. ℞ specierum de iera simplici. ʒ. i. pillularum aurearum. ʒ. ß. reformentur pillule. x. ex omni. ʒ. vi. cū succo rof' et fiat ex eis vt dictū est. ¶ Quartū vero instrumentū est harum specierum vsus de quibus accipiat in cibis suis et ferculis q̄titatē idoneam ad libitū. quarum descriptio est hec. ℞ cinamoi electi. ℥. i. florum nenufaris rof' lambrusce ana. ʒ. ß. croci ʒ. i. ß. spodii. ʒ. ii. fiat puluis omniū per se subtilissimus. Hec ī sūma sunt que mihi vtiliora visa sūt et omnipotens deus in salutē eius perfecte dirigat iuxta optata ad laudē dei Amen.

¶ Consiliū de epilensia aut dispositione ad epilensiam reducibili a materia flegmatica mucilaginosa mista colere rubee flegmate iuncte.

Nuper mihi dispositio seuissima oblata est. est enim seruus dei quidā de ordine heremitarum sancti Augustini laborans inordinata periodo casuū virtutis eius secundū modū infrascriptū. nā aliquando existens in sermone cū aliquo sibi coniuncto socio quidā modus defectus virtutū omniū accidat ei ita vt non solū in operationibus sensuū exteriorum sed etiam interiorū sensuū nocumento. nedū diminutionis imo ablationis molestissime vexat' Similiter etiā hoc accidit ei non solū sermocinanti sed etiam oranti. et quandoq3 sacratissimā missā q̄tūcūq3 suauissime celebranti. et cum hac quidem dispositione multis iam mensibus vexatus taliter pertransiuit et ced. nunc aūt denuo res ipsa p mutationem ad deteriorem conuersa ē tribus modis. primo quia dispositio ista valde frequentius inuadit ipsū q̄ solebat. 2° quia ipsa est intensiue maior effecta eo quia vehementior lesio operationibꝫ virtutum interiorum omniū nunc apparet magis q̄ solebat. et iterum q2 nocumentum hoc extensiue maius factū est. i. quia contentia potentia mēbrorum oīū et maxime cerebri adeo debilitata est q̄d non solū leditur in operationibus interiorum et exteriorum sensuū et motus etiā imo violentia dispositionis illius ad terrā cauere coartatur. Hec quidē in sūma est huius viri collecta dispositio circa quā oportet contemplari diligenter in eius exquisita cognitione si consilium eidem sapienter ordinari debet vt nunc sequitur.

¶ Capitulū de inuestigatione essentie huius morbi

Licet itaq3 plures egritudines a sapientibus posite cognoscantur a quibus operationes sensuum et motuum auferuntur sicut patet de apoplesia cōgelatione litargi a subeth forti prefocatione matricis sincopi grandi et epilensia saltem in statu eius videtur. tamen mihi hanc dispositionem nunc reduci non posse nisi ad epilenticos paroxismos. Subethico enim non accidit priuatio sensuum et motuum nisi precedente somno ꝓlixo nec etiam hoc accidit ei nisi cum magna cerebri permutatione complexionali et cōpositionali precedentibus ī lōgo tamen tempore. Epilentico autem ꝓpriū ē auferri operationem sensuum et motuū in breui tempore intantum q3 fere cognitio ipsius q̄tum ad principium et augmentum particularis occulta est valde etiam viris ꝓfunde et longo tempore in medicina peritissimis. Apopletico autem accidūt priuationes sensus et motus fere instantanee et nullo precedente signo euentus eius patienti cognitio. nisi fuerit signum illud q̄d scribitur ab Auicena prima tertii et est q3 appopleticus clamat. cū enim materia que facit appoplesiam sit multa q̄d apparet quia complete oppillat ventriculos cerebri etiam cum ipsa valde subito moueatur. Ideo ꝓpter vehementem et velocem motum eius omnes ventriculi cerebri et neruorum origines subito claudunt' et distendunt'. vnde necessariū est ad distentionem talem et tantam sequi dolorem magnum ꝓpter quem appopl'icus clamat. Amplius appopl'ia non est egritudo paroxismalis sicut epilensia. omnino enim ipsa vel interficit dum fortis fuerit vel in paralisim conuertitur si fuerit debilis sed epilensia vt plurimum est multis paroxismis reuolubilis. et iterum sanabilis est. et tertio quia paroxismus eius raro pertransit quinq3 vel. vi. horas quare non potest credi talem dispoitionem appoplesiam dicendam esse et q̄tūcunq3 minorem. Nec3 etiam in hoc viro aliqua signa fuerūt enūciatia

apostema posterioris ventriculi cerebri litargicū nominatum. nec enim lente febrit et continue. nec quod in operationibus memorative potentie lesus permanet ante poxismum suum vel post solutionem eius ab eo. Adhuc etiam non videtur ipsum congelatum esse dicendum quoniam mala complexio cerebri et nervorum frigida et sicca ut in pluribus. aut frigida et humida materialis non habuit signa pronūtiantia eius eventum. Adhuc etiam cum iste incurrit poxismum suum diversis figuris et situationibus totius corporis et membrorum permutatur. hoc autem est impossibile verificari de congelatione. congelati enim oculos apertos tenent et fixa remanet totius corporis et membrorum figura eo modo quo reperiebatur cum principium congelationis incepit. Quare oportet necessario dicere hanc dispositionē epilensiam esse nominandam vel ad illā esse reducendam. Et si bene consideras ex hoc fundamento solui possunt ardue difficultates. et differentia inter litargiam et congelationem appopleliam et subeth ex una parte et epilensiam ex alia parte. Et sunt sermones colligendi pulcre tertio de accidenti et morbo ex tertio interiorum ca° de nocumentis contingentibus operationibus virtutum sensuum interiorum et exteriorum et motuum ipsorum. Et de his etiam lege nono theorice et quarto colliget et sunt sermones principis prima tertii tractatu 5° capitulis de epilensia et appoplelia et differentia inter eas et tu lege ibi quia pulcrum est. At vero iterum quia altera dispositio reperitur per quam sensuum predictorum operationes auferuntur et maxime cum fortis est et confirmata ut patet in statu eius et est sincopis fortis nominata et dicta sincopis a sin quod est simul vel instantanee eveniens et cope quod est defectus ideo magnam videtur habere vicinitatem sincopis fortis ad dispositionem huius viri. Ideo parumper contemplando an hec dispositio sit dicenda sincopis an appopletia. si enim in sincopi destruuntur. i. auferuntur operationes motive virtutis et sensibilis propter debilitatem cordis supple non potentis expandere spiritum sensibilem et motivum ad membra. necesse est a membris auferri operationes sensus et motus. potentie namque tales non movent organa productiva talium operationum nisi enim presentia instrumentorum talium que sunt spiritus sensibiles et motivi. Adhuc etiam spiritu vitali pauco existente avara est virtus. cordis ad delegandum ipsum ad exteriora immo detinet ipsum in ventriculis cordis gratia conservationis ipsius. Amplius et dato quod virtus cordis fortis existeret et vitalis spiritus in eo multus reperiretur si superveniret causa oppillationis coartationis vel precocationis spiritus in corde quomodo posset spiritus talis ad exteriora delegari quia incarceratus esset. Unde videre potes tres causas propter quas privantur membra operationibus sensus et motus. Cum enim aufertur spiritus vitalis transitus ad mēbra statim ipsa privantur operationibus illis sive contingat hoc quia animalis spiritus resoluitur a membris et evaporat sublato influxu cordis. sive accidat hoc quia spiritus animalis sensibilis et motivus adhuc remanens in membris absoluitur a temperamento suo quod est per dependentiam se habens ab influxu cordis. sive contingat hoc quia spiritus animalis ibidem inventus corrumpatur aut a complexione sua vel modo substantie permutetur a complexione diversa partium membrorū plurium. quorum aliqua frigide sunt complexionis et sicce ut spermatica reliqua vero frigide complexionis et humide ut pinguedines et sic de aliis. Et tu considera quod alter fere modus assignari non potest phisice subiti casus operationum virtutū sensus et motus ad que ut in pluribus cum perseverant subsequitur mors ut scripsit magnus ypo. afforismorum 2ª sermone illo. Qui exoluuntur frequenter et fortiter sine manifesta causa repente commoriuntur. et substentantur etiam sermones isti ex sententia comentatoris ibidem. pulcrius autem collige talia xiª tertii capitulo de sincopi in exordio dum dicit Sincopim esse casum vel destructionem plurium virtutum motive et sensibilis propter debilitatem cordis aut congregationem spiritus ad ipsum factam propter aliquam causam moventem spiritum ad intra aut propter causam prefocantem ipsum spiritum interius. Ita quod non invenit respiraculum. i. eventationem sufficientem. aut propter parvitatem et subtilitatem spiritus vitalis qui reseruatur in corde propter ipsum non esse sufficiens pro membris exterioribus lege ibi et videbis. propter quod ex sententia sermonum presentium diligens consideratori concedere posset quod dispositio hui dei huius esset complicata ex casu virtutis proveniente in poximo epilentico et ex casu virtutis succedente motui sincopali iam predicto. Et propterea hoc ultimum concedendum esset si precesserunt eventum sincopis cause sufficienter productive. et iterum si accidentia solita comitari sincopales motus concomitentur hanc dispositionem velut esset pulsus pui tas tarditas et raritas in principio sincopis plurimum apparens et anhelitus nocumenta istis consimilia. Secundum est pulsus velox et fortis profundatio et anhelitus apparens ablatio. Tertium est pulsus diversitas ordinem non servans et ita de anhelitu dicendum. Quartum est omnium exteriorum membrorū infrigidationis eventus velox Quintum coloris faciei et totius corporis ablato et conversio in colorem mortuorum colori simillimum. Sextum est pulsus cordis in principio eventus lipothomie magnus. Septimum est tremulus motus eius. Octavum est plurimum interiorum sensuum operationum ablatio et similiter exteriorum et propterea in confirmatione sincopis. Cum enim hec accidentia principium casus in lipothomia huius viri presentata fuerint cum aliis accidentibus epilenticum motum pronunciantibus necesse est concedere hanc dispositionem complicatam esse ex casu virtutis sincopali et epilentico quoniam accidentia inseperabilia sincopis omnia vel ipsorum plura necessario absoluuntur et distinguntur ab accidentibus que motus epilenticos concomitari solent et econuerso. Unde ex hoc fundamento ad hanc dispositionem maxime periculosam debere concedi et maxime si complicata est ut iam dictum est supra verum quia ex relatis non apparent mihi signa presentia esse totidem et ita fortia que significent sincopales motus cordis sicut apparent signa motus epilentici ideo potius affirmo hanc dispositionē sub capitulo de epilensia collocandam esse quam sub materia de sincopi reponēdā. Similiter etiam si quod de nocumento cordis concludi potest rationabiliter est ipsum nocumentum tale in corde reperiri per colligantiam cordis cum cerebro quam econuerso.

Superest autez iaz nunc materialez causaz huius dispositionis investigare quaz credo esse materiā flegmaticaz mucillaginosaz dominantē que tamē activa multuz redditur mobilis et impressiva p cōmixtionez alicuius colere rubee que in tale flegma ebulitionez facit velocez et multuz absqꝫ putrefactione tamen flegmatis illius.non eniz videtur rationale motuz tantuz et tante velocitatis et nocumenti posse attribui flegmati simplici ꝓpter frigiditatē viscositatez et grossitudinez eius.Et si iteruz illi flegmati cōmixtus esset sanguis deberent in corpore huius viri esse presentia signa motus eius et multitudinis eius ostensiva velut venaruz extensio coloris rubedo corporis torpor et gravitas ad motus exteriores et ad operationes interioꝝ sensuuz et similia que non videntur in hoc viro presentia .Et si iteruz hoc flegma activius redderetur per cōmixtionez materiei melancolice cuz sanguine mirabile videretur qꝫ in operationibus interioꝝ sensuuz non appareret corruptio vel diminutio que vsqꝫ nunc non apparuerunt.¶Propt̄ qđ repetendo concluditur qꝫ materia huius egritudinis effectiva causa que flegmatica est mucillaginosa et aliqualiter aquosa calefit dissoluitur ⁊ rarefit et mobilitatur vt facile possit ingredi ventriculos cerebri incomplete oppillando ipsos vt patet ex dispositione ipsius prima tertii tractatu .5.ͦ vbi inquit qꝫ Epilensia est egritudo ꝓhibens animata a sensu et motu et erectione non integre.i. complete et illud ꝓpter oppillationem contingentez .i.incompletaz in ventriculis cerebri.¶Unde ex omnibus inuicez collectis manifeste deducitur qꝫ dispositio huius viri adeo verenda est qꝫ vel ipsa incurabilis est aut si curabilis non nisi a viro in scientia et opere q̄plurimuz excercitato vt nunc sequitur.¶Itaqꝫ regimē huius viri accelerando xv. instrumentis medicinalibus complenduz esse deduxi. Post ista autem leue fiat capitulum vbi sue cincta memoria per res non naturales pertractabit

¶Capituluz primuz de regimine per medicinalia continens 15 instrumenta

Primuz itaqꝫ ð predictis instrumentis ē vt cū viro isto appareant manifesta vniuersalis repletiōis signa anteq̄ pertranseat medietas futuri mensis aprilis fiat ei flobotomia de basilica brachii dextri sub cubito posita hora electa colligenda quarta primi caͦ 20.et educantur per ipsaz sanguinis ℥.iiii.vel.v.Secunduz vero instrumentum est vt die immediate seq̄ti euacuetur minoratiue materia predicta cum infusione tali.℞ agarici electi.ʒ.i.ʃ.pulpe colloquintide .ʒ.i. reubarbar electi ℈.iiii.spice sal' gēme ana.ℨ.iii.℥ dauci anisi ana ℨ.iiii.infundantur hec omnia per se diligenter pl'uerizata in.℥.iiii.idromellis calidi per diez naturalez.deinde in aurora calefiant et collentur cum expressione notabili et tota colatura accipiat in potu bene calida dormiendo ⁊ post ipsaz per horā tantuz deinde permaneat in camera bene calida pannis calidis ventrez calefaciendo et leui et raro motu progressiuo excercitetur et cuz transiuerint hore quinqꝫ bibat aque ordei calefacte ciatuz vnū cuz zuccaro et post vnaz horaz prandeat. Tertiuz instrumentuz est vt die ī mediate sequenti incipiat accipere hoc digestiuuz qđ calcuz continuet diebꝫ ad minus.x.in aurora et post ipsuz tardet cibum horis ad minus quattuor.℞ oximellis squillitici sirupi de sticados et de calamento ana .ʒ.ʃ. aque buglos' vel mellisse.℥.i.aque sublimationis rad' peonie aut saltiz decoctionis eius.℥.ii.misce et totū accipiatur.Quartuz remediuz est vt nona die immediate post assūptionez digestiui eradicetur materia cuz istis pillulis.℞ pillularuz de sarcocolla ma.℈.ii.ʃ.pillulaꝝ aureaꝝ.℈.i.reformentur pillule vii.vel viii.cum sirupo acetoso composito ⁊ accipiantur in aurora et post eas seruentur conditiones omnes de supra scripto minoratiuo dicto.Attende autez hic qꝫ pillule de sarcocola maiores nō intelliguntur a quibusdaz in medicina sciolis et vt verius dicaz paruz excercitatꝫ.Si enim aliquando scripserim pillulas de sarcocola maiores auctoritate Mesue non iniuste et sine scientia dictuz est.Lege enim ab ipso de consolatione medicinarū sectione secunda in suo loco vbi merito pillule tales maiores nuncupari possunt.et quia in sua descriptione recipiunt medicinas elegantioris operationis ⁊ iuuamenti dicit eniz Mesue illas esse mirabiles ad decez iuuamenta que ibidez ab eo colligere potes .educunt enim materiam crudam grossā et difficilis eradicationis et a remotis locis et fuerunt composite a quodā famoso sene.Minores āt pillule de sarcocola legantur a te in antidotario descriptione.xͣ.que sunt multuz leuiores ad omīa predicta.ꝓprer qđ non oportet calumniari de re incognita .Sedētes et intuentes ad pauca respicientes de facili enunciant primo de generatione ⁊ corruptione.¶Quintum instrumentū est vt postq̄ hic vir fuerit particulari euacuatione inanitus per dies quinqꝫ post ipsam iterum fiat sibi flobotomia de cephalica dextri lateris et ꝓprie super cubito eiusdez in superiori parte vel ꝓprie siluestrem ⁊ educantur per eam sanguinis.℥.circa quattuor. Ueꝝ vt ad itelligentes alloquar si apparet materiam que mouetur ad caput et que continet̄ circa regionez cordis tunc conuenientius esset fieri flobotomiam de saluatella sinistri cubiti sub cubito sicut enim basilice dextre flobotomia euacuat repletionem materialem ita et sinistra euacuat repletionem vaporosam xͣ tertii caͦ de canonibus curationis cordis.¶Sextum vero instrumentū est vt si vir iste diebus quibus assumit digestiua ⁊ etiam post euacuationes ventrem haberet stipticum intendat facere ipsum fluxibilem et ꝓprie cum pillulis infrascriptis de quibus accipiat omni tertio sero aut saltem omni alterno sero vnam parum ante cenam quaꝝ descriptio est.℞ pillularum alefanginarum descriptione Mesue.℥ i.pulpe colloquintide ana.ʒ.ʃ.agarici electi.℈.ii. salis indi granoꝝ peonie ligni aloes siseleos ana ℈.i.pl'ueris ossis cranei humani.℈.ʃ.fiant pillule cum succo vel aqua maiorane de omni .ʒ.vii.et sit earum vsus saltem per annum integrum accipiendo de eis omni septimana bis vel ter vt dictum ē ¶Septimum vero instrumentuz et ꝓprie de distrahentibus materiam ad viliora membra et p̄seruantibus ab euentu paxismi est hoc.℞ granorum et radicum peonie ana.M.ii. uisci quercini qđ a quibusdam lignum crucis nominatur.M.iii. granorum paradisi ligni aloes storacis calamite ana ʒ.ii.Conterantur omnia subtiliter et coquantur in lib.c.aque vsqꝫ ad cōsumptionem tertie partis et

tur decoctione tali omni sero per horaz ante ce
naz ablluant extrema inferiora et superiora et ma
nus et facies eius. Octauuz instrumentum est vt
iste vir omni mane et sero saltez p horaz ante cibuz fa
ciat sibi hoc gargarisma. ℞ ierclus et est serpenta
ria.ʒ.ii ieralogodion .ʒ.i.aque decoctonis peonie
℥.iii.calefiant omnia et fiat gargarisma saltem in
decem vicibus consumendo horam vnaz . Nonum
instrumentuz est concedendo reuerentiam illustri
bus auctoribus vt fiat cãnula argentea in qua sus
pendantur radices peonie et aliqui dicunt q̄ ponã
tur semina eius. Alii vero videntur intelligere de
peonia masculo.ego autem ad euitandas omnes
discolias soleo facere ligare in cãnulam argenteã
radices peonie non facient semina et facientis ea
cuz seminibus et patet q̄ peonia que non est faciẽs
semina ẽ masculus. Mirabilia enim scripsit Galli
enus de peonia et maxime experimentaliter cum
dixit q̄ volens experiri iuuamentuz eius suspen-
dit eam collo pacient et nunq̄ euenit ei paroxismus
cum autez deposuit eam ab eo reuersus est parox-
mus .et ego iteruz depono me hanc experientiam
occulo meo sepe vidisse. Princeps vero secũdo can
hoc idem affirmans laudat etiam mirabiliter co-
rallum rubeuz collo suspensuz. Similiter et lauda
tur lapis smaragdus et plurima taliuz que ppter
breuitatem omitto. Decimuz vero instrumentum
est vt vir iste semper in sindone retorta ligatum
portet hunc puluerem sepissime odorando ipsuz
℞ pulueris rute et pprie montane .℥.ss. silcleos
ʒ.ii.storacis calamite.ʒ.i.ss.radicum peonie.ʒ.iii.
puluerizentur omnia per se et commisceantur et fi
at vt dictum est ex eis. Undecimuz instrumentuz
est electuarium hoc cuius experientiam apud deũ
testor millies me vidisse sanauisse homines ab epi
lensia.et si non vis mihi credere:quere seruuz dei ĩ
loco beate magdalene in padoa socium domini ar
changeli.paroxismus enim epilenticus inuadebat eũ
quandoqz decies in die ppter qđ minabatur ei mor
tem iuxta sermonez principis prima tertii trac
tatu s° vbi dicit. Cum frequentant paroxismi epilen
sie tunc scias q̄ ipsa interficit. Est autez huius elec
tuarii descriptõ talis. ℞ piretri sticados costi ana
ʒ.x.agarici .ʒ.v.carui semis aneti asse fetide aris
tol' ro.ana.ʒ.ii.ss.succi sqlle mellis electi ana lib.i.
et .℥.ii. Coquãtur sil' squilla et mel lento igne vsq̄
ad bonam viscositatem .deinde superadditis spe
ciebus fiat electuarium cuius dosis sit omni mane
ʒ.iii.et tardetur post ipsum cibus horis ad minus
quattuor. Duodecimum instrumentuz est vt iste
vir saltem tribus vicibus in septimana cuz vadit
ad lectum inungat sibi nares interius cum modi
co de hoc vnguẽto leuiter confricãdo eas ita q̄ q̄n
titas eius non sit maior vno grano milii. ℞ fellis
tauri.ʒ.ii.amili.ʒ.ss.nigelle.℈.ss.maiorane.g̃.vi.
elebori al.g̃.v.euforbii.g̃.iii.terantur simul vltĩa
ta contritione et fiat vnguentum molle . Decimuz
tertium instrumentum est electuarium hoc de q°
vir iste omni die in aurora quando sumit digesti
uuz deglutiat post ipsum quantitatem vnius nucis
muscate .quando vero assumit electuarium aliud
tunc dimittat istud sed de isto assumat per horaz
vnam et dimidiam ante cenam et prandium quã
titatem vnius nucis muscate. Cuius talis ẽ descrip
tio. ℞ granorz fisticorz mundatorz.℥.iii .doronici
ossis de corde cerui florum boraginis et buglosse

violarz ros' ana.ʒ.ii.been al.et ru.ana.ʒ.i.ss.basili
conis corallorz ru.ana.ʒ.ii.ss.iacincti et smaragdi
et saphiri ana.℈.i.folii ligni aloes granorz para-
disi ana.℈.ii.florz nenufaris rasure eboris ana.℈.
iiii.foliorz auri numero.v.musci ambre ana.g̃.v.
mellis rosati et sirupi de corticibus citri ana.℥.v.
zuccari al.℥.iii.fiat electuarium quod post ea bul
liat in.℥.iiii.succi buglosse vel boraginis vsq̄ ad cõ
sumptionem ipsius. Decimũquartuz remediuz ẽ h°
℞ speciez electuarii de gemmis speciez letifican
tis Almans' ana.ʒ.ii.macis.ʒ.i.origani folii ligni
aloes storacis calamite ana.ʒ.ss.puluerizentur om
nia per se deinde misceantur et consuantur in sac
culo facto de sindone retorta et portetur sacculus
super mamilla sinistra et sudor exiccetur sepe. ¶
Ultimuz vero instrumentum ẽ vt iste vir post vni
uersales euacuationes saltem in septimana semel p
totum mensem iulii in aurora assumat. ʒ.i. opti-
mi metridati cum.℥.ii.aque melisse et permaneat
in lecto post ipsum dormiens horis ad minus.iiii.
et quando accipit hoc vltimuz illo mane dimittat
omnium aliarz medicinarz assũptionem .continuet
itaq̄ modum istum permutãdo se de vno remedio
ad aliud secundum ordinem presignatum et obti
nebit sanitatem cuz auxilio saluatoris. ¶ Pro re
gimine vero per res non naturales obseruãdo eui
tet ciuitatem et locum frigidum et humidum ven
tosum apud valles et decursus aquarz positum et
caueat a cibis frigidis et humidis viscosis et opilla
tiuis velut pastilles cibi lac pisces cucurbitam lactu
cam bletam spinachiaz portulacaz cucumeres. Et
caueat ab vsu carniuz et brodialiuz valde pingui
um.et effugiat acuta et acria cibaria velut sunt ce
pe aleum porrum bulbus raphanus.et effugiat eti
am fumosa et euaporãtia cibaria velut caules eru
caz legumina elixa res multuz salitas et aromatũ
ĩmoderatuz vsuz. De potu vero effugiat aque frigi
de vsuz et cuiuscunqz vini al. siue nigri potentis
vsuz et valde dulcis et proprie grossi et turbidi. vta
tur autem vino substantia subtili colore ru. vel sub
rubeo minime nigro vel obscuro sapore leuiter põ
tico cum aqua buglosse aliqualiter confracto vel
saltez cum aqua leuis decoctionis granorz peonie.
Caueat etiam sibi a multa ciborz assũptione ĩ mẽ
sa vna et a ueloci ciborum deglutione sine mastica
tione congrua et assumptione ciborz frequẽti et nũ
q̄ comedat nisi stomachum senserit preassũpto ci
bo bene alleuiatum.etiam excercitiũ nõ ẽ ei cõuei
ens qđcunq̄ fuerit et pprie ante mundificationez
corporis reiterataz ĩmo quiescere ẽ ei omnino ne
cessarium.effugiat etiam omnino dormitonez om
nem plixam et maxime post cibum ĩmediate factã
et a dormitione diurna etiam sibi caueat ita q̄
mensura dormitõnis eius non transeat spaciuz ho
rarz vii.aut.viii.ad plus et proprie cum senserit
se debilitatum . Accidentia vero anime omnia sũt
ei euitanda et proprie ea quorz applicatione vehe
mens et velox in humoribus et spiritibus ponitur
agitatio.materie enim mote inclinantur ad motũ
ad partes debiliores . Hec sunt que de predicta
dispositione verenda mihi taliter collecta sunt do
minus aũt omnipotens dirigat ad salutem eius
Amen.

Consiliũ pro epilentico

Regimen obseruanduz in his qui molestantur poxismo epilentico ē duplex ante poxismuz.s.et in poxismo primuz completur variis instrumentis primo cum clisteri acuto. ℞ radicum arthanite electuarii nigri centauree mioris hermodactillorum recentium ana.ʒ.i. cartami bene contriti.℥.ſ.coquantur in lib. aque tribus cuius colature.℞ lib.i. ieralogodion.ʒ.i. olei de euforbio.ʒ.x.salis idi.ʒ.i.ſ.fiat clistere potenter distrahens materiam que moueri debet. 2° coxarum interioribus carnositatibus applicentur ventose magni orificii bene ignite in inferioribus partibus natum.3° ℞ dianacardini.ʒ.i.electuarii diacastorei.ʒ.i.ſ.dissoluantur cum aqua maiorane calida et de ipsa ante poxismũ abluatur os et trahiciatur per nares ter vel quater.sepe enim diuertendo materias inclinat extra corpus ⁊ euadunt a poxismo. Regimen obseruanduz cuz iaz incipit poxismus xv instrumentis completur prio cum ligaturis fortibus.2° cuz fricationibus tempore ligaturarum.3° remotis ventoꝝ predictis super locis ventosaꝝ fiat fricatio cum diacastoreo ⁊ auripigmēto.4° cuz coliriis lōgioribus digito medio et inuoluantur sale gēma subtilissime pulueri zato cōmixto. 5° si non poterit retineri collirium vt sepe contingit violent et cet vel cum candela cō similis grossiciei intincta in diacastoreo titilletur anus diu.6° quantitas magna rute circunponatur 7°.℞ succi artaīte vel ciclaminis que vere sūt idez se.rute coaguli leporis ana.ʒ.ii. conquassentur in mortario ī forma electuarii et de ipso in nasuz insuffletur cum penna vulturꝫ vidi ex hoc miracula.8° auribus eius strepitus horribiles omnis generis.9° aperto ore.vi liniatur palatum anacardino.x° eleuato corpore ⁊ erecto capite apertis palpebꝫ subito offerantur luminaria magna. xi°. ℞ folioꝝ maiorane floruz rorismarini ana.℥.ſ. ligni aloes.℥.i.hoꝝ puluis per se factus diligenter conquassentur in mortario eneo cuz.℥.iii.vini aromatici et in fine incorporentur omnia cuz.℥.farine ordei et.℥.ii.farine amili hoc emplastruz extēdatur super panno de grana et raso capite applicetur bene calidus pro re capitis incipiendo a capill frontis vsque ad postremum commissure coronalis et sagittal circunquaqꝫ per tres digitos mirabili eniz confortatione solet releuare de poxismo.xii°.℞ olei rutini de castoreo et de piperibus ana.℥.i.costi dulcis piretri ℥℥ albi galange et se.rute ana.ʒ.i.ſ.fiat linimentum in mortario de quo omnes spatularum partes copiose liniatur lactu calido.13° de potentioribus si per predicta non releuetur tunc accipe cordulam de corio arietis ⁊ cuz ea mediocriter stricta ligetur bursa testiculoꝝ apud radices ifalibile ē. 14°.℞ electuarii albi.ʒ.i castorei licciozis artanite folii origani ligni aloes ana.℈.i.fiat puluis insufflandus in nares potenter agit.15°.℞ foliorum et se.basiliconis origani florum rorismarini maiorane ana.℥.ſ.iacincti smaragdi saphiri ossis de corde cerui ana.ʒ.ſ.zedoarie.ʒ.i.ſ.croci.℈.ii.farine amili farine puriosis frumenti.℥.ii.cum aqua rosata mulcata hec omnia leui coctione coquantur et de hoc medicamie actu calido pectoris medietas sinistra et retro et diligenter emplastretur cum constet in hac egritudie magnifice lesum esse cor cui hoc medicamen appositū cōfert.

Consiliuz de epilensia.

Paulo ante ad me venit dispositio in puero vno etatꝫ annorum.v.que quidē dispositio ad tria capitula reduci potest. Et primũ quidē ē ꝙ hec dispositio magister pueroꝝ vocari potest. Secunduz est quia dici potest ꝙ est vna species epilensie sincopalis. Tertiuz est ꝙ ipsa est species epilensie que proprio nomine analēpsia nominari debet. Et primo quidē declarari oportet cũ aliis vt disputatiue discernat ad ꝙ de numero harum dispositionum reduci debet illa de qua nunc tractandū ē.Est igitur circa hunc complexum terminuz mater puerorum hinc inde ab auctoribus discolia reperta.quidem eniz p matrez puerorum penes noticiam termī intelligunt dispositionem istam que est species epilēsie eueniens pueris ꝑpter qd et ipse infantilis morbus nominatus est vt patet ab ypo.6° epidimiaruz capitulo 5° dū inquit. Epilēsia est proprie morbus puerorum et proprie nominatus morbus infantilis et mater puerorum.et idem fere litteraliter colligitur primo continentꝫ capitulo primo quare idē Rasis p̄allegato capitulo sic inquit Inueni in quodam li° ꝙ morbus qui appellatur mater puerouz est spasmus et cetꝫ.et eadem est eiusdem sententia in libello de egritudinibus puerorum capitulo 8° dum i rubrica inquit de alia egritudine que dicitur mater puerorum hec egritudo accidit pueris in prima eorum etate frequenter. Et hāc sententiam etiam colligere possũs 7° breuiarii capitl'o 8 duz inquit Epilēsia ē sacra que accidit pueris et infantibus.vide hunc sermonez in descriptione que nominat Rebilgeni et est confectio persica vnde prima tertii tractatu 5° ca° de causis epilēsie et illa que apd quosdam proprio nomine dicitur mater pueroruz interficit multum.ex quorum omniũ sermone concorditer apparet ꝙ hic terminus mater puerorũ vel morbus infantilis importat speciem epilēsie accidentez pueris non multuz a natiuitate distantibus. In eo vere ꝙ importat per terminũ magna est discolia inter sapientes.quidam enim videntur itell'ere per matrem puerouz spasmuz prouenientem a materia calida adusta et sicca facientez fe.acutā cuz qua inuenitur vrina alba ⁊ ꝙ ex hac egritudine liberentur pueri ꝑpter multam humiditatem existentez in eoꝝ neruis.si enim hec dispositio accidat pueris quorum etas est annus septimus est eis morbus difficilis et non liberantur et sunt sermones Raſ primo continentis capitulo 5° auctoritate Georgii.et iterum in eodem capitulo Inquit enim Rasis explicādo hanc dispositionē clarius Inueni in quodam libro ꝙ morbus qui appellatur mater puerorum est spasmus superueniēs ex siccitate ⁊ nō liberantur ex eo.nisi pueri et patiens ipsum plorat multũ ⁊ erit cum hoc morbo fe. acuta et siccitas cutis et nigredo lingue.horuz aūt sermonum contradictoriuz fere ibidem reperitur a Rasi allegate ypo.i li° de morbo dei quem nō dō vidi dum inquit ꝙ hic morbus accidit ex humiditate madefaciente cerebꝝ et manifestatur per pecudes. Cum enim accidit eis hic morbus si aperi

retur eorum cerebrum inueniretur humiditate multa plenum. clarius autem precallegato capitulo quinti continentis collige preteriti sermonis cõfirmationem auctoritate ypo. in libro epidimiarum supraſcripto in capitulo 5° dum inquit Hic morbus vt pluries accidit pueris ex humiditate tantum et nõ omnino ex colera et quando hic morbus ē difficilis sup. penes intentionem et accidẽtia multi pueri moriuntur ex eo. Et tãgit mortis cãm subiungẽdo dicens ex eo quia eorum vene sunt arte et non possunt recipe multum flegma currens. Cum enim in cerebris puerorum multiplicatur flegmatica materia et a virtute impellente vel conante transmutare materiam a cerebro per venas non potest materia talis et tanta ĩ venis recipi ꝓpter ãgustiam compositionalem earum quare accumulata remanet in cerebro et suffocat innatum calorem. Vide q̃tum apparentis contradictionis accipi potest ex auctoribus preallegatis. Ut autem hec apparẽs contradictio non remaneat ambiguitatem faciens collige ex sermonibus predictis ꝙ duplex est spẽs epilensie nominate matez puerorum vel morbus infantilis. Una quidem species est que ē spasmus ex inanitione ꝓueniens a materia calida et sicca et adusta consumẽte humidum substantificum neruorum cerebri ꝓpter quam contrahũtur versus prĩcipium suum et hec quidem coniungitur cum fe. acuta quia materia ca. est et in mẽbro principali inuẽta et accidunt in ea vigilie propter siccitatẽ et plãctus multos ꝓpter nocumentum in cerebro perceptum sensu tactus. et lacrimarum multitudo aduenit eis ꝓpter eliquationem humiditatum inuentarum in cerebro. Accidit siccitas et nigredo lingue ab adustione forti et hec est illa species mala superius allegata auctoritate Georgii p quã spasmantur maxille puerorum ita vt dilatari et claudi non possunt et fame cruciati moriuntur vt occulus meus vidit pluries q̃ quingentis vicibus. et non est mirabile si morbus iste cum est intensus vt plurimum est mortalis. eo quia est morbus valde disꝓportionalis etati puerili que huissima est inter alias. ¶ Alia vero est species epilensie dicta morbus infãtilis que ꝓuenit a materia fri. et hu. implente vẽtriculos cerebri semicomplete et oppillante transitus spirituum sensibilium et motiuorum ad organa sensus et motus ꝓpter qđ fit contractio horum versus principium et hec est illa quam affirmauit ypo. in libello de morbo dei et 6° epidimiarum preallegatis capitulis. Et affirmat hãc speciem princeps prima tertii tractatu 5° ca° preallegato dum ingt Epilẽsia uero plurimum accidit infantibus propter humiditates eorum et plerumq; apparet in eis q̃primũ nascũť et quãdoq; post pubertatẽ eorũ ¶ Tertia iterum inuenitur epilensie species que dicitur morbus infantilis prouenniens ex corruptione lact; in stomacho ꝓpter quam per colligantiam eius ad cerebrum siue ꝓpter simplicem cõdolescẽtiã siue ꝓpter compassionem non absolutam contingat contrahuntur nerui ad principium et cerebrũ versus centrum ipsius ita ꝙ accidit spasmus. Et hanc quidẽ talem speciem confirmat Rasis ĩ libro de egritudinibus puerorum preallegato capitulo dum inquit hec egritudo accidit pueris in prima etate frequenter. et signum huius est ploratus multus timor in somno vigilia augetur calor et ab ore eorum egreditur calor fetidus. et causa huius est acceptõ lactis plusq̃ digerere possunt quare corrumpitur et facit spasmum iam predictũ. Ex quibus in vnam redigendo sũmam patet ꝙ morbus infantilis est triplex. Primus est spasmus de inanitione prouciens vt iam dictum est. ¶ Secundus est spasmus de repletione iam declaratus. ¶ Tertius est spasmus ꝑ colligantiam capitis ad stomachum ꝓueniens ex corruptione lactis in eo. et hec quidem species magis proprie analempsia nominari debet vt inferius declararãdum est. ¶ Secundum principale est ꝙ morbus infantilis denominatur epilensia sincopalis per quam quidẽ non potest aliud intelligi nisi aut ꝙ est species epilensie vna que coniungitur cum sincopi que tamen non est accidens illius epilẽsie. aut quia est vna species epilensie a cuius causa efficiente simul ꝓueniunt epilensia et sincopis. aut tertio ꝙ reperibilis est vna species sincopis ad q̃m sequitur epilensia. et sentit hoc princeps preallegato capitulo dum inquit. Et est quidem epilensie modus compositus cum sincopi quem forcitan medicĩ extrahunt de capitulo epilensie. verũ in ipso est et est species eius. Modus autem quo saluari potest ꝙ sit quedam epilensia cui coniungitur sincopis non tamen ꝓueniens ab ea est vt si existit epilensia per essẽtiam nocumẽti cerebri ipsius aut per colligantiam ad aliquod membrum et materia illa que mota facit epilensiam prius tempore moueatur ad cor facere sincopim poterit. patet hoc ꝙ hic erit complicatio sincopis cum epilensia. quorum tamen nullum erit alterius causa. 2° vero facile intelligi potest ꝙ homini soleat accidere epilensia ĩ cuius agitatione magna ãteqũ confirmetur contigit materias iuxta cor stantes ꝓpinquas vł elõgatas ad cor moueri. neq; tamen ista erit accidẽs epilensie immo contingit ꝓpter debilitatem cordis aut ꝓpter preparationem materierũ ad motũ ad ipsum cor. ¶ Secundus vero modus intelligẽdi epilensiam sincopalem est facilis imaginanti ꝙ materie in aliquo membro mote secundum partem eleuenť ad cerebrum et ad cor et faciant nocumenta adeo intensa ꝙ ex primo fiat epilensia ex 2° sincopis et patet ex hoc ꝙ simul et semel hee due egritudines vel accidentia fieri possunt aut ꝙ epilensia p̃cedat sicopim sicut quãdo prius et fortius mat͂ia mouetur ad cerebrum q̃ ad stomachum aut econtra. ¶ Tertius modus intelligendi sincopis cõplicationem cum epilensia est ꝙ fiat sincopis per nocumentum essentiale cordis vel per colligantiam ad aliud membrum tunc ꝓpter nocumentum cordis ipsius ledi potest cerebrum ita vt fiat in eo epilensia et erit ipsa accidens ad sincopim sequens vt intelligenti apparet. Et apparet ꝙ hee species epilensie et sincopis valde facile saluari possunt multis modis. licet frequentior modus earum eueniendi sit per colligantiam stomachi ad cerebrum ex presentia vermium in stomacho repertorum. et ꝓprie magis quando corrupti sunt. aut frequenter valde euenit hec dispositio ꝓpter materierum corruptionem in matrice et aliis locis. Unde prima tertii vbi supra. Ex hᵒ autẽ capitľo ẽ epilensia que accidit ꝓpť vermes aut ascarides. et infra paruum aut ꝓpter dispositionem matricis. et vltra hoc nominatur prefocatio matricis. et est vt mulieri accidit quando eius menstrua retinentur non in hora sua aut constringantur cum retinentur ab ea ꝓpť dissionem balnei conuertitur id in matricem suam

ad calitatem venenosam. et adsunt ei motus et vaporationes aut cum periodis aut sine periodis. cum periodis quidem tertianariis sed retenta materia vera colericitatis participet et sic de aliis. ¶ Pro declaratione vero eius quod tertio principaliter premissum est dicendum quod triplex invenitur huius dispositionis denominatio. prima quidem dicitur epilensia. 2a analempsia. 3a cathalensia appellatur. Est autem epilensia secundum veritatem illa proprie que fit per nocumentum essentiale in cerebro quod provenit in pluribus a mala complexione frigida et humida cum multitudine materiei flegmatice incomplete opilantis ventriculos cerebri et origines nervorum ab eo orientium. licet etiam ipsa quandoque fieri possit a multitudine san. in cerebro contenti modo predicto. Et etiam 3o fieri possit a vento vel vapore grosso causato in viis transitus spiritus ut visum est magno philosopho Aristotili ut prima tertii capitulo de epilensia scripsit Avicena. ¶ Quarta vero species eius potest fieri a materia melancolica in locis predictis contenta faciente opillationem eo modo quo de aliis dictum est. Iste quidem sunt quatuor famose species epilensie per essentiam ex nocumento cerebri provenientis. et omnes tales merito denominantur epilensia dicte ab epi quod est supra et lesis quod est lesio quasi superioris partis lesio que est cerebrum inter alias partes hoc nocumento laborans ¶ Secunda species est analempsia nominata quam sapientes dicunt provenire propter malam complexionem aut materiam in stomacho retentam quod nocumentum eius cerebro communicatur et efficit hunc spasmum qui dictus est ¶ Tertia species eius nominata est cathalensia que provenit ex nocumento cerebri in eo recepto per colligantiam totius corporis ad ipsum cerebrum aut determinatas partes ad ipsum sicut mirach matricis splenis epatis et sic de aliis. Et modus quidem intelligendi unamquamque speciem spasmi aut de inanitione vel de repletione facientis epilensiam velut est quilibet spasmus ex defectu materie. vel eius habundantia proveniens. vel spasmus nulli materiei proporcionatus velut est a veneno inficiente aerem interius inspirato. velut a potu alicuius medicine spasmum efficientis sicut species ellꝛii. vel a medicis venenosis sicut napello iusquiamo et similibus. vel a venenis sic absolute dictis sicut accidit ex punctura ab animali venenoso facta et sic de aliis. quandocumque enim harum efficientium causarum applicata tunc nocumentum cerebro impressum a potentia sensitiva eius perceptum movet expulsivam virtutem ad fugam illius nocumenti. contrahitur igitur cerebrum in se ipsum cuius etiam contractione nervi contrahuntur versus ipsum. et si quidem iterum materia vel fumus grossus dilatat cerebrum et nervos tunc convenit elongatio et dilatatio nervorum a cerebro et cum iterum materia claudit vias ita ut contractio superveniat tunc succedit dilatationi nova contractio et econverso. ¶ Et hec est causa assignandi fortem agitationem in pedibus et brachiis factam et torsionem mandibularum oculorum colli capitis et aliarum partium que omnia tamdiu perdurant quamdiu epilensia est spasmus in fieri. cum autem ipsa iam transiverit finem augmenti et perducta fuerit ad statum tunc ipsa est spasmus in facto esse et tunc membra omnia privantur motu non integre. i. complete. aut privantur sensu non integre. i. non complete cum in aliqua particula corporis remaneat quandoque sensus tactus. aut membra omnia privantur erectione non quidem integre. i. totaliter sicut patet in epilensia revolubili per plures paroxismos a quibus eger erigitur et elevatur. et potest etiam totum corpus privari completa erectione ut patet in epilensia mortali quando eger deficit in ultimo paroxismo. Et pulcre omnes isti sermones clauduntur in diffinitione eius data a principe preallegato capitulo dum inquit. Epilensia est egritudo sup. organalis quia mala complexio plurimum frigida vel compositionalis quia oppillatia prohibens membra animata sup. que sunt instrumentum sensus et motus eo quia ista ledantur lesione diminutionis aut corruptionis a principio inclusive usque per totum augmentum eius. et prohibens etiam membra sup. ab erectione sup. cum est in statu non integre. i. non complete quin possit eger iterum relevari. et illud quidem totum contingit propter oppillationem contingentem scilicet in ventriculis cerebri et in panniculis eius et in originibus nervorum orientium ab eo. Et legi potest hoc totum infra parum dum inquit. Et cum fuerit humor opillans aut scilicet ventus grossus tunc cerebrum cum hoc etiam contrahitur ut expellat illud quod impedit. sicut accidit stomacho ex singultu nausea. et sicut accidit ex tremore cum per quando est contractus et compressio principium scilicet effectivum in expulsione membrorum eius que ipsa expellunt sup. materiei vel nocumentum. et cum cerebrum contrahitur motus eius diversificatur et sequitur contractio nervorum in facie et in aliis et diversificantur motus ipsorum. et hoc quidem totum intelligi potest tam de epilensia per essentiam quam per colligantiam facta ¶ Ex quibus omnibus pulcre intellectis possunt comprehendi signa epilensie in fieri et in facto esse. et iterum ex istis potest reddi ratio quare accidit in epilentico spuma in os eius. propter enim clausionem partium eius colatorii incompletam a materia flegmatica factam incitata virtute ad ipsius expulsionem forti agitatione in materiam illam facta commiscetur cum ipsa aer vel vapor vel ventus aut spiritus. et cum materia sit notabiliter viscola inclusum tenet aerem vel vaporem et necessario efficitur ampula et multe ampulle invicem invilcate faciunt spumam quare. ¶ Et ex his omnibus ultima concluditur difficultas huius dispositionis eo quia si compleretur oppillatio tunc ex epilensia fieret transitus in appopleliam que magis periculosa est et si multiplicarentur materie quantitate et activitate ita ut frequentarent paroxismi ipsius esset mortalis iuxta sermonem A. dicentis. Et quando continuantur paroxismi epilensie tunc ipsa interficit. Ex quibus omnibus iam concluditur festina necessitas curandi hanc dispositionem ut nunc sequitur ¶ Itaque pro regimine huius tremende dispositionis premittendum primo quod oportet regimen ordinari secundum contrarietatem ad causam ipsius morbi quod etiam habet proprietatem rectificandi particulas lesas. Cum igitur morbus ipse qui est mala complexio fri. et hu. stomachi et cerebri licet amplius sit humida quam frigida utraque convenientiam habet cum materiali que est flegmaticus humor in stomacho multiplicatus et per colligantiam eius ad cerebrum delatus patet quod omne regimen eius conveniens debet esse ad calitatem et siccitatem inclinatum magis tamen ad siccitatem quam ad caliditatem. Et cum membra hic egrotantia sit stomachus et cerebrum quod magis per colligantiam ipsius ad stomachum leditur quam per proprium nocumentum

ab ipso cerebro patet quod omnia medicialia instrumenta stomachum et epar respicere debent tam per operationem eorum provenientem a 3ª virtute medicinarum quod quarta .quare prius discurrendum est per regimen ex parte rerum non naturalium.2º medicinalium ut nunc sequitur.

¶ Capitulum secundum de cura per dietam.

Teneatur igitur hic puer in camera bene calida vento vaporibus et nebulis et humiditate denudata.cuius aer siccus sit potentia magni ignis in camera facti.et sepe suffumigetur cum ligno aloes storace calamita et colofonia .et similiter pellibus vel pinis aut de dorsis variorum stomachum cooperientibus aut saltem super stomacho suo teneatur quadruplicatum pannum in optima grana intinctum qui stomachum suum in laterales partes diligenter amplectantur qui pannus sepe calefiat et suffumigetur cum pulvere gariophilorum ligni aloes et galliemusc. De modo vero excercitandi ipsum bonum est quod mane ante assumptionem cibi motu progressivo excercitetur saltem per horam .i.et caveat a regentibus ipsum ut non permittant ipsum equitare vel navigare vel in curru vehi saltem usque ad spacium unius anni quousque fuerit sanitati plene restitutus. Si autem propter aliquam contingentiam non posset ambulare ut dictum est tunc sepe fiat eidem fricationes a radicibus coxarum usque ad plantas pedum ascendendo etiam usque ad nates eius intantum quod per fricationem membra ipsius rubea fiant.reliquo autem tempore sedeat et quiescat et saltem ab omni motu prohibeatur post cibum.euitet etiam omne excercitium per quod caput eius incurvatum detineatur .et si propter excercitium calefieret puer iste ut sudaret et ex 2º sudore humidus fieret pannus quem super stomacho portat tunc semper calefiat ille pannus et exiccetur et superponatur stomacho .et melius esset quod haberentur duo panni tales ita quod de uno fieret permutatio ad alium et econtra.oportet etiam ut huic puero adhibeatur regimen conveniens ex parte quantitatis ciborum et potuum ita quod non permittatur comedere usque ad plenam saturitatem immo blandiciis agendum est ut a mensa recedat cum voluntate amplius comedendi quam cum plena saturitate stomachi sui.Et similiter etiam potus eius in quantitate pauca assumatur et sepe magis quam multum ex eo et raro. ¶ De modo dormiendi non permittatur hic puer dormire nisi postquam transiverit hora .i.s.ab assumpto cibo et dormiat capite bene elevato super dextro aut sinistro latere decumbendo.Caveat omnino dormire super faciem suam immo convenientius esset ei dormire super spinam quam econtra.Mensura vero dormitionis eius non transcendat spatium horarum vii.et melius esset quod dormiret tempore minori horarum vii. quam amplius easdem excedere.In summa itaque melius esset ei declinare ad excessum in vigilia quam in longitudine somni quoniam somnus materiam eliquat et infundit in organa sensuum et eas a toto corpore ad caput effumare facit cum fuerit prolixus . ¶ Pro sexta re non naturali scilicet pro accidentibus anime dicendum quod ei convenientior est levis ira et conturbatio animi quam fortis tristicia et timor propterea quia in ira levi excitatur et intenditur calor ad quod sequitur materierum resolutio et aptitudo ad insensibilem et sensibilem evaporationem ¶ Passiones vero anime tristantes propter quas caloris naturalis retractio de centro ad circumferentiam magis sunt suffocative innati caloris deinde sequitur materierum incrudatio et augmentatio. ¶ De modo vero regendi eum penes cibos et potus paulisper magis oportet dilatare sermonem premittendo primo generaliter quod omnia cibaria frigida et humida actu et potentia eidem sunt valde nociva propter causam superius tactam. ¶ Secundo quod omnia pinguia et unctuosa cibaria et corruptibilia velut lac omnino sunt evitanda. ¶ Tertio quod omnia vaporosa cibaria et ventosa ab eodem elongari debent velut legumina omnia et proprie elixa et maxime substantia eorum omnes fructus recentes et humidi. ¶ Quarto quod omnia cibaria difficilis digestionis evitari debent ab eo velut sunt carnes grosse panis azimus vinum grossum et conturbatum et similia.et causa est quia hec dispositio est mater puerorum analempsia dicta proveniens a colligantia stomachi ad caput ut superius deductum est .Itaque particulariter descendendo evitet carnes omnes nimium humidas humiditate connaturali velut sunt anatuli anceruli et omnes in aquis viventes et genite carnes.et etiam carnes humidas humiditate etativa velut sunt nativitati propinque multum et etiam decrepitorum animalium carnes evitari debent in quorum utrisque existit superflua humiditas per indigestionem congregata. ¶ Secundo etiam evitari debent omnium animalium partes.consimiliter humide velut butirum lac et pinguedines omnes.vaporosa etiam omnia multum effugere debet velut legumina fructus recentes iura pinguia et proprie pinguedine rancida vel antiqua.nocent etiam sibi acria cibaria omnia.acetosa vero aliquando ut ter in septimana accepta et proprie confracta cum calidis sicut mace nucemuscata cinamomum galanga et pauco pipere sunt ei iuvativa.Ex oleribus effugiat caules principaliter et bletas spinachias lactucas endiviam portulacam cucu.cucur cerasa et maxime valde mollia.solidis vero cerasis et peponibus uti potest. Plante eidem convenientes a quibus cibaria sua non debent elongari sunt menta serpillum origanum isopus maiorana betonica thimus anetum petro.feniculum ruta et universaliter plante omnes ca.et sic.stomachum et caput apte confortare et eas aperire.Aromatica ei convenientia quibus cibaria sua condiri possunt sunt macis nux musc. cinamomum ℥ galanga piper album grana paradisi gariophili proprie antofali et consimilia. ¶ Fructus vero qui possunt eidem convenire sunt amigdale et avellane que augmentum in cerebro efficiunt et confortant ipsum et proprie torrefacte post cibum sumpte.De rebus cum quibus condiuntur fercula plus mihi oleum olivarum antiquum magis quam recens et conveniret etiam ei melius oleum amigdalarum dulcium et pinguedo porci mediocris quantitatis. alie vero pinguedines dimittantur. De modis preparationis ciborum evitet cibaria omnia multe humiditatis et evaporationis et proprie sicut frixa que sunt caput valde ledentia propter quod assata et proprie in sero meliora sunt ei quam elixa. effugiat omnino cibaria omnia que cocta et preparata sint in vasis ereis immo talia preparentur in vasis lapideis et non in aliis. ¶ De conditis vero optimus est sinapismi usus et olive condite et rape condite et napi conditi et citonii post cibum et pira condita et diacitoniten sine speciebus optima sunt ei. Panis vero eius sit bene fermentatus et parum salis ha

bene amplius tamen q̃ communis panis.et multuȝ
placeret mihi q̃ panis quo vtitur seu vti debȝ ẽet
factus cuȝ aqua sublimationis radicuȝ peonie recẽ
tis.cibaria mellita aliquando sibi concedi possunt
licet zuccarũ sit ei melius q̃ mel argumento sũpto
a materia et ab etate simul. Potus quo vti debet
sit vinum albuȝ subtile et trãsparens non valde fu
mosuȝ.aut sit vinuȝ coloris granatini vel rubicũ
di non spissuȝ neq̃ grossuȝ.et multũ placet mihi q̃
vinuȝ illud cõmisceatur semper cũ tertia parte aq̃
sublimationis peonie aut saltem aque decoc.pul.co.
ru.Laudarem etiã magis q̃ egrotãs iste a fine mẽ
sis februarii vsque per totuȝ mensem aprilis vte
retur hoc idromelle quod nunc sequitur de quo ac
cipiat parũ aut saltem cuȝ quartapte vini secuȝ cõ
mixti.est autem illius descriptio talis. ℞ radicum
peonie minutim incise.ℨ.ß.corallorũ ru.grosso mõ
contritorum.ʒ.ii.buliant in lib.iiii aque fontis ãt
fluuii bene clare et ab omni fetore mundate vsque
ad consũptionem tertie partis.deinde eiȝ supaddã
tur mellis electi.ℨ.xii.et coquantur insimul lento
igne cuȝ dispũatione continua vsque ad consumpti
onem tertie partis.deinde coletur per pannum be
ne spissum et vtatur eo vt dictum est.

¶ Capitulum tertium de cura per medicinalia.

De his vero que mihi oportuna videntur.de re-
gimine medicinali xviii.apparẽt mihi obseruan-
da remedia. ¶ Primum itaq̃ horum ẽ vt puer iste
per totum mensem maii omni tertia die paruȝ an
te cenam accipiat de pillulis infrascriptis. ¶ Se
cundum remedium est vt gratia lubricationis vẽ
tris qualibet septimana saltem tribus vicibus im
mediate ante cenam accipiat vnaȝ de istis secũdis
pill'is.et si cõtigeret q̃ vẽter eiȝ ẽet magis strictus
posset de eis accipere frequentius vt oĩ die aut sal
tem omni alterna die. Si autem venter eius nimi
um fluxibilis redderetur tunc eas dimittat aut ra
ro de eis accipiat.quaruȝ descriptio. ℞ aque ma-
iorane aque sublimationis peonie aque mẽte ana
ℨ.ii.aloes epatici electi.ℨ.iii.azari peonie sticados
folii maiorane ana.℈.ß.ligni aloes.ʒ.ß.macis.ǵ.
xii. salis indi.℈.ß.diagridii.ǵ.xv.infundãtur oĩa
per se puluerizata in predictis aquis per vnaȝ di
em naturalem.deinde exiccentur sub tegula medi
ocris caliditatis sepe agitando et cõmiscendo.p9ª
iteruȝ renouetur infusio predictaꝝ aquaruȝ et ite
ruȝ exiccetur et sic fiat quattuor vicibus. De illa
itaq̃ materia.fiãt pillule de omni.ʒ.iiii.et assumã
tur vt supra. Et nota q̃ quãdo hee pillule fe exibẽ
tur ei tunc pillulas primas assumere debet per du
as horas post cenam. ¶ Tertium remedium est pul-
uis iste de quo super cõmissura sagittali a princi
pio frontis vsq̃ ad summitatem capitis omni sero q̃n
do vadit ad lectum ponatur quantitas.ǵ.iiii.vel
v.frumenti.et quando secunda vice superponitur
tunc fiat ei prius pectinatio bona vt deponat' pul
uis primo superpositus cuius descriptio. ℞ ligni
aloes.ʒ.i.storacis calaite galliemus.ana.ʒ.ß.folii
℈.i.maiorane betonice peonie ana.ʒ.ii.ambre elec
te.℈.i.puluerizentur omnia per se ⁊ vtatur eis vt
dictum est. ¶ Quartum remedium est odoriferum
hoc qḋ quasi semper portet ligatum in pila de sin
done retorta de grana cuius descriptio. ℞ rute.ʒ
ii.macis.ʒ.iiii.folii.foliorum basiliconis origani
ameos mente ana.ʒ.ß.pul.omnia per se deĩde mis
ceantur. ¶ Quintum remedium est vt semper in ci
bariis eius buliant quattuor vel.v.grana peonie
ab exteriori cortice purgata. ¶ Sextũ remedium
est vt ĩ vino quod datur ei ĩ potu semper infuse te
neantur radices peonie.s.in libris quindecim
vini ponentur peonie minutim incise.ℨ.i. ¶ Sep
timum remedium est vt collo eius teneatur appensa
radix vna peonie cum frustro vno coralli ru.electi
¶ Octauum remedium est vt saltem ter in septima
na quando vadit ad lectum invnguãtur sibi intrin
sece partes nasi cũ grano vno huius vnguenti. ℞
oppoponacis.ǵ.v. staphisagrie costi peonie folii
artaite ana.℈.i.fellis tauri.ʒ.i.ß.succi maiorane
vel foliorum lauri vel betonice.ʒ.ii.incorporenẽ
simul ĩ mortario minutissima contriti one et fiat
ex eo vt dictum est. Nonum remedium speciale est vt
ingenium fiat circa ipsum ita vt omni mane masti-
cet a tribus vsq̃ ad.vi.de seminibus sileleos. ¶ De
cimum remedium etiam vltimum est vt saltem trib9
vicibus ĩ septimana ãte prandium per tres horas
fricetur palatũ eius cũ hoc electuario. ℞ metrida
ti electi.ℨ.ß.liquiricie anisi polip.ana.℈.ß.grano
rum peonie piretri castorei ana.℈.i.incorporenẽ
simul in mortario vltimata contritione cũ sirupo
de calamento et cum grano ciceris ru.fiat fricatio
vt dictum est. ¶ Undecimum remedium est gar
garisma hoc de quo per tres horas ante prandiũ
omni quarta die gargarizet calide.cuius descrip-
tio. ℞ artanite piperis al.rute peonie piretri cos
ti ana.ʒ.i.staphisagrie acori ireos peucedani ana
ʒ.i.ß.coquantur omnia in lib.ii.aque vsque ad con
sũptionem medietatis.deinde colentur et colature
superaddatur oximellis squillitici.ℨ.ii.coquantur
vsque ad consũptionem tertie partis.de hac igitur
decoc.accipiantur.ℨ.iiii.aceti squillitici.ℨ.ß.calefi
at totum et fiat ex eo gargarisma hora predicta.
¶ Duodecimum remedium est vt iterum bis in
septimana masticet vnam de istis pillulis. ℞ dra-
gaganti gumi arabici ana.ʒ.i.infundantur in.ℨ.
i.aque lauri.deinde remoueatur ab eis aqua et in
corporentur cũ his speciebus. ℞ staphisagrie costi
dulcis ana.ʒ.ß.piretri.ʒ.ß.sileleos se.rute assari ǵ
norum paradisi ana.ʒ.ß.incorporentur simul et fi
ant pillule pro omni.ʒ.iii.et masticetur vna ꝓ sin
gula vice semper expuendo totũ qḋ eliquatur a ca
pite per masticationem illam. ¶ Decimumtertium re
medium est vt isti patienti duabus vicibus in septi
mana ante cenam per horã vnam fiat ablutio pedũ
cum hac decoc. ℞ se.sileleos ipericonis rute sicce ar
thanite baccarum lauri ana.M.i.rad peonie.M.
ii.coquantur in situla vna aque magna vsque ad
consumptionẽ medietatis.de illa ergo aqua calida
fiat ablutio pedum vt dictum est. ¶ Decimumquar
tum remedium est vt puer iste continue super mam
la sinistra ipsius portet sacculum huius descriptio
nis. ℞ doronici foliorum basiliconis florum bora
ginis et buglosse ana.ʒ.ii.iacincti smaragdi gra-
nati ossis de corde cerui ana.ʒ.ß.folioꝝ auri nu
mero sex margaritarum.ʒ.iiii.ros' gaꝝ cinamomi
ligni aloes coral.ru.⁊ al.ana.ʒ.ß.macis.ʒ.i.ß.pul.
omnia per se et fiat sacculus quadratus vel rotun
dus sicut hostia et ponatur super mamilla sinistra
consutus vel appensus. ¶ Decimũquintum remedi
um est vt hic pa.super stomacho suo portet semper
istum sacculum. ℞ origani mente absinthii folii
betonice ameos ana.M.i.ß.galange granorum pa
radisi cinamomi sileleos seminis rute ciami apii

ana.ʒ.iiii.macis.℥.i.ſ.fiat omnium puluis per se
et conseruetur in sacculo quantitatis spāle bene de
presso de quo fiat vt dictum est. ¶ Decimūsextum
remediuʒ est vt isti puero detur sepe ante cenaʒ hu
iusmoi pulueris quātitatē granoruʒ quinqꝫ ordei vel
frumenti cum.℥.ſ.aque mente vel sublimationis
radicis graminis.℞ se.atriplicis cimi torrefacti
se.sancti ana.ʒ.i.musci.g̃.v. fiat oīm puluis per se
et vtatur vt dictuʒ est. ¶ Decimuʒseptimū reme-
diuʒ est vsus huius confectionis de qua accipere po
test ante cibuʒ et post cibum vsque ad q̃titatē.℥.ſ.
℞ granoruʒ phisticorum minutiʒ incisorum.℥.iii
zuccari al.lib.ſ.ciamoī electi.ʒ.i.se.atriplicis.ʒ.iii
musci.g̃.vi.infundantur phistici per diem natura
lem in aqua decoc.rad̄ peonie.deinde conterantur
vltimata.contritione et coquatur zuccaruʒ predic
tum cuʒ aqua mente et fiat confectio sicut pineata
et exibeatur vt dictum est. ¶ Decimuʒoctauuʒ re-
medium est vt puer iste vsque ad duos annos pur
getur sēper in principio veris ⁊ in fine estatis secū
duʒ moduʒ infrascriptuʒ qui talis est. In vere itaqꝫ
in mane vno' ex septimana die lunaris vsque ad
vigesimaʒsecūdā eius accipiat has pillulas gratia
euacuationis minoratiue.℞ pillulaꝝ de iera com
posita.ʒ.ſ.reformentur pillule.iii.cum succo vł aq̄
maiorane et accipiat eas et post ipsas tardet cibū
horis quinqꝫ .quinta autem hora accipiat scutellā
ſ.brodii macis calidi cum zuccaro. Sequenti ve-
ro mane incipiat hoc digestiuum assumere et con
tinuet ipsum octo diebus.℞ aque iris aque maio
rane aque sublimationis rad̄ peonie ana.ʒ.vi.mis
ce et cum modico zuccari detur in potu et tardet
cibum horis saltem tribus. ¶ Assūpto digestiuo se
quenti mane accipiat pillulas istas.℞ pillularum
cochiaruʒ pillulaꝝ de sarcocola ana.℈.ſ. reformē
tur pillule.iii.cū aqua maiorane ⁊ dentur sicut de
primis dictum est et obseruetur de his sicut de il-
lis. Euacuatio vero conueniens ei in fine mēsis sep
tembris sit ista.℞ pillularum de sarcocola pillula
rum aurearuʒ ana.℈.ſ.reformentur pillule.iii.cū
electē diacastoꝝ vel indo et denter sibi gratia mio
rationis . Sequenti die accipiat hoc aliud digestiʒ
et continuet ipsum aliquibus mane.℞ aque cuscu
te aque betonice ana.℥.i.aque peonie.℥.ſ.misce et
accipiat eas calidas cū zuccaro. Sequēti die accipi
at.℈.i.pillularum cochiarum de quibus fiāt.iii.cū
sirupo violarum et post eas tardetur cibus et fiāt
omnia que de priis dicta sunt. ¶ Post hoc āt atten
dat ꝙ patiens iste elongetur ab omnibus īfrascrip
tis. Primo ab excercitio vel cursu super cibo.2° a
statione vel mansione in aere vaporoso et nebulo-
so.3° ab aspcū inundationis aque saltem a vento no
tabiliter agitato.4° ab aspectu ab alto ad decimū
locum.5° ab aspiciendo radium solis et corpora
valde luminosa sicut specula vel alia ad q̄ fiat ra
diorum solis reflexio fortis.6° euitatur ab incur
su odoris rerū appropriietate agitantium materi
as in cerebro sicut apparet miirre galbani casto
rei assefetide et similium.7° effugiat sumopere ne
comedat epar ircinum . Et in sūma melius est ip
sum abstinere a comestione cuiuslibet epatis. 8° ve
ro inter cetera edulia euitet carnes lentes fabas ⁊
fasiolos . 9° et vltimo caueatur ne puer aliquod fa
ciat excercitium reuolutionis corporis ipsius et ca
pitis sui . Hec sunt vtiliora in sūma que hinc inde
diuersis voluminibus reducere potui.

¶ Consiliuʒ de debilitate cerebri et pectoris nō quī
dem per essentiam in mēbris predictis sed per de
pendentiaʒ ad matriceʒ .

Accidentiuʒ que generosam et egre
giaʒ heraʒ istam molestant redde
re causas satis mihi videtur facile
ex his que presenti anno de sua dis
positione multis applicata nocumē
tis scripta fuerunt .sunt enim hec accidentia siue
capiti siue pectori contingentia non quidē per essē
tiaʒ in mēbris predictis euenientia sed per depen
dentiaʒ se habent ad matriceʒ per colligantiaʒ ip
sius ad predicta mēbra imo ad quaʒplurimas ferē
humani corporis particulas. Siue igitᷣ hec accidē
tia saluentur per compassionē absolutam vł simpli
ceʒ alerationeʒ a matrice communicataʒ predictis
mēbris siue per aliquod vaporeū vel materiale a
matrice ad illa mēbra comuīcatū qd̄ fuerit āt sper
ma in matrice corruptum vel in venis adiacenti
bus ei vel fuerit in menstruo sanguine qd̄ in omni
vera et naturali impregnatione retinetur corrup
tio superadueniens propter quaʒ transmutetur ī
materiaʒ malaʒ qualitatuʒ primaruʒ maliᵃ vel
secūdaruʒ. et quia sanguis mestruis in quasdaʒ ve
nenosas partes conuersus fuerit totum hoc satis fa
cile probari potest esse cām horuʒ accidentiuʒ suffi
cienter inductiuam neque tamen hic molestari vo
lo vt ego credam hanc dispositionem simpliciᷣ re
periri in matrice quin per eius etiam nocumentū
species male complecttionis propter diuturnitatē
et fortitudinem accidentium acquisita sit in stoma
cho in corde et in capite et fortassis etiā in epate
eius accidere potuit corruptio in eius substantia
aut sanguine ipsius qd̄ apparere potest et demons
trari ex permutatione coloris eius ad squalidum
humidum citriuum vel subuiridem et etiā ex per
mutatione habitudinis eius et proprie si fuerit
epatis complexio ad frigiduʒ et siccuʒ corrupta.
¶ Aut etiaʒ hoc videri potest ex tumore et in fla
tione faciei vel conuersione habitudinis ad caʒeti
caʒ similitudineʒ qualis euenit ī epaticis ita noīa
tis de quibus speculandum est 14.tertii in capitu
lo de egritudinibus epatis interioꝝ 4° ⁊ hoc sigil
latis capitulis et 5° de accidenti et morbo capl'is
secundo et tertio in antiqua translatione secunduʒ
quotatōeʒ meā. At vero iterū neque credo malaʒ
complexioneʒ vel compositionem in epate stoma
cho corde vel capite quibuscunque horum qualiᷣ
cunqꝫ contingat esse magnam intensiue quia cum
accidentia in hac estate fuerint extensiue et inten
siue maiora quaʒ presentia si lapsus in predictis
membris fuisset notabiliter intensus non possem
ego credere ꝙ hec domina impregnāta fuisset.et
si ad huc conceptionem et impregnationē īcidisset
non fuisset felicitatē fetus propter dispositionem
malaʒ aut in matrice preinuentam aut aggrega
tam ex mala complexione predictorum membro
rum et matricis ipsius .ex quibus omnibus ī vnā
sententiam cōgregatis apparet ꝙ modus regimīs
huius nobilissime domine pendet ex curatione et
rect ficatione ad membra superiora necessaria et
ad matricem principaliter inclinando secundum
ꝙ inferius mihi regulariter videtur per xxv .in
strumenta procedendum esse quorum primum est
vt nunc scribitur ¶ Est itaqꝫ ipsū ordine coueiēti

primuz administrandu3 clistere hoc i hora electa qndo nudu paroxismali affligitur et esset ab hora i. vsque ad xxi. aut in mane in principio diei eligenda. veruz constante virtute non timere ego predictu3. administrare clistere cuz. instantia accidentiu paroxismi subduplicando tame vel aliter minorando eius actiuitate3. et describitur per hunc modu3 ℞ grādoru3 sisami fenugreci radicu3 altee minutiz incise seminis lini ana. M. i. ʒ. camomille melliloti se. aneti feni. ana. M. i. ʒ. seminis malue et altee ana. M. ii. coquantur oia i lib. aque iii vsq3 ad consumptione3 medietatis et colentur cum expressione forti. et huius liquoris accipiatur lib. i. olei violaru3 citrinaru olei de sisamo ana. ℥. ii. croci. ʒ ʒ. salis comunis. ʒ. i. ʒ. zuccari rubei. ℥. ii. et fiat clistere. Et si quis cu clisteri desideraret conuenientius attrahere ventositates predicte decoctioni addantur cimini carui ameos ana. M. i. Facto vero predicto clisteri nocte sequente vel tertia preter illa soluatur hec domina cuz hoc securo medicamine in quo est intentio in mundificando intestina a pectore et a matrice diuertere cuius descriptio. ℞ aque buglosse aque capillor veneris ana. ℥. ii. reubarbari electi. ʒ. ii. manne electe. ℥. i. ʒ. croci dorónici floru3 buglosse seminis aneti et cimini. ana. ʒ ʒ salis gēme grana. iii. penidiaru3. ℥. i. ʒ. squinanti grana. v. fiat omnium horum infusio que ita remaneat per die3 vna3 naturale3 et in aurora sequentis diei calefiat totu3 cu expressione conuenienti coletur et addatur ei. ℥. i. zuccari albi et calidu3 bibatur. Et si contingeret qꝫ no voluisset accipere clistere predictu3 ante hanc medicina3 salte3 ante qꝫ accipiat ea fiat sibi suppositoria de mlle duo vl vnu3 vsque quo fecu3 collectio fuerit educta. neque tamen ex oblatione huius medicie vel clisteris hesitandu3 est eo quia pregnans propter duas dispositiones principales. ¶ Et prima quia ipsa est in mensibus pregnationis in quibus data est euacuandi licentia p ipocrate3 libro afforismor. Prg nātē purgare si conuenit. Et secundo iteru3 quia dato qꝫ adhuc esset pregnans in aliis temporibꝫ hec tame ind sūt vereda propterea quia sūt medicine debiles et non violente et sententie auctorum no excludunt debiles imo fortes medicinas. Post qꝫ vero domina preuacuata fuerit qd omino necessariu3 esse videtur tunc procedatur circa ipsa3 faciendo diuersiones leues que materias a matrice superioribus partibus comunicatas diuertere possunt leui tame tractu propter periculu embrionis. ¶ Et instrumentu3 tertiu3 conueniens vt fiat leuis cruriu3 fricatio a genu inferius attrahendo versus pedes vsqequo aliqualiter mebra eius i grossentur et rubefiant. et debet hec fricatio fieri cu3 pannis mediocris asperitatis actu calidis et cetera ¶ Quartu3 vero instrumentu3 superaddēdu3 ē si mulier non fuerit per precedentia alleuiata est qꝫ super cauillis pedu3 eius per mēsura3 qtuor digitoru3 fiant ligature cu3 institis latitudis duoru3 digitoru3 que mediocrē faciāt compressione3 et frequenter vsqequo appareat qd dictu3 est per fricationes fieri. ¶ Quintu3 instrumentu3 est vbi predicta non conferant qꝫ fiat applicatio ventosaru3 super carnos partibus interioribus tibiaru3 et frequenter sine scarificatione vsqequo aliquid de iuuamento per earu3 applicatione3 subseq videatur. predictas aute3 ventosas et ligaturas nequaqꝫ intelligo applicari debere coxis secundu3 qꝫ fieri consueuit ne propter fortem agitationem in fetu et in humoribus matricis fiat de aborsu suspitō. ¶ Sextu3 vero instrumentu3 iteru3 conueniens ad diuertendu3 vbi predicta non beue contulerint est diuersio que magis confert accidentibus cordis et capitis. et est qꝫ in adiutoriis apud principiu3 spatularu3 inferius fiant ligature cu3 strictura ad leue3 dolore3 producentes. ¶ Septimu3 vero ad hanc intentione3 est ventosar sine scarificatione applicatio in carnosis partibus lateralibus colli supra ossa spatularu3 inuentis. ¶ Octauu3 vero ingeniu3 et sublimis operationis ē vt prohibeatur matricis superascensus et ventositat u3 ad superiora eleuatio cu3 medicinis interpositis int stomachu3 et matrice3 in quibus sit virtus frangndi ventositates et repellendi easde3 cu3 virtute carminationis et stipticitatis que omnia fūdentur in medicinis remisse caliditatis habentibus aliqualiter fetore leui fastidiu3 et abhominatione3 imponere matrici velut est descriptio cerotī huius. ℞ sumac gallaru3 cuprīssi masticis acatie seminis plantaginis ana. ʒ. i. cimini modicum torrefacti carui feniculi ana. ʒ. i. ʒ. seminis petro. ʒ. i. coriandri preparati. ʒ. ii. resine clare. ℥. i. galbani ʒ. v. dissoluantur gumi cu3 aceto citonioru et mūdificentur a superfluitatibus per colatura3 dei de cu3 infrigidari ceperint apponantur species pr dicte et fiant cerota duo sperica quoru3 vnu superponatur vmbilico et ibidē reseruetur et aliquando permutetur de ipso ad alteru3 secundu3 oportunitate3. ¶ Nonu3 vero instrumentu3 est vt si supra dicta mulier nollet predictu3 acceptare cerotum fiat hoc linimentu3 ab vmbilico superius per omne3 regione3 stomachi et ipocūdrioru3. ℞ olei de keiri citrina. ℥. ii. olei de mirto. ℥. ii. laudani electi. ʒ. ii. storacis calamite. ʒ. iii. squinanti ciperi calami aromatici spodii ana. ʒ. ʒ. coriandri preparati. ʒ. ii. cere quantu3 sufficit fiat vnguentu3 molle et calidum applicetur vbi predictu est. ¶ Decimu vero instrumentu3 et magne necessitatis est vt si cō prehendatur in stomacho eius corruptam esse materiā cibalem et humoralem que multum inclinetur ad superius stomachi qd cognoscitur ex nausea et appetitu ad vomitu3 tunc educatur materia illa cum leui et consueto vomitiuo hoc. ℞ sy. simplicis acetosi. ℥. i. ʒ. aq putealis grosse et viscose. ℥. iii fiat hoc totum tepidum et detur in potu et si post ipsius assumptione per hora3 vna3 vel duas non euomuerit imponatur ori digitus aut pēna cum quibus titillatio fiat in principio isophagi et materia educatur. Si autem cōtingeret qꝫ corpulēta materia ad stomachu3 non ascenderet imo inferiꝰ perciperetur tunc temptetur eius subductio cum hoc leui lenitiuo et abstersiuo. ℞ aque decoctio. tamarindorum. ℥. iii. geleniabin. ℥. ii. misce et da totum in potu calidu hꝰ liniendo inscidēdo et abstergendo stomachum conuenieter mūdificare pōt ¶ Undecimu3 vero remediu3 est vt si causa nocumenti illatiua in stomacho percipiebatur esse multitudo vētositatum qd cognoscitur extensione stomachi cum gurgulatione et rugitu et multitudie eructuationum tunc subueniatur ei cu3 electuario descripto ab Auicenna ꝛi. tertii caꝰ de appetitu pregnantis in fine secundum hunc modu. ℞ cimī infusi in aceto per triduum deinde exiccati et tor

cetera in omni fere cibario vtatur oleo recenti ex amigdalis dulcibus excorticatis omni ebdomada facto. De leguminibus autem placent mihi optime cicera rubea quocumque modo visus et etiam alba et cibus omnis de ordeo factus vel de spelta vel de dozela. Far vero faseoli lentes et risum non placent mihi propter ventositatem frigiditatem et siccitatem eorum. pannici autem visus placet mihi si fuerit tamen cum pingui brodio bene coctus. Nobilia autem et pisa et his similia non videntur mihi vtilia. De piscibus autem placent fluuiales non multe viscositatis sicut lucii torrentine capedani squali et marliones et alii consimiles bene conditi. tince autem et anguille non placent mihi nisi visu valde rarissimo. Cancris aliquando vti potest et proprie bene coctis eo quia sunt difficilis digestionis. De speciebus autem vtatur croco in omni fere cibario suo mediocri visu. pipere autem saltem frequenter et multe quantitatis non vtatur nunc sed postquam fuerit euacuatus visus eius erit sibi conueniens eo quia confert capiti et pectori aduersando materiebus supradictis et eas per vias vrine precipitando. Cinamomo autem maiori et minori vti potest. similiter et nuce muscata et cortice eius qui macis appellatur. galanga autem zinzibere et rebus acutioribus non vtatur nisi raro et in pauco visu. Hec de cibis dicta sufficiant. Cibandi autem hora relinquitur consuetudini aut saltem hore in qua hic vir percipit se magis alleuiatum. aut sapientum doctorum consilio vtatur circa hec. De potu autem eius vtatur vino albo vel subrubeo colore granatino simili potentia mediocri magis tamen ad virile vinum quam debile inclinatum. Sapore vero dulce et suaue mediocriter propter iuuentutem. Odore vero aromaticum et delectabile substantia clarum et diafanum fumositatibus et grossis partibus expurgatum. et bibatur omnino simplex absque aque commixtione. verum si vinum fuerit in potentia nimium audax secundum consuetudinem sue vrbis opulentissime frangatur ipsum cum aqua clara subtili et electa turbiditate et prauitate odoris denudata que sit simplex aut saltem cum x. vel xv. granis feniculi bene cocta et post infrigidationem eius bene colata et hoc proprie in hieme. Si etiam a principio mensis octobris vsque per totum mensem februarii vteretur idromelle facto ex xx. partibus aque et vna parte electi mellis vsque ad consumptionem quinte partis. quatuor remanentibus valde vtile sibi foret et efficacissimum remedium in cura sua et proprie si in prescripta quantitate coqueretur. ʒ. ß. electi cinamomi minutim incisi. Hec sunt que de cibis et potibus mihi meliora visa sunt et sufficere videntur de hac re non naturali

Capitulum de cura per medicinalia continens octo intentiones.

Regimen autem dispositionis huius adolescentis per medicinalia complendum oportet partiri in octo intentiones. Et prima quidem est materierum huius morbi euacuatio minoratiua. 2a est ipsarum diuersio. 3a est earum digestio. 4a est materierum erradicatiua euacuatio. 5a est materierum in pectore contentarum velox et prompta consumptio. 6a est capitis rectificatio. 7a est pectoris confortatio. 8a et vltima accidentium correctio. Prima igitur intentio completur per euacuationem minoratiuam. primo per flobotomiam factam. et dato quod simul capiti intendendum sit et pectori principaliter tamen propter instantiam doloris flobotomia fieri debet que a pectore euacuet. et hec quidem est flobotomia basilice quam euacuat directius et immediatius ab omni parte pectoris vt patet secundo regiminis acutorum textu commenti. x. et ibidem a Galieno pulcherrime declarante hoc et extrahantur sanguinis. ℥. v. in hora electa. Est autem electa hora quando flobotomia fit paruum post ortum solis et completamentum expulsionis super fluitatum communium vt quarta primi capitulo secundo legendum. Si quis autem vellet per flobotomiam immediatius a capite et propinquis partibus educere flobotomare posset cephalicam que euacuat a predictis partibus vt patet 4a primi allegato loco mihi tamen magis placet basilica dextre partis iam dicta quam cephalica eo quia per ipsam facilius a capite potest euacuari materia propter fluxibilitatem et grauitatem sui quam per cephalicam euacuari possit materia in pectore contenta. Contra quia flobotomia basilice euacuat illud quod est a parte lumis ventris inferius. igitur per ipsam non habetur in pectore notabile iuuamentum. Huic respondetur dupliciter primo quia licet flobotomia basilice euacuat a parte lumis vt dictum est per talem euacuationem potest sufficienter descendere sanguis a pectore et hoc sufficit medico vt a parte patiente diuertatur materia ibidem contenta. Dicendum secundo quod flobotomia basilice euacuat directius a pectore quam a lumie sicut ex ypo. et Gali. dictum est supra. Textus autem Auicene videtur pro ista parte facere magis eo quia si flobotomia basilice euacuat a partibus lumis tamquam inferiori parte fortius et facilius euacuare debet a suis perioribus partibus. facilius enim est materias descendere quam ascendere. Facta igitur floboromia predicta cum his que necessario fieri debent ante ipsam. s. lenitione ventris sequenti mane materia euacuetur cum cum hoc minoratiuo. ℞ agarici electi. ʒ. i. ß. reu. ʒ. i. ℈. ii. spice nardi tertiam partem. ℈. i. pulueris sticados. ʒ. ß. infundantur omnia in. ℥. iii. aque saluie et. ℥. i. aque isopi et cassie fistule et zuccari ana. ʒ. vi. et ita per vnam diem naturalem remaneant et in sequenti mane fortiter calefiant et fortiter exprimantur et colatura illa in potu accipiatur et post ipsam dormiat eger per vnam horam. deinde vigilet et ieiunus permaneat vsque ad quintam horam. et tunc bibat ciatum vnum aque ordei calefacte et zuccarate et post illud per vnam horam prandium accipiat. Sequenti vero die in mane iterum gratia minorationis accipiat hoc clistere. ℞ foliorum blete malue mercurialis et isopi ana M. i. furfuris bene cribellati. M. i. ß. coquantur omnia vsque ad consumptionem medietatis. et de hac colatura accipiatur lib. i. zuccari ru. benedicte simplicis ana. ℥. i. olei liliorum et de aneto. ℥. i. ß. salis gemme. ℈. iiii. fiat clistere. Et si timeres eius caliditatem loco predictorum oleorum ponantur. ℥. iii. olei violarum purpurearum et proprie in diebus caloris Hec de intentione prima. Pro secunda vero intentione scilicet diuertendi materias apparet quod omnia que in precedenti intentione posita sunt cum hoc quod euacuant minorando materias etiam diuertunt eas. Diuertentia autem reliqua vltra hec videntur esse conuenientia excludendo vomitum qui mihi non placet vt supra visum est capitulo 6o Securiora autem diuertentia esse possunt primo per fricationes de quibus supra visum est capitulo tertio. secundo per prouocantia vrinam mihi meliora videntur eo quia materia pectoris frequentius

retteat per vias vrine q̃ per ventrem vt patet io^a tertii de clisteribus pleuresis. Igitur repeto q̃ bonuz est vt semper in cibis suis coquantur radices feniculi petrosel' in diebus frigoris. In diebus vero caloris secum ponantur radices endiuie vl' cicoree citrine. Pro hac etiaz intentione laudo vt sepe accipiat sirupuz istū. ℞ radicū fe. petro. sparagi brusci dauci et apii ana omniū. M. i. granorū milii sol' capill' vene. ana. M. i. ʃ. se. endiuie cuscute acetose et cicoree ana. M. ʃ. seminuz comuniuz frigidoruz omniū quatuor ana. ʒ. ii. fu et meu ana. ʒ. iii. coq̃ntur omnia in lib. viii. aque vsque ad consūptionem medietatis. deinde colentur et colature addatur zuccari al. lib. i. vl' pulueris eius lib. i. ʃ. et erit melius et fiat sirupus plene decoctionis et clarificati de quo detur in potu in aurora. ℥. ii. cuz. ʒ. iii. fen. et est bonuz diureticuz. Et diuersionez cū ventosis in hoc casu non multuz diligo. eo quia tales magis partez subtilez sanguinis distrahunt q̃ grossam et magis attrahūt a cute q̃ a profūdis partibus. Et materie huius egritudinis sunt grosse et profunde vt supra visuz est igitur et cet. Laudo etiaz magis in casu isto diuersionez per emoroidas si natura sibi concessisset illas. Si autem defficiunt ex opere nature supplenduz cuz arte prouocando eas pungēdo loca fiteri exterius vel cōpressio cum setis porcinis vel fricando eas cuz bisello panno vel de sartia vel cuz setatio vel cuz foliis ficus aut consolide ma. aut ad vltimuz cuz felle tauri vel cū aliis acutis ita vt sanguis inde educatur cuius euacuatio continuare dimittatur et vsque ad euentuz debilitatis virtutis exclusiue. ¶ Digerunt autez materias predictas digerētia mīta vt sirupi iuleb decoctiones et electuaria et sublimationes. de quorum numero primuz et leuissimū est hoc. ℞ aque farfare ℥. iiii. aque saluie. ℥. i. misce cuz. ʒ. ʃ. zuccari et calidu bibatur in aurora tardando cibum horis quatuor. Secundum digestiuum et fortius illo est hoc ℞ aque betonice aque capillorū ve. ana. ℥. ii. sirupi de sticados oximellis sīplicis ana ʒ. vi. bulliāt omnia simul cuz modico zuccari et clarificentur et dētur in potu vt prius. Tertium digestiuum et fortius istis est sirupus iste. ℞ sirupi de ysopo. ℥. ʃ. sirupi de calamento. ℥. i. aque prassii. ℥. i. ʃ. aque farfare. ℥. ii. misce. et detur in potu vt prius. Quartum digestiuuz et melius omnibus potest esse hec decoctio. ℞ betonice saluie rorismarini maiorane edere ana. M. ʃ. ysopi prassii feniculi ana. M. i. piperis al. liquiricie anisi capillorum ve. ana. M. i. partes duas coquantur omnia in lib. v. aque vsque ad consūptionez medietatis de quaꝝ colatura in potu detur. ℥. vi. Digerunt etiā materias tales electuaria mīta sicut electuariū diamuscū diabra diatricpipercon diairis diaprassium et similia. Ego etiam ad has intentiones vtor mixtione tali. ℞ electuarii diairis diacalamenti ana. ℥. ʃ. specierum diambre. ʒ. ii. trociscoꝝ de viol'. ʒ. i. sirupi violati ꝛ penidiaruz ana. ℥. i. fiat electuariuz de quo in medio ē tiis et per duas horas ante cenaz et post cenaz detur coclear mediū vel. ʒ. iii. et est medicina sollenis Et si vellis hāc mixtionez efficere delectabilez magis fiat ex illis speciebus confectio solida in. v. ℥. pl' ueris zuccari et isopi rorismarini vl' maiorane aq̃ dētur ex ea horis p̄dictis a. ʒ. iii vsque ad. v. Hec de intentione tertia. ¶ Ad erradicanduz materias post eoꝝ digestionem. licet multa inueniantur medicamīa sīplicia et cōposita per auctores. solum tamen illa scribam que mihi securiora et vtiliora cō pbaui experientia cotidiana. Primum quidem est pillule iste. ℞ pillularuz de sarcocola ex maiori descriptione Mesue in antidotario distictione io^a ℈. ii. pillularuz cochiaruz descriptione Rasis 9° Almanſ capitulo primo. ℈. i. incorporentur simul. cū sirupo de isopo et fiant. vi. vel. vii. et accipiantur in aurora. Erradicatiuuz vero leuius isto est hoc. ℞ pillularuz de agarico. ℈. iiii. renouētur pillule. viii cuz sirupo. de sticados et dentur omnes. Tertiū erradicatiuuz poterit esse hoc. ℞ electuarii indi. ʒ. ii. agarici electi. ℈. i. ʒʒ. g̃. v. incorporentur cuz sirupo. et dentur in potu cuz aqua decoctionis liquiricie ꝛ maiorane. Quartū erradicatiuū poterit ee infusio superius scripta in intentione minorationis ꝛ proprie si augmentetur eius dosis vniuersalis et particularis. Omnes autez he medicine limitari debent secunduz tenorez virtutis egrotantis memorando q̃ semper melius est euacuationes iteratas frequentare in omnibus morbis et ꝓprie in cronicis q̃ in vnica euacuatione ad moderationez ducere. Iteruz post istas medicinas assūptas obseruentur omnia que superius scripta sunt obseruari debere post assūptionez minorantiū erradicatiue minoratiue vt melius eaꝝ euacuatio feliciteẗ et tu vide ibi. Hec de intentione quarta sufficiant. ¶ Licet a capite huius materia continue ad pectus effundatẗ maior tamen debet esse intentio ad materiā i pectore congestaz q̃ ad illam que continue effunditur eo quia materia ibi stans facile putrere posset et ad ptisiz perducere sicut superius est ostensum. quaꝓpter ad eius eductionez q̃citius est possibile properanduz est. Hec autem materia non intelligitur esse omnis materia in pectore inuenta. sed soluz illa que ē coniuncta causa doloris apostemosi. satis eñ per intentiones euacuationuz diuersionuz ꝛ digestionuz que supra posita sunt ad materiaz antecedentem videtur esse intentuz. Quapropter solum hic intendo educere coniunctaz materiā. et licet sirupi et predicta excreantia hāc secundaz partez educere possunt conuenientius tamen cū hiis que nō ponūtur materia predicta educi potest. ¶ Primuz quidez est descriptio huius loch. ℞ loch de squilla. ℥. i. de papauere. ℥. ʃ. misceantur cum modico oximellis compositi et incorporentur simul et de hac medicina sepe teneat in os non masticando ipsam immo conducendo per os adeo vt dissoluta transeat per meri et cannaz pulmonis vsque ad pectus. Ad hanc etiā intentionez seruiūt omnia electuaria recipientia enulam isopum liquiritiam crocum piper ireos prassium grana feniculi aristolog. ā ro. oppoponacuz ficus passulas et capill' ven. et similia. Descriptio bona electuarii faciendi ad intentionez istā est hec. ℞ granoꝝ pinearum amigdalarum dulcium mundataꝝ ana. ℥. i. g̃nozum phisticorum. ℥. ii. radicum ireos recentiū minutissime incisarum. ʒ. ʃ. capill'. ve. ʒ. iii. liquiricie anisi ana. ʒ. vi. croci. ʒ. i. ʃ piperis isopi prassii ana. ʒ. ʃ. radicum enule. ʒ. v. ficuum pinguium et dactillorum ana numero. vi. passularum. ℥. ii. zuccari secunde coctionis lib. i. pl' monis vulpis preparati secundum artem sapelib. ʃ. coquatur simul zuccarum cum sapa vsq; ad conuenientem spissitudinem ꝛ additis reliquis cō tritione longissima fiat electuarium de quo mane hora siruporum in medio tertiis ꝛ per horaz āte

cenã et quando vadit ad lectuz accipiat circiter.ʒ.
ii.visus enim huius electuarii deglutiti eradicat
omnes materias que in pectore contineri solent et
ꝑprie grossas et viscosas.Et si quis timeret eius
caliditatez que tamen non est valde intensa potest
refrangere ipsuz cuz tertia vel quarta parte zucca
violacei.Memorandu3 etiam pro cõplemento hu
ius intentionis ꝙ decoctio superius scripta capitu
lo de intentione diuersionuz est equalis huic electu
ario. Etiaz sit memor in omni cibatione sua sẽper
ponere de croco quantitatez vnius vel duoruz gra
noruz frumenti. Hec de intentione 5ª. ¶Rectifi-
cantia vero caput multa esse possunt hinc inde col
lecta.tria tamẽ pricipalit̃ scribaz que mihi vtilio
ra videntur.Et primuz est odoriferũ hoc cuius pl̃
uis sepe in sindone de grana ligatus odoratur.℞
ligni aloes.ʒ.i.macis.ʒ.ii.ambre.϶.i.vel.ſ.propt̃
expensaz floꝝ rosmarini maiorane sticados nigel
le ana.϶.ii.puluerizentur omnia p se et fiat vt dic
tuz est.Secundũ vero capitis confortatiuũ est garg
garisma hᵒ.℞ nucis muscate galãge ligni aloes cu
bebaruz ireos piretri ana.϶.i.maiorane betonice
floꝝ rosmarini ana.ʒ.i.ſ.rosaruz violaruz ana.ʒ.
i.bulliant omnia in lib.ii.aque vsque ad consũptio
nez medietatis et de hac aqua calida cum puluere
zuccari sepe teneat̃ i ore aut fiat ex ea gargarisma
calida facta.aut fiat ex ea caputpurgiuz aliquid ꝺ
ipsa leuiter trahendo per nares ieiuno stomacho
Tertium principale est puluis iste ꝺ quo omni sero
quando vadit dormituz.i.ad lectuz supponatur ca
piti a principio sincipitis vsque ad sũmitatez capi
tis quantitas granoruz.iiii.frumenti ⁊ spargatur
intus capillos.Descriptio huius pulueris ẽ hec.℞
cubebaruz nucis muscate piperis lon.betonice stica
dos ana.ʒ.ſ.ligni aloes rof ana.ʒ.i.macis maio-
rane sandal̃ al.ana.ʒ.ii.fiat omniuz per se puluis
Sequenti vero sero cũ debet reapponi puluis cũ
pectine mundificetur cutis a puluere predicto et a
superfluitatibus cutaneis. Hec de intentione sexta.
¶Pro septima vero intẽtione tria scribaz reme-
dia pectoris confortatiua. Et primuz quidẽ est sac
culus cordialis talis.℞ bheen al.⁊ ru.zedoarie do
ronici ligni aloes ossis de corde cerui croci ana.ʒ.
i.floruz boraginis buglosse anthos rosaruz violaꝝ
ana.ʒ.ſ.fragmentoruz iacincti saphiri smaragdi
ana.϶.ſ.margaritaꝝ ana.ʒ.i.macis se.basiliconis
gariofilati ana.ʒ.ii. fiat sacculus in sindone de g̃
na quadratus aut longus qui semper portetur sup
mamilla sinistra substentatus.Secundũ vero speci
ale est cerotuz hoc.℞ ẽplastri ꝺ mucillaginibus.℥.
ii.croci.ʒ.ſ.ligni aloes spice nardi floruz isopi ra-
dicuz enule ana.ʒ.ſ.oppoponacis resine electe ana
ʒ.i.ſ.dissoluantur gũme cũ vino aromatico.et in
corporentur cuz emplastris et additis speciebus fi
ant cerota duo super panno de grana longitudinis
maioris expansa et latitudinis digitoꝝ quinque.
quoruz vnuz portetur sẽper in directo thoracis a
furcula pectoris superioris vsque ad pomuz gra-
natuz. Aliud vero in parte posteriori opposita si-
militer situetur.Tertiuz vero remediuz cordis cõ
fortatiuuz est descriptio electuarii positi in nono
Almansoꝝ capitulo de tremore cordis qꝺ incipit
Electuariuz diamuscuz.vide ibi qꝺ cuz zuccaro al.
factuz in forma solida exibere soleo vsque ad quan-
titatẽ.ʒ.i.ante et post cibũ sẽper aut maxime. Hec
de intentione septima.¶Pro octaua vero inten
tione quinque videntur mihi accidentia indigen-
tia correctione.Primuz ẽ opillatio colatorii.Se
cunduz est clausio viaruz nasi in loco rize.Tertium
est difficultas anhelitus.Quartuz est debilitas di
gestiue.Quintuz est ventris stipticitas.Ad oppil-
lationez colatorii.Primuz quidem accidens corri
git intentio quantitatis vnius grani frumenti de
antiq̃ tiriaca in ore facta.Secunduz vero est exp
tuz masticatio croci integri. Tertiuz vero et forti
us illis quantuz ad operationez est retentio aq̃ ma
iorane calefacte in ore patientis.¶Ad oppillatio
nẽ nariuz.Secunduz vero accidẽs remouetur tra
hiciendo per nasuz decoctionez suprapositaz in caᵒ
de confortantibus caput.Secunduz est vt sepe per
nasum trahiciatur aque maiorane et aque iris cale
factarum per nares patientis leui traiectione.Ter
tiuz est odoratio sepe facta ex.℥.i.nigelle non tor
refacte cũ.ʒ.ii.laudani purissimi.¶Ad grauitatẽ
anhelitus. Tertiuz vero accidẽs remouetur ex visu
electuarii pectoralis supra descripti in capitulo i
mediate precedenti.Ego autez scio ꝙ si quis accipi
at mediuz granuz musci cuz.϶.i. pulueris croci et
bibatur cuz medio ciato vini al.aromatici et cale
facti difficultatez anhelitus potenter abscindit a q̃
cunque causa prouenerit nisi a caumate vehementi
ssime. ¶Ad debilitatem digestiue.Quartuz vero
accidens qꝺ ẽ debilitas digestiue rectificari potest
cuz electuario de musco ex nono Almanſ allegato
capitulo imediate precedenti.Ego autez scio ꝙ si
diuturno tempore inungatur stomachus ex hᵒ vn
guento potenter omne nocumentuz frigiditatis tã
a debilitate virtutis ꝙ̃ a raritate texture ⁊ frigidi
tate et humiditate conuenienter subleuat.℞ olei ꝺ
mastice olei de croco olei de pice ana.℥.i. laudani
purissimi mirre electe ana.ʒ.i.ſ.macis mente ab
sinthii ciperi ana ʒ.ii.gariofiloꝝ.ʒ.ii.ſ.rosaꝝ spo
dii masticis ana.ʒ.i.ſ.cere q̃tuz sufficit fiat vnguẽ
tuz bene viscosum et applicetur vt supra.¶Ad sti
pationem ventris. Quintum vero et vltimũ acci
dens.i.stipticitas ventris remoueri potest cuz istis
duobus instrumentis.Et primuz est hic puluis. ℞
polipodii.ʒ.ii.foliculorum sene.ʒ.i.ſ.ameos tarta
ri anisi liquiricie cinamomi macis ana.ʒ.ſ.salis in
di.϶.ii.fiat puluis subtilis.ꝺ qᵒ accipiatur imedia
te ante cenam cuz modico brodii vel vini calidoꝝ
Secundum vero principale est hoc.℞ penidiaruz
zuccari ru.ana.℥.i.ſ. pulueris hermodactilorum
folliculoꝝ sene ana.ʒ.iiii.mucillaginis psilii.℥.iiii
cinamomi anisi ana.ʒ.i.macis nucis muscate gario
filoꝝ ana.϶.i.coquantur simul penidie cũ zuccaro
et mucillagine psilii leui decoctione.deinde cuz eis
incorporentur species alie et fiat electuariuz conue
nientis conglutinositatis de quo ante cenam imme
diate omni alterna die accipiatur a.ʒ.iii.vsque ad
v.secundum maiorem et minorez stipticitatem cõ
tinuando et interpollando ipsuz. Hec sunt que cum
laude omnipotentis meliora mihi apparuerũt in
dispositionibus huius viri eligenda.Summus aũt
omnipotens saluator omnia ipsa dirigat in finem
optate salutis Amen.

¶Tractatus tertius de occulis.

Consilium de debilitate visus cum imaginationi
bus complicata a mala complexione cerebri frigi
da et humida mat̃iali pẽdente cuz mala stomachi
et epatis dispositione et specie hernie compelita ex

ruptura et vētosa cōtinēs duas sectōnes Sectionis prime capitlʒ primuʒ inuestigat causas ⁊ signa

Q Uidaʒ curialis vnus ex amicis nostris mihi dilectissimus triplici dispositōne grauatur. Cuius etiā particulaʒ aīus meus non parū moleste gerit. Et prima quideʒ est debilitas visus imagiationibus cōplicata. 2ª vero ē mala dispositio stomachi ipsius per quam digestiua nocetur nocumento diminutionis et corruptionis. q̄n doq̧ etiaʒ epati suo comunicata. Tertia vero ē hernie species non leuis sed grauiora ⁊ futura accidentia pronuncians ei. Et prima quideʒ dispositio dicta est mala cōplexio sui cerebri frigida et sicca materialis dominanter. licet etiaʒ sit refracta ab humiditate flegmatis. Cerebri autē dispositio talis cognoscitur ex grauitate capitis eius et frigiditate in partibus eius percepta cuʒ exiccatione et pauca carnositate eaꝝ et modica etiaʒ effusione per aures nares et reliquas vias euacuationis. et fortiora fierent hec omnia accidētia nisi quia flegma cū tali materia in uenis cōmistuʒ sua humiditate refrāgendo cōtemperat accidētia predicta. siue illud flegma propter debilitateʒ digestionis ī capite generetur. siue illud sit veruʒ flegma in epate genitū aut non veruʒ in stomacho congregatum que capiti effumando vel fluendo comunicentur. Et qualitercunque concedatur ꝓpter frigiditatem in cerebro eius inualescenteʒ etiaʒ ꝓpter angustiaʒ viaꝝ eius minoratur et refrangitur spiritus animalis in cerebro et ꝓhibetur transire in quantitate debita ꝑ neruos opticos ad organa visionis quia apparet ī eo nocumentuʒ diminutionis visiue operationis. et est species mala quaʒ zohar nominauit debilitateʒ visus ex penuria visibilis spiritus ꝓuenienteʒ. Ad huc etiaʒ quia calor innatus cerebri talis debilis est flegmata in eo in multos conuertuntur vapores Quoruʒ etiaʒ vaporuʒ particula nō nulla ab inferioribus mēbris cerebro comunicatur ꝓpter qđ vapor iste spiritui visibili cōmixtus cuʒ talis spiritus defertur ad cristaloideʒ repr̄sentat in ipsum species colorū motus ⁊ figurarū sibi ꝓportōnaliū vnđ r̄cept̄ spēb; visibiliū ī cristalloiđ iā talit̄ ꝑmutata potentia visiua percipit et indicat in mediuʒ exterius figuras formas colores et motus esse q̄ ne q̄ ꝗ uaʒ sunt. ꝓpter qđ ab illustribʒ ātiquis dispositio talis nominata fuit delusio visus intantum ꝙ patiens quandoq̧ cum manu tēptat capere muscas vel culices quas in aere credebat esse. deludit̄ ergo quia nihil venatur. Et hec dispositio iteruʒ solet nominari imaginatio vt tertia tertii tractatu quarto duʒ inquit Auicena Imaginationes sunt colores qui sentiuntur coraʒ visu. Ex quo colligit̄ ꝙ si hec dispositio perseuerabit et augebitur minatur sibi pannuʒ. Vapores eniʒ flegmatici in capite multiplicati tandē cōuertunt̄ ī aq̄m ⁊ aqua illa defluens ad occuluʒ ibi congelata conuertitur in pannum vt legendum est preallegato capitulo ab Auicena capitulo de aqua dum inquit. Descensus aq̄ est egritudo opillatiua et cet̄. Sed aqua congelata conuertitur in pannuʒ et facit cecitatem. quare hec dispositio minatur ei ablationeʒ visus. Hec de dispositione huius viri pª. ¶ At vero iteruʒ inuestigari oportet secunde dispositionis essentiaʒ varietates et accidentia eius. Est eniʒ ipsa stomachi sui mala complexio frigida et humida cū mat̄ia flegmatica mucillaginosa et aquosa que generantur in ipso per viaʒ indigestionis a predicta frigiditate ꝓuenienti. et est ei egritudo per essentiaʒ que etiaʒ epati suo per colligantiaʒ comunicata est. quoniaʒ non est possibile aut salteʒ difficilimuʒ cal̄itateʒ epatis complete posse corrigere frigiditateʒ stomachi et maxime cuʒ fuerit diuturna ⁊ mansiua. ꝓpt̄ hanc igitur causaʒ epar eius debilitatuʒ sanguinē generat in eo remissius caliduʒ et aquosum magis q̄ꝫ fecisset a generatione sua a qua epar eius videt̄ contraxisse caliditateʒ satis auctaʒ respectu medii generis. Propter has igit̄ duas dispositiones malas epatis et stomachi non est mirabile si multiplicantur in intestinis eius flegmata mucillaginosa et aquosa que in vapores multos conuersa ventreʒ eius non raro extensuʒ rugitu et gurgulationibus plenuʒ efficiunt. Hec de dispositione secunda et de accidentibus eaʒ consequentibus. ¶ Tertia vero huius dispositio est hernia in inguine sinistro que cuʒ bene considerat̄ non est relaxatio vel dilatatio p̄cise sed est ruptura vera in parte sifach superposita foramini ossis femoris. Cuʒ igitur in ventre huius viri generentur ⁊ congregentur vētositates q̄ plurime que partibus inferioribus ꝓpulse secundum parteʒ magnaʒ recipiuntur in didimuʒ non est mirabile si tales ventositates per didimuʒ descendentes per foramen iam dictum recipiantur in osceum et faciant in eo tumorem et extensionem cū dolore quādoqʒ. vnde apparet ꝙ hec ē spēs hernie composita ex ruptura et ex ventosa sicut iā declaratuʒ est propter qđ merito hic vir in sui gubernatione solicitus esse debet. ne pars didimi in concauitate ossei tumorosa facta tandem conuertatur in apostema quod periculosum esset. Ex quibus omnibus intelligentibus apparet ꝙ quelibet harū dispositionum in hoc viro non leuiter est suspecta et ꝓprie ī etate sua. vnde aliqđ đ regimīe suo qđ melius est et ab eo obseruanduʒ sibi conscribere dec̄iaui per modum qui nunc sequitur

¶ Capitulum secundum de cura per dietam.

Quoniam autem egritudines huius viri tres principales differunt inuicem ratione patientium locorum. etiam tertia differt ab aliis specie quia ipsa est solutio continuitatis siphac in parte inguinis cooperiente intestina videretur aliarum egritudinum curationes debere esse diuersas. qđ quidem cōceditur secunduʒ partem. veruntamen q2 omnes ille dispositiones conueniunt inuicem in causa materiali et sibi ꝓportionata quia vtriusque illarum materialis causa est flegmatica materia et vapores vel ventositates ab ea eleuati. ideo in canone curationis videntur habere conuenientiam satis tam penes regimen rerum non naturalium q̄ꝫ medicinalium. Si quid autem diuersitat̄ in curatione haberi sit necessarium. videbitur infra in regimine hernie sue. Dicendum itaq̧ ꝙ regimen huius viri per debitā mensurā sex rerum non naturaliū fundari debet ita ꝙ omnes res non naturales debent ēe calefactiue exiccatiue aperitiue et consūptiue ventositatum. Eligatur itaq̧ ab eo locus habitationis notabilis caliditatis et siccitatis. Et sit camera in qua possit fieri ignis elongata ab aere aquilonari et ab oī humiditate sup̄flua. ¶ Caput suum tecturis conuenienti pelle suffult̄ tueatur. Et venter etiā eius et pectus diploide bene calida

custodiatur. De cibis vero effugiat primo lacticinia omnia. Item cibos pastiles saltem elixatione factos. Tertio dimittat cibaria omnia ventositatum excitatia velut sunt legumina omnia cepe aleum porrum bulbus rafanum et similia. Quarto dimittat fructus omnes frigidos et crudos. Quinto dimittat valde pinguia cibaria quacunque pinguedine condita preter oleum olivarum quod non est sibi improbandum. Butirum vero adeps porci et similia non placent mihi. Similiter etiam euitet spinachiam bletam cucurbitam portulacam anguriam cucumeres citrulos et similia. Aceto autem cum aliis condito agresta succo limonum et arantiorum uti potest. Et caseo etiam uti potest dulci et salito non multum tamen molli et viscoso. Piperis autem croci. ℥℥ cinamomi usus est sibi utilis. vinum autem eligat substantia tenue et bene potens sapore mediocri inter dulce et acre. dulcia autem quia multum ventosa et oppillatiua sunt ei disconuenientia sicut et acria et acerba frigiditate et oppillatione sua sunt ei reprobanda. Aquam autem omnio dimittat etiam in estate. Superflui motus huic viro non conueniunt et maxime post cibum quoniam agitatione sua materias ponunt in fluxu ad debilia membra. Somnus longus huic viro conueniens est propter vigorare digestionem que a mala complexione stomachi frigida et humida debilitatur. Si tamen caput eius reumatibus et catarris molestaretur. vigilare sibi conuenientius esset quam prolixe dormire. Cum autem vir iste suum cibum accipit ab ingluuiola comestione se abstineat ita ut cum aliquali appetitu surgat a mensa magis quam a saturitate completa. Et caueat deglutire cibum nisi bene solenniter prius masticauerit ipsum. Et ita potum suum accipiat parum et sepe magis quam multum et raro bibendo. Passiones aie et iterum tristantes melancolice aflictiones angustiose et furor vel iracundia ab eo euitari debent propter extermiationem magnam et motum quem ponunt in humoribus. Hec de regimine non naturalium.

Sectio Secunda.

Modus autem curationis predictarum trium dispositionum partietur in tria capitula. Capitulum primum erit rectificatiuum dispositionum stomachi eius. Secundum capitulum nocumenta sui capitis remouere procurabit. Tertium capitulum ponet instrumenta ad herniam suam appropriata. Quoniam igitur dispositio sui stomachi est mala complexio frigida et humida cum presentia multi flegmatis mucillaginosi et aquosi in eo tam per viam indigestionis congregati quam transmissionis eorum ab epate oportet prius hoc precognoscere. Igitur leuis caliditas aut frigiditas in regione stomachi percepta sensu tactus gurgulatio et ventositas in eo perseuerans lenities pectus eius tarditas et debilitas digestionis superfluitatum ventris mollities et lenitas eructuationes: accide vel isipide multitudo sputaminis absque tussi palam significare possunt stomachi frigiditatem et humiditatem. Pro quarum dispositionum regimine laudo quod iste vir saltem per tres annos omni mense martii et septembris purgetur secundum quod inferius conscribam sibi. facta vero purgatione vtatur istis quinque remediis infrascriptis.

Capitulum primum sectionis secunde rectificatiuum dispositionis stomachi.

Primum est hoc. ℞ pillularum alefanginarum vel de speciebus in Antidotario Mesue distinctione prima ʒ.ii. specierum diacalamenti descriptione Nicolai. ℈ ʃ. salis indi. ℈. iiii. cum sirupo composito acetoso fiant pillule de. ʒ. vi. de quibus iste vir per totum mensem aprilis omni quinta die accipiat unam per octauam partem hore ante cenam. Secundum instrumentum est hoc ℞ specierum electuarii de ligno aloes specierum diambre ana. ʒ. v. specierum dicalamenti. ʒ. iii. granorum fisticorum. ℥. iii. zuccari al. ℥. iiii. mellis rosati. ℥. v. ligni aloes electi. ʒ. i. infundantur fistici in bono vino montano calefacto per tres dies. deinde ultima te terantur et incorporentur cum melle et zuccaro bene coctis usque ad viscositatem terendo in mortario. deinde additis speciebus fiat electuarium et accipiat de eo postquam fuerit purgatus ter in septimana in aurora quantitatem medie nucis et post ipsum tardet cibum per horas quattuor. Tertium remedium est ut iste vir diebus intermediis electuario saltem bis in septiana degluttiat hora predicta iii. ℈. masticis. Quartum remedium est hoc. ℞ laudani electi gallie muscate storacis calamite ana. ʒ. ii. resine electe ℥. ʃ. gar. ℈. ii. dissoluatur gummi cum vino fumoso et fiat cerotum unum figure scutalis quod semper aut in pluribus portet super stomacho suo. Quintum vero speciale remedium est. ℞ cinamomi electi. ℥. i. trium piperum ana. ʒ. iii. galange ligni aloes granorum paradisi ℥℥ ana. ʒ. ii. pulverizentur omnia et misceantur. de hoc puluere vtatur semper in cibariis suis ad quantitatem que repleret corticem auellane et hec remedia etiam iuuamentum non leue comunicabunt capiti.

Capitulum secundum sectionis secunde rectificatiuum nocumentorum capitis.

Pro dispositione vero capitis eius et nocumenti corruptionis et diminutionis visus oportet ei administrare remedia sex. Primum est hoc. ℞ foliorum rosmarini calamenti origani pulegii ana. ʒ. i. ligni aloes. ʒ. ii. maiorane macis ana. ʒ. ii. ambre musci ana. ℈. ii. fiat omnium per se puluis et commisceatur et ligetur in lindone de grana retorta et odoretur sepissime. Secundum est hoc. ℞ gar. ʒ. ii. ligni aloes betonice sandarace spodii storacis calamite ana ʒ. ʃ. fiat puluis de quo sepe aspergatur super prora sui capitis a fine capillorum usque ad summitatem per quatuor digitos per medietatem capitis. Et semper cum apponitur puluis diligenter pectinetur caput. Tertium vero instrumentum est ut iste vir duabus vicibus in mense quando vadit ad lectum accipiat. ʒ. i. ʃ. confectionis diabre descriptione Mesue et teneat ipsum in os suum usque ad dissolutionem degluttiendo ea. Quartum principale est ut omni fine decem dierum duobus diebus continuis mane et sero per horam ante cibum faciat hoc gargarisma. ℞ aque decoctionis maiorane et liquiricie ciatum unum yere simplicis ʒ. ii. calefiat aqua et incorporetur cum ea yera et ex eo calido fiat gargarisma circa octo vices in spacio unius hore. Quintum speciale remedium est ut cum ipse attendit ad caput propter molestiam quam infert ei magnam. post cibum accipiat semper rotulam unam huius confectionis. ℞ specierum diambre. ʒ. i. ʃ. eufragie celidonie feniculi berbene ana ℈. i. se. rute sileleos ana. ʒ. ʃ. zuccari al. ʒ. v. cum aqua eufragie fiat confectio in rotulis. iiii. ʒ. Sextum et ultimum remedium est. ℞ aque rute celidonie et eufragie ana. ℥. ii. succi feniculi succi berbene ana. ℥. i. fellis lucii. ʒ. iii. ligni aloes subtilissime triti. ʒ. ʃ. se. rute celidonie maiorane ana. ʒ. i. ponantur omnia simul bene pulverizata cum predictis aqua et felle

in vase vitreo qđ diligenter cooperiatur et obturetur cuz pasta molli. deinde ponatur i furno post extractionē panis bñ calido. Sequenti vero die extrahatur de furno ⁊ mūdificetur a pasta ⁊ orificio bene clauso exponatur soli per .x. dies vel .xii. Post illud autez per pannuz spissuz coletur sine expressione et reponatur in vas vitreuz bene obturatuz. de hoc ergo collirio omni sero cuz vadit ad lectum ⁊ mane cuz surgit imponat guttaz vnā vnicuiq; oculo et quiescat resupinus. videbit enim vtilitatem ad nocumenta sue visionis notabilez.

¶ Capituluz tertiuz ponens instrumenta ad herniaz approprriata.

Pro dispositōe vō herniaca predicta q̄ttuor vidēt mihi necessaria remedia. cuz eniz vir iste molestaretur a descensu magne quantitatis ventositatuz implentiuz oseuz tunc statiz intendat ad earuz resolutionez cuz hoc euapatorio totaz bursaz testiculoruz notabiliter cooperientē. ℞ furfuris frumenti bene cribellati scutellas duas cimini dauci ana. ʒ. i. anisi feniculi carui siseleos ana. ℥. ß. buliant furfures in duabus fialis vini nigri bene potentis ⁊ i fine ipsius stationis earuz superaddatur farine ordei. ℥. i. ß. ⁊ demū finaliter aliaruz specieruz puluis superpōatur et fiat emplastruz qđ calidum applicetur sicut dictuz est. Secunduz remediuz est. ℞ pellis arietis que minutiz incisa et depillata in aceto nigro steterit infusa per .x. vel .xii. dies armoniaci serapini oppoponacis ana. ℥. ß. piscis naualis colofonie ana ℥. i. ß. gallaꝝ cupressi. ℥. i. thuris sandarace ipoquistidos acatie corallorū amborum spodii ana. ʒ. ii. mumie. ʒ. v. resine bene citrine. ʒ. i. ß. glutinis pisciuz et carte ana. ℥. ß. gūme dissoluantur in aceto nigro. deinde incorporentur cuz glutine et tandem cuz pelle arietina et additis aliis speciebus fiat cerotuz fortis tenacitatis. Extendatur ergo de eo super corio figure scutalis cuz parte lata ⁊ piramiđ inferius inguinibus lateraliter applicetur ⁊ super eo portetur ligatura conuenientis cōprissionis. hoc eniz remediū ē đ vltimis i hac dispositione. Tertiū vero principale remediuz est hoc. ℞ gūmi arabici dragaganti torrefactoꝝ glutinis carte ana. ʒ. i. gallarū cupressi mumie spodii seminis rosarū ana ʒ. ii. fiant pillule cuz succo plantaginis de omni. ʒ. ix. de quibus vir iste assuescat assumere saltē omni septimana bis ex eis .iii. per octo horas post cibum

¶ Quartuz vero principale remediuz ē hoc. ℞ pulueris viticelle piloselle ana. ʒ. iii. rosarum spodii mirtilloꝝ coriandri preparati et seminis plantaginis ana. ℥. i. ß. scorie ferri preparate. ʒ. iii. zuccari al. ℥. iii. mellis ro. colati lib. ß. coq̄ntur mel ⁊ zuccaruz simul vsque ad bonaz spissitudinez et additis speciebus fiat electuarium de quo vir iste a medio mensis aprilis vsque per totuz mensem septembris duabus vicibus omni septimana i aurora accipiat coclear vnuz. et post ipsū tardet cibuz quattuor horis. Hec in sūma sunt remedia meliora que ꝓ istis dispositionibus mihi apparuerunt. Altissimus dirigat omnia in salutez eius

¶ Modus purgationis in vere talis est. ℞ pillularū de yera cōposita. ℈. ii. pillularuz cochiaꝝ. ℈. i. et fiant vii cuz yera simplici. et obseruentur que debent obseruari i assūptione mediciaꝝ. Digestiuū quo vti debet dieb; vii. capiēdo ē h°. ℞ sirupi đ sticados sirupi de absinthio ana. ʒ. vi. aque absinthii betonice alamēti ana. ℥. i. misce. deinde purgetur cū hoc. ℞ electuarii indi. ʒ. iii benedicte siplicis. ʒ. ii. accipiatur cū modico vini albi potentis et calefacti cuz cōditōnibus debitis ¶ Purgatio vero faciēda i autūno a medietate septēbris vsque ad finez eius. ℞ electuarii de psilio. ʒ. iii. yere siplicis. ℥. ß. misce cuz aqua cicoree accipiatur vt supra. Digestiuuz ē hoc ℞ sirupi đ bisantiis. ℥. i. sirupi rosati. ℥. ß. aque cicoree cuscute et absinthii misce septem diebus vt supra post purgetur cū h°. ℞ electuarii đ psilio. ʒ. ß. et accipiatur cuz aqua ordei diebus quibus accipit digestiuum. si venter esset stipticus vtatur pillulis dictis supra ante cenam

¶ Consilium de nocumento diminutionis in visu.

Licet nocumentū in visu contingēs ex pluribus causis euenire possit exterioribus et interioribus. quodlibet enim nocumētū visus ē triplex videlicet diminutionis corruptionis et ablationis. Assignari potest aut propter lesionē aduenientē tunice oculi. 2° ꝓpter nocumētū aduenient humoribus. 3° in spiritu visibili. 4° in viis per quas spiritus visibilis a cerebro delegat̄ ad oculos. vltimo vero quando nocumenti causa illatiua omnibus predictis comunicatur partibus. Et hec quidē nocumenti species pessima est. q̄uodo enim potentia visiua visionē perficere potest cum spiritui visibili viis transitus eius ad oculū et toti oculo nocumentum contigerit ꝓpter qđ in fortibus contusionibus et percussionibus capitis ⁊ i trāsmutatione multarū materierū a caliditate sinthomatice deriuantiū ad occulum et impetuose non ē mirabile si subito a visione priuatur homo vt sepe contingere vidi vt patet in altero tractaculo per me cōposito ad notabilē quandam mulierē de monaco ciuitate famosa alamanie cui fere instantanee ablatus fuit visus ex defluxu materierum a capite ad occulū. ¶ Mltiplr autez ex parte tunicaruz noceri potest visus. Et primo quidem quando cōtigerit corneaz propter speciem male complexionis frigide aut calide ⁊ sicce in sui substantia reddi non peruiam vel diafanam opacam et tenebrosaz neque enim species obiectorum per medium ab ea poterūt conuenienter recipi. Similiter autē si contingat in pupilla esse clausionem species non cōuenienter deferri poterunt ab ea per araneam ad cristaloidem. Et idem etiam intelligi potest đ conturbatione et obscuritate aranee. Et nocumēta istarum trium tunicarum fortiora sunt ad ledendum vis̄ ꝗ nocumenta similia contingentia sclirotica secundina et retina. Dato etiā ꝙ nocumentuz istaꝝ trium tunicarum posterioꝝ visum imperficere possit Amplius etiam nocumentum visioni contigit ex parte distemperantie humorum occuli in quantitate et qualitate. quis enim dubitat ꝙ si paucifer̄tur grossus et turbulentus fiat humor albugineus non erit conuenienter specierum receptiuus neq; earum đlatiuus ad principale organum visiōis qđ ē cristalinus humor. Similit̄ etiā paucificatio paruis vel diminuta diafaneitas cristalloidis magnifice faciūt ad nocumentū visionis sicut magna ipsius ꝓfundatio et ad exterius eminentia cum tenebrositate ipsius semper magni nocumenti i visione ē effectiua causa. Et eodem modo de nocumētis contingentibus ex parte humoris viteri. Eius

enim turbulentia paucitas et spissitudo cause sunt no
cumenti magis in visione euenientis. Adhuc etiam
cum spiritui visibili accidit distemperies aut in quan
to aut in quali et si multitudo spiritus visibilis non
semper sit visui nocitiua tamen propter ipsius nocu
mentum in quantitate precipue potest ita imodera
te oculus calefieri vt fiat in eo humorum inspissatio
aut nimia rarefactio resolutio vel disgregatio spe
cierum obiectorum visibilium in tunicis et humori-
bus oculorum. Plurimum tamen nocumenti et frequen
tius euenientis in visione ex parte visibilis spiritus
est quia ipse paucificatur aut rarior vel spissi
or fit quam oportet aut turbilentior propter quod non
est sufficiens visionis instrumentum perfectum immo
impeditum. At vero iterum nocumentum in visu con
tingere ex parte viarum et totius organizationis
occuli iam ductum est. Qualitercunque autem occulo
nocumentum contigat vt quia diminuatur aut cor
rumpatur visio erit aut per nocumentum essentia
le partibus integrantibus occulum adueniens aut
per nocumentum accidentale vel per colligantiam
dictum aliunde proueniens vt a cerebro a neruis op
ticis pulmone stomacho et sic de aliis. Si autem
nocumentum est accidentale tunc prouenire poterit
a causis exterioribus vt ab aeris intemperantia
quia nimium grossi caliginosi frigidi exiccantis vel
resoluentis quia ledere poterit tam panniculos quam
humores distemperando et spiritus aliter aduenire
poterit ex superfluo motu vel imoderato excercitio
et proprie post cibum aut ex multa balneatione
et proprie post repletionem aut ex immoderato co
itu vel assumptione ciborum sua frigiditate calidita
te exiccatione grossitudine vel viscositate aut altera
mala qualitate de venenosorum inficientium spiritum vi
sibilem hu. et tunicas velut accidit vtentibus come
stione fungorum et aliorum ciborum medicinalium qui
habent aptitudinem conuersionis ad corruptionem
Similiter etiam accidit hominibus iracundis et se
pe scandala incurrentibus aut his qui multam mo-
ram contrahunt in aspiciendo motum corporum rotati
agitatorum de quorum numero etiam est frequens aspec
tus ex alto factus ad concauitates vallium iter mon
tes positarum. De his etiam qui excercitia faciunt per
que eorum capita consuetudine non bona aut necessi
tate operationum curuantur et curuari oportet vt
multo visu scribendi cum capite valde declini. Ea ve
ro que visui nocent de interioribus contingentia sunt
sicut male complexiones frigide et hu. materiales
vt a multo flegmate mucillaginoso vitreo et aquo
so in stomacho vel cerebro multiplicato et in mem-
bris aliis que humorales materie nocere possunt
spiritum infrigidando in grossando oppacum et obs
curum faciendo aut vias transitus eius oppillando
aut propter nocumentum quod efficiunt in tunicis vt cor
nea pupilla et humoribus predictis. sicut etiam conti
git in his qui etatiuo decursu peruenerunt ad pau
citatem spiritus visibilis et distemperantiam eius
in frigiditate et modo substantie vt quia grossus
vel conuenienti diafaneitate priuatus est spiritus
Et forte quod ista est propria causa nocumenti visionis
huius nobilis viri. Est enim vir etate grauis quia
fere septuagenarius. et etiam homo humorosus val
de quod arguit habitudo eius mediocritatem transcen
dens per augmentum. est etiam vir in cuius stomacho
et capite non parum abundat materie mucillaginose vitree
et aquose quantitas et est in eo penuria spiritus
visibilis que potest ab etatiuo decursu necessario ad
ueniens assignari. et iam in eo inuenitur numerus causa
rum promouentium ad augmentum materierum fleg
maticarum propterea quia fuit homo vtens cibariis
grossis multum vaporosis et oppillatiuis vt describi
tur. Unde ex omnibus istis in vnam veritatem re-
dactam infertur primo quod hec dispositio huius viri
est mala complexio frigida et humida materialis
stomachi cerebri et occulorum. Sequitur secundo
quod materialis causa huius speciei nocumenti visionis
est aggregata vel commixta ex flegmate mucillagi-
noso vitreo et aquoso. Sequitur tertio quod hec dispo
sitio non facit simplex nocumentum visioni sed est ag
gregatum ex specie nocumenti diminutionis et cor
ruptionis. Sequitur quarto quod hec dispositio mina
tur sibi propinquam cecitatem nisi deus subueniat ei cum
beneficitio medicinarum de quibus infra. Et se
quitur vltimo quod res curationis eius magis affert
ambiguitatem quam curationis speciem. Ne vero horum
aliqui calumpniam a mordentibus accipiant rationa
le est aliqualiter ea ratione demostrare. Multitudo
namque flegmatis deducitur a diminuta digestione
stomachi. quomodo enim stomachus perficere po-
test digestionem cum diminuta caliditate. et si calidi
tas eius diminuta est vt patet a posteriori ex inuen
tione multorum flegmatum in ipso ergo diminuta coc
tione generabitur chilus. igitur ex eo diminute coc
to generabitur flegma quod est materia sanguinis di
minute decocti. et cum digestio secunda epatis suffi
cienter corrigere non possit nocumentum in prima
digestione eueniens ergo sanguis frigidus vel re
misse calidus transmittetur ad cerebrum. et cum ce
rebrum etiam sit infrigidatum et humectatum se
quitur nedum poterit corrigere nocumentum in san
guine et flegmate inuentum imo potius augmenta
re ipsum. hoc igitur flegma sua complexione et substan
tia poterit oppillare vias transitus ingrossare et
conturbare et hu. et tunicas oculi discrasiare
in complexione et compositione. igitur facere nocumen
tum diminutionis visus. et si vapor a flegmate eleua
tus communicatur spiritui visibili imponit in ipsum
species corruptionis conturbando spiritum et mo
bilitando ipsum variis differentiis ponens ita quod ima
ginatiua potentia corrupte apprehendit corpora
exterius linealia sperica vel triangularia in ae
re moueri que nequaquam sunt. et ista est corruptio in
sensu visus eueniens vt patet tertia tertii tracta
tu quarto capitulo de imaginationibus. igitur a ma
teria vna et eadam specie secundum tamen diuer
sas mensuras duplex nocumentum in visu contin
gere poterit. s. diminutionis et corruptionis vt de
mostratum est. et quandoque materia cum aliquan
ta quantitate oppillando vel aliter discrasiando hec
nocumenta efficere potest. ergo ista eadem multa et
vehementius discrasiata poterit facere nocumentum
excellentius predictis. sed predicta nocumenta erant
diminutionis et corruptionis visus ergo nocu
mentum excellentius illis erit ablationis visus de
nominandum quod formaliter est cecitas. Quare iam
apparet sufficienter demostratas esse species nocu
menti visionis huius nobilis viri que etiam pla
nius aliqualiter demonstrabuntur predictorum no
cumentorum species tangendo signa inseparabi
lia vt nunc sequitur.

Capitulum secundum de signis.

Cum accidit nocumentum visus per essentiam a

mala cōplexione calida. Signa sūpta a substantia liter inherentibus sunt hec. primo quia tactu occu li et totuз caput percipitur calidus. 2° cuз aliquali soliditate vel dēplitate repꝛesētatur cutis. 3° ꝙ par tes pꝛedicte magis ad macredineз ꝙ̄ pinguedineз sunt inclinate. A casibus vero signa sunt quia paꝝ superfluitatis in angulis lacrimalibus occulorum apparet nisi lapsus fuerit valde magnus. Iteз ta- les superfluitates magis spisse sunt ꝙ̄ fluide. Item satis moꝛdicatiue sunt. Itē occuli tales paruз lacri mantur et adhuc pꝛuritu magno molestantur et ī coloꝛe ad citrinitatē tēdunt notabileз. Signa ve ro sūpta ab operationibus sunt quia in substantia macrefacti magis ꝙ̄ pingues appaꝛent. Item qꝛ mobiles sunt valde tales occuli. Iteз quia visionem habent acutaз sat in discernendo obiecta de longe ⁊ d̄ pꝛope nisi lapsus ultimet. Per signa vero con traria pꝛedictis potest itelligi lapsus capitis ⁊ ce rebꝛi frigidi et humidi. In lapsu vero calido et hu mido percipitur ī occulis caliditas mollities mag nitudo pinguedo eoꝛuз rubedo ipsoꝛuз et mobili tas et visus ebetudo aliqualis cuз augmento ⁊ mul titudine lacrimaruз et aliaꝛuз superfluitatuз in ā gulis occuloꝛuз abundantiuз cū inviscatione palpe bꝛaruз et aliquali gꝛauitate eleuationis et clausio nis earum. Per signa istis opposita cognosci potest lapsus frigidus et siccus cuз hoc ꝙ occuli tales cum fuerint quattuoꝛ pꝛedictis speciebus lapsuuз distē perati nocentur a similibus et iuuantur a contra riis cuз applicatione conuenienti. Si autem tales lapsus fuerint non multuз eleuati sicut distēperati distēperantia sibi naturali tunc conseruantur a sīli uз applicatione sicut nocentur appꝛoximatione contrarioꝛuз. et hec quideз cadunt sub cognitione viroꝛum in canonibus et diuturno opere peritoꝛū etiaз quia isti lapsus māsiui et fixi sūt. Si vero cō tingat nocumēta visus esse per colligantiaз ab a liis mēbꝛis pꝛouenientia tunc patet ꝙ non est ne cessariuз nocumentuз esse sēper permanens pꝛopte rea quia ipsuз deficiet aut salteз notabiliteꝛ mio rabitur cuз tēperie mēbꝛi qđ mandabat vel mino ꝛatione lapsus illius mēbꝛi notabiliter minoꝛabi tur. Exēpluз est vt si ꝑpter plenitudineз stomachi multa materia flegmatica mucillaginosa aquosa vel vitrea lederentur occuli et contingeret stoma chuз mundificari vomitu vel farmacia aut mino- rari materiaз stomachi per abstinentiaз vel dietā tenueз aut cibari homineз cibis in suis q̄litatibus contrariantibus flegmati et digerentibus ipsum necesse esset aut nocumentuз visus abesse aut salteз notabiliter minoꝛari. per quoꝝ eniз pꝛesentiaз in aliq° mēb° poit nocumentuз ⁊ cidit p eoꝝ remo tōeз vel remissiōeз necesse ē nocumētū rēoueri āt salt reitti. h° ei necessario seqͤ ex oꝛdie dpēdētie effectus a causis. Cū igitur nocumēta visionis per colligantiaз inuenta dependeant a mēbꝛis mādā tibus sequitur ꝙ illoꝛū mēbꝛoruз coꝛrectione coꝛ rigētur nocumenta pꝛedicta vt deductuз est. et hi quideз sermones veritateз continent tā de colligā tia absoluta ꝙ̄ non absoluta dictis. Cum autem iā visu nocumenta contigerint per lesioneз in aliis na tuꝝ euenienteз tunc si fuerit nocumentuз in vnita te eueniens aut erit ꝑpter solutaз continuitatē coꝛ nee in altera vel pluribus de quattuoꝛ coꝛticibus eius in cuius cura ꝓfunda speculatio necessaria est Aut etiaз ꝑpter solutaз continuitateз in vuea pan

est parti in qua potentia locatur olfatiua. primi nanqz paris neruorum scilicet a cerebro orietiũ principium est ex fundo duorum ventriculorum cerebri antecedentium apud duorũ additamentorum vicinitatem maillarum extremitatibus similium quibus fit odoratus prima primi doctrina quinta sũma tertia capitulo secundo Aduerte autez quia dixi si ẽ egritudo materialis posset eni mala complẽo frigida absqz materia in partibus predictis intendi adeo qꝫ obticorum vie clauderentur Et iteruz probabiliter defenderetur de mala complexione sicca pura. licet hoc sit a mẽtibus quorumdaz dissonuz. Non eniz concederent ĩ membro principali tante humiditatis q̃te est cerebrum malam cõplexionez siccam puraz adeo magnificari qꝫ sequeretur ad ipsaz obticorũ clausio stante vita. posset etiam ibidez fieri attritio et apostema. Sed hec omnia excluduntur hic p absentiam suaruz causaruz efficientiuz. Cuz enim mulierem hãc repletam esse cognoscaz lapsus in materiales excludo. dixi iterum superius qꝫ materialis causa huius morbi contineri posset in venis arteriis et pãniculis inuoluentibus obticos primuz autem non videtur. apparent enim oculoruz vene plene sanguine splendido si misceret cuz colera. sub albido si cum flegmate. obscuro si cũ mẽla. ꝟ purpureo si purior ẽẽt sanguis Amplius caliditas mollicies pũctio grauitas et cetꝫ ĩ oculis perciperentur. si autem ĩ arteriis contineret materia calida in oculis ꝛ partibus adiacentibꝫ perciperetur intensa pulsatio fortis rubedo ꝛcetꝫ Si autem in pãniculis inuoluentibus contineretur mirabile foret tanto tempore stetisse materias ibidem absqꝫ signis cõcõitãtibus eas. si autem materia in vno solo contineretur obtico et esset a qua non multũ grossa tunc facta compressione notabili super oculo patiente dillataretur pupilla sani Si vero fuerit opilatio a materia non cursibili facta sed fixa tunc q̃tumcunque compressio fieret non sequeretur dilatatio aliqua vt tertia tercii tractatu vltimo capitulo. de aq̃ Si autẽ opilatio caderet ĩ cruciatiõe neruorum predictorũ tunc subito ambo oculi visione priuarentur Et ex hoc multum admirantur medici sed non ẽ admiratio illis qui sciunt anotomiam vt zoar prio theisir tractatu octauo capitulo vigesimoquarto Mihi autem videtur qꝫ materia huius egritudis non sit in neruis predictis sed ĩ cerebri loco predicto vt satis persuasum est supra. Distinctio tamen huius vr̃ esse difficilis ꝛ fortassis sapientia non comprehendr̃ tertia tertii tractatu vltimo capitulo antepenultimo. Qualitercunqz tamen contingat cura huius rei si possibilis est eandem habet procedendi scitam sicut discordia. Hec aliqualiter difficilia ex illustriũ auctoruz sententiis aggregata theoricis placet mihi conferre vobis cum insignis doctor et q̃tum clarius colligerꝫ potui. Quibus ãte missis regimen procuratiuũ duos tractatꝰos continebit. primus rerum non naturaliuz regimen succinte transibit. quia loquor ad perituz virum. secundus vero prolixior paruz medicinaliũ scitã distictius enũciabit. primi tractatus capitula erunt sex secundum rerum non naturaliuz a medicis vocatarum nũerum. secundi vero tractatus capitula erunt septem secundum numerum septez intentionuz quibus ad curaz procedẽdum est.

¶ Capitulũ de mensura aeris ꝛ annexorum ei

Aerem igitur et omnez aliaz rez non naturalez oportet in hac dispositione maxime a cõtrariis denudatuz esse. Si eniz in egritudinibus peduz abstinentiam seruamus a contrariis q̃to magis in ista cuius sanitas tantum necessaria est primo theisir vbi supra. Dimissa igitur imperitorum deceptorum conuersatione sapientis medici consilio est adherendũ decipientiuz ribaldorũ propulsata versutia. Eligatur igitur aer ad calidũ et siccum notabiliter inclinatus naturaliter talis vel artificialiter cum igne accenso in cameris ex lignis lauri iuniperi tamarisci pomorum ꝛ similiuz. sit etiam clarus nebulis vaporibus grossis priuatus vt spiritus de centro moueat ad oculos sitqz orientalis prius deinde septemtrionalis. occidentalis vero non. australis vero nequaq̃ Aer eniz meridionalis oculorum egritudinez facit 3° Almanꝫ. 25. capitulo. Ide de ventis meridionalibus intellige. sitqꝫ domus habitationis eius ab aquis fluuiis ꝛ fontibus elongata solarata non terrestris. neqꝫ in camera habitet antiquoruz murorum testudinales tecturas habentium. neqꝫ sit camere aer tumosus puluere sepe turbatus lacunis ꝛ fetidis vaporibus ifectus. Sed in hyeme h° puluere arõaticus factus. ℞ colofonie sandarace gallꝫ. mus. ana. ʒ. ii. storacis calamite thuris ana ʒ. s. fiat puluis grossus d̃ quo ignis aspergatur et sufumigetꝫ camerea. In estate vero gallia mus. suffumigentur vt confortetur virtus et dillatenꝫ spiritus ad extra et ita de insulis eius dicenduz Calorem igitur capis excitet birretis de dorsibꝫ varioruz factis vel de pellibus martiris vel pannis in tinctura de kelmes positis ꝛ aliis que ĩ medicinarum regimine ponuntur inferius ꝛcetꝫ

¶ Capitulum secunduz de regimine per cibos ꝛ potus.

De numero autez ciboruz euitentur omnes difficilis digestionis grossi viscosi et flegmatici nutrimenti existentes. euitet igitur panem azimuz nõ bene fermentatuz et coctũ antiquũ et assuz Eligat qz panez fermenti plus qꝫ habeat comũis panis habentez Sitqꝫ a suo fermento conuenienꝫ spumificatus ad soliditatez conuenientez sine põdere per suaz decoctionez perductus obscuro candore aut oppacitate priuatus Et si fieret de farina modicum furfuracea melior esset Talis enĩ non multi nutrimenti et viscosi ẽ ꝛ ẽ facilis descẽsus. 21. continentis capitulo. 22. Sal nanqꝫ fermentuz et bona coctio remouet ab eo viscositatẽ et reddunt ipsuz digestionis faciliorĩs ¶

De carnibus autem euitentur omnes difficilis digestionis vt bouine vaccine porcine ouine caprine anserine anatine et animaliuz partes viscositatez habentes vt capita et colluz Colluz eniz ꝛ capita proprietatez habere probantur ĩ faciẽdo cecitatez vt zoar capitulo de debilitate visus Eligantur itaqz carnes gallinaruz caponuz et pullorum iuuenuz Caro nanqz gallinaruz est omni alia carne melior cõtientis. 24. ca°. 66. 9. Eligãtur etiam carnes starne et coturnicis que inter reliquas volatiliuz siluestriuz carnes ponuntur laudabiliores tertio Almanꝫ capitulo. 43. laudãtur etiã carnes perdicum que ad caliditatez declinant et siccitatez. sunt etiam valde cõuenietes

ei cuius corporis ifrigidatū ē ꝛ sāguis paucificatꝰ vigesimoquarto continentis allegato capitulo Caro etiam fasiani huic domine conueniens est cuȝ sit melior carne pullorum secundo can. capitulo dedurat Columbi etiam iuuenculi complete pennati volare incipientes laudantur vobis ꝛ proprie siluestres. propꝛietatem eniȝ ī eis posuit zoar ad debilitatem visus ex penuria spiritus visibilis et maxime si coquātur cuȝ rapis Rape eni non modicaȝ proprietatem oculis habere probātur ut zoar all'ato tractatu capitulo decimonono Caro autem anatuȝ non placet quia multas generat superfluitates et fastidiuȝ tertio. Almāꝫ capitulo trigesimonono Aues autem minute oēs et in dumetis degentes placent vt fincii filomene carduelli turdi meruli ficedule alaude caude tremule ꝛ passeres. stornelli vero irundines picus ꝛ pice non placent. De quadrupedibus vero laudatur vobis caro edi vituli lactentis ꝛ annualis agni licet raro ꝛ rarius castratine. nunq̄ꝫ vero porcine. De siluestribus bone sunt caprioline. iple ehim inter siluestres carnes meliores existunt. sāguis ex eis genitus paucas habet superfluitates tertio Almāꝫ trigesimo ſc'do capitulo Caro etiam leporis conueniens est vobis.

¶ De preparationibus vero carnium elixe cum feniculo recenti vel sicco cum rapis et proprie cum eufragis semper accipiantur Assate etiam placent. frixe vero cuȝ piguedinibus ꝛ oleo dimittātꝫ De piscibꝫ āt dimittātꝫ oēs Si q̄ tñ couēirꝫ possē ꝫ quādoq; ꝑpter reuerentiaȝ legis sūt sicut habentes substantiam mediocriter solidaȝ humiditate superflua et viscositate priuati vt sunt torrentie varioli marsiones temalli lucii et similes. sint tamen semper calidi actu et speciebus ꝛ aromatibꝫ conditi. Omnes alie piscium species dimittantur licet de salitis aliquid quandoq; et nō multo vsu accipere potestis. Lactis autem vsus omnis dimittatur. facit eniȝ euenire tenebrositatem visus et caligineȝ secundo canone in suo capitulo Similiter caseus et cascata omnia cibaria sunt mala. Oua vero recentia trementia duȝ sūt cocta igne vel aqua bona sunt vobis frixa autem ꝛ dura dimittantur. De condimentis auteȝ et saporibbus placent mihi omnia condita cuȝ aceto. agresta vo granata arantia ꝛ omniuȝ borum suci non placent. limonibus etiam vti potestis et eorum suco Species quibus condimenta preparare potestis prealiis sunt puluis feniculi eufragie maiorane ꝛ ligni aloes hec quatuor cōfortant cerebrum ꝛ spirituȝ visibileȝ acuunt et abstergunt vias Adhuc et cinamomum quod confert panno et tenebrositati secundo canone. et crocus qui abstergit visū et prohibet fluxuȝ ad ipsuȝ et ȝīȝiber quod abstergit tenebrositatom oculi omnia hec in secundo canone. ꝛ ruta qui visum acuit ibidem. De melle aūt quia calidum est et siccuȝ in secundo ꝛ quia abstergit oculuȝ canone secūdo placent omnia cōdita Adhuc oleuȝ oliuaruȝ est vobis cōmendatuȝ magis q̄ꝫ oleuȝ nucum et butirum Oleū namqȝ oliuaruȝ ꝛ bene maturaruȝ calidū est in pꝛicipio primi humiduȝ in fine eius Olea enim omnia ex oliuis bene maturatis facta confortant corpa et ex oleo antiquo fit collirium tenebrositati. nō minus igitur interius assumptuȝ confert aut saltē non nocet. Oleum auteȝ ꝺ nucibus calidum est in

secundo humiduȝ in primo et caput grauat. Butiruȝ autem calidum et humiduȝ in primo. crudū autem non placet. quia fastidiuȝ facit et superius ad os stomahi ascendit tertio Almanꝫ capitulo .95. coctuȝ iterum non laudo. qui enim in comestione vtitur eo flegmaticas patiecꝫ egritudines ibidem capitulo 96. zucarum etiaȝ quia calidum in fine primi et equale in passiuis aut paruȝ siccum placet mihi ꝛ proptrc zucharuȝ non labora tuȝ puluis zuchari nominatuȝ. tale enim calidius est ꝛ non minus potens in abstergendo et mundificando q̄ꝫ mel ꝛ tale oculo impositum abstergit eū de quo infra. In sūma uero placet mihi amplius mel. Alie āt species quibus vti potestis sꝫ macis gariofili nux mus. cardamomuȝ maius ꝛ minus galanga carui petrosel' amcos origanuȝ serpillum calamentuȝ et reliqua. De leguminibus aūt dicendum primo q̄ꝫ leguminuȝ omnium vsus euitari debet. brodiuȝ tamen cicerum rubeoruȝ qꝛ calidum est et siccuȝ in principio secundi et diuertit materias quia diureticuȝ est potestis vti eo ꝛ proprie cuȝ radicibus et semine aut herba feniculi cocto. Panicuȝ etiaȝ placet nam licet sit fri. in primo siccum in secundo vigesimoprimo continentis capitulo. 199. tamen quia ꝑpter sui leuitatem et siccitateȝ vrinam prouocat laudatꝫ vobis. Rizum autem licet sit calidum in primo siccum in secundo vigesimoprimo continentis capitulo. 126. non tamen placet quia aliqualiꝫ stipticuȝ est. 8°. de simplici medicina suo capitulo. Fabas auteȝ et fasiolos pisa lentes cicera alba oio fugiatis. De oleribus auteȝ vtamini omnibus oleribus calidis et siccis aperitiuis et facilis digestionis que materias a capite diuertant et ei appꝛꝛientur. ꝺ quoruȝ numero est saluia de q̄ multi moderni oruȝ predicant medici. licet parū de ea in passionibus capitis et oculorum ab autoribus inueniatur. fecit eniȝ de ea Dyascorides capitulum de elilisfago. ꝛ in sūma ex eo trabitur q̄ꝫ ē valde stiptica. In aggregatorꝫ vero ſapionis capitulo 149. nūcatur inter medicinas calidas ꝛ siccas in secundo. ꝛ totū dicit quod dyasco. scripsit et nihil de ea capiti aut oculis approꝛiat. Aui. vero canone secundo ꝛ Rasꝫ vigesimo primo vsqȝ ad vigesimumquartū q̄ꝫ etiā famosus est vsus feniculi. licet eniȝ sit calidus in tertio siccus in primo. 8°. de simplici medicina quia tamen maximuū iuuamentuȝ prebet visui et est diureticuȝ placet. Petrosꝫ etiaȝ competit vobis qꝛ calidum ꝛ siccuȝ in secunde. 8°. de simplici medicina Menta etiam quia calida et sicca in secūdo placet et est stomachalis. Serpillum quia calidū et siccum in secundo quia etiam capitale placet. Rosmarinuȝ calidum et siccum in tertio conuēit capiti ꝛ oculis placet. Maiorana etiā vtilis est vobis calida ē et sicca ī tertio atēuatiā dissolutiā. 8°. de simplici medicina. et quia aperit opilationes capitis et confert doloribus eius a flegmate et ventositate factis canone secundo optima est Basiliconem autem vitecꝫ. licet sit calidus ꝛ siccus in secundo tamen comestiuȝ nocet visui tertia ter tii tractatuquinto de nocentibus visui vbi dicit albederogi. Similiter euitare oportet anetum. aleum porros cepas oliuas et caules ibi uidendū Lactuca etiam tenebrat visuȝ quare dimittatur blete etiam cum sua humiditate non placent

Boragine vti poteſtis licet de eo parum ab au ctoribus habeatur. Cerefolium etiam placet q2 diureticuz. Alias autem radices vt rafanū ſcalo nias paſtinacas dimittatis. Rapis autez in cibis coctis ſemper vtamini. omnes eniȝ auctores in hoc concordant q oculis et viſui magnifice conferūt et ſimiliter condite rape meliores ſunt. Karotis autem quia calidi in primo et aperitiue ſūt vti po teſtis. Sparagi etiam ſuo tempore placent quia temperati vt ſerapio capitulo de halyon aut ad paruam caliditatem inclinantur. Cappares etiā conditi, placent q2 diuretici et abſterſiui flegma tis et calidi ꝛ ſicci in ſecundo. De fructibus vero euitentur omnes frigidi et humidi vt ceraſa. Dul cia enim ex eis ſtomacho ſunt nociua. Acria vero licet ſint inciſiua flegmatis tamen ventrem reti nent ideo neutra placent. Perſica quia frigida ī primo humida ī 2° dimittat. Pira vero quia fri gida in primo ſicca in ſecundo non placent. licet eis coctis cum puluere feniculi et aniſi quandoqȝ vti poteſtis poſt cibuȝ. Auelane etiam non pla cent quia caput grauāt propter ſuam vnctuoſita tem. ſi tamen quandoqȝ accipiuntur ſint torreſcē et cum zucharo preparate ſecunduȝ vſum. Amig dalae vero quia in calore equales quia abſtergūt aperiunt et ſunt boni nutrimenti laudo vobis. Ficus vero ſicce calide ſunt in primo ſicce in ſecū do conueniunt vobis prealijs fructibus ꝛ pro pꝛie ante cibuȝ conueniunt enim epati ſtomacho et renibus aperiendo abſtergendo et mundificā do et in eis eſt leniſicatio vltima ſecundo canone Recentes magis nutritiui ſunt. licet non ita ſto machales poteſtis tamen vti eis. Paſſule etiam placent quia boni nutrimenti ſtomacho ꝛ pectori conuenientes ꝛ epati aperiendo equaliter q2 po nuntur inter equalia. Nuces autem. licet intē res calidas ꝛ ſiccas ponantur quia tamen grauant ſtomachum in digerendo pectori ꝛ capiti nociue ſunt dimittantur. Caſtanee etiam. licet frigide et ſicce ſint quia ventoſe ꝛ groſſi nutrimenti di mittantur. Criſomilla etiam fugiantur quia fri gida et humida in ſecundo et caput implent fu moſitatibus. Pinee vero quia in paſſiuis tēpera te ad aliqualem calorem iclinantes infuſe ī aquā calidam per noctem et condite cum melle ad ī frigidatos et cuȝ zucharo ad calefactos bone ſunt Nam tollitur ab eis acuitas et acrimonia. Fiſtici vero calidi ſunt in fine ſecundi et eſt in eis calidi tas non limitata. ſunt ergo vtiles. nā aperiunt meatus nutrimenti expurgant canales epatis et pulmonis. 8°. de ſimplici medicina. Datili vero dulces calidi ſunt in primo. de ſecundis qualita tibus diſcordant auctores Serapio nāqȝ ponit eos calidos ꝛ ſiccos. Aui. vero capitulo de. palma dicit preteriit eorum ſermo. licet ī libro meo nō inueniam. 8°. vero de ſimplici medicina ſcribi tur q cum hoc q habundanter nutriunt ventreȝ ſtipticant punctionem in ore ſtomachi et dolorē capitis faciunt et opilationes in epate et ſplene dimittantur ergo. Iuiube etiam frigide ſunt in primo. quia tamen in conſeruanda ſanitate et re mouenda. egritudine dixit Hali. q non inuenit eas vtiles immo difficilis digeſtionis dimittāt Mora etiam quia ſtomacho nocent et facile cor rūpuntur non ſunt utilia. Granata vero dulcia quia frigida et humida in primo quia ſtomacho

conuenientia quandoqȝ accipi poſſunt. Acria vo frigida et ſicca in ſecundo non placent Muza vo quandoqȝ tangi poſſunt. Paſtiles etiam omnes dimittatis cibos et opilatiuos. Quia inſuper a nimaliuȝ carnes non paruȝ diuerſificant ex pte membrorū iō euitande ſunt omnes animalium partes quarum nutrimentuȝ groſſum eſt difficil digeſtionis vt cor pulmo ſtomachus renes et vē toſum et nauſeatiuuȝ vt pinguedinis et mamilla ruȝ. Cerebrum autē leporis capitale eſt. cerebrū aūt columboruȝ. viſuȝ acuit et ſenſus fortiores efficit. Item animaliuȝ anteriora calidiora ſunt et ad digerendum facilia. poſteriora vero econ tra. De melioribus autem partibus animaliū ſt carnes rubee muſculoſe pauce piguedinis nō multū extremis animaliū vicine. tales namqȝ melius omnibus exhibent nutrimentū et proprie cum fuerint ex alis coxis elixe in mane aſſate in ſero frixa vero caro omnino non placet. Caro vero omnibus alijs melior et probata magis eſt q̄ in veru et ſuper craticulis coquitur. Caro vero ſalſa in pauca quantitate pauce ſalſedinis et raro non nocet. Caro inſuper feniculo et quibuſdam aromatibus condita ī veſicis vel inteſtinis ſerua ta non nocet niſi fuerit multum ſalſa naȝ om nia cibaria ſalſa acuta vaporoſa et os ſto machi mordicantia ſunt mala vt ſupra tactū et tertia tertii vt ſupra colligenduȝ. hec de cibis Deinceps autem de potu dicenduȝ. premittenduȝ primo q vinuȝ eligatur albuȝ ſubtile claruȝ aro maticuȝ conuenienter vinoſuȝ. Melius autē eſt vt bibatur ſēper cum aqua ſublimationis ſaxifra gie vel feniculi mixtum et aſſumatur in q̄titate diſcretione gubernata. repletio enim vini ē una de cauſis efficientibus cecitatem. Ceruixia auteȝ de ordeo facta non placet quia caput dolere facit et inflat tertio Almāſ capitulo vigeſimoſexto. Que vero de vinulo fit minus mala eſt ſed non placet Potus vero vltimus eſſet talis melior ſi bi quam vinuȝ. Rx aque fontis libras. x. mell mū di librā vnaȝ feniculi. ℥. ſ. florū eufragie. ʒ. vi. ligni aloes. ʒ. ſ. coquantur mel et aqua ꝛ bene diſ pumentur deinde addantur ſpecies et bulliāt vſqȝ ad conſumptionem tertie partis et vtatur potu tali et bene erit ei ut ſpero.

¶ Capitulum tertiuȝ de motu et quiete.

Exercitiuȝ ante euacuationes infra dicendas nō eſt bonuȝ quia agitat materias et ſfumare facit ad caput. poſt ipſas autem conueniens erit omni mane media hora ſeſtine ſatis per domuȝ ambu lare Aut fiant ſepe fricationes pedibus et tibiis primo. deinde cruribus ſecundo. tertio coxis et natibus uſqȝ ad ſpatulas vt rubeſcāt partes. Se pe etiam utatur capitis pectinatione que eſt ual de iuuatiua immo omni die multoti quoniam at trahit vapores ad ſuperiora et remouet eos a p te oculi tertia tertii de cura debilitatis viſus. ge ſtat autem ad plurim et maxime aſſūpto cibo ...

¶ Capitulum quartuȝ de inanitione e repletōe Euacuationes ſortes omnes ventris menſtrualeſ emoroydales et per vomitū et fluxuȝ a naribus omnino vitentur et maxime ille que fiunt cū me dicinis laborioſe ſoluentibus et proprie ſine di geſtione premiſſa. nihil autez ipſaȝ ſic melius re ducere poterit q̄ euacuationes regulariter ad miniſtrate ꝺ gl ȝ iira. Repletionē autē ciborū eis

fugiat imo a comedendo discedat reliquiis famis adhuc in stomacho existentibus. neqꝫ vnquam accipiat cibuꝫ nisi appetitus insurgat et tunc comedat et non tardet et accipiat cibuꝫ bene masticatū et nunꝙ tantuꝫ vt ex eo grauetur stomachus. Deterior enim cibationuꝫ est que stomachi grauitateꝫ facit. sicut deterior potuuꝫ est qui in stomacho natat et fluctuat tertia primi et quarta. Almaloris quarto capitulo et quinto continentis primo capitulo. Accipiat itaqꝫ potū sepe et parū vt melius cum cibo misceatur. Abstineat etiam a ventosatione frequenti quia attrahit subtilem humoruꝫ parteꝫ et grossam firmari magis facit.

Capitulum quintum de somno et vigilia.

Superfluus somnus omnino vitandus quia humectat et flegmata proprie in capite multiplicat. Melius igitur est aliquantulum ad excessū in vigilia quam ad somnuꝫ declinare. Vigilie igitur secundum consuetudinem naturalem moderate corpus roborant virtutes animales excitant ꝛ membra calefaciunt. Somnus autē ꝑ dormitio naturalis secundum nature cursū facta ē q noctez non effugit et diem non impedit. nec dormienduꝫ imediate post cibuꝫ sed distanter ab eo per duas horas aut vnā tantuꝫ super strato molli odorifero sup quo multa spargatur ruta ꝛ melior est maiorana. sitqꝫ de pluma coto uel serico dormiendoqꝫ prius super dextro deinde super sinistro latere capite multuꝫ elleuato ei melius ē est. resupine dormire super faciem autem verti ꝛ capite inclinato ut ab igne fugiat caueatqꝫ dormire in loco ad queꝫ lune radius penetrare possit et cet.

Capituluꝫ sextum de accidentibus aīe.

Post euacuationes dicēdas superinducere aliqd iracundie vtile erit. aliquando ystorias delectabiles que dillatent spiritus et moueant materias conferret in cura. Alternatim igitur super ipsa ab ira ad gaudium et econtra permutatio fiat. Multas autem passiones et affixionem in tristiciis afferre maluꝫ esset. Deliciosam autem sensationem coitus et maxime superflui omnino fugiat. est enim de rebus cecitatem inducentibus et confirmantibus. quia animaleꝫ spiritum a cerebro extrahit. quare ipsum exanguē reddit. Raro igitur in ipsum nitendum nisi iam potenter inuitante natura. et cuꝫ iam cibus in stomacho digestus creditur. ꝛ cuꝫ virtus ad coytus complementum sine multo labore potens est et post eius executionem sentitur corpus forte et non laxatuꝫ aliter enim cecitateꝫ confirmabit. Hec de rerum non naturaliū administratione pauca sūt scripta.

Tractatus vigesimusnonus continebit capitula septem secundum intentiones septeꝫ curam diuino auxilio complentes. Sunt auteꝫ iste Euacuatio vniuersalis. Inclinatio materieruꝫ ad oppositum Digestio materierum communiuꝫ ꝛ appropietarum Euacuatio eradicatiua earuꝫ. Exiccatio partialis earum. confortatio capitis cuꝫ apertione opilationū. Rectificatio rerum mandantiū.

Capitulum primum de euacuatiōibus vniuersalibus.

Corpus huius domine vniuersaliter esse repletū ea que scripta sunt aperte demonstrant et egritudo ipsa testatur. Non enim a pauca materia potuisset iā subito fieri cecitas. licet illius causa principalis indubitanter penes conscientiaꝫ meaꝫ fuerit narcoticoruꝫ applicatio. hec enī materiaꝫ sui frigiditate i profundo corpis cohartauerunt et cōgelauerunt spiritus. quibus a tota specie contrariantur. Nullus ēt visus ē qui narcoticis uteretur quoniā incurreret corruptionem sēsuuꝫ interiorꝫ et cecitateꝫ incurreret. Ideo oportet eā diligentꝫ euacuare. Prima igitur huius capituli intento cōpletur instrumentis quatuor. Quoruꝫ primuuꝫ ē vt per dies octo omni mane accipiat clistere tale ℞ maluarum blete violarꝫ furfuruꝫ ana. M. i. camōille. M. ii. ani. fen. ana. M. ß. ex hac decoctione accipiatur libra una olei de liliis. ℥. ii. olei de absinthio. ℥. i. sal communis. ℥. ß. vitellos ouorum duorum cassiefisti benedicte iere hermetis vel logodion. et si neutra habetur accipiat iera simplex galieni omniuꝫ ana. ʒ. ii. fiat accl. Secunduꝫ est ꝙ omni sero parum ante cenaꝫ accipiat vnaꝫ ex his pillulis. ℞ aloes succotrini. ℥. ß. aque fontis. ℥. iii. agarici. ʒ. ii. zinziberꝫ. ℈. ii. dissoluantur agaricus et zinziber in mortario cuꝫ predicta aqua calida et conquassentur diu deinde exprimantur et in aqua illa infundatur aloes per triduuꝫ deinde coletur ab ea ꝛ addatur ei masticis. ℈. ß. ꝛ in mortario agitando reducatur ī pillulas ex omni. ʒ. faciendo sex. Tertiuꝫ. instrumentuꝫ est vt post illa octo clisteria hora vigesima prima die sequenti sistometur de safena sinistre partis et extrahatur de sanguine vsqꝫ ad. ʒ. iiii. ne debilitetur. quia flomia venaruꝫ iferiorꝫ magis debilitat ꝙ superiorum quarta primi vigesimo capitulo. Iteruꝫ post hanc flōaꝫ accipiat omni 3ª die hora iam dicta vnā ex predictis pillul usqꝫ ad dies octo sequēti uero die aperiat sibi ī mane saluatella dextre manus et extrahantur sanguinis. ℥. v. Quartum. tertia vero sequenti die accipiat. ℥. ß. elꝫrii indi descreptiōe Mesꝫ. ꝛ tardet cibuꝫ sex horis accipiendo cisiuꝫ aque ordei zucharate post quintaꝫ horā et si non haberetur electuariuꝫ illud accipiat has pillulas. ℞ pillularum cochiaruꝫ et de yera composita ana. ℈. i. fiant. vii. et dentur ut dictuꝫ est. Et attendat incipere has euacuationes circa medietateꝫ mensꝫ februarii quia tēpus erit ydoneuꝫ valde ad sequentia et non tardet quia periculuꝫ sibi maximuꝫ incūbit. Et partiatur istis et sequentibus euacuationibus tēpus. Itaqꝫ accipiat a coniunctiōe lunari distanter per tres saltez dies ante et post.

Capituluꝫ secunduꝫ de canone inclinandi materias ad inferius.

Materias in capite stantes ex propinquo sūmopere debet intendere medicus ad contraria deducere Et si quideꝫ fluentes fuerīt a matrice ad caput menstrua multiplicare vt dando iere simplicis. ℥. i. croci. ℈. ß. et est mihi secretuꝫ. Aut ℞ pillularuꝫ de oppoponaco. ℈. ii. musci. ℈. ß. fiant cum succo apii et tardet cibuꝫ sex horis. Si vo ab epatis gibbo et renibus fluerent cuꝫ diureticis diuertantur. vt ℞ sy. de radicibus sine aceto. ℥. i. ß. granoruꝫ milei solis. ʒ. ß. detur hec. v. vel diebus sex. Si autem stomachus mandaret mūdificetur cuꝫ iera simplici vel pillulis de ea. Si vero a concauo epatis trahatur per clistere iam scriptuꝫ. De comunibus auteꝫ diuertentibus sunt fricationes de quibus supra tractatu primo caº

tertio visuʒ est. Aut ligentur extrema primo p
pe clauiculas manuuʒ et peduʒ. secundo supra ge
nua et adiutoria Similiter et tertio apponant
domesticis coxarum parum supra genu ventose
vitree aut lapidee aut cornee ignite potenter si
ne scarificatione. De tractu autem materierū
in capite stantiuʒ infra erit canon capitulo quin
to. Has etiam diuersiones iuuant fomtē premis
se et clisteria precedenti capitulo tacta.

¶ Capituluʒ tertiuʒ intentionis digerendi ma
terias.

Jam enim precesserunt euacuationes vniuersa-
les que euacuationeʒ minoratiuaʒ materieruʒ
propriaruʒ respiciunt si bene conueniret. debēt
igitur digeri materie digestione appropriata
plectoriam primo vl'em. secundo particularē
respiciente. Digeratur igitur cum hoc mee inuen
tionis diuino lumine experto syrupo ad hec et si
milia. ℞ floruʒ sticados thimi epithimi calamen
ti pulegii origani herbe peralisis spice nerideʒ
florū buglosse boraginis radicuʒ iringi miroba.
kebulorum enule fen. eufragie ireos rute maio
rane nigelle ana. ℥. ii. seīs et radicum peonie folii
ameos cardamoī maioris florum anthos ana. ℥.
i. infundantur in aqua fontis per dies quinque
deinde extrahantur ⁊ dimittatur exire aqua p
diem mediam. ponantur itaqꝫ in alembico et cuʒ
sapiētia sublimentur. et huius sublimatōis. ℞ aq̄
li. ii. mellis electi. lib. ſ. aceti squil itici. ʒ. ii. co
quantur et cum bulit he sepecies in sindone li
gate secuʒ buliant. Et si uelis languʒ facere syru
pum ut soleo dentur. ʒ. v. vel sex in aurora cali
de. si vero cōplete coquatur dentur ex eo. ʒ. ii. cū
. ℥. ii. aque maiorane ⁊ tantundeʒ aque feniculi.
Species sunt iste. ℞ macis nucis mus. ana. ʒ. i. ſ.
galange granorum paradisi cubebarū ana. ʒ. i. ſ.
eufragie feniculi ana. ʒ. ii. ambre musci ana. g̅. v.
fiat et ced. Alia digestiua q̄ plurima accipere po
testis ex illustriuʒ auctoruʒ sententiis ut syrupi
squillitici omnes et proprie descriptione demo-
criti. Sirupus de calamēto de sticados sccania
bi de keisim et syrupus de ysopo et de lilio. Do
mesticuʒ vero et bonū digestiuum est hoc. ℞ aque
maiorane feniculi eufragie rute ana. ℥. i. ſ. misce
et caliduʒ detur ut supra.

¶ Capituluʒ quartuʒ de euacuatione appropria
ta eradicante.

Apparente digestione conuenienti ex nebula al
ba uel ypostasi in fundo sedenti iuncta equali dya
fana piramidalis figure et rectificatione coloris
et substantie urine. Illico soluatur venter cuʒ his
pillulis. ℞ pillularuʒ lucis. ℈. i. pillularuʒ d' sar
cocolla que mirabiles mihi experte sunt in simili
bus. ℈. ii. ſ. fiant. vii. uel octo cum succo feniculi
et dētur ut supra. et teneatur modus in primo ca
pitulo huius tractatus positus. Si uero aborre
ret pillulas dentur iere simplicis. ʒ. x. cum aqua
feniculi. Scribuntur etiam quinto canone sūma
prima tractatu nono pillule stomatice al'kindi q̄
multū utiles sunt. et dos earum. ʒ. i. ſ. pillule ēt
sine quibus esse nolo nicolai bone sunt. meliores
tamen sunt pillule auree eiusdē. placent autē mi
hi magis suprascripte primo.

¶ Capitulum quintuʒ de exiccatione particulari
materierum.

Facta purgatione ad particulareʒ exiccationem
deueniendum que completur instrumentis nouē
Primuʒ est gargarisma hoc ℞ piperis albi costi
stafisagrie agarici piretri ireos ana. ʒ. i. ſ. buli
ant in duabus libris aque vsqꝫ ad consumptioneʒ
tertie partis deinde ex hac colatura accipiatur
medius ciatus ⁊ tantundem ydromell' et calefiat
et fiat gargarisma mane et sero. Secunduʒ ē ma
sticatio cubebe longo tempore uel neruosi alicu-
ius corporis vel radicis ireos uel agarici quod
melius est omni alio. et fiat hora iā dicta. ¶ Ter
tium est caputpurgiuʒ factuʒ cuʒ succo ciclamis
aut cuʒ ydromelle. Si auteʒ non habetur cicla
men accipiatur succus radicis blit. ¶ Quartum
est fortis fricatio facta in fine colli cū pulpa squil
le uel cuʒ fricatione pulucrum euforbii. ¶ Quī
tuʒ est vesicatio super iam dicto loco facta cuʒ pe
de coruino uel oleandro contritis uel cum canta
ridibus contritis cum aceto et fermento ¶ Nota
non valentibus aliis post vesicationem apponat
parti posteriori corda vel setonus cum cauterio
¶ Sextum est cauteriuʒ potentiale factuʒ ibidē
cuʒ capitello uel cum cauterio tripunctali. ¶ Se
ptimuʒ est cauteriuʒ potentiale factuʒ super com
missuraruʒ coronalis et sagittalis copula vel cuʒ
cauterio circulari tali ¶ Octauū si materia vi
deretur finaliter in arteriis remansisse est arte
riotoīa ipsaruʒ. Et est ut raso capite aspiciatur ar
taria que maior est et facta super ea scissione ele
uetur cum duobus uncis parū ⁊ apud vncos lige
tur et tunc in medio incidatur et ibidem cauteri
zetur et filum extra pendens dimittatur et cure
tur locus cum basilicuʒ et similibus. Si autem
materia continetur in venis fiat applicatio san
guisugarum venis temporuʒ aut flomentur uene
anguloruʒ domesticoruʒ oculorum. Attendendū
qꝫ semper toto tempore quo patiens assumit dige
stiua et quo post purgationes fiunt ea que in hoc
nono capitulo sunt posita debet venter esse fluxi
bilis naturaliter uel artificialiter cum predict
clisteribus et pillulis. Non potui doctor insignis
particularia hec omnia multuʒ accurate percur
rere quia multis ocupationibus distrahor. et q2
loquor ad sapientem. sed legantur hec tertia ter
tii. decimotertio de ingenio sanitatis in fine. Et
i hoc capitulo stat veritas curationis quam dn̄s
prestet.

¶ Capituluʒ sextuʒ de confortantibus.

In genere conseruantiuʒ quedam respiciunt ca-
put. quedam oculos cū spiritu visiuo. Alia utrūqꝫ
simul. De primis ergo plura sunt. Primuʒ odorꝫ
omnes calidi ut macis nucis mus. galange gario
filorum folii ambre musci. Secunduʒ sunt saculi
ex his facti et super prora capitis portati aut
puluces ex his super cōmissuris iaʒ dictis aspersi
Et placuit zoar primo capitulo theisir inter ce
tera puluerizando cum gariofilis et est efficax
valde ut milies vidi ¶ Tertium est masticatio
cubebe vt supra. Quartuʒ acceptio modici metri
dati in sero cum modico aque lauri Quintum
est confectio dambra mesue fiat solida et teneat
in os multotiens Que uero oculuʒ et visiuuʒ con
fortant spiritum sunt sicut eufragia sepe come-
sta. Uidi enim homines ⁊ decrepitos fere ad ceci
tatem perductos fore integere visioni restitutos
cuʒ hoc pulnere. ℞ macis. ℥. i. eufragie. ℥. iiii. f
at puluis subtilis de quo coclear mediū sempe

ante cibū deglutiatur. Item feniculus sepe ma sticatus. Itē succus eius oculis iniectus. Itē odor maiorane frequens secretuz est magnuz. Itez col liriuz de fellibus rapaciuz animaliuz. ¶ Sextū est iniectio balsami in oculis. ¶ Septimuz est suc cus celidonie coctus cuz ydromelle et cet. ¶ Oc tauuz est puluis mirabilis iuuamenti quē habui ab uno seruo dei et ego rectificaui et sepe exper- tus sum. et spero videbitur eius in hac domina iu uamentuz. ℞ sileris mōtani cinamoī cinami ana .ʒ.iii. seminis eufragie anisi fen. ana. ʒ. ʃ. florūz antos. ʒ.i. cubebaruz macis gariofilor̄ granoruz paradisi ana. ʒ.i. omnia per se terantur postea be ne incorporentur et detur ex eo. ʒ.i.ʃ. omni māe ante prandiuz et modicuz ex eo ante cenaz. Con- fortantia vero vtrunqʒ sūt sicut viue tiriace ma gne in mane per quinque horas ante cibuz deglu tite. confectio dyamusci dulcis tiriaca diatesserō et reliqua.

¶ Capitulum quintuz rectificans membra mādā tia.

Iam aliquid de hoc tactuz ē in secundo capitulo hu ius tractatus cuz de diuertentibus fuit descriptū Ad uero cor rectificamus cū odoriferis ut citro melissa musco et saculis ex istis et ellectuariis ut degēmis et etiam de iacinto quinto canone. et le tificante Almāsoris. Epar uero cuz dyarodon in frigida. triasandal' in calida cuz spodio cicorea ꝛ similibus. Stomachū vero cū absinthialibus con fectionibus oībus dyacinamomo dyamargari ton cuz sagenea et selite et similibus. Splem ve ro cuz dyacaparis squinanti scolopendria tamari sco et similibus Matricem uero cuz trifera vtra qʒ confectione de seminibus artemisia matrica ria melissa et metridato et cet. Pulmonem vero cuz dyaisopo dyagalanga et similibus. Hec sūt i si gnis doctor que in dispositione huius mulieris occurrunt. vos autem clara sapientia vr̄a et ad detis ubi diminute scripsi et regetis et gubernabi- tis ut solertia grandis vr̄a monstrabit. Amen.

¶ Consilium de imaginationibus oculoruz siue de corruptione sensus visus a materia flegmati ca proueniente ꝑ colligantiā a toto ꝛ a stomacho precipue. Et de dolore sciatico continens tria capitula.

Capitulum primuz de caussis imaginationis.

FRater Iacobus brixiensis ordīs religio ne sancti dominici multis laborat accidentibus. que tamen sunt duo principaliter ponderanda pro uenientia tamen ab vna et eadem causa efficiente et materiali ¶ Sunt autem eius accidentia principalia hec. Primuz imagi nationes oculoruz. ¶ Secunduz vero est dolor sciaticus. proueniunt autem in huius seruo dei imaginationes a mala complexione frigida et humida totius. et principalit' capitis. ꝑpter quā in epate suo generatur sanguis flegmaticus mul tuz. ꝛ in cerebro eius propter diminutaz digestionē generatur et congregatur flegma multuz. cuius vapores spiritui visibili permixti permutant ip suz in complexione naturaliter ifriando spiritū et in substantia ingrossando ipsuz. et sui gros situdine ꝛ turbulentia reddunt spiritū visibilem opacuz. et adhuc etiaz pars aquosa flegmatis de scendit a cerebro per uiā neruoruz obticoruz et venaruz et arteriaruz ad cristalloidez et araneā panniculuz usqʒ ad pupillaz et corneaz. Et huius quidem aqua descendens si deus non iuuabit ip sū ingrossata frigiditate continentis producet ip suz ad perfectaz cecitatez. Et trahuntur hii ser- mones a sententia principis tertia tertii quar to capitulo de aqua vbi inquit. Descensus aque est egritudo opilatiua et cet. vide ibi. Cuz ergo per māet vapor ille predictus spiritui visibili pmix tus cū defert' ad cristalloidez. percipit potentia visiua impressionez eius in organo. propter qđ aspiciendo aerem extra corrupte iudicat vaporē illuz in aere impressuz. cum tamen interius le- dat organū uisionis totaliter et partialiter. Et ē modus facile intelligendi nocumentuz operatōis in potentia visiua operatione continentis. tenē do etiaz adhuc qꝫ uisio fiat itus suscipiēdo. nā species obiectoruz visibiliuz per mediuz exterius recepte in spiritu et organo visionis permutan tur ad corruptionez visionis. Et ex hoc funda- mento poterit hic vir soluere plura problemata ¶ Primuz propter quid quando et quanto ma gis dolet caput. tanto fortiores sunt imaginatō nes. patet hoc propter maiorem debilitatez in oculo tunc existentez ¶ Secundo ꝓpt' quid imaginationes fortiores efficiuntur tempore re pletionis q̄ vacuitatis. patet hoc propter debi litatez eoruz ꝛ multitudinez vaporuz ¶ Tertiū propter quid. cuz alteratur caput a frigidis in tus et extra crescunt imaginationes. patet pro pter augeri discrasiā tunc magis. et spirituosaz substantiam permutari magis ¶ Quartum ꝑ pter quid in uigilia ꝛ abstinentia minus male se habet. ¶ Quintū propter quid stiptico ente uē tre deterius se habet. patet quia tunc augetur magis euaporatio. ¶ Sextuz propter quid de terius est ei tempore yemis q̄ tempore estatis conspicere obiecta. patet quia illo tempore augeť discrasia. ¶ Septimuz propter quid ďterius suc cessiue semper de anno in annuz corrumpitur ei visio. patet propter debilitatez etatiue decursu acquisitaz. est eniz etas eius in fine consistentie. vbi calor nobiliter incipit minui prima primi capitulo de etatibus. ¶ Octauuz propter quid linee uel vapores aut alie figure representātur visioni sub specie albedinis. patet quia vapor a q̄us proueniens ab albo flegmate representat visioni similitudinez suam. ¶ Nonuz propter qđ quandoque in hac visiōe corrupta apparet for- mas et figuras illas aliquando ferri sursuz ali quando deorsum. Patet primum quoniā spiritui visibili cōmiscetur vapor ualde leuis cuius est moueri motu recto sursum. et econtrario quādo ei cōmiscetur aqua aut vapor grauis. quorum ē moueri intrinsece motu recto deorsum. Ex quibʒ concluditur qꝫ si tantum vapor mouens sursum q̄ aqua moueret deorsuz necesse foret imaginatō nes representari secundm figuram motus circu laris Ex quo fundamento vltimate soluitur ꝓ blema magnum uidelicet. quare ī hac dispositiōe percipitur quandoque in capite motus circularis absqʒ hoc qꝫ homo aspiciat aerem uel alia obie cta exteriora. multotiens eniz homini quiescenti representatur vertiginosus motus in cerebro

suo. propter quem hō iudicat q̄ oīa corpa exteri ora voluāt giratione. nullo talium corporū uisu percepto exterius. Et huius dispositio est verti go ocularis. ut potest pulchre et subtiliter cōpre hendi ab Auicenna pria tertii i 3° tractatu quito capitulo octauo in exordio Uertigo est ut habē ti eam appareat ut res mundi voluantur i gira tum enim in uentriculis cerebri uel inter ipsum et panniculos multiplicatur vapor. qui secundū fi guram loci spiritui visibili commixtus mouet ipsū rotatim. Quis habet dubitare q̄ species illius motus circularis percipiatur a potentia tactiua partium sensibilium pāniculorum et neruorum orien tium ab anteriori parte cerebri. qui sunt instru menta sensus. Et q̄ species illius motus recepta in spiritu per medium intraneum delata ad orga na potentie imaginatiue representet ei motum cir cularem. hoc idem omnino rationabile et necessari um est. quia motus est sensibile comune pluribus q̄ uno sensu perceptibilis cuius species percipiun tur a potentia tactiua et a potentia interiori sen sitiua videlicet imaginatiua. propterea quia spe cies sensate in spiritum et in medium recepte et i or gano mouent potentias que operantur secundum impressionem ab obiectis et speciebus in medio et organo factam. et sunt sermones Auicenne in pre allegato capitulo positi aperiendi per hunc mo dum. Ex hoc fundamento collige pulchre differen tiam inter scothomiam vertiginem et imaginatō nes oculorum. Prima enim dispositio prouenit propter corruptionem in operatione imaginatiē potentie interioris. alia uero non cūatur a nocu mento in sensu uisus contingente. et tu considera Et hoc quidem manifestat huic viro causam. quare caput eius non raro percipitur moueri circulari ter. Et sequtur ulterius ex hoc fundamento. q̄ hic vir contingenter dispositus est ad epiliam et ap poplexiam. Si enim vapor ille in aquam conuertere tur. et materia ex qua generatur multiplicaret intantum q̄ uentriculus cerebri oppillaretur i complete faceret epiliam. si uero complete fa ceret appopliam. que omnia colliguntur in dif finitionibus epilie et appoplie collectis prima ter tii ubi supra. Et quarto sequitur ex hoc fūdamē to. q̄ non est mirabile. si uisus huius viri ob te nebratus est. intelligendo per tenebrositatem ui sus impedimentum eius in apprehendendo obie cta visibilia non clare et distincte. neq3 usq3 ad di stantiam conuenientem. Et tandem quinto conclu ditur. q̄ perseuerantibus huiōi nocumentis. iste seruus dei cito priuabitur visione. aut quia va por ille ingrossabitur. et aqua ingrossata totalit oppillabit panniculū araneam ante positum cristal loidi. aut quia vapor ille in aquam conuersus im plebit ipsam pupillam. aut ille idem et aqua ex q̄ generatur ingrossabitur ante pupillam et conuer tetur in pannum complete cecitatis effectiuum. Et sunt sermones pricipis tertia tertii tractatu quar to capitulo de aqua. In exordio sic incipiens. De scensus aque est egritudo oppillatiua stans inter corneam quantum ad superficiem ultime corticis e ius. et inter pupillam quantum ad superficiem conuexam eius. Ex quibus omnibus in unum colle ctis apparet. q̄ iste uir indiget regiē curatiuo multum accurate eligendo et aministrando q̄citi us est ei possibile ne cadat in peius.

Capitulum secundum de cura per dietam.

Itaq; regimē huius viri utiliter administrandū deinceps diuidetur in duo capitula. quorum aliū et est secundum. in ordine discurret per administra tionem sex rerum non naturalium. Aliud uero quod est tertium in ordine declarabit regimen per me dicinalia. Pro declaratione igit primi discur rendo per cibaria et potabilia premittendum pri mo. q̄ omnes cibi tam medicinales q̄ medicine ci bales difficilis digestionis aut quia difficulter. aut non nisi in longo tempore transmutabiles a virtute seponendi sunt. patet quia cum lapsus hu ius viri in stomacho et in toto existat a frigidita te et humiditate. patet digestionem in eo debilem esse. Secundum premittendum talia omnia ci baria debent esse calida et non frigida. patet qr calida corrigent lapsum vbi frigida augerent ip sum. Tertia 9° premittenda est. q̄ talia neq; debent esse excellenter humida. p3 qr talia cōmu tabilia sūt in aquā et vaporē m'tū. Item qr talia augerent lapsum. probatur quia humiditas ma ior q̄ debet reddit. corpus frigidius q̄ oportet. Exemplum priorum est. velut carnes laudabiles vinum mediocriter bonum. Exemplum secūdorū est. uelut fructus omnes humidi potentia et actu vt sunt pira poma non bene dulcia citrulli cucu meres persica et similia. Quarta 9° talia ci baria non debent esse multum humida materialit ut lac pisces aqua multa et vinum aqueū et bro dialia multa saltim macra. Quinta 9° q̄ ta lia non debent esse humida humiditate effectiue tali nec materialiter. Exemplum sicut porrum ale um cepe bulbus raffanus. omnia enim talia ha bent humiditatem multam et euaporabilem et ha bent caliditatem potentialiter euaporantē. Se xta 9°. q̄ talia non debent esse viscosa in q̄tū est possibile. patet qr talia generarent humorē valde facile glutiabilem et uiscosum. Septima 9° q̄ talia non debent esse materialiter et esse ctiue humida et corruptibilia uelut lac et similia. patet quia essent causa corruptionis nutrimenti boni et substantie spirituose. Oc taua 9° q̄ talia edulia debent esse per operatō nem a tertia virtute prouenientem calefactiā operatiua et consumptiua subtiliatiua et ultima te visus iuuatiua. Primum patet. quia talia oculū et spiritum continentis conseruabunt. Et secun dum declaratur quia aperitiua faciunt euaporar superfluitates ab oculo. Et tertium apparet cum quarto. quia subtiliatiua et exiccatiua spiritum ingrossatum a vaporibus ad medium deducent et ab humiditate superflua expurgabunt. Nona 9° est. q̄ predicta omnia debent esse habentia operationes et uirtutes visui conferentes et ipsū confortantes. siue ipsum confortent spiritum vi sibilem sustentando et a resolutione prohibendo. ve lut corallus et margarita et lapis armenus lo tus siue spiritum clariorem efficiendo et magis diafanū velut succus rute et feniculi et eufragie Siue spirituum visibilem a mag resolutione et frequenti prohibeant. uelut succus rosarum et ber bene. quam quidam frigidam ponunt. siue talia conferant uisui abstergendo paniculos velut sci la omnia et humiditas colliquata ab epate capri no secundum doctores conuenienter assato. His quidem omnibus dilligens contemplator debet

talia cibaria diligenter coquere comiscere et preparari ut oculus reddatur uisui conueniens instrumentum Decima conclusio quia hec virtutes et operationes numquam aut ualde rarissime inueniuntur in simplici instrumento uel medicina. Ideo oportet medicum esse cognitorem medicinarum simplicium. que has operationes producere possunt. ¶ Particulariter autem quedam ipsorum pertranseundo. Panis taliter ergotantium debet esse plus fermenti et salis aliqualiter habens quam communis panis. bene coctus non antiquus sed duorum aut trium dierum ad plus ex cuius farina euitentur lagane et coctiones in aqua et placentule sine fermento. Et sint carnes eorum velut vituli lactentis castrati iuuenis pinguis capreoli capreti domestici leporis et iuuenculi apri licet raro. De uolucribus uero domesticis sunt pulli galline capones et columbelli et proprie silurces. qui magnam proprietatem habent in confortando cerebrum. perdices et fasiani meruli turdi et consimiles probate et laudate carnes uel coturnices et francolini in districtu brixiensi. et tridentino et starne et cobbugi in regione sicula. siue frixe siue elixe accipiantur he carnes. Piscium autem usus recentium et elixiorum et proprie lacunarum in aquis stantibus degentium non placet mihi saltem in frequenti usu. Maritimi autem pisces et proprie assati vel frixi cum pipere et zinzibere feniculo aniso et petrosellio et consimilibus calidis et oculistis plantis preparati uelut feniculo berbena eufragia ruta bene placent preter anetum. quem omnino uitet. quia facit oculorum caliginem. Cancri uero anguille et tince et omnes limosi pisces omnino dimittantur. Oua vero ol modo preparationis mihi placent. licet frixa non sint ita laudabilia. Lac autem et lacticinia cibaria omnia dimittenda sunt. Caseum dico dimittendum esse. nisi sit habens etatem ampliorem quam sex mensium ac aliquid salsedinis habeat. zucari uero et mellis usus omnino mihi placet. Acetum autem propter suam punctionem sit in raro usu. nisi cum ponitur cum oculistis medicinis. Sed agria uelut agresta limones et citranguli placent mihi. Granata uero et eorum succus non multum mihi placent. nisi cinamomo pipere et zucaro uehementer condiantur. Olera vero omnia et proprie actu et potentia frigida et humida dimittantur. velut endiuia bleta spinachia portulaca cucumeres cucurbite et olera et proprie caules quorum est obtenebrare uisum. Plante uero calide aperitiue subtiliatiue cerebrales et oculiste apitie sunt uelut saluia menta et dedrolibanum calamentum pulegium isopus et saturegia et similia. De radicibus uero dimittantur aleum porrum cepe bulbus ypo raffanus raro accipiatur. Rape uero et napi comedi possunt. quia magnam habent proprietatem ad oculos intantum quod semina utriusque zucaro condita notabiliter sunt uisus confortatiua. Carote autem et radicula que dicitur rampunceolus in cibariis eius uti potest. Omnium uero leguminum usus omnino ab hoc viro dimitti debet. propter ipsorum euaporationem multam qua replent caput. et propterea habent ledere iuncturas efficiendo dolorem in eis ut patet a galeno colligendum secunda afforismorum comento ubi dixit quod eleues propter comestionem leguminum incurrerunt dolores iunctuarum. si quis autem leguminis species ei concedi potest. videtur hoc rationabiliter dici posse de pannico rizo et farre condro nominato ab ypocrate. ¶ Fructus autem omnes potentia et actu frigidi et humidi dimittantur nisi paruus et rarus sit eorum usus. et proprie illi conueniunt. qui sunt dulces non ualde molles uelut poma apia dactilica et calamana musceta et gayolica poma famoso nomine in districtu teruisino inuenta. que sua dulcedine omnium fere aliorum fructuum sapores excedunt. Cerasa vero et pira muscata possunt concedi. quia paruo tempore durant nisi eorum fiat crapula magna Ficus uero recentes et amigdale placent mihi. et iterum auellane. quia in cerebro efficiunt augmentum scilicet virtuale resoluendo. et fistici etiam sunt ei conuenientes. et castanee sicce cocte post cibum comeste ei laudari possunt. Uue autem passe et proprie albe minute in italia inuente. et a romanis a expositate quas uocat Auicenna ardaniaci conuenire uidentur. Oleum vero quo cibaria condiuntur sit oleum oliuarum aut de nucibus aut amigdalis dulcibus factum ¶ Butiro autem uti potest licet non ita frequenter Species uero et semina quibus uti potest et condire cibos sunt sicut piper omne galanga gariofili nux musc. macis zinziber cinamomum utrunque grana paradisi et lignum aloes crocus ciminum et semina rute et daucus et similia. et hec uidentur satis conuenienter includere regimen conueniens ex parte ciborum. In potu uero eligatur vinum substantia subtile aromaticum clarum. hoc enim inter reliqua uina mentem et rationalem partem hominis minus percutit secundo regiminis acutorum. Et debet esse potentia mediocriter vinosum. ex quo tamen non fiat magna repletio. nec in usu eius delitia. Neque timeantur argumenta si qua sunt apparentia. quod vinum non competat in egritudinibus oculorum. hoc quidem negandum est. dummodo usus eius fuerit mediocris et sapienter reseruatus et proprie in hominibus consuetis ad ipsum complexione et etate frigidis secundum uniuersum corpus et maxime secundum caput. his enim absque dubio conferret vini usus et non noceret. Si quis autem desideraret habere potum his dispositionibus conferentem et non esset consuetus vino. immo careret eo etiam institutione legis. tunc poterit uti potu infrascripto omnibus diebus uite suo. et proprie a principio mensis octobris usque ad medium martii. Cuius descriptio est hec. ℞ florum uel seminum berbene celidonie rute et eufragie ana ℥. ii. coquantur omnia in centum libris aque fluuialis subtilis et dyafane usque ad consumptionem tertie partis. et tunc absque colatura superaddantur mellis citrini bene mundi lib. xx. et leuiter omnia buliant usque ad consumptionem alterius tertie partis. semper cum coclearí conuenienter dispumando ipsa. tunc ergo per saccum mundum et bene spissum coletur bis. et reseruetur in uase vitreo et bene opturetur. hic ergo sit potus eius simplex. Et si desideraret eger potest secum commiscere quintam uel sextam partem uini superius electi. Uidi ego multos ad magnam tenebrositatem peductos etiam in fine primi senii ab ea fuisse complete sanatos. et tu considera virtutem simplicium ex quibus conficitur hic potus et poteris inuenire veritatem. ¶ Iam enim tempus est consumendi tertium capitulum huius regiminis annunciando instrumenta medicinalia

que conuenire uidentur in quo capitulo hec seruabo. quia primo ponam in ipso ea que uidentur cōuenire in toto tempore yemis et erunt instrumēta quattuor. Secundo declarabo ea que conueniunt in uere et erunt instrumenta quinque. Tertio ponam ea que conueniunt in estate et erunt instrumenta tria. Quarto uero tangam ea q̄ uidēt conuenire in autumno et erunt instrumenta duo Ultimo uero describam tria instrumenta sciatice conuenientia et erit huius tractatus finis.

Capitulum tertiū de cura p medicinalia.

Pro satisfactiōe vo ad primā ptē huius capituli adueniente fine mensis nouembris aut principio decembris usq ad decem dies hic uir purgabit per istum modum. Primo quidem uno mane in aurora accipiat pillulas infra scriptas et post eas dormiat per unam horam cum dimidia. et ita ieiunus permaneat usq ad horas .v. et tunc accipiat scutellam vnam brodii macri de pullo cum zucaro calidi et post ipsum per horam prādeat. Sūt autem pillule iste. R pillularum de sarcocolla. ℈. ii pillularum cochiarum. ℈. i. formentur pillule. vi. cum succo rosarū. he enim pillule trahunt potenter a iuncturis et maxime ab ancha propter sarcocolam et trahunt a stomacho capite et oculis propter cochias. Die uero sequenti immediate accipiat digestiuum infrascriptum hora prescripta calidum et tardet comedere per quatuor horas post ipsum. R syrupi ɔ sticados syrupi compositi acetosi ana. ʒ. vi. aque feniculi. ℥. i. ß. aque apii et eupatorii ana. ℥. ß. auari ponderis misce et calidum accipiatur totum totiens q apparet vrina in substantia mediocriter grossa et colore aliqualiter citrino colorata habens in fundo eius ypostasim albam equalem et coniunctam que cū apparuerit euacuetur cum hoc cōposito. R benedicte simplicis. ʒ. iii. iere gal. ʒ. v. iera logodion. ʒ. ii. aut equalis pōderis. misce totum cū ciato medio aque feniculi calefacte et quattuor coclearibus vini albi subtilis. Et post assumptionem huius obseruet modum et regulas que posite sunt in minori tiuo precedēti. Secundū remedium principale ē. ut postq fuerit vir et particulariter euacuatus deinceps oīo sexto et 4 die accipiat unam de infrascriptis pillulis parum āte cenam. alīa vo sam ex eis accipiat p duas horas post cenā. Quarū ɔ scriptio. R pillularum de sarcocolla pillularum de iera composita ana. ℈. i. aloes abluti. ʒ. ii. pillularum lucis. ʒ. ß. cum succo feniculi formentur pillule de omni. ʒ. vii. Sic enim a stomacho capite et a iuncturis materias particularibus euātionibus eradicabit. Tertium instrumentum est. ut iste vir omni mane per tres horas añ cibum accipiat radicem unam ℥℥ conditi et erit utilis ad omnia predicta. Quartum principale remedium ē. ut iste vir semper in fine prādii et cene cōcedat. ℥. ß. huius confectionis. R specierum de ligno aloes descriptione Auicenne quinto cano. et summa prima. ʒ. iii. specierum diacinamomi. ʒ. i. cum aqua feniculi fiat confectio in rotulis magnis. Et hoc de regimine yemis. Adueniente autem vere vir iste prope finem mensis februarii per octo dies continuos omni mane in aurora accipiat. ℥. iiii huius decoctionis. R ℥℥. electi piperis al. ɔ. calāi arōatici ana. ʒ. i. florū eufragie maci xilo balsāi ana. ʒ. ii. hermodactilorū electorum mūdatorum nūero. iii. Terāt oīa similiter ɔ coquāt in. v. lib. aque vsq ad consumptionem duarum partium deide colentur et reseruentur in uase vitreo ɔ accipiātur ante prādium per quattuor horas. Secundum remediū est hoc. R succi rosarum. ʒ. i. aq cineris aq eufragie ana. ℥. i. misce et teneantur ī vase uitreo suspenso ad solem et per totum tēpus veris hic uir omni die per duas horas ante prādium et cenam madefaciat oculos suos. Tertium vero speciale remedium est. ut uir iste in tota latitudine ueris ante cenam per vnam horam uel duas accipiat medium coclear xilobalsami conditi. ɔ si non posset ipsum habere tunc loco illius accipiat medium coclear acori conditi. sed primum melius est. Quartum principale remedium est. R gallarū quercus masticis terre sigillate acatie ana. ʒ. i. sandarace. ℥. i. succi rosarum quantum sufficit. Terantur omnia simul in mortario ultima contritione et fiat linimentum bene uiscosum de quo hic patiens omni tertio sero cum vadit ad lectum leuiter confricando cū eo actu frigido frontem liniat et tempora. Quintum remedium principale est hoc. R macie eufragie ana. ʒ. i. ß. ligni aloes. ʒ. ii. feniculi carui ameos ana. ʒ. ß. carabe. ℈. ii. et ponitur propter exiccationem suam et prohibitionem cursus humorum. Est autē carabe idem quod cachabre. et est gūi acceptum ab arbore que dicitur populus siluester uel populus alba. Et multe incole marchie teruisine nomināt hanc arborem albarum; aliter arborem stultam. et ē magna eius copia apud eos in nemoribus et p per ualles. et est gūi colore aureum et aromaticū qd durescit uelut lapides. Ex predictis ergo oībus cum lib. iii. aque feniculi fiat decoctio vsq ad consumptionem medietatis de qua decoctione capiantur. ℥. iiii. calefacte cū zucaro ter uel quat ī septimana ante cibum per tres horas. hec de regimine ueris. Pro regimine uero estatis primum instrumentum est. q hic vir meoret accipere de pillulis antescriptis in regimine frequentando eas ut ibi scribitur. aut rarius accipiendo propt caliditatem continentis. Secundum uero principale remedium est hoc. R succi rosarum succi feniculi succi celidonie succi rute ana. ℥. iii. zucari cādi lib. ß. penidiarū. ℥. iiii. zucari al. lib. ß. gnorum feni. ligritie violarum rosarum eufragie ana. ℥. i. gnorum fisticorum. ʒ. iii. infundantur fistici in aquam eufragie tepidam per quinq dies deinde extrahantur et permittantur siccari ī umbra deinde terantur ultimate et incorporentur cum aliis. de quo hic patiens omni mane in aurora degluciat coclear unum. Et si propter reuerentiam legis et propter necessitatem uacandi cultui diuīo non posset ipsum recipere in mane. recipiat ipsū per duas horas ante cenam et sufficiat ei. Tertiū speciale remedium est hoc. R succi verbene. ℥. ii. succi rosa. ℥. i. aque feniculi facte cum decoctōne radicis liquiritie rase. ℥. ii. fellis sabot. ʒ. i. misceantur simul et ī ampulla exponantur soli. aut saltem teneantur in stufa sicca saltem per. xv. dies deinde ī subtiliori parte istius madefiat p horam ante cenā ɔ prandium semel uel bis. et est collirium ualde conueniens et securum. Cum ergo peruenerit tempus autumni memorandum Primo de pillulis antescriptis. Secundo de electuario iam descripto. Tertio de liniměto

frontis et temporuz. Et quarto de speciebus ca piti superponendis. que sunt iste. Rx ligni aloes eufragie serpilli saturegie ysopi sticados ana. ℥. i. macis. ʒ. vi. violarum. ℥. i. ʃ. pulverizent oia perle. deinde commisceantur. et de hoc pulvere omni sero per duas horas post cenam superaspergatur anteriori parti capitis quantitas unius. ℈. per comissuram sagittalez a coronali comissura. usqz ad zenit capitis secunduz latitudinez quatuor digitoruz. ita tamen qd primus pulvis cuz setula deponatur quando superponitur secundus et hoc saltem omni tertia vel quarta die. et est auxilium magnuz in dispositionibus suis. Secundum vero speciale remedium est hoc. Rx extremitatuz edere arboree seminis vel foliorum gallitrici ameos ligni aloes sticados ana. ℥. i. calamenti origani ana. ℥. i. ʃ. radicum saponarie. ʒ. i. radicuz altee. ʒ. ʃ. buliant omnia simul in duabus situlis aque usqz ad consumptionez tertie partis deinde supereffundatur cinis subtilissime cribratus. De hac igitur aqua cineris bis vel semel i septimana lavetur caput leviter confricando cu sapone albo. Exiccat enim materias et vapores attrahendo eos ad extra et vigorando cerebri substantiam et oculoru. Ultima vero pars huius capituli declarat instrumenta dolori sciatico convenientia. Quorum primum est hoc. Rx picis navalis bene cocte. ʒ. iiii. resine. ʒ. ii. armoniaci serapini oppoponacis ana. ʒ. ii. sarcocolle scordeon peonie et hermodatillorum ana. ℈. ii. coquatur oia cuz succo rosaz et cera. et fiant bene et convenient glutinosa. De hac igitur materia fiant cerota rotunda super panno de lana. quoruz unuz applicitum semper portetur super scia. et continuatum solet eradicare ab ea omnem dolorem frigiduz. Secunduz vero speciale remediuz est. qd iste vir saltez in septimana bis ponat sibi unuz collirium factuz de recenti radice ciclaminis ad quantitatem glandis si fuerit inhabitans loca in. quoruz montibus reperitur copia magna sicut Verone Brixie Vicentie Tridenti et sic de aliis. Ultimu vero remedium est. ut si per hec omnia non convenienter removeretur dolor scie. tunc clisterizetur eger in septimana ter cum. ʒ. viii. huius decoctionis calide. Rx radicis artanithe recentis minutim incise. ʒ. ii. peonie hermodactilorum sarcocolle agarici ana. ʒ. i. sal' indi. ʒ. ʃ. coquat oia in lib. v. aque usqz ad consumptionez medietatis et accipiatur ut dictuz est. Et per hec omnia misericordia et benignitate cunctipotentis dei et dulcissimi salvatoris nostri iesu cristi ducetur ad salute

Consilium ad imaginationes.

Iste nobilis vir in oculis suis egrotat dispositione multum verenda que qm secundum sententiam sapientuz nominatur imaginationes. et sunt apparentie quarumdaz figurarum que quoniam i aere apparent linee vel vili aut sicut culices vel musce volantes que tamen in aere inveniuntur nequaqz propter quod a sapientibus plurimis tales apparentie illusiones denominate sunt. eo quia patiens ab eis sepe illuditur ita ut proiciat manuz temptans capere quod credidit videre et tamen non videbat quia obiecta illa in medio non erant. contingit autem hec dispositio ab humiditate multa cerebri que convertitur in vapores qui comiscentur spiritui visibili et imprimunt in ipsuz figuras iam predictas et species colorum variorum secundum varietatem materierum incerebro superabundantiu. Et hec quide dispositio timorosa est sicut iam dictum est eo quia ipsa portendit transitum eius in aquam descendentem cum vapor i cerebro et organo visionis dominatur et perseverat ibid frigiditate cerebri ingrossatus et congelatus convertitur i aquam que a cerebro descendes per vias nervorum obticoruz aut per vias venaruz vel arteriaruz in oculo recepta recipitur int superficiem concavaz panniculi cornee et convexam uvee et proprie ante locuz perforationis eius qui nominatuz pupilla. Et iterum hec dispositio minatur cecitatez eo quia hec humiditas congelata quadoqz ita ingrossatur ut fiat quasi panniculus cum in veritate non sit panniculus sed est aqua congelata et ingrossata in figura panniculo similem conversaz ex necessitate continentis. eo quia ipsa congregatur inter duas superficies planas cornee et uvee iam predictas. Et ex hoc fundamento manifeste apparet qd hec dispositio no recte nominatur pannus nz cataracta cum non sit pannus ut predictuz est. sed dicitur superfluitas talis catarata. eo quia per defluxuz ad oculuz genita est qui nominatur catarrus. Catarrus enim in greco defluxuz importat in latio Et ex hoc ultimo concluditur qd necesse est patientem esse multum sollicituz et sapientem in intendendo ad sui curationez ut nunc sequitur. In cura at dispois ptranseundu copendiose per sex res non naturales primo quidem per convenientem mensuram ex parte aeris. unde evitare debet aerem climatis regionis civitatis vel camere. f. et humide. et totuz corpus eius vestibus bene calidis omni fere tempore tenenduz et proprie caput cum biretis pellibus vulpis vel aliis bene calidis diligentur muniri debet. et etiam flatum humectati venti nebulas et caligines defferentis evitare debet. et frequentem aspectum aquarum et proprie quas venti impetuose agitant. Penes antez hec sollicitus sit ne post cibuz exercitetur motu aliquo quantuz est possibile et proprie fortis navigationis per aquas per cursus vel per equos immo tunc omnino quiescere debet itantu qd si possibile foret etiam abstinendum esset ab exercitio scribendi usqz ad. iii. horas post assuptuz cibuz. Si autem illud non est possibile figurari debet. et melius quid esset ut scribendo se volveret super altero temporum dextro et sinistro qm ante super faciem incurvatus se inclinet. Pro certia re non naturali scilicet circa mensura cibi et potus ita se habeat qd saturitatem completam evitet quantu est possibile. immo melius est sibi a mensa surgere reliquiis appetitus adhuc i stomacho remanentibus magis qm a multitudine ipsius sepultus. Si tamen contingeter quadoqz in cibis quantitatem conveniete excedendo dlinqueret qtocicius e possibile procuret eorum a stomacho depositione accipiedo pulvere istuz. Rx tartari cartai folliculorum sene ana. ℥. i. anisi feniculi eufragie cinamomi ana lib. i. fiat pulvis d quo cum modico aque unius folliculi sene calidu l potu detur. ʒ. ʃ. aut. ℈℈. ii. Et gratia emudandi

stomachuz a superfluitate ciborū omnino euitet vomitum quoniā ipse nocet oculis ut quarta primi capitulo de nocumentis uomitus. et tertia tertii capitulo de rebus nocentibus oculis. Si autē abhorreret pul. assumptionez tunc conetur accipere clistere satis attractiuum ut factū ex decoc. comuni adiungendo eidez. ʒ. i. iere simplicis galieni aut saltem ad corrigenduz superhabundantiaz ciboruz in stomacho. et abstineat a cibo uno die naturali cōpleto. et sit ad hec solicitus. ¶ Pro quarta re non naturali scilicet pro accidentibus anime effugere debet omnia que uehemētē motū agitatiuuz et colliquationez in toto corpore et proprie in capite efficere possint. uelut esset ira vehemens et furiosus impetus et fortis anime contristatiua passio et lōgus fetor immo quilibet talis talia enim materiei effluentis motuz superaugēt maxime lesiuuz. Quinta uero res non naturalis ē somnus et vigilia. Unde omnino ab excessiua vigilia discedere debet. licet enim ad ipsaz sequatur exiccatio superfluitatuz in toto corpore. fortius tamē nocerēt vigilie nimiū debilitādo caliditatē et resoluendo animalē spirituz ꝙ exiccādo materias. Itaqꝫ accepto cibo post vnam. ſ. horam incipiet dormire capite ipsius decenter eleuato super spina decumbendo ad sinistruz se reuoluendo et caueat oīo sup facie īcurue dōmir. ⁊ spatiū dōmiēdi ī eo rōbl'r cōcedi pōt nō miu'. vi. horis ⁊ nō pl'e horis. viiii. De modo autez regiminis circa sextam rez non naturalem hinc inde discurrendo scilicet penes ciborum conuenientiā et electionem Primo quidē euitare debet panem azimuz multam humiditatem et ustiōz recipientem coctionē suam et diminutionem ab ea. et sit panis eius ꝺ purissima farina frumenti fermenti et sal' amplius habentis paruz ꝙ comunis panis. In quo etiā non nulla feniculi grana cōmisceantur duz conficitur. ⁊ melius quidem essz si puluis granorum feniculi cuz eo incorporetur. De carnibus uero accipiat omnes que boni sūt nutrimenti et leuis digestionis sicut carnes pullorum columborum qui in hoc specialem habent proprietatez secundum sententiam auenzoar. conueniunt etiaz ei carnes anatulorum non tamen in aquis degērium. De quadrupedibus bone sunt ei carnes edi lactentis vituli castrati. De siluestribus volatilibus conueniunt ei auicule minute fasiani perdices iuuēcule turtures. Item carnes leporis gazelli. i. capriolis porci et omnes in summa que sanguinez reponūt pauce humiditatis viscositate vaporositate et uentositate priuatum. De ferculis vsus raparum ē vtilis et naponuz et oua in brodiis istius spersa cuz mica panis fenicul' et petro. menta ruta saluia origanuz rosmarinum serpillum et in sūma plante ōnes calide. et sic. non uaporose. Vegetabilia itaqꝫ. f. et. h. uelut bleta spinachia borago. et ēdiuia dimitantur omnino et proprie lactuca cuius vsus obtenebrat visuz secundo canone capitulo proprio. et similiter caules sūt nocitiui nimia eorum vaporositate. De radicibus fugiat raphanum porrū aleum cepas bulbuz ⁊ similia. Lactis ēt usus ualde nocitiuus est. Caseus vro frangibil' sapore suo ad salsedinez inclinatus conuenit ei et similit' oliue. cappares napi et rape cōdite et oua omni preparationis modo preterꝙ frixa. Et vnctuosa omnia euitari debent preter ꝙ oleum olinaruz vel de nucibꝫ uel ꝺ amigdalis dulcibus. ⁊ assata omnia cibaria et elixa conueniūt. nequaꝙ āt frixa. De legūinibꝫ āt cōueniūt ei risū ordū panicuz cicera ru. lentes ī brodio pingui preparata. Alia uero legumina dimitantur. De fructibus u ero concedi possunt castanee post cibū ficus sicce post cibum auellane torrefacte amigdale phistici. Nuces uero dimittātur ei. Ante cibuz conueniunt ei passule. ⁊ proprie nigre et omnes vue sicce. piris uero et pomis raro utatur et sēp coctis post cibuz cum zucaro conditis. De saporibus conueniunt ei acetum et agresta salita et limones. vinuz uero granatoruz et citranguli dimittantur. De confectionibus optīe sunt ei auellane condite cum zucaro prius tamen torrefacte et confectio de amigdalis et de phisticis facta et et anisum dituz et tragea omnis cuz speciebus aromaticis ¶ Confectionez uero de granis pini omnino dimittere debet. Et de expertis confectōnibus sunt grana feniculi confecta sicut anisum. Et mirabile iuuamentuz inueni in confectione facta de seminibus raparuz cōditis sicut anisum De potu autem dicendum primo ꝙ vinuz ei cōueniens debet esse album colore substātia subtile. et bene dyafanum potentia sua vinosum magis ꝙ aquosum. immo nullo modo placet siplicis aque usus. Modus tñ ī potu quo se regere debet ē ut obseruet regulas quinque. Prima ut euitet omīs vini potū tempore quo ieiunus ē stomachus. Secunda regula ꝙ in cibatione sua frequenter biber̄ debet magis ꝙ raro et in quātitate multa. eo qr per talem moduz conuenientius cibi et potus commiscentur adinuicem neque contingere potest motus et fluctuatio ciboruz in stomacho p quem caput multa vaporositate repleat'. Tertia regula ꝙ cum acceperit cibuz caueat a bibitione precedente ipsum. immo aliquam cibi quantitatem prius comedat ꝙ bibere īcipiat. Quarta regula ꝙ uinum sibi conueniens melius est purum ꝙ aliqua aqua cōmixtū. Quinta regula ē ꝙ si pp consuetudinem aut reuerentiam astantiuz non possit biber̄ uinum purum melius est commiscer̄ ipsum cuz tertia parte aque per tres uel per quatuor horas anteꝙ bibatur ꝙ prope tempus potus ipsum permiscere. Si autem necessitas urgeat ad bibenduz et proprie sicut in diebus canicularibus tunc sit aqua illa ex cisterna uel laudabili fonte uel flumine accepta et cum zucaro cocta l'. cōmixta sic eēt a medietate iunii usqꝫ ad medietatem sptembris. Aliis autem temporibus ultra hec si desideraret aquaz ⁊ bibere cogeret' tūc melior esset potus aque huius decoc. ℞ macis. ʒ. i. ſ. feniculi extrēitatuz eufragie ana. ʒ. i. ſ. aq̄ cisterne lib. xxv. mellis electi lib. i. coquantur in simul omnia. puluere tamē feniculi et eufragie in subtilissimo sindone ligato lassa ligatura. Deinde coquantur inuicem sēper abiciendo spumaz mellis et coquatur usqꝫquo remācāt partes tres deinde per spissum pannuz coletur et reseruetur vsui et bibat ex eo simplici uel commixto uino ad placitum suuz. est eniz medicina que gentes multas liberauit a cecitate cui propinq̄ erant quare hec habeat ī mēoria. Hec de regimīe per res non non naturales dicta sufficiant ¶ Pro regimine autem medicinaliuz intentionuz et instrumentoruz in cura huius dispositiōis ordiate

assignāda fm̄e latis plixius assignandus esset. verū quia dispositio hec iam in statu est et fixa uel con firmata. Ideo generales intentiones. quibus intē di dicunt ad materiam antecedentem minoratie euacuando ipsam diuertendo et eradicando. hic non uidentur esse magne necessitatis. Uidetur āt mihi q̄ sufficit huic dispositioni attendere solum cum decem regulis de .xv. instrumentis medicina libus curam huius dispositionis complentibus. Prima itaq̄ regula est ut iste uir bis in āno pur get se cum respicientibus totum et principaliter caput. et eligat prime purgationis tempus a me dietate mensis martii usq̄ ad medietatem maii Secunde uero purgationis conuenientiam eligat per totum mensem septembris. ita q̄ complendo primam purgationem post quintam diem lunaris renouati usq̄ ad uigesimam eius vno mane in aurora distanter a cena per nouem horas gratia euacuationis minoratiue accipiat istas quinq̄ pil lulas. ℞ pillularum de sarcocolla. ʒ. ß. pillularū cochiarum. ℈. ß. reformentur pillule quinq̄ uel cū sy. de sticados et postq̄ acceperit eas immediate dormiat per mediam horam deīde pmittas eas euacuare per horas quinq̄. deīde accipiat cyatū aque calide cum zucaro aut totidem brodii ma cri pulli et post illud per unam horam prandiū accipiat. Accepto itaq̄ minoratiuo sequenti ma ne immediate hora designata accipiat hoc dige stiuum. ℞ aque sublimationis feniculi eufragie et rosmarini ana. ℥. i. oximellis compositi. ℥. ß. sy. de sticados. ℥. i. misce et calidum accipiat et tar detur cibus saltem horis quatuor et continuet ip sum pluribus diebus q̄diu apparuerit nubes uel ipostasis in fundo sedens coniuncta equalis et alba. Tunc igitur sequenti mane soluatur venter eius cum istis pillulis. ℞ pillularum lucis de iera cōposita de sarcocola ana. ℈. unum reformentur pillule. vii. cum sy. d' sticados et accipiantur obser uando post eas canones sicut de minoratiuo dictū est. et hec quidem purgatio erit ei conueniens p tempore veris. Pro purgatione autem conueni ente pro principio autumni attendendum q̄ nō oportet vti medicinis tam audacis caliditatis argumento sumpto a caliditate continentis que precessit et tunc adest. etiam quia flegmatica ma teria quantitate paucior est igitur erit minoris resistentie ut euētur a uirtute. Tertia ratio ē q̄r flegma in tempore illo aut est magis digestum vel ad digestionem magis preparatum et simil'r ad euacuationem. quare digestiua et euacuatiua poterunt esse leuiora uelut istud. ℞ aque saluie et feniculi ana. ʒ. ii. oximellis cōpositi. ℥. i. misce et accipiatur totiens quotiens de predicto dictum est. Minoratiuum hoc tempore conueniens erit h°. ℞ pill'arū de iera sipli. ℈. iii. pill'arū d' rubar. ℈. i. cū geleniabin formēt pill'e. vii. et dent' hora pre dicta. et obseruetur. post eas quod de aliis dictum est. Eradicatiuum hoc tempore conueniens erit h°. ℞ pillularum de iera cōposita. ℈. ii. pillularum cochiarum. ℈. i. fiant pillule. vii. ut dictus est. et attendantur de eis omnia que in superioribus Secunda regula obseruanda est ut omni mane aut saltem omni altera die per totum tempus esta tis ut masticet unum granum masticis aut saltem masticet unum frustrū nerui exiccati aut masticet saltem cubebam unam. Post purgationem uero autumni masticet quandoq̄ calami aromatici. Aliquando uero frustrū vnū nucis mus. quādoq̄ vero modicum galange. et quandoq̄ de agarico masticet quantitatem vnius grani fabe. per has omnes masticationes equidem semper spuendo totum quod diquabitur et nullo modo deglutiēdo illud. 3ª regula obsuāda ē ut initati frequētibus as pectibus speculorū et fenestrarū uitrearū notabilis dyafanitatis 4ª r'gl'a ē ut ieiuno stōac ho assuescat leuibus pectinationibus capitis et fricationibus Quinta regula est ut assuescat frequenter ante ce nam pedes suos lauare cum aqua calida decoctōs foliorum lauri saluie betonice sticados pulegii ori gani et reliquorum aromaticorū preterq̄ aneti et apii que ambo euitari debent. Sexta regula est ut temptet omni uere et autumno uenas emoroidas aperire post purgationes factas pun gendo eas cum porcinis setis aut fricando eas cū foliis rubee tinctorum aut boraginis aut consoli de maioris uel similium. Septima regula est ut grā diuersionum fumositatum et uaporis sepe as suescat siccis uentosis seu nates uentosare infra medietatē earum. Octaua regula est ut frequent' fricationem faciat a principio colli usq̄ ad finem spatularum inferius trahendo cum panno asperō actu cal'o Nona regula est ut post purgationes iam predictas in appēdiciis aurium ī parte occul ta uersus collum applicet fricationem cum flāula v'l' persicaria ut uesicationem percipiat fieri in par te illa que prius rumpatur Ita ut aqua ibidem contenta effluere possit. Ultima regula est ut stu deat euitar' omnia prouocatiua tussis sicut occur sū ad puluerē ad locū fūo plenū. aut ad flatū uē ti multum septentrionalis. Et eadem ratione pa riter euitare debet occursū eorum q̄ frequenter et multum sternutare faciunt uelut esset subitus oc cursus faciei ad splendorem solis et subita inspira tione aeris in forti qualitate acuta. uel odor pi peris granorū paradisi sinapis et similiū. ¶ Nūc autem pro complemento operis ponenda sunt. xv. medicamina secundum quottidianam operationem non solum mihi utilia imo et experta sunt visa. Primum itaq̄ horum est puluis iste. ℞ ligni alo es gariofilorum granorum paradisi ana. ʒ. ß. am bre. scropulū. i. eufragie feniculi florum celido nie capitum rosarum non expandidarum ana. ℈. i. macis. ʒ. i. fiat. puluis subtilis. de hoc itaq̄ pul uere frequenter puluerizetur caput eius a princi pio coronalis cōmissure usq̄ ad finem sagitalis p latitudinem trium digitorum et fiat quādo uadit ad lectum ponendo de eo q̄titatem. vi. granorum ordei et cum ponit secundum puluerem semper cum petia abstergat primum. Secundum reme dium est frequens odoratus pulueris maiorane in panno sindoneo ligati. Tertium remedium est frequens fumigatio pannorum siue tegmentorum capitis facta cum puluere ligni aloes super carbo nibus asperso. Quartum remedium est frequens comestio recentis feniculi eufragie et luminelle .i. cartilago. Quintum remedium nobile est h° ex cuius vsu diminutam magnifice visionē restau rari uidi et proprie quando de ipso accipitur. ℈. .i. ante cibum. ℞ eufragie. ʒ. ß. macis. ʒ. ii. fiat oī um puluis subtilis et misce. ¶ Sextum remedium est ut ante confirmationem et conuersionem eius in pannum bis in septimana accipiatur. ʒ. i. yere

archigenis in aurora cū.℥.i.aque decoc.granoꝝ feniculi calidū .⁊ tardetur post ipsam cibus salti horas quattuor Septimū remedium laudatū est frequens comestio raparū ⁊ naponū in cibis et seminis eius usus vt supra tactum est. Octauū remedium sunt pillule iste de quibus omni septimana semel accipiatur una post cenam per duas horas. ℞ specierū iere simplicis.ʒ.i.aloes infusi per tres dies in succū feniculi .℥.i.incorporentur simul et fiant pillule ex omni .ʒ.vii.de quibꝫ ter in mēse accipiatur .ʒ.ſ.i aurora seruādo cāñ superius positos de solutiuis. Nonū remedium est usus iere simplicis de qua saltim omni mense cum aqua feniculi .ʒ.xiiii. obseruando cāñ supra ut scriptum est .et non timeas illam dosim quia debilis est ualde. Decimū remediū est frequens vsus centauree minoris de qua in potu cum aqua feniculi omni septimana semel accipi potest.ʒ.ſ. vsqꝫ ad.ʒ.ii.et tardetur post eā cibus horis.vi. Undecimo loco sunt alie quattuor medicine locales quarū aliqua applicari nō debet nisi post euacuationes vl'es in anno fiendas que posite fuerit superius etiam post euacuationes particulares que fieri debent ut immediate ante scriptū est. Prima itaqꝫ medicina localis a sapientibus laudata est ut aliquotiens in oculo ponat' gutta vna pinguedinis uel liquoris qui dissoluitur seu stillatur ab epate irci assato secundum doctrinam que talis est ꝙ sani hyrci accipiatur epar recēs ⁊ postꝙ ablutum fuerit conuenienter vulneretur pluribus perforationibus ⁊ impleatur granis piperis et feniculi et eufragie foliis et ponatur in ueru ad assandum lento igne quousqꝫ conuenienter coctū sit. cum igitur coquitur substernatur eidē caceola enea ut colligatur in ipsa humiditas que distillat seu cadit ab ipso .et de hac oculus collirizetur ut est dictum. Secunda medicina localis est ut sepe in oculo ponat' lixiuiū factū cū cineribus stipitum feniculi. Tertia medicina localis ē vt cum urina pueri non poluti sepe collirizetur oculus. Quarta medicina et specialis est.ut accipiatur succus feniculi in fine mensis aprilis et ponatur in uase uitreo longo ⁊ stricti orificii et ꝑmittatur sub radiis solis quindecim diebus ut bene desiccetur .⁊ tunc accipiatur leuiter ita ꝙ a fece non conturbetur .ponatur itaqꝫ in alterū vas et ad quamcumque .ſ.lib.eius imponatur .ʒ.i. subtilissimi pulueris ligni aloes ⁊ iterū aliis.xv. diebus sub sole dimittatur. tunc igitur accipias ipsum et coletur bis per pannū spissum et reponatur in uas vitreum bene obturatū ⁊ collirizetur oculus in eo Ultimū medicamē quod expertū dicitur ab auctoribus est istud. ℞ cineris capitis yrundinis combusti.ʒ.ii.mellis electi.℥.iii.succi feniculi .℥.i.misceantur et ponantur in ampulla uitrea ⁊ claudatur orificium eius. Deinde coquatur in caldario pleno aque bulientis quousqꝫ una medietas cadat et altera remaneat.itaqꝫ collirizet' oculus in mane tempestiue et parum ante cenam et quando itur ad lectum ex eo guttam unam in oculis ponendo .ex quo et aliis mihi utiliora int' alia uisa sunt per uniuersa vollumina collectis. summi omnipotentis saluatoris clementia ad optatum perducat Amen.

Consilium de fistula in oculo.

Generosa domina Biancha malipetro egrotat egritudi.e in angulo domestico oculi sinistri que garab dicitur ab .A.tertia tertii et est fistula in lacrimali illo Cuius quidem vltimata et perfecta curatio fieri debet magis per cauterium ex auro uel ferro ul' calibe Uerumtamē qꝛ fistula illa non uidetur esse antiqua multū sicut patet ex narratione sua.ideo satis verisimile est aut ꝙ in osse non sit corruptio cuius oppositum credo esse verum.aut si qua est ibi corruptio nō est profunda imo leuis et superficialis multū.et ideo in ipsius cura videt' icipiendū esse a leuioribus prius ꝙ ad cauterium transeam. Pro cuius quidem leuis et temptatiue cure acquisitione rectificetur regimen ex parte ciborū et potuū primo.deinde purgetur caput et corpus eius. Secundo procedendum est cum localibus patienti particule applicandis que habeāt uim attrahendi materiā ex profundo et exiccandi eā et cū sua stipticitate confortandi locū ne sit receptiuus materierum in posterum. quod quidem regimen videtur mihi debere esse infrascriptum. Pro primo igit' abstineat hec domina a rebus ualde eu⁊porantibus et cibis pinguibus. lacticiniis et leguminibꝫ et fructibꝫ hūidis. Similit' abstieat a rebus acutis ut sunt cepe aleum bulbus sinapis eruca et valde salsis et uariis omnibus. Adhuc etiā abstineat ab omnibus que sua caliditate et vaporabilitate caput replere consueuerūt ut sunt aroatica omnia fumosa uina.et cito post cibū dormire.et forti exercitio et reliqua de numero talium Pro secūdo vo principaliter euacuet' corpus prius. ⁊ argumento sumpto a cōpl'oe ⁊ habitudine prius est corpus euacuandū vniuersaliter. deinde canōice procedendo transeūdū esse ad partialē capitis euacuationem.verum qꝛ talia omnia scribi facilius calamo et uerbo comendari possunt ꝙ operi ideo apparet mihi cū partialibꝫ.et repetitis euacuationibus facile supleri posse vniuersalibus euacuatiōibꝫ. Igit' prius corpus minoratie euacuetur cū his pillulis. ℞ pillularum de iera maiori siue composita.ʒ.i. reformentur pillule .vii.cum sy.de calamento uel alio eidem proportionato et exhibeantur cum septem conditionibꝫ que super omni farmaco exiberi debent.ſpai sim colligendis quarta primi capitulo tertio et decimo pratice Aliabatis et ab usu communiter operātiū. Euacuatōe minoratiua premissa digeratur materia cū hoc digestiuo et satis leui. ℞ aque betonice. ℥.iii aque rosmarini. ℥.ii. misce Dyaolibanum est medicina potens in exiccando materias et proprie capitis ⁊ neruorū. Degestiuum efficatius predicto potest esse hoc. ℞ sy.de calamento .℥.i.oximellis compositi.℥.ſ.aque decoc. macis.℥.iii.Et si timeres epatis caliditatē frangantur hec digestiua cū aliquo remittente eoꝝ caliditatem ut aqua cicoree et similibus.et accipiatur hoc digestiuū ꝑ septianā cōpletā. Et si tépore quo assumitur digestiuū esset stipticus accipiat omni sero aut alternatiue pillulā vnā allefanginam aut de aloe abluto parum ante cenam. Digestione materierum apparente euacuetur

materia cum his pillulis .℞ pillularuȝ de sarco colla .ʒ.ii.cochiarū.ʒ.i.reformentur pillule .vii. cū electuario succi rosarū ⁊ exibeantur ut supra. Factis euacuationibus iam predictis omni mane bis colirizetur oculus cum collirio immediate in frascripto duas uel tres guttas imponēdo .Post illud autem imponatur vna petia huius sequenti compositionis super angulo domestico oculi et ligetur firmiter et adherenter cum plumaceolo lacrimali angulo superposito cum debita adherētia .Descriptio colirii prenominati est hec. ℞ antimonii thuti e preparate ana. ʒ.i. sarcocolle in lacte nutrite secundum doctrinaȝ .ʒ. iii . licii san.dra .spodii draganti torrefacti scorie ferri preparate secundum artem.ʒ.iii.aque rute sola tri et celidonie ana.℥.i.ex pulueribus supraſcrip tarū rerū .fiat sief cū succo rute ⁊ exiccetur.dide cum predictis aquis fiat coliriū fricando super cote .Descriptio empl'i superponendi loco est tal' ℞ mumie boli ar.acacie san .dra.thuris ypoqui stidos masticis ana.ʒ.iii.cupularum glandiuȝ nu cis cipressi gallaruȝ perforataruȝ ana.℥.i. glutil piscium draganti gumi .ra.ana. ℥. i. dissoluatur gluten cum aceto nigro fortissimo et ceteris ad ditis fiat emplastrū solidē substantie. Hec mihi ui sa meliora pro nunc fuerunt Amen .

¶Consilium de palpebra inuersa .

Patiens igitur purgetur cuȝ his pillulis prio et tardet cibū per horas.vi.⁊ sumat mane.℞ pillularum aurearum .ʒ.ii.cochiarum .ʒ.i.fiat .vi. Sequenti uero die sumat hoc digestiuuȝ per totam una septianā ℞ sy.ro.℥.i.sy. acetosi cōpositi.℥.ʃ. aque feniculi cicoree ana.℥.i.ʃ.misce post comple mentuȝ uero digestiui summat iterato pillulas supraſcriptas immediate et postea omni quinto die consulo sibi summat unam de supraſcriptis pillulis per duas horas post cenam. Super car nositate uero palpebre inuerse fiat linimentum pluries in die cum succo appii ranini p octo dies dinde per alios octo dies madefiat locus leuiter cum aqua sal' armoniaci et semper post primuȝ succuȝ et aquam vltimaȝ superponatur carni ad dite hoc vnguentū ℞ emplastrū d mucilaginibus .℥.ii.allumiuis crudi uitrioli combusti ana.ʒ.i.dissolue emplastruȝ cum uino antiquo et incorporētur cum eo pulueres et fiat unguētuȝ bene glutiatuȝ de quo ungatur palpebra.ut dictuȝ ē . Amē.

¶Consilium ad obtalmiam acutam .

Obtalmia huius generose domie iuditio meo pendet a materia cō mista ut san.fle.salso. Neqȝ credo ipsam materiā esse cōmixtam ex co.et san.Et mouent me ad illud plura motiua .primum est longitudo huius obtalmie que prolixo tempore durauit. colerica autem obtalmia non esset tante lon gitudis propter acuitatē materiei cuius periodus p se nō trāsit decimū q2 tū diē. Scdȝ uero motiuum est uehemens pruritus cū mordicatione commixtus qui ambo sunt accidentia materiei salse sicut pungitiuus dolor est accidens colerice .Tertium uero motiuuȝ est expansio uel dilatatio huius materiei ad frontem et ad faciem.colerice autem materiei uehementius exalant et citius euanescunt q̄ fixe permaneant mēbris. Quartuȝ uero motiuuȝ est q pars huius materiei cōmūicata ē pectori et facit vlcerationes in mamillis.materie autem colerice prius euaporant q̄ in saniē cōuertātur. Et plura alia motiua ad hāc intentioneȝ si non efugerem longitudinem. Neqȝ iterum credo q huius obtalmie longitudo principaliter proueniat pp retētioneȝ menstruorum propter ipregnationem . quoniam frequenter vidi demus prolixas obtalamias in uiris et mulieribus non pregnantibus.et adhuc iterum quia cū menstrualis materia sit multiplicata propter lō gitudinem tēporis impregnationis mirabile eēt q ipsa non fecisset in oculo corruptioneȝ magnaȝ in uuea cornea uel coniunctiua aut saltem visui magnuȝ fecisset nocumentum . quoniaȝ uidemus obtalmias a quarta usqȝ ad septimam diem quan doqȝ auferre visionē. Qualitercūqȝ tamē cōtigit dispositioni prouiderē quinq; remediis ifraſcriptis . Regimen uero per euacuationes et digestiones conueniētes non dubito esse conuenienter administratuȝ sicut conuenienter fieri potuit. Scio tamen in ea que de hoc regimine necessaria fuissent non potuerunt eidem conuenienter administrari propter impregnationeȝ propter quā hec egritudo difficilior est reddita q̄ si nō fuisset pregnās.licet tamē hāc dispositionē magis credā eē per essentiam q̄ per colligantiam matricis principaliter ut supra premissum est ¶Regimen per illa quinq; remedia ita administrarem ego si essem patiens. Primū itaqȝ horum remediorȝ est puluis iste quo mane et sero pulurizetur caput eius a principio cōmissure coronalis usqȝ ad fineȝ sagitalis spargendo de eo inter capillos usqȝ ad quantitatem sex granorum ordei cum setula semper aspergendo primum positum puluerem deponendo quando poni debet secundus et est eius descriptio talis ¶℞ florum nenufaris .ʒ .i. corticuȝ cit'.ʒ.i.ʃ.uiol' ro.ana.ʒ.ii.canfor grana tria ligni aloes .ʒ.i.fiat omnium per se puluis subtilis et commisceatur . Secunduȝ uero remediuȝ speciale est linimentum hoc de quo magnū in obtalmiis et fluxibus materieruȝ ad oculos iuuamentum inueni maius q̄ in aliis fere remediis omnibus .et liniantur ex co frons et tempora bis in die actu frigido uel tepido .℞ amili .ʒ.i.ʃ. tere sigillate.ʒ vi.tucie preparate. ℥. ʃ.lisi memite.ʒ.i.ro. spodii san.ru.acatie ipoqstidos ana.ʒ.ii.gummi arabici torrefacti.℥.i.succi plā taginis succi consolide ma.ana.℥.iii.fiat unguentuȝ in mortario plumbeo longa contritione cum suo pistello et spero q ultimuȝ est. Tertium remediuȝ speciale ē remediū istud. ℞ sief albi facti ex mucillagine dragraganti. ʒ .ii.sarcocolle nutrite.ʒ.i.tucie preparate .ʒ. ʃ.succi ro . ℥.ʃ. aque violarum . ℥ . i . collirizentur omnia super cote et de hoc saltem sex uicibus in die naturali collirizetur oculus . Quartum speciale remedium huic dispositioni conueniens est epithima hoc . ℞ aque solatri aque uiolarum ana lib.ʃ.papaueris albi .℥.ii.terantur simul ultima contritione usqȝ quo papauer fere vratur in aqua deide predictis

addatur isti pulueres. ℞ Amili de ordeo.ʒ.iii. sicē memite.ʒ.ii. sandarace.ʒ.ß. conquassentur omnia simul et infundatur in ea pannus qui expressus superponat̄ oculo fronti et temporibus. Quintuꝫ uō speciale remediū et vltimuꝫ est iste puluis de quo bis in die naturali oculo imponat̄ ad quantitatem unius grani milei et per duas horas aut saltem per unam ī loco opaco teneatur ocłus clausus deīde oculo īponāt̄ gutte due collirii suprascripti ita cōtinuetur ī opatione ꝓcedēdo et non dubito sanabitur.

¶Tractatus quartus de auribus. Et pº de ulcere ī aure cum exitu uirulentie Consilium.

Hec domina habet ulcus in aure cum exitu uirulentie et cum sonitu quodam ⁊ diminutione auditus. vñ arꝫ ꝙ habet nocumentum dīnutiōis et corruptionis ī opatione sensus auditus. pp quod oportet considerare magnum in ea esse periculum transitus in completā surditatē cui sic prouideatur. ¶Primo igitur abstineat a superflua quantitate ciborū ⁊ potuum grauantium stomachum ⁊ caueat comedere cibos ꝺ pasta lac ⁊ lacticinia omnia ⁊ pisces elixos et ꝓprie tinchas ⁊ anguillas. Et legumina oīa ⁊ caules etiaꝫ dimittat ⁊ omnia fercula brodialia ī sero maxīe. Similiter effugiat uinū dl'ce albū grossum turbidū ⁊ valde fumosū. sed bibat ipsū cū aq̄ recenti cōmixtū imponēdo de ea quartā partem Et caueat fortia exercitia ⁊ labores super cibo et effugiat semper caput tenere decliue. De medicinalibus uero sex sibi sunt necessaria. Primū ē ꝙ constante uirtute ⁊ reliquis fiat sibi flobotomia super manu dextra de vena cephalica que est inter pollicem et indicē a qua extrahantur sanguis.ʒ.iiii. uł quinque. ¶Secundum vero remedium est ꝙ vno mane in aurora comedat.ʒ.v. diaturbith cū reubarbaro post ꝙ dormiat per horā ⁊ tardet comestionē post eius assumptioneꝫ per horas adminus quinque aut sex. ¶Tertium uero remedium ē ꝙ faciat sibi sacculū unū plenū ꝺ puluere radicū assari ⁊ sit latitudinis spāle vndeq̄qꝫ ⁊ calefaciat ipsū semper sup una tabula ligni ꝺ ladice aut cipresso bene calefacta ⁊ superponat aurē infirmā saltem per quartā partē hore aut per mediam horā calefaciendo ipsam. deinde quiescat per quartē partē hore. ¶Quartū principale remediū est ꝙ omni die naturali quattuor uicibus imponat ī aure sua de hoc medicamine duas uel tres guttas tepidas iacendo super aure contraria per octauā partē hore ⁊ semper mundificando aurē cum una tenta facta de panno lini subtili ¶℞ olei de pice.ʒ.i. olei de costo.ʒ.ß. olei omfacini.ʒ.i.ß. ellebori albi.℈.i. armoniaci.ʒ.i.ß. oppoponacis serapini ana.ʒ.ß. ligni aloes.℈.i. macis.℈.i. partes duas pulueriꝫentur omnia pulueriꝫanda ⁊ terantur simul in mortario ultima contritione. ¶Quintū remedium prīcipale est ꝙ post assūptionē suprascripte confectionis hec domina uno sero paruꝫ ante cenā accipiat unā de infrascriptis pillulis. secūdā uero ex eis accipiat per horā post cenā cōtinuando hūc modū accipiēdi eas de quarto ī quartū usquequo sanata erit. ℞ pillularum cochiarum.ʒ.ii. pillularū aurearū.ʒ.i. formentur pillule. vii. ex.ʒ. cuꝫ succo rosarū. ¶Sextū ⁊ ultimū remedium est ut postq̄ medicauerit aurē per.x. dies cū predcō vnguento. tunc aliis.x. diebus imponat auri quater in die naturali tres guttas de succo ciclaminis ł panis porcini tepido. deinde reuertatur de succo ad unguentū ⁊ ecōuerso semper medicando aurē ⁊ sic continuando usquequo sana erit. ad laudē dei omnipotentis amen.

¶Consilium de nocumento auditus ⁊ sonitu ī aure cū exitu hūiditatis corrupte ab ea.

Hic reuerendus in christo pater ⁊ generosus vir de nobili progenie Barbaro sicut nuper accepi egrotat nocumento auris triplici ¶Primū quidem est nocumentū diminutionis auditus. ¶Secundū est sonitus preternatura in aure perceptus. ¶Tertium uero est fluxus uel exitus humiditatis ab aure corrupte interpollatim eueniens. ⁊ hec quidem nocumenta licet non appareant excellentia sunt tamen verenda multū. minantur eni cōpletā surditatē subsecuturam ad ea ipsa quoque nocumenta predicta inuicem sunt dependentia unū a reliquo sicut nunc descēdendo apparet. Necesse eni est omnem hūitatē preternaturā uel corruptā emanantē ab aure aut esse proptē nocumentū propriū auri aut per colligantiam. si eni erit propter proprium nocumentū auris aut materia iª corrumpitur in venis ⁊ arteriis minutissimis disseminatis per panniculū vestientem os anfractuosū auris interius. Et hic quidem motus exeundi exitus humiditatis raro contingit simplex. et est humiditas valde paucissia. a paruo eni mēbro non potest multa per se emanare hūiditas et cōprehenditur hic motus per hec signa. ¶Primū est paucitas ⁊ subtilitas humiditatis exeūtis ⁊ raritas euentus eius ¶Secūdū est sensatio male cōplexionis calide cū titillatōe pulsatione ł pruritu in ea. ¶Secundus modus descensus humiditatis ab aure et frequentius eueniens est ab ulceribus ī uentis in pāniculo iā predicto que potuerūt subsequi solutionē continuitatis factā a primitiua causa ut ipina acu arista ⁊ consimilibus. aut subsecuta fuerunt ulcera ista ad apostēata colerica predicti pāniculi ⁊ hec frequēter eueniūt. Et ueniturin cognitionē horū ulcerū per hec signa. primum ꝙ precesserunt dolores et febres ad quas cōsecuta fuit subita eruptio cuꝫ eductione materie saniate uirulente fetide vel corrupte. ⁊ hec quidē materiei corrupte emanatio frequenter multo tēpore ꝑseuerat. ita ꝙ.x. uel.xv. annorū spatio vix bene curat̄ nisi a viro sciētia ⁊ expe bñ trito. ¶Perducit āt huiusmōi materiei presentia quādoqꝫ ad nocumentū diminutionis auditus. aut quia ipsa oppilat uias transitus spiritus aīalis a cerebro ad organū auditus predictū. aut quia predicte humiditates mala complexione corrumpunt cōplexionē panniculi auditiui. aut qa propter infusionē predicti panniculi a mēbris illis species sonorū non bene recipiuntur in organo uel panniculo isto. nꝫ in medio intraneo auditus ⁊ propter hoc diminute audiunt taliter patientes. potest etiā ab his ul rebus generari nocumentum corruptionis auditus. uapor eni uel fumus qui eleuatur a mēbris predictis receptus in panniculū istum repreſētat

el uarios motus secundū quantitatē subtilitatē uel grossitiē acuitatē punctionē vel mordicatōem in organo auditus factā a uaporibus illis. Ex hoc fūdamento concluditur ītellectus pluriū apparētiū si enī uapor iste acutus multus fuerit ⁊ paris pānīculi istius motus ⁊ neruorū venientiū ad ipsū a cerebro percipiet auditiua potentia motū similē pcussioni aeris armorū uel aliarū rerū ualde sonātiarū. ⁊ hic motus talis a sapientibus tinnitus appellatur. Si autē talis vapor est multus ⁊ grossus ⁊ aque nature participans fuerit ⁊ vehemēter agitatus ⁊ subito represētat auditiue potentie motū aque fluentis. Nō si predictos uapores contingit uehementi collisione reuerberari ad pannīculū non uehementer infusū representatur auditiue potentie motus consimilis collisionis ⁊ reuerberationis aeris a flatu uentī uehementer collisī ad siluas uel parietes uel ad alia. ⁊ hec omīa a viris illustribus nocumenta corruptionis auditus nominantur. tales enī motus in medio intraneos pāniculis ⁊ neruis causa representant se ipsos ēe exterius in aere inuentos uel in medio extrinseco in quo nequaq̄ sunt. Ex quibus omnibus tanquā ex fundamento concluditur q̄ hec nocumenta tam diminutionis q̄ corruptionis in auditu cōtingentia facile perducere possunt ad destructionē auditus siue propter maiorē corruptionē in materia complexionali eueniente siue propter oppilatōes uel apostemata uel alias egritudines cōpositionales vel subsequētes. siue propter magnificatā solutionē continuitatis in predictis partibus. solutio enī continuitatis mēbrorū est maxima cā debilitatis mēbrorū. ut secunda primi capitulo de cāis debilitatis mēbrorū. ⁊ primo de accidenti ⁊ morbo colligendū. siue propter talia ulcera contingat in auribus multiplicari sorditiē que prohibeat receptionē spiritus aīalis in organo auditus. que et sordities prohibeat receptionē sonorū in organo auditus declarato. aut contingat post talia ulcera remanere cicatrices magnas in organo auditus ex quibus ipsū fiat non bene sonorū. Iā autē declarare oportet q̄ nocumenta predicta auditus contingere possunt per colligātiā a medullari substātia cerebri cū pāniculis eius ut pȝ i sirsem ī carabito in litargia uel congelatōe in subet apoplexia epiª ⁊ consimilibus. etiā contingere possunt predicta nocumenta per colligantiā organorū auditus a toto ut in febribus ⁊ aliis partibus. ut pectore pulmone stomacho splene renibus matrice ⁊ sic de aliis. quorū quidē nocumentorū inuentio habet' p conuenientia signa deducentia in cognitionē nocumentorū totius aut aliarū partiū corporis. sȝ qr hec non uidentur multū ad propositū facere iam relecaui effugiēs etiā longitudinē. Si quod autē de inferioribus mēbris frequentius ē causa augēdi nocumentum in auditu illud saluatur euidentius ⁊ frequentius a stomacho prouenire q̄ ab aliis membris. In cuius quidem nocumenti cognitōem cōicati auribus ex parte stomachi peruenitur per inuentionē signorū significantiū nocumenta repletionis doloris tensionis aut alterius nocumēti stomachi. quoniā terminus discretiuus horū nocumētorū est sēsibil' lesio in operationibus mebri eueniens a quo per colligantiā leditur alterū. Sū igitur dispositio huius reuerendissimi patris domini prothonotarii barbaro reducitur ad nocumēta sȝ ordinē declarata q̄ fuerūt ulcera aut solutiones continuitatis in organo auditus existentis. In cuius quidē curationis dispositione. xii. mihi uidentur necessaria obseruari ut nunc in posterū sequitur. ¶ Primo itaque percurrēdū est regimē sex rerū nonnaturaliū abreuiate. licet multū diffuse oporteret extendere calamū si tempus adessȝ Itaque vir iste morā contrahat in ciuitate domo et camera bene calidis. ⁊ oīo effugiat flatū uentī orientalis ⁊ occidētal' magnū. ⁊ effugiat strepitus omnes ⁊ fōtes motus sonātiū corporū aerē ipetuose colidentiū. ⁊ caueat a cantu et ab approxiatōe ad cantus multū excellētes. quoniā excellens sensibile corrumpit sensū. ȝo de aīa. Et caueat ab habitatōe i locis habentibus testudinales reuolutōes imo morari ⁊ diu stare ī eis non est tutū. ⁊ caueat a strictura uestium cōprimētiū pectus ventrem ītestina ⁊ ypocondria. et omnino caput eius sit bñ munitū infulis suffultis dorsibus variorū pellibus vulpinis ⁊ agninis. ¶ In cibis vero euitet omnia mltū uaporosa. ut brodialia piguia lacticinia fructus multos bletas spinachias portulacas et alias frigidas plantas. Caules vero ⁊ rape mēta feniculum petrosel. ȝpillū ruta saluia rosmarinus ⁊ reliq̄ similes calide plante optime sūt et radices calide pastinache charote rapunzeoli ⁊ similes sunt vtiles. legumina uero dimittantur preter risuȝ ⁊ panicū ⁊ far de ordeo et cicera rubea confracta. ¶ De carnibus laudantur vituline capreoline castratine ⁊ leporine ⁊ de pullis omībus ⁊ proprie columbellis qui singularē habent proprietatem ī hoc casu. ⁊ fasiani perdices starne fracolini merulī. ⁊ sic de singulis minutis auibus. ¶ Fructus vero dimittantur omnes preter ficus ante cibum. ⁊ auellane torrefacte optime sunt etiā et proprie post cibū ⁊ amigdale ⁊ fistici et nuces etiā non sūt male. ¶ De seminibus vero feniculus anisū gna paradisi ciminū et cardamomū omnia utilia sunt ⁊ proprie flos et semen origani mirabiliter laudata sunt. Aceti autē vlus in condimentis laudandus est ⁊ succus limonū salitorū. Agresta vero et granata et citrangulī non placent. Cinamomum autē et nux mus. galanga piper crocus ȝȝ ⁊ omīa talia optima sunt. Lac vero et lacticinia omīa ac pastiles cibi oīo dimittantur. Caseo autē uti poterit non ualde frequenter et proprie fragibili ad salsedinē aliquantā declinante. Carnes vero salite macre et cū seminibus cōdite in landutulis sūt bone. Cerebrū insuper ventres cor epar renes et caude aialium dimittātur et vniuersaliter omēs neruose pāniculose et cutanee partes dimittēde sunt. ¶ Uino autē utatur albo subtili claro bene aromatico et mediocris saporis tendente tamen ad fumositatē magis q̄ ad aquositatē. Et si tēpore aliquo causa estus aut consuetudinis oporteret ipsum aque cōmisceri sit aqua cisterne aut altera aq̄ in qua diebus frigoris coquatur pauci flores origani et ī diebus caloris coquat' simpliciter aqua et cōmisceatur quarta pars eius cum tribus partibus vini aut saltē tertia cū duabȝ. ¶ De modo āt exercitandi dicendū q̄ omīo quiescat post cibum immo alio tempore neque video sibi exercitiū saltem magnū fore ei utile. Exercitium autem peditatiuum paulatī et longo tempore factum ita ut ducat corpus ad augumentū suauis caliditatis ē ei conueniens. loco tamen exercitii utat' frequnter

Antonius pozo mediolanensis de nobili ꝓgenie pozoꝝ satus obtulit mihi pozum sapore quidez et masticatione valde orridum. digestioni autez difficillimū. Laborat eniz accidētibus ꝙ̄pluribus ꝛ egritudinibus vt mihi scribit que omnes ꝛ multū verende ꝛ nocitiue existunt simul in eodem corpore inuente. immo quelibet illarum p se diligenter consyderata scientia ꝛ opere nō mediocriter erudito diuersis corporibus magnam speculationem ad se aduocat ut diligenter capitulari possit ¶ Accipiam itaqꝫ dispositiōes eius ordinate velut ipse scribit. Et prima quidem earū est instantia sibillationis i auribus. 2ª vero est rheumatis a capite descensus. 3ª est nocumentuz diminutionis in operatione memoratiue potentie. 4ª est inuentio et sensatio in ptibus nuche. 5ª ē debilitas stomachi cum appetitu vomendi aliquando eueniente licet non semper. 6ª ē debilitas renū. 7ª est motus et tensio a ventositatibus in femore facta. 8ª est descensus humorū ad testiculū sinistrum. 9ª est tremor cordis. 10ª est imagiationū instantia. 11ª ē imoderata sitis p duas horas post cibū eueniēs ꝛ pluribus etiam aliis molestatur accidentibus ad hanc sumā reducibilibus. ¶ Cuz ergo hec oīa accidentia vel egritudines in eodem viro cōplicate sint oportet inuestigare an omnia talia accidentia ab vna radicali causa ꝓueniant. an habeat causas productiuas eorū diuersas secunduz diuersitatez membrorū quorū hec accidētia sūt passiones. ꝛ secunduz diuersitatez materieꝝ que sunt ipsorū productiue ꝛ que sunt ipsorū efficientes ꝛ materiales ¶ Per hunc igit̄ modū poterit inueniri principiū productionis cognitiōis ꝛ curationis taliū accidentiū. vnū solum sufficiēs aut plura necessaria ad cōtemplationem ꝛ curationē taliū. ¶ Videt̄ igitur apud rationabiliter speculantes ꝙ horū accidentium vel egritudinum diuersitas est ꝙ quedam sunt dispositiones p essentiam quibusdam membris. quedam vero p colligantiam. nonnulle autem simul p essentiā et per colligantiam diuersorum mēbrorum sunt dispositiones ¶ Igitur sibillum in auribus presentatū et cōtinuuz omnino prouenit et imediate a ventositate inclusa in concauitate ossis assamach et est os durū et tortuosum valde ipsarum auriuz. Potest etiam huius ventositatis pars inmersa esse in poris tenuissimi panniculi qui inuenit̄ in cōcauitate predicti ossis eam vestiēdo. Pōt iterū et 3º hec ventositas īueniri in neruis inmersa a quarto pari neruorum cerebri ramificatis per quas effunditur a cerebro animalis spiritus qui est instrumentū auditionis. Et potest etiam hec ventositas in omnibus predictis inueniri membris et simul. Qualitercūqꝫ igitur contingat hec ventositas inmixta aeri intraneo auris agitat̄ cum eo et collisionem reuerberando facit in panniculum et os ante scripta. Causatur itaqꝫ sibillū propterea quia ventositas est exalatio terrestrei tate participans. et tenuis existens reuerberata ad membra illa que sonora sunt representat potentie auditiue speciem confractiōis sub similitudine sibillandi. Cum autem ventositas omnis a calido diminuto non tamen excellenter generet. Si enim esset intensa frigiditas non fieret generatio vaporum nec ventositatis. sicut si esset excessiua caliditas digereretur aut consumaretur materia in ventositates resolubiles et vapores. Oportet igitur calidum uel calorem esse diminuta respectu temperamenti proprii patientis Hec igitur frigiditas aliqualiter intensa vel diminuta caliditas est species male complexionis frigide in cerebro habundantis et est causa efficiens predictoruz. ¶ Materialis autez causa remota est materia flegmatica terrestreitate participans acquisita in ea aut a materia aliquāta colerica aut melancolica aut flegma vitreum a quo per continuam actionem caloris resolute fuerunt partes aeree et aquee ipsius et deductum fuit ad terrestreitatē. Erit materia antecedens predcī sibilli ¶ Coniūcta vō materia l' locū eius tenens est ventositas in predictis locis inmersa representans auditiue potentie speciem sibillandi quare corrupta est auditiue potētie operatio percipit enim in aere existere sibillantis speciez a qua aer ipse euacuatur. sed hoc est formale corruptionis in operatione auditiua ut patet in speculationibus secūdi tegni capitulo illo. Nocetur autez operatio tripliciter. ¶ Formalis vō causa huius accidentis est actualis refractio et collisio ventositatum predictarum ad organa sonora ꝓpter que percipit̄ actualiter sensatō rei exterioris nequaquā existentis. ¶ Finalem autem causaz in operationibus anime attributis in omnibus assignare non est facile. Neqꝫ enim anima vnquā intendit per se et primo hunc sibillum tanquam operationem corruptam. Sed finalis causa est conatus ad expulsionem illarum ventositatum a profundis partibus cerebri vnde oritur quartū par neruorum qui sunt instrumenta auditus organice seruientia illi anime in quam conatur ad expellendum illas ventositates. Cum igit̄ nullā viam habeat anima per quam conuenienter expelli possunt ventositates ille ꝙ̄ per os assamach anfractuosum et per neruos predictos patet ꝙ ventositas illa violenter impulsa sibillum facit predictū. Sonat enim cum percutitur afforismorū 7ª sermone illo. Sternutatio fit a capite et cetera. Ex quo apparet completa declaratio primi accidentis videlꝫ sibilli auriuz. ¶ Vide ꝙ̄to labore opus est speculantibus ad inuentionē effectuuz per quattuor causas efficientem materialē formalem et finalem que imediate declarate sūt

¶ Capitulum de 2ª mala huius viri dispositione q̄ est rheumatis a capite descensus.

Ex fundamento preelecti capituli diligenter cōsyderanti facile est videre causā secundi accidentis supra premissi videlꝫ rheumatis a capite descensus Cum eniz in toto cerebro existat species male cōplexionis frigide et humide et materiei flegmatice muccillaginose et vitree multitudo que ibidē multiplicantur per viam indigestionis et euaporationis ab inferioribus partibus ad ipsum caput multiplicata predicta materia cogit vtutez

ad expellendum materiã illam ut exhoneret cerebrũ ab accidentibus ⁊ egritudinibus que ꝓpter retentionem illarum materierum essent apta cõsequi. Et quia materia fluxibilitate sua ⁊ grauitate apta est moueri inferius secũdũ maiorẽ ptem. Ideo materia illa descendens aliquando retinet in locis glandosis lateraliter apud uuuluã positis ⁊ tũescere facit illas ⁊ apostemari. Quãdoq; vero materia illa secũdũ ptem retineri potest in vuulua extẽdẽdo ⁊ mollificando ipsaz. Et nõ nll'a pars etiam huius materiei descendit ad loca sub faucibus ⁊ facit ibi tumores qui branchi nõiant. Et si materie illius aliq̃ ps descenderet interius ⁊ retineretur in musculis gule ⁊ colli facere posset apostemata sqnãtica nominata. Si aũt illius materiei pars aliquanta descenderet ad pectus faceret dispositionem que catharrus nominatur. Ex quo patet q; si iterũ huius materiei pars aliqua descenderet ad stomachum noceret eidẽ appetitũ ⁊ digestionem eius impediendo ipsum vaporibus multum molestantibus. Non curaui ponere q; hec materia faceret corizam quoniã ipsa quasi tota grossa est. Sed corize materialis cã ẽ aquosa quare ⁊ cet. Multiplicant' aũt hee materie iterũ in capite ex causis exterioribus õ quarum numero possz esse multitudo ciborum ⁊ potuuz ⁊ precise potus post vnam horam apud cenã multiplicatus. Et exercitia fortia super cibuz imediate facta. Et coytus etiam tunc multiplicatus ⁊ ingluuiose comeder̃ ⁊ cibis uti vaporosis ⁊ brodialibus pinguibus ⁊ dormitio subita post cibuz ⁊ ꝓlixitas in ea. Et risari ⁊ alterari cum sociis ⁊ agitari in passionibus anime angustiosis ⁊ furibundis ⁊ alia que essent consimilia istis. Ex quibus valde facile posset intelligi essentia rheumat' a capite descendentiũ ⁊ eoꝝ nocumenta ⁊ picula que minantur. Hec de 2° accidente.

Capitulũ de 3ª mala dispositiõe. que ẽ nocumẽti diminutiõis ĩ opatiõe meõratie potẽtie.

Iam apparet ex predictis intelligendũ esse causam nocumenti diminutionis memorie. Cum enĩ in cerebro huius viri mala complexio frigida et materie cõsimiles multiplicate sint pz q; organũ memoratiue potentie cuius est recipere ⁊ conseruare species sensibiliuz ledi potest dupliciter. aut quia nõ cõuenienter recipit species ⁊ congruã q̃ntitatem spiritus animalis necessario ad memoriã aut quia propter magnã mollificationẽ a flegmatibus factam uentriculus posterior cerebri nõ cõuenienter conseruat ⁊ thesaurizat species sensibiliuz. Humiditas eniz multa dato q; preparet ad facile recipi posse formas vel species rerũ ipsa tñ non minus facit ad non bene detinendũ eas. humidũ eñ licet formas figurales facile suscipiat ipsas tamen valde facile amittit prima primi capitulo de elementis. ꝓpter quod non est mirabile si iste adolescens diminutam habet operationem memoratiue potentie. Et hec sufficiant de accidẽte tertio.

Capitulum de 4ª mala dispositione. que est inuentio ⁊ sensatio frigiditatis ĩ ptibus nuche.

Pro declaratione vero quarti capituli ⁊ accidentis in eo comprehensi nõ expedit multũ extendere sermonẽ. Cuz iaz appareat ex posit' in precedẽti capitulo q; mala complexio frigida ⁊ humida posterioris partis cerebri. et materia flegmatica ibidem multiplicata cause sufficientes sint frigiditatis in nucha multiplicate ⁊ in neruis sponditium colli ⁊ dorsi superioris ab eo orientibus. Nucha enim est vicarius cerebri in cursu dorsi. pª tertii. 2° capitulo. Cum ergo exeat ⁊ oriatur inmediate a posteriori cerebro ⁊ generata sit ex materia post cerebri generationem remanente. oportet de necessitate concedere q; materia in posteriori cerebro multiplicata nucham infrigidat ⁊ humectat et neruos ab eo orientes. quare si materia fluidior esset ⁊ aquosior ingens eẽt piculum et suspicio in hoc viro de transitu in paralisim. Quomõ autẽ mala cõplexio frida acgrat' in nucha comunicata sibi a posteriori cerebro satis est facile videre si ipsa generetur a mat'ia flegmatica ad nucham effusa. siue a cerebro alterante ptes sibi ꝓpinquas generetur in nucha frigiditas et humiditas p successiuam alterationem vnius partis ad aliam. Et apparet ex hoc fundamento q; suspectum sit accidens quartũ ⁊ molestũ. Minatur enim huic viro stoliditatem aut amentiam aut paralisim ut planũ est ex premissis.

Capitulum de quĩta mala dispositione que ẽ debilitas stomachi cum appetitu vomendi aliquando eminente licet non semper.

Quintum autem accidens superius positũ in hoc quinto capitulo declarandum leuissime intelligit' ex his que dicta fuerunt ĩ secũdo capitulo de causis rheumatis ad iferiora descendentis. Nõ soluz enim materia a capite descendẽs ad stomachũ potest debilitare digistiuam eius et nauseaz ⁊ vomitum inducere suis alterationibus. sed sola etiam stomachi compassio absoluta ad ipsum cerebrum per simplicem alterationem. hec talia accidentia efficere potest. qd facile percipi potest eo q; quanto cerebrũ deterius se habet tanto stomachus in digestiue debilitate nausea et vomitibus agitat'. Hec õ accñte 5° dcã sufficiãt.

Capitulum de sexta mala dispositione que ẽ debilitas renum.

Renũ debilitas q̃ ẽ accidẽs sextum etiã cõtigere posset propter materiam p viam indigestionis multiplicatam in stomacho et in intestinis quibꝫ hec materia comunicaretur renibus p venas in mesentereo multiplicatas. Sz huius debilitatis assignari etiam possunt cause alie. prima est frequens et longus decubitus super spina qui facit multiplicari materias in renibus que in frigidãdo ⁊ mollificando debilitant eos. 2ª causa potest esse frequentia coytus. 3ª posset esse multa vrine retentio et indebita eius euacuatio p colatoriuz et vritides. 4ª causa potest esse opilatio in predictis renibus propter quã multiplicantur ĩ eis materie laxantes et debilitantes eos. et hec cognoscentur per frequentiam mictus ⁊ paucitatis emissionis vrine clare et tenuis ad subalbedinẽ tendẽtis. Hec sufficiãt de accidẽte 6°.

Capitulum de 7ª mala dispositione que ẽ motus et tensio a ventositatibus ĩ femore facta.

Cum ergo in precedenti inmediate capitulo declarata fuerit debilitas renum cum suis causis. Non est dubitandum ꝓpter malam complexionem et materias inuentas in ptibus inferioris ventris multiplicari vapores et ventositates et proprie cum materia grossior fuerit ut flegma uitreũ preassignatuz ĩ capitulo primo. Hec igit'

ventositates pelluntur a virtute ⁊ per concauitates intestinorum vt expellantur p inferius quarū etiam pars transpirando per poros recipitur inter superficiem conuexam intestinorum ⁊ cōcauā sifac. Ipsa igit̄ ibidē mltiplicata extēdit sifac in nexum ossi femoris quare ibidē necessario facit dolores extensiuos. Unde si hec ventositas multiplicabitur in didimo qui est oriens a sifac. et descendens per locum vasorum spermaticorum ad oxeum indubitanter in hoc adolescēte faciet aut iam fecit principiū hernie ventose. Et si amplius a ventositate distenderetur foramen sifac per quod descendunt didimus et pori⁊ vritides. aut rumperetur substantia sifac. non est dubitabile q̄ iste incurreret aut forte incepit in eo crepatūra vel hernia per quam intestina apta sunt descendere in oxeum. quare maxime necessariū ē huic adolescenti ut magnam habeat cautelam et sollicitudinem in ofendendo se ab euentu pretacti periculi et hec de 7° accidente.

Capitulum de 8ª mala dispositione que est descēsus humorum ad testiculum sinistrum.

Octauum vero accidens superius memoratū est humiditatis descensus ⁊ multiplicatio in sinistro testiculo cuius quidem accidentis iam clare apparent cause ex precedenti inmediate capitulo. Materia enī descendens p didimum ⁊ venas et arterias que portant nutrimentū ad testiculum preternaturaliter ibi multiplicata dolorem in testiculo facit grauatiuū et extensiuū. et si ei aliquid materiei calide comisceretur acute eēt predictus dolor etiā cum pruritu associatus. aut cū caliditate notabili absq̄ pruritu. sicut de sanguine si cōmisceretur cum predicta materia. Ex quibus apparet q̄ hoc accidens huic viro minatur euentum apostematis in testiculo suo quare prudenter agat ⁊ de re sua sollicitus existat.

Capitulum de 9ª mala dispositione que est tremor cordis.

Motum vero tremulum cordis qui positus fuit superius tanq̄ nonū accidens. Oportet concederē q̄ est aut dispositio cordi per essentiam aut per colligantiam a cerebro proueniens. qđ apparet rationabilius cum distemperamēto nāq̄ cordis complexionali aut compositionali tanto quātus est necessarius ut ab eo fiat tremor cordis. non video bene q̄ saluari posset fortitudo virtutis vitalis quanta perseuerat in hoc viro. Similiter etiam neq̄ saluaretur bonitas pulsus qui magnus est ⁊ mediocris inter velocem. et tardum ⁊ spissum et rarum. Neq̄ etiā saluaretur bonitas coloris audatia et animositas que adhuc notabiliter in hoc viro vigent. quare videtur mihi securius esse dicendū q̄ hic motus tremulus cordis est per colligantiam ipsius cordis ad ipsum caput. ꝓpter enim malam complexionem in cerebro inuentam cū materierū multitudine flegmaticarū discrasia fit in corde frigida et humida ⁊ vapores multi a flegmate descendēte ad pectus claudūt vias euentationis cordis multiplicate ī arteria venali ⁊ ī articulis ⁊ hostiolis cordis q̄re virtus cordis mouetur ad expellendum illos vapores et spargendum eos tanq̄ obiectum tristatiuum. Et ex fortitudine conatus ⁊ motus cordis ad expellendū ⁊ fortitudine resistentie predictorum vaporum ad resistendum nascitur motus tremulus qui si pseuerāret maxime verēdus īmo mortalis esset. Iuxta illud autenticū 3ª. primi colligendum. Qui enī habet tremorem cordis continuū caueat ne subita intercipiat̄ morte quare audiat patiens periculum huius.

Capitulum de decima mala dispositione que est imaginationum instantia.

Non est necessarium me anxiari multum in inuestigatione et declaratione decimi accidentis. s. imaginationū. Nihil enī aliud īportat̄ p eas q̄ nocumentum corruptionis in operatione visiue potentie. Diluditur enī visiua potentia taliter q̄ apparet ei percipere formas figuras ⁊ colores in medio exteriori qui nequaquam reperiuntur in eo quare potentia visiua percipit se videre qđ nō videt ⁊ ergo diluditur. Et q2 imaginat̄ imaginatiua exterius esse obiecta in medio que non sunt ideo vocantur imaginationes que sunt colores forme vel figure que percipiuntur in aer̄ cū neq̄ sint in eo. Cum ergo in cerebro huius viri multiplicata sit materia flegmatica q̄ plurima vapores ab ea eleuati cōmiscentur spiritui visibili q delatus ad cristalloydē et abinde exterius illuminans mediū sigillat in ipsum species motus illorum vaporū qui quandoq̄ mouent̄ motu circulari quandoq̄ vero motu recto ascensus ⁊ descensus et sic quandoq̄ apparet alicui videre lineas uel alias figuras ascendentes aut descentes aut circulariter motas. Et secundū q̄ contingit illos vapores eleuatos esse a materia colore valde aquea. ita apparet color consimilis in figuris predictis. Et similiter quādoq̄ percipitur in eis citrinitas a colera. rubedo a sanguine. opacitas a melancolia predictis vaporibus representantibus horū similitudines secundū species predictarū materierum. Species ergo harum formarum uel colorū impresse in mediū vel aerē suscipiuntur intus uel ex quibus potentia visiua corrupte diiudicat ut iam apparet. Unđ ex istis recolligendo concluditur q̄ si horū vaporū multitudo perseuerat in cerebro minantur aquā vel descensum aque. cum de aquea materia existant. Et hic descensus aque cataracta nominatur a cataron greco quod importat defluxū ī latino. Et si quidē contingat hanc aquā congelari vel ingrossari inter concauā superficiē cornee et conuexam pupille tunc facit egritudinē que nominatur pānus subite cecitatis effectiuus. Ex quo apparet q̄ impropríe loquitur vulgus hūc pannū noīando cataractā cū cataracta nō sit aliud q̄ aque dscēsus iam predictus.

Capitulum de vndecima mala dispositione q̄ est īmoderata sitis p duas horas post cibū eueniens ⁊ pluribꝫ aliis accidentibus ad hanc sūmam rēducibilibus.

Ultimi vero accidentis et vndecimi videlicet sitis valide que per duas horas post cibum in hoc viro multiplicatur oportet intelligere causam ⁊ exclusis acuitate et salsedine in cibis et potibus quandoq̄ existente. Dicendū q̄ causa huius accidentis est multitudo colerice materie inuente in fundo stomachi et venis eius que tempore vnionis et reuocationis caloris ad ipsum stomachū gratia digerendi cibos excitatur et inflamatur et ad os stomachi delata vel illius inflamatiua sitim efficit ita validam. Non enī efficit sitī illā

in principio comprehensionis cibi cum nondū colera illa a deo sit inflamata q̄ suffecerit resol-
uere ⁊ exiccare humiduz rozidum oris stomachi
cuius cōsūptiōe fit sitis. Et potest hoc expimēto
a posteriori demōstrari q2 si patiens iste tolle͛rat
sitim finaliter liberatur ab ea. quia colerica ma
teria digeritur aut resoluitur quare cessat sitis
que fiebat ab ea. ¶ Hec ī sūma est verificatio et
inuestigatio vndecim accidentium principalium
que hunc adolescentem ingenter molestant et pi-
cula nō minora eis sibi portendūt. Si qua aūt
preter hec vndecim eueniunt accidentia radicez
habent a predictis vndecim. quare de eis exten
dere sermonem non est oportunū. quorum qdem
accidentiū procurationem fieri oportet sic nūc
sequitur ordinate.

¶ Priusq̄ modi curationum accidentium huius vi
ri assignentur neccessarium est rectificare admi
nistrationem sex rerum non naturaliū. Non eniz
instrumenta medicinalia conuenienter operari
possent in eo nisi debita mensura sex rerum non
naturalium premitteret.

¶ Capitulum primū de aere.

¶ Itaq̄ pro electione eius loci habitatiōis eius ge
neraliter prouidendum est. Primo q̄ aeris ītem
peries quecunq̄ posset nimia frigiditate aut cali
ditate nebulositate vel flatu venti acuti et impe
tuosi in cerebro et in tunicis oculorum in humo
ribus et spiritibus eorum efficere pmutationem
soluēdo cōtinuuz nimiū congregando vel disgre
gando aut spiritus et humores resoluendo et cō
gregando euitari debet. ppter quod caueat ha-
bitare loco vl' cāera valde frigida ventosa et vbi
humiditatis et caliginis excellentia distemperet
aer: quare habitet locum a terra eleuatum et di
stantem a fluxibus aquarum vel lacunarū et eui
tet mansionem in loco particulari vbi esset reuo
lutio testidunalis et ppie antiquorum edifi
ciorum ⁊ lapideorū. et sit camera eius orientali
et meridionali plage exposita bene clausa. et fene
stris habentibus ingressum aeris frigidi et nebu
losi fulcita. quorꝫ etiam gratia caput eius teneat
bene coopertū pelle agnina aut vulpina aut de
variorum dossibus duplicatis. Et vtile multum
est ei ut quandoq3 suffumigationem faceret in ca
mera sua. ℞. florꝫ eufragie seminis maiorāe aā.
.ʒ.ß. puluerꝭ ligni aloes. ʒ. i. thuris. ʒ. vi pulue-
rizentur et cum opus fuerit supaspergat coclear
vnū carbonibus ignitis. Et multum vtile esset
cameram suam calidā reddere accendendo in ea
ignem ex lignis abietis lauri iuniperi cedri ⁊ si
milium arborꝫ aromaticarū.

¶ Capitulum secūdū de motu et qete.

¶ De modo autez excercitandi premittendum est
primo q̄ excercitiū corporis magnū non esset ei
conueniens nisi prius corpus euacuaretur secūdū
q̄ iferius ordiabitur. Excercitiū enim super re-
pletionem factum magis est causa ut ma͛ie flu
ant ad cerebrum uel saltem per modum euapo-
rationis augmentate in eo silicet cerebro et ocu
lis. licet tamē excercitium motus progressiui ie
iuno factum per cameram et leuiter ascendendo
⁊ descendendo per scalas esset sibi vtile propter
materierū diuersionem ad inferiora. Aliter tn̄
excercitiuz orando moraliter sermocinnādo ser
mones pferendo et consimilia cōfert ei. Et iterū
gratia excercitii laudo ei leuez fricationem capi
tis et pectinationem cum pectine uel vnguibus
mediocriter fricando cutem ut fumositates capi
tis liberius transpirare possint. Post euacuatio
nes vero predicte fricationes capiti conuenirent
et fortiores istis

¶ Capitulū tertiū de somno et vigilia.

¶ De numero somni et vigilie premittendū q̄ ex-
cessus in multum vigilando et dormiendo simili
ter euitandus est. q2 primus motus vigiliarum
agitando materias augeret in capite ⁊ dispone
ret fluxum ad oculos. Secundus vero auget et
generat catharros ⁊ rheumatismos ⁊ materias ī
fluxu ad oculos disponit. propter quod nūq̄ post
cibationez dormiat nisi transeant ad minus due
hore ⁊ tunc dormire incipiat capite eius eleua-
to conuenienter ut dictum est bene tecto. et prius
dormiat super latus dextrū deinde 2ª reuoluti
one reuoluat super sinistrum. et euitet dormitio
nem diuturnam quantum potest nisi multuz vi
gilauisset in nocte. Et caueat dormire ī locis ad
que radius lune in nocte peruenire posset. multa
enim aeris luminositas et statio in ea et in aere
caliginoso et permutatio de ipso ad aerem lumi
nosū est causa cecitatis in breui tempore future
ppter qd̄ Dyonisius syracusanus tyrannus īimi
cos punire uolens faciebat eos diu in carceribus
tenebrosis valdē ɔtineri deinde subito pmutabat
eos ad aulam valde luminosam ⁊ magnam habē
tem multas fenestras vitreas et fiebant ceci.

¶ Capitulum q̄rtum de acciñtibꝫ anime.

¶ De anime vero accidentibus dicendū primo q̄
oēs aīe passiones ppter quas vehemēs et ml'tus
ponatur in spiritibus motus et in humoribꝫ. pp
quod euitet iracundiam furiositatē et vehemen
tiam risus. Similiter et econtra anime passiōes
per quas spiritus et humores multuz accētrant
ut sunt tristitia vehemens imaginatio rerꝫ et ef-
fectuū terribiliū euitari debent. Talibus enī mo
tibus in anima factis propter subitaz et multaz
retractionē spirituuz a cristaloyde et a toto ocu
lo non solum accidit diminutio imo corruptio et
quandoq3 ablatio visionis et lesio in operatiōibꝫ
sensuuz interiorū et etiam nocumentuz in corde
et in operationibus eius. Exterminant enī talia
accidentia ⁊ mutant corpus ab ea que est secūdū
naturam consistentia 3° tegni. Multi etiam per
sepe ex lōgo fletu fuerunt facti ceci sicut etiā sepe
contingit ex multitudine lacrymarum in uolun
tariaruz sicut actus earum psepe colliquando et
resoluendo fuit causa subite delationis materierꝫ
ad neruos obticos pp quod in instanti homo oīo
priuatur visu.

¶ Capitulum quintū de quinta re non na
turali. s. inanitione et repletione.

¶ Iam vero de quinta re non naturali. s. inanitiōe
et replettione parumper dicendum. ppter quod
premittenduz est primo q̄ hic non erit sermo de
inanitione. hec enī medicina inferius reseruatur
ad capitulum de canonibus et instrumentis eua
cuandi hunc virum. sed hic est sermo de modo ap
plicationis ciborum et potuuz ī quantitate exce
dentiuz ⁊ diminutoruz et in modo assumptionis
eorū. Itaq̄ oīo caueat iste vir a deglutione cibo
rū nisi bene ⁊ conuenienter masticatoruz. Secūdo
nullo modo accipiat cibum nisi preuenerit in eo

appetitus conueniens. 3° cum venerit appetitus ad cibũ cibũ accipiat nõ contrahendo morã post presentatum appetitũ. aliter enim impleretur stomachus materiebus corruptis et corruptibilibus 4° non multum prolonget moram in comedẽdo 5° vero semper cibaria leuis digestionis et lubricantinꝫ premittat his que sunt duriora digestioni et lenitione priuata. 6° effugiat assumptioneꝫ ciborum specie diuersorum et diuersis ferculis permutatorum. 7° effugiat omnem ciborũ assumptionem per quam stomachus percipiatur extẽsus et grauitas ab eo apud vmbilicum et ypocũdria percipiatur. 8° caueat assumere potus tantum ut in stomacho eius efficiat rugitum et fluctuationẽ propter quod melius est ei post cibationẽ quiescere ꝙ̃ ambulare vel aliter excercitari.

¶Capitulũ sextum de cibo et potu.

¶De sexta vero re non naturali scilicet de cibo et potu sermo diffusior est necessarius. ꝓpter quem premittendum primo ꝙ̃ omnia que naturaliter aut artificialiter sunt acuta multũ ut cepe alleũ porum raphanus sinapis et bulbus euitanda sũt. Similiter effugiat cibaria nimia sua euaporatione capitis impletiua. ut lac nuces pinguedines et similia. 3° euitentur omnia frigiditate et humiditate sua participãtia viscositate notabili ut sũt pisces et ꝓprie anguille tinche canchri et vniuersaliter omnes limosis plaudibus inuenti. 4° euitentur ea que nimiũ calefaciendo mordent pungunt et exiccant ut multi saliti visus et carniuꝫ et piscium salitorum. Que vero sunt euaporosa multum fumosa et ventosa ut legumina omnia et oua frixa et fructus frigidi et hũidi similiter euitari debent ꝓpter causam notã ¶Hec enim oĩa nocẽt principalibus membris et oĩbus operationibus eorum et maxime sensuũ interiorũ et exteriorũ sicut superius declaratum est in. xi. capitulis precedentibus. Itaqꝫ panem eligat bene fermentatũ et coctum non tamen adbustũ de puriori farina factum in quo sit aliquid de fermento plus ꝙ̃ in comuni pane recens vnius aut duorum dierꝫ ad plus. Et si post cibum suũ acciperet vipam parũ pertorrefactam de pane biscocto in vino rubeo et aliqualiter brusco facto optimũ esset ei. Panis aũt azimus aut nõ bene coctus dimittatur. Et similiter cibi omnes de pasta facti preter ꝙ̃ tri quod non videtur inconueniens propter exiccationem suam et priuationem a superflua humiditate. De carnibus autem conueniunt ei vitulie castratine capretine et columborum paruorũ et maxime siluestriũ. Carnes vero anserũ et anatũ et de agno non multum placent. Similiter et carnes aĩalium volatiliũ in aquis degentiũ non sũt ei laudabiles nisi assate et raro aut elixe et ꝓprie preparate cum saporibus et speciebus infra dicendis. Similiter et castratine carnes non sunt multum laudabiles et proprie valde pingues et antique carnes. De carnibus vero quadrupeduꝫ etiam conueniũt ei vituline et de siluestri porco rarius tamen. leporine vero carnes bene placẽt et ceruine aput inconsuetos non sunt inutiles. Sicut etiam omniũ animaliũ caro siue volatilium siue peditantiũ que mͣto excercitõ acquirũt cibũ suũ laudabilis est propterea ꝙ̃ non habent multas superfluitates. Oua vero oĩ mõ preperatõis vtilia sunt ei preterꝙ̃ frixa. Lac vero dimittatur omnino propterea ꝙ facit euenire tenebrositatẽ visus et caliginem. et stupefacit sensus omnes taꝫ interiores ꝙ̃ exteriores et opilationes efficit in cerebro et in hoc viro omnino corrumperetur ꝑ augmentum colere rubee in eo. De leguminibus vero placet etiam far et risum quod est calidũ in primo et siccũ in secundo et conuenienter nutrit et exiccat. Similiter etiam et panicum laudabile est ei propter siccitatem et apertionem aliq̃tã Fabe vero et faseoli cicera rubea pisa et sisamus omnia dimittantur. De oleribus vero effugiantur caules omnino et blete et spinachia citruli cucurbite cucumeres et portulace nisi raro etiaꝫ ĩ pauca quantitate et proprie cõmixta cum calidis et aperitiuis infra dicendis. Peponũ vero visꝫ nõ vitupero dum fuerint bene solidi dulces et maturi. Plantas vero calidas sicut feniculum eufragiam celidoniaꝫ petrosilinũ rosmarinũ mẽte species omnes et serpillũ et sibi consimiles bene comendo ipsis utendo solis aut pluribus commixtis inuicem et etiam cuꝫ aliis. De fructibus vero laudo sibi recentes ficus et etiã siccas et vuas suis temporibus bene maturas pensiles nominatas amigdalas et auellanas et proprie torrefcãs et eisdem etiã recentibus uti põt. Conueniũt etiam ei cerasa bene dura et solida amarilia nominata et proprie non valde acetosa. Acribus vero vti nõ est securũ nisi valde raro. Pyra vero muscata pauca post cibum suis temporibus accepta et conuenienter matura possunt ei conuenire. Et poma apia vel citrina dulcia et magni odoris põt etiã accipere et frequentius cocta ꝙ̃ cruda et raro et non in magna quantitate. Pira vero conueniẽtiora sunt ei aromatica bene dulcia et meliora sũt cocta ꝙ̃ cruda. Nuces aũt et castanee sorbe nespilla omnino dimittantur. Radices vero plantarũ quibus comunis est usus vt cepe alleũ porrũ raphanus et bulbus. Pastinaca vero domestica et siluestri uti potest. Radix alba que rampioli spẽs ẽ et rampiolus nominata ei utilis est propter hoc quia declinat ad caliditatem et conuenienter nutrit cũ aliquali apertione quam habet. De conditis vero conueniunt ei rape condite et pastinace et secacul vel yringus. Etiam oliue condite scd̃m consuetũ modũ ꝑ apertioneꝫ et exiccationẽ suaꝫ cuꝫ uirtute feniculi notabiliter imposita eis sunt sibi utiles. Species vero que conuenienter in usu suo administrari possunt sũt sicut macis nuxmuscata cinamomũ galanga gariofoli ꝫinꝫiber utrꝫ ꝙ̃ pip semen petrosilini et leuistici. Semen aũt apii et aneti omnio dimittat. Et in sũma omniũ aromatũ calidorũ subtiliatiuorũ aperitiuorum usus mediocris est ei conueniens. omnia enĩ talia stõacho cordi cerebro et oculis sũt cõuẽientia minorando flegmata in predictis membris et depurando et mundificando ab eis et. meatus cerebri et oculorum purgatos efficiendo. Iam vero de saporibus. igitur in summa Acetum acre valde Arancii lmiones crudi et succus granatoruꝫ et ꝓprie acriũ non conueniũt ei. Sed acetum acutũ notabiliter et agresta cum sale limones infusi et sucus granatorum musorum et dulciũ cum sapa et sine sapa conueniens est ei. De partibus vero aĩalium dicendũ ꝙ̃ caput ventres pinguedo cauda et consimilia omnia vituperanda sũt. Et cerebrꝫ etiã et oculus propter frigiditatẽ et humiditatẽ

suaꝫ licet generali conuenientia mẽbri ad mem brum collaudandus sit oculus et ꝓprie aialiũ nõ valde humidorũ propter generalẽ regulaꝫ ꝙ oẽ membrũ videtur confortare sibi simile alterum De his vero cum quibus cibaria condiunť pinguedines animaliũ reiciende sunt et butirũ etiã propterea quia replent caput fumositatibus ob tenebrantibus. Sed olei vsus est ei cõuenientior et ꝓprie si fuerit oleũ de oliuis non valde matu ris nec mľto tempore maceratis. De modo ciba tionis Cibaria omnia meliora assata in usu frequenti ꝙ elixa semel in die non sunt sibi reprobã da nisi valde pinguia ⁊ in uasis multum cooptis conseruata cum humiditate que eueniat ab eis. ⁊ hec dicta sufficiant ꝺ cibis ⁊ adherentibꝫ eis. ❡ De potu vero dicendũ ꝙ vinũ quod potest esse ei conueniens debet esse substantia claꝝ conuenienť aromaticum colore subrubeũ non obscurũ poten tia sua mediocriter vinosũ cuius tamen vsus mo deratus esse debet et non superflue. Multis eniꝫ modis et causis videtur ei tale vinuꝫ conuenire. Primo quidem quia mediocriter nutritiuuꝫ est propter quod virtutem restaurat et conseruat. 2° qr aromaticitate sua cordi et cerebro conuẽit propterea quia omne principale mẽbruꝫ diligit aromatica. 3° quia non est valde euaporatiuum. Recipit enim minorationem euaporationis ab arillis et racemis vuarum. 4° quia vapores ab eo eleuati subtiles et consumptibiles sunt de leui 5° qꝛ cum caliditate sua virtutem exiccatiuã re cipit ab arillis et racemis propter quod cõuenit ad exiccandum flegma et cõsumendum vapores. 6ª ratio quia vinũ magnam cõuenientiam habꝫ ad uirtutem hominis. aut ratione aptitudinis fa cilis conuersionis eius in sanguinem et spiritum 7ª ratio est conuenientia eius cum sanguĩe ã spi rituosa substantia. Est enim vinum calidum ⁊ hu midũ licet vinuꝫ ĩ racemis factũ nimiũ humidũ sit ꝙ absq; eis Octaua ratio ẽ sumpta a consuetu dine. Si enim homo consueuit uti vino difficile esset transmutare cũ subito ad oppositũꝫ neq; na tura repentinas tollerat transmutatiões sine no cumento magno. 3° tegni.

❡ Post hec autẽ si quavidetur aqua conueniẽs erit aqua cocta cum zuccaro. et nullo modo cũ ordeo propterea quia oĩs aqua ordei inflatiua et euaporosa est. Sed coqui debet cum zuccaro tabarzet usq; ad dulcedinem conuenientem. et sit aqua accepta ex fonte aeri et celo detecto non a locis vmbrosis et inter magnos montes inclusa. et ꝓ prie cum aqua ab inferiori parte mõtiũ scaturit et dyafana multũ omni odore priuata et sapore extraneo a limositate vel a putredine plantaruꝫ impositarum ei vel ab inuentione et statiõe ra narum sanguisugaruꝫ et viperarum in ea inuen taruꝫ aut corruptione eorũ et aliorũꝫ cadauerũ que aliquando in aquis corrupta malaꝫ corruptionem in ipsa imponunt. propter quod et lauda biliter foret aqua cisterne aut saltem petrosi fon tis vel arenosi orĩẽtali et meridionali plage ex positi ❡ Si autem vir iste esset de illis qui prudenti regimine se gubernant. ꝓpterea quia pru dentia est recta ratio agibiliũ. 6° ethicoꝝ. Ideo laudarem ei potũ infrascriptũ cum quo genteꝫ ꝙ plurimam a tenebrositate visus ab imaginati onibus a scothomia et vtigine defendi et preser uaui ut patet ex virtute simpliciũ ex quibꝫ cõpo nitur que talis est. ℞ eufragie sileris montaĩ ro saruꝫ que nondum sint expanse floꝝ celidonie ru te ana. ℥. ii. radicum feniculi celidonie ⁊ berbene ana. ℥. i. ß. semen feniculi floꝝ yppiconis macis aña ℥. ß coquantur omnia in libris decem aque vsq; quo consumať tertia pars duabus remanentibus deinde cum uehementi expressione coletur ⁊ illi colature apponantur mellis citrini mundi odoriferi et valde dulcis libre due cum dimidia et lento igne iteꝝ coquatur conueniẽter dispuman do usq; quo iterum tertia parte cadente remane ant due. et in hac secunda decoctione aromatizen tur cum istis speciebus ligatis in panno raro et laxis de sindone. tunc ergo coletur p stamẽ spissũ et reseruetur ĩ uasis vitreis vel vitreatis vľ lapi deis. et sit eius usus ĩ potu solius aut saltẽ medie tatẽ eius cũ vino miscẽdo in cena et prãdio. ẽ eni diuinũ remediũ ⁊ medicamen. Specierum autẽ cum quibus aromatizari debet descriptio talis ẽ. ℞ ligni aloes electi. ℥. i. ß. granoꝝ feniculi ⁊ a nisi ana. ℥. ii. macis. ℥. iii. pulueris floꝝ eufragie. ℥. ii. ß. puluerizentur omnia per se deinde cõmis ceantur in mortario conquassando ⁊ fac ex eis ut dictum est.

❡ Modus autem necessarius pro cura omniũ acci dentium suprascriptorum videtur mihi principaliter fundari in duabus intentionibus. quaruꝫ prima est ordinare huic viro regimen purgatio nis ĩ fine hyemis ⁊ estatis ex quo possit preserua ri ab euentu illorum accidentium imo manifeste alleuiari ab illis que modo inualescunt. Primo itaq; describam purgationem in vere sibi conuẽi entem. 2° vero in autumno. ita ꝙ post medietatẽ mensis febuarii a septima die lunaris illius mẽ sis usq; ad vigesimaꝫ mane per horam post ortũ solis iaꝫ mundificatis superfluitatibus vrinalibus et fechalibus et hora nona ante post preassũ ptam cenam faciat sibi fieri flebothomiam de ve na nigra uel media dextri brachii per quã educantur sanguinis. ℥. iiii. aut. v. Die vero inmedi ate sequenti flebothomiam mundificetur cũ hoc minoratiuo. ℞ reubarbari electi agarici ana. ℈. i. ℥℥. spice nardi ana ℥. iii. salis gemme ℥. i. cassie parum ante preparate cum aqua absinthii vľ sa luie. ℥. vii. misce et totum calidum sumatur post nouem horas a preassumpta cena et post ipsam dormiat per horam tantum et tardet comedeř per sex horas post ipsius assumptioneꝫ. Die vero imediate sequẽti incipiat assumere hoc digestiuũ in aurora post quod dormiat ad libitum et tar det cibum ad minus horis quattuor. Cuius descriptio est hec. ℞ oximellis compositi. ℥. i. syr. de bisantiis. ℥. ß. aque betonice. cicoree et absinthii ana. ℥. i. ß. misce Accipiat ergo ipsum totiens ut appareat in vrinali ypostasis in fundo sedens alba coniuncta ⁊ in partibus equalis et dyafana omnibus aut pluribus harum conditionũ circum stantionata. Tunc ergo die inmediate sequenti purgetur iterũ cum istis pillulis quaꝝ descriptõ est hec. ℞ pillularũ cochiarũ. ℥. ß. pillulaꝝ aurea rum et de reubarbaro ana. ℈. i. misceantur et in corporentur pillule. viii. vel. vii. cum hiera sim plici ⁊ assũanť cum conditionibus prescriptis in minoratiuo obseruandis.

❡ Pro purgatione vero autumni celebranda post

viginti dies mensis septembris mane vno accipiatur hoc minoratiuum cuius descriptio est hec. ℞. pillularū aurearū.ʒ.ſ. pillularū d' hiera cōpositā ⁊ de reubarbaro ana.℈.i. formentur pillule vii. vel octo cū electuario rosato ⁊ sumātur hora et conditionibus obseruatis que scripte sunt in solutiuis aliis. Die vo inmediate sequenti accipiat hoc digestiuum post quod teneat modum in digestiuo vernali descriptum cuius descriptio ē hec ℞ sirupi compositi acetosi.℥.i. sirupi violati ℥.ſ. aque lupulorum ⁊ absinthii ana.℥.i.ſ. misce ⁊ calidum accipiatur hora ⁊ cōditionibus post digestiuum veris obseruandis. quod iterū totiens assumi debet quotiens vrina fuerit rectificata colore substantia et contento vel ypostasis superius demonstratis. Itaqꝫ die inmediate sequēti purgetur cum hoc electuario cuius descriptio ē hec. ℞ electuarii indi.ʒ.i.ſ. misce et totum accipiatur cum aqua decoctionis zuccari aut cū aqua feniculi aut pauco vini albi subtilis ⁊ dulcis cum quibus etiam superiora lenitiua ⁊ solutiua pariter assumi debent cū oībus cōditōibus predictis.

¶ Quorum etiam gratia attendere debet vt si tempore quo assumit digestiua tam veris q̄ autūni vent' eius nō esset bene aut mediocrit' fluxibil' tunc omni sero parū ante cenam accipiat vnam aut saltē alterna die dummodo tamen pillulā illam non accipiat die inmediate sequente purgationis assumptionem ne coniungatur duorum solutiuorum operatio in vna die. Si enim acceperit pillulam in sero precedente assumptionē purgationis in nocte. tunc cum talis pillula non operetur in nocte illa complete ꝑpter debilitatem suam et etiam ꝑpter longitudinem somni. tunc cum ipsa suam compleret operationem in die sequenti in cuius aurora iam assumpsisset solutiuū aliud patet q' duorū solutiuorū operatio coniūgeretur in vna die vt premissum est ⁊ hoc non fieret sine agitatione nociua. quod omnino euitandū est. Et attendat etiam q' istis pillulis vti poterit in magna parte vite sue cum magno iuuamento ipsarum. quarum descriptio talis est. ℞. agarici.℥.ſ. hermodactilorum. turbith omnium electorum ana.ʒ.ii. salis indi.ʒ.i.ſ. diagridii.ʒ.ſ aloes epatici electi.℥.iiii. suci lupulorū suci endiuie ⁊ saluie ana.℥.ii. puluerizentur omnia per se deinde infundantur in predictis sucis bene cōmiscendo ⁊ exponantur radiis solis sepe comiscēdo vsqꝫ ad consumptionem sucorum. Tunc ergo secunda vice renouentur suci superaddendo.ʒʒ. spice nardi cubebarum gariofilorum ben albi ⁊ rubei ana.ʒ.ſ. ⁊ iterum supponantur radiis solis vehementer cōmiscendo vsqꝫ ad consumptionem sucorum. Et sic iterum 3° renouentur suci supaddēdo predictis salis indi.ʒ.i. ⁊ supponātur radiis solis vsqꝫ ad consumptionem vt dictum ē Hee igitur pillule magnificum huic viro iuuamentū afferunt materias flegmaticas colericas ⁊ secūdum partes melancolicas distrahendo a cerebro ⁊ a pectore ⁊ a partib' cordis stomachi ⁊ epatis oppilationes ipsorum aperiendo ⁊ predicta membra confortando. vt patet ex descriptione simplicium que compositum hoc ingrediunt' Hec de p° capitulo expediente purgationes vniversales huic viro congruas ⁊ oportunas dicta sufficiant.

¶ Scd'm vero capitulum ponit regimen abscisionis tinitus ⁊ sibilli aurium eius. Pro cuius capituli introductione ⁊ aliorum sequentium premittendū est primo q' quando contingit hunc virū maxime molestari tinitu vel sibillo vel altero de decem accidentibus supra memoratis. tunc vti debet regimine in quolibet illorum capitulorum ꝑ se descripto. Si autem molestetur vno vel duobus vel tribus de numero illorum accidentium tunc in cura illorum cōmisceat regulā unius capituli cum altero. attendendo tamen semper illi accidenti principaliter a quo pre aliis molestat' magis ⁊ sic continue in suo regimine discrete ꝓcedat. ¶ Itaqꝫ pro tinitus instantia quinque videntur mihi necessarie intentiones. quarum prima est minoratiua euacuatio. 2ª vero est materierum diuersio. 3ª est ipsarum digestio. 4ª est eradicatiua materierum euacuatio. 5ª est capitis totius ⁊ organi auditus confortatio.

¶ Primam aūt itentionē cōplere poterit mioratiūm tale cuius descriptio est hec. ℞. hier' simplicis.℥.ſ. electuarii indi.ʒ.ii.ſ. misce ⁊ totum accipiat' cū medio cyatho vini actu calidi. Si autem eger abbominaretur accipere minoratiuum potabile ⁊ q2 etiam amarum est excellenter tunc accipiat istas pillulas quarum descriptio est hec. ℞ pillularum cochiarū pillularum de sarcocolla posita rum a Mesue in cap° de ea ana.ʒ.ſ. ⁊ accipiant' in aurora. Iterum tertium solutiuum poterit esse hoc. ℞. turbith hermodactilorum ana.ʒ.ſ. dyagridii gūi.i.ʒʒ.℈.ſ. penidiarum.℥.ſ. ⁊ cum sufficienti q̄titate cassie fistule cum zucaro albo fiat vnus dactilus ⁊ comedatur in aurora obseruādo post ipsum circūstantias que scripte sunt in solutiuis veris ⁊ autumni. Et nota q' tales euacuationes etiam supplere possunt pro quarta intentione eradicandi materias dummodo eis parum ꝑ adiungatur potentia solutionis ex parte dosis q̄ omnia a viro dogmate ⁊ experientia perito limitari debent.

¶ Secunda vero intentio diuersionis compleri potest per instrumenta qnqꝫ ⁊ dimittendo cristeriorum applicationem que non ita congrue peragrantibus mundum administrari possunt. Primum ⁊ saluberimum diuersiuum esset ad ministrare emoroydarum prouocationē que virum istum preseruarent ab omnibus fere accidentib' in.xi. capitulis prenominatis. Secūdū est fortis fricatio inferiorum partium a genu vsque ad pedes ⁊ a spatulis vsqꝫ ad nates vsqꝫquo membra ruborem incurrerent manifestum. Tertiū diuersiuum esset predictarum partium ligatura constringens ꝓprie facta super cauillas deinde sup genua ⁊ tandem in superiori parte coxarū apud inguina. Quartum vero diuersiuum esset freq̄ns applicatio ventosarum sup natibus ⁊ spatulis absque scarificatione aut etiam cum illa si vento latus locus manifeste juberet rubedine coloris mori ꝓpinqui sue maturationi. Quintum autē diuersiuum conueniens esset vt apparente inflatione faciei cum tumore ⁊ tensione venarum faciei ⁊ temporum predicto viro administraretur flebothomia cefacile dextre per quā sanguinis educerent'.℥.ii. vl' tres. Hec videntur diuertēdi materias instrumenta conuenientiora

¶ Tertia vero intentio completur instrumentis

istis .quorũ primum esset hoc leue ꝛ delectabile multũ. ℞ aque saluie aq̃ rorismarini ana.℥.i.aq̃ violarum et betonice ana.℥.ʃ.misce et totum accipiatur in potu. Et si fortius illo volueris habere digestiuum erit hoc. ℞ sirupi de calamento et de sticados ana.ʒ.vi.aque violarum.℥.ii.aq̃ maiorane.℥.i.misce. Adhuc autem si quis desideraret habere digestiuũ elegantius predictis tũc ℞ oximell' sqllitici.℥.i.sirupi cõpositi acetosi ℥.ʃ.aq̃ rute aq̃ origãi vl' cẽtaurẽ mioris añ.℥.i.ʃ.misce. ¶Scio etiã ego q̄ si in nocte post assumptam cenã per duas horas accipiatur media dragma auree alexandrine cum quinta pare vini albi tepidi sollemniter iuuat ad digestionem materiez̄ cronicarũ et fractiões ventositatũ ꝛ ad ꝓhibitionem generationis eaz̄ in capite. Et similiter ad idem confert electuariũ metridatũ et sotira magna quorum laudes et memoriam vide quĩto canonis sũma prima in eorum descriptionibus ¶ Pro intentione vero quarta expedienda iam apparuit memoria solutiuorum que posita fuerunt in prima intentione minorandi materias. Ego autem non dubito q̄ si acciperetur.ʒ.i.ʃ.pillularum que descripte sunt supra.post purgationem autumni mirabili iuuamento conferrent. Si ãt iterum solutiuũ fortius etiam securum quis hr̃e cuperet.tunc accipere poterit pillulas que dicũt fetide magne colligende 5° canonis sũma prima tractatu nono ꝺ descriptiõe sexta. ¶Ponunt eniȝ ibi tres descriptiones pillulaz̄ fetidaz̄ quarum prime dicuntur pillule fetide magne.secunde dicuntur maiores.tertie vero miores. Et si desiderares habere solutiuum maioris nobilitatis ad omĩa fere accidentia numerata superius.tũc dare poteris.ʒ.iiii. hieralogodion fermentate post sex menses a compositione sua cum tertia parte cyathi vini aromatici Verũ q2 multum abhominabilis est gustui et olfactui.ego in pillulas conuerto ipsam formatas cum suco rosarum faciẽdo pillulas vii.vel.viii.ex vna dragma speciez̄ eius Diuinum enĩ est medicamen vocatũ ab Auicẽna benedictũ.et merito ꝓpter suas virtutes colligẽdũ 5° canonis sũma prima tractatu 2°.descriptione tertia.

¶Pro finali vero intentione confortatur caput et per auream alexandrinam ꝛ reliqua electuaria apud ipsam posita. Et iterũ sollemniter cõfortatur caput et cerebrũ superaspergendo toti caluarie puluerem ligni aloes. Iterũ puluereȝ cubebaruȝ. Placuit autem magis auenzoar ad cõfortandum caput superaspersio pulueris gariofilorũ super prora capitis. Ego autem i operationibus meis soleo uti puluere tali. ℞ ligni aloes electi.ʒ.ii.folii cubebaz̄ gariofiloz̄ ana.ʒ.i.sãdarace rosaz̄ ana.ʒ.ii.macis.ʒ.iii.fiat omniũ p se puluis deinde cõmisceatur et super tota caluarie ponatur distanter a cena per duas horas post eam et mane in aurora etiam. Secundũ vero confortatiuũ capitis q° utor ego ẽ hoc ℞ ambre orientalis.ʒ. i.musci electi.℈.i.ligni aloes.℈.ii.pulueris maiorane.ʒ.ʃ.ben albi et rubei croci gariofilorũ .ana.℈.i.rosarũ non expandidarum labrusce spodii de canna ana.ʒ.i.puluerizentur oĩa per se deinde commisceantur et ligentur in sindone de grana retorta in similitudinem pomi.hoc ergo quasi semper in manibus teneatur et olfaciat ipsuȝ eger. Est enĩ mirabile presidiũ in cõfortando caput. Et tu considera virtutem simpliciũ ex quibus cõponitur.

¶Sequitur capitulum tertium in quo ponere oȝ regimen rheumatismi descendentis a capite ꝛ h° quidem accidens indigeret discussione sollemni pluribus ex causis. Et prima quidem est q2 tale rheuma arguit malam cõplexionẽ frigidam et humidã materialẽ in principali mẽbro quod est cerebrũ. Secũda causa est q2 arguit maťiei multitudinẽ ad inferiora descendentis. quid.n.aliꝺ ẽ rheuma nisi materiez̄ motus ꝺ mẽbro ad mẽbrũ vel de mẽbris ad mẽbra. Tertia causa est q2 si talis descensus est paulatine factus arguit dbilitatem fixam in mẽbro a quo descendit et uocať rheuma vl' stillicidiũ. Si autem est impetuose factus et cũ multe materiei descensu qui vocať defluxus tunc minatur periculũ ingens cũ enĩ materia multa descendit ad aurem ad riraȝ ad palatũ ad vuulã et amigdolas et ad gulã tunc i talibus minatur aut fortia apostemata vel opilationes aut subitam suffocationem a tali defluxu futuram ut superius in capitulo inuestigatiõis huius secundo principali inuestigatũ et probatum fuit. Et quarta causa est q2 materias multas et impetuose descendentes conuenienter regere nõ est bene possibile et a viro adhuc scientia ꝛ opere bene excercitato. Cum ergo contingit cum grauitate capitis percipi descensuȝ materiez̄ ad aliq̄ determinatã parteȝ tunc si descensus est ad viles partes et periculo et suspitione non dignas melius est vigorare virtutẽ capitis expulsiuam .vias expulsionis apertas efficere et conseruaꝛ̃. localia calida mẽbris recipientibus administrare ¶Ita q̄ ad ea sũmopere trahatur materia ꝛ multiplicetur in eis.per talia enĩ ingenia alleuiatur pricipale mẽbrũ ꝛ reliqua sibi vicina ꝛ nobilia. Nec q̄ꝫ p tractũ illũ nocumentũ acquiritur de q° sit curandũ. Melius est enĩ mẽbro vili ꝛ exteriori nocumentũ efficere q̄ꝫ materiã in principalibus ꝛ nobilibus mẽbris retinere ꝛ sunt sermones colligendi 5ª tertii capitulo ꝺ cura catharri ꝛ ptiȝ 4ª primi capitulo 25° vbi in medicatione apostematũ intantũ processit q̄ voluit sũmopere materias extrahendas esse ad ignobilia mebra cuȝ emplastris calidis cũ sanguisugis ꝛ ventosis cum scarpellatione.ꝓpter quod sũmopere errant qui tales materias retinent cũ repercussiuis. Nõ raro vidi medicorũ multos nõ bene dogmaticos errauisse. Si auteȝ materia rheumatizans descẽderet iterum ad aurẽ aut ad vuulã vel ad amigdolas vel ad musculos gule tunc si materia pauca esset statim attrahatur ad inferius ad remota et exteriora loca prio cũ cristeri aliquid acuitatis habente.ut ℞ foliorũ mercurialis malue blete et lizonotis ana mãipulũ.i.furfuris grossi manipulũ.i.ʃ.coquantur in aqua usq̄ꝫ ad dissolutionẽ ipsaz̄ de qua accipiať libra vna. olei cõis .℥.iii.salis gẽme.℈.iiii.zuccari rubei. ℥.i. hiere maioris ℥.ʃ.misce et totũ accipiatur hora electa tã mane q̄ꝫ sero. Intelligo autẽ hierã maiorẽ que ascribitur Galieno 5° canonis sũma prima tractatu 2° descriptione decima septima ibi hiera Galieni descriptiõe vniuersitatis. Attrahiť etiã materia ad inferiora et remota cuȝ his pillulis quaz̄ descriptio ẽ hec. ℞ pill'arũ aurearũ

gnate. ⁊ talia apostemata calida apta saniari cō dilomata nominata. licet mala sint ⁊ verenda. tamen suspectiora magis sunt apostemata in illis locis euenientia a sanguine melancolico acuto apto magis corrumpi q̄ saniari. ⁊ ista sunt vehementissimi timoris. apta enim sunt transire in cancrenam bestiomenum ⁊ ascha kilon. Et maxime video in hoc viro dispositiones. vel ipsarum aliquas consecutiuas. et propter si tumor iste vel apostema in intestino diu perseuerabit absq; saniatione ipsius. ¶ Post hec autem predictis superaddendū est. q̄ nedum accidētia omnia predicta apta sūt augmentari ab vltimo accidente. quod prouenit ex nocumento intestini huius quod est inmoderata emorosogia sanguinis puri ⁊ clari qui indubitanter emanat ab arteriis. proprius enim color sanguinis venarum est albedo cū opacitate grossitudine substantie ⁊ remissiori caliditate ipsius. sicut propria signa sanguinis arterialis sunt claritas eius substantie tenuis ⁊ spumositas cum intēsa claritate ipsius exeuntis. ¶ Cum ergo intestinum necessario magnifice debilitetur pp exitum sanguinis. necessario congregantur ibidem superfluitates ⁊ ipsum est paratum recipere eas. quia infimum est. ⁊ adhuc q̄ ipsum est via exitus superfluitatum. ⁊ 3° quia est via receptionis ipsarum a toto corpore pp venas emorocidales. ⁊ 4° quia membrum est multe sensibilitatis. ⁊ 5° quia materie. in ipso recepte difficulter sūt euacuabiles. quia frigide ⁊ grosse multum. Ideo non est mirabile. si substantia huius intestini remanet semp tumēs siue tumor sit opilatiuus siue apostemosus. ut verisimilius. Quod autem suprema sanguinis euacuatione debilitetur totum corpus. ostendit sēsus. ergo longe magis debilitatur cor epar ⁊ reliqua membra principalia ab exitu sanguinis arterialis q̄ venalis. Hec in summa videtur mihi sententia qua vere cognoscuntur egritudines huius viri. ¶ Ex quibus omnibus concluditur primo q̄ principalis egritudo vel accidens ad quod intendendum est in cura huius viri est fluxus sanguinis inmoderatus sine cuius curatione impossibile est virum istum vnq̄ reduci ad sanitatem. imo necessario periclitabitur. sine per resolutionem inmoderatam. siue propter sequelam timpanitis ⁊ ascitis ad predictum fluxum. Sequitur secūdo q̄ omnino oportunum est intendere ad curam tumoris vel apostemationem intestini. sine quorum curatione frustra laborabit industria physicalis. Sequitur 3° q̄ necessarium est rectificare stomachum eius ⁊ epar. principalius intendendo ei q̄ epati. Licet enim epatis dispositio periculosior sit q̄ stomachi. quia tamen ipsa dependet a mala dispositione stomachi ⁊ non econuerso. Ideo itēdēdū est prius ad stomachum q̄ ad epar. Sequitur 4° q̄ etiam cordi sumopere intendendum est ad remouendum malam complexionem facientem in ipso pulsationem fortem. Sequitur 5° q̄ rectificatione facta predictorum quattuor facile rectificabitur nocumentum cerebri ⁊ corruptio in sensu auditus. que sonitus vel tinitus est. Ex quorū omnium fundamento necessarium est concludere. q̄ vir iste attentus ⁊ solicitus esse debet in sui curatione. vt inferius continetur. ¶ Itaq; pro curatione predictarum dispositionum succinte pcurratur regimē quarundam rerum nō naturalium. Cū enim sermo meus dirigatur ad virū sapiētē ī cōtēplōe naturalium ⁊ medicinalium rerum nō ē mihi opus dillatari. Resiccando itaq; cibaria et similiter res non naturales applicentur ei cum intentione ⁊ effectu ī frigidandi ⁊ mediocriter exiccandi. Similiter etiam cum his que in parua quantitate multum de nutrimento exhibent. pp quod iuscula omnia ⁊ brodialia ex laudabilibus carnibus leuis digestionis ⁊ multi nutrimenti repositiui sint. ⁊ confrangantur cum decoctione burse pastoris in eis. sed preciosior omni medicina mundi est portulaca a q̄ cibaria sua nullomodo euitentur. imo semper in eis coquatur. Et si aqua sublimationis portulace in potu suo semper misceretur optimum esset ei conueniret etiam aqua ros. burse pastoris ⁊ cuscute. Et placerent mihi cibaria oīa. aceto agresta vel succo arātiorum condita. Et si fierent ei sapores ⁊ condimenta cum vino de ribes vel crispino delectabili facto cum zuccaro bonum opus esset. Et q̄ vtatur rizo ⁊ cicere confracto ⁊ cocto cū brodialibus ⁊ aliquibus gnis sumach aut saltem super cibis eius apponatur puluis gnorum mirti aut puluis coriandri preparati summum esset presidium in hac cura. Rememorando q̄ neque cibaria eius iterum euitentur a coctione gummi armoniaci vel draganganti in eis aut saltem vnum vel duo gna ex ipsis deglutiantur ante omne cibarium Necesse enim est vim inglutinationis ingrossationis inuiscationis sanguinis ⁊ membrorum sigillari in cibis eius ⁊ generabitur ex eis sanguis cōuenienter contrarius egritudini ⁊ laxitudini membrorum. Et virtus potentior erit ad regulandum ista latentia in cibariis medicinalia q̄ simpliciter exhibere. Et idem dico de potu suo qui debet esse vinum substantia aliqualiter attinens grossitudini sapore dulce aut sibi vicinum. odore suaue. Cū vino semper conmiscendum est aliquid medicinale. sicut aliquid portulace aut aqua florum salicis. aut aqua sublimationis crisomillorum q̄ tria in hac dispositione mirabilia efficiunt iuuamēta. Et si abhominarentur talia. tunc frangatur vinum cum aqua in qua extinguatur calibs bis vel ter. ⁊ sumopere laudarem cibarium eius coquendum esse cum tali aqua calibeata ⁊ ipsam potui eius conmiscendam esse. ¶ De mensura vero aeris apparet q̄ declinari debet ad infrigidationem ⁊ exiccationem aliquam. Similiter etiam q̄ omnino a motu corporis ⁊ anime gelceri debet. pp quod anime accidentia per que velociter ⁊ multū mouentur spiritus ⁊ humores euitari debent. Similiter etiam euitet ciborum assumptionem multam. imo longe melius est ei quatter ī die cibari cibo medicinali in quantitate pauca multum habente qualitatis ⁊ nutribilitatis q̄ in q̄titate multa raro cibum accipere. Prorsus enim spargere. i. diuidere cibum in plures cibationes cum debilitate virtutis melius 4° primi capitulo de cibatione febricitantium. Et altera causa est cum frequens ⁊ multa fiat in eo resolutio indiget frequēti cibatione. vt predictum est. q̄ licet cacetica dispositio inuitaret ad vigilias. tamen quia ipsa dependet ab inmoderata emorosagia in fieri ⁊ conseruari. Ideo somnus competit ei adhuc amplior ⁊ pluribus horis q̄ tempore sanitatis pp necessitatem melioris restaurationis ⁊ digestiōis. ⁊ hec de rebus non naturalibus succinte ita pertranse-

ani ꝛcet.

¶ Capitulum de cura harum dispositionū per medicinalia.

¶ De regimine autem dispositionum huius viri per medicinalia hunc ordinem obseruabo. ¶ Primo enim describam ea q̄ mihi videbuntur vtilio ra in causa fluxus inmoderati sanguinis ab intes tino ꝑuenientis. 2° principaliter tangam ea que videntur mihi congrua ad curam ipsius apostematis vel tumoris ꝛ doloris eius. 3° principaliter describam ea que uidentur mihi necessaria ꝑ dispositionibus stomachi eius et epatis simul. 4° principaliter describam ea q̄ pulsui cordis . et ei us male complexioni conuenientia videntur. 5° aliqua percurram remedia cerebrum confortan tia. 6° et vltimo tinitui afferam remedia q̄dam ꝛcet. ¶ Pro executione itaq̨ primi quinq̨ descri bam remedia .quorum primum ē hoc. ℞ pillula rum de bdellio descriptione Rasis 9° Almansoris .ʒ.ii. karabe spodii ematitis corallorum ru. ana .℈.ß. formentur pillule cum succo burse pastoris de oī .ʒ.vii. de quibus hic vir accipiat per horam ante prandium ꝛ ante cenam semper duas. In nocte vero per septem horas post cenam accipiat ex eis tres vel quattuor. ¶ Secundum vero ad hoc est . ℞ suāch se. plantaginis se. porri torrefa cti acatie coriandri. ana. ℈.i. karabe ematitis a na. ʒ.i. puluerizentur omnia per se subtilissime. d inde comisceantur ꝛ incorporentur cū lib. ß. zuc cari al. usque ad glutinositatē decocti cum aqua portulace ꝛ fiat confectio in rotulis triū dragma rum de quibus vna semper ante cibum accipiat. Tertium remedium est hoc. ℞ olei de mirto. o lei de mastice ana. ℥.i. trocisco rū de karabe glu tinis carte pulueris ossium dactilorum conbusto rū spodii san. dra. ematitis ana. ʒ.i. cere q̄tum sufficit . fiat vnguentum molle et ex eo actu frigi do vel tepido vngatur tota pars al katim ꝛ cir culus ani. ¶ Quartum ad hoc remedium est pul uis iste. ℞ gallarum cupressi. gallarum q̄rcus p forata rum ana. ʒ. ß. san. dra. mumie dragaganti gumi arabici torrefactorum ana. ʒ.i. pulueris gipsi ad pondus omnium puluerizentur omnia p se et diligenter conquassentur. de hoc igitur pulue re totum intestinum super puluerizet̄ qn̄ in asse lando emittitur. Est enim remedium quod nunq̄ decipit intercipiendo fluxum sanguinis inmoderatum. quod non protelaui diebus meis bis ali cui. ¶ Ultimum remedium in hoc primo princi pali ē hoc. ℞ olei de crisomillis. ℥.iii. olei de mas tice. ℥.i. olei onfancini lib. ß. acatie gumi arabici dragaganti glutinis piscium longo tempore disso lutorum ꝛ contritorum cum predictis oleis ana .℥.i. ß. infundatur in predictis oleis frustrum co ti et quasi semper super fiteri teneatur actu frigi dū vel tepidū. spero q̧ pp hoc fluxus itercipiet̄

¶ De cura apostemat[is] fiteri.

¶ Pro his v̄o q̄ oportūa sūt ꝑ 2° pricipali. s. ꝑ cura apostematis ita ꝑcedat̄ . Si ēi ꝑ applicatioēs predictorum videbitur apostema minorari et re solui. quia talia remedia abscindunt materias ali unde fluentes et non eūantur a resolutione subti li. Ideo cum ipsis aliq̄to tempore ꝑcedendum est. Si autem perciperetur ex predicte iuuamen tum leue aut fere nullum . tunc procedatur hoc instrumento triplici. ¶ Primum est hoc

℞ olei de crisomillis .℥.ii. bdelii mollis ꝛ subalbi di. ℥.i. storacis liquide. ʒ.x. butiri recentis absq̨ sale pinguedinis anatis ana. ℥.i. amili. ʒ.viii ceru se. ʒ.i. ß. puluerizentur omnia ꝛ multo tempore in mortario conterantur. ꝛ fiat linimentum ꝛ ex eo actu tepido cum euertitur intestinum diligen ter inungatur quotiens assellat ꝛ videbitur iuua mentum bonum. ¶ Secundum vero huic a ꝑpri atum est . ℞ maluarū recentium fenugreci ḡnorū sisami se. lini ana. lib. ß. bulliant omnia vsq̨ ad eo rum fere dissolutionem in aqua deinde colentur ab ea ꝛ incorporentur cū lib. ß. farine siliginis croci. ʒ.i. olei de crisomill' onfancini ꝛ amigdala rum dul. ana. ℥.i. apii corticis mandragore ana .ʒ.ß. fiat emplastrum. super quo actu calido sede at patiens cum fiteri ꝛ de eo etiam emplī̄etur fiteri ꝛ partes natum ꝛ alchatim. ꝛ est remedium excellens. Si autem per predicta non conuenien ter resolueretur apostema neque sedaretur dolor tunc fiat ē katissma tale. ℞ olei oliuarum recen tiū vnius anni. quod est magis mitigatiuū q̄ an tiquū . licet sit magis resolubile q̄ ipsum 6° de ingenio sanitatis lib. x. sape vel vini cocti. aut sal tem vini valde dulcis ꝛ ꝑprie nigri lib xxv cro ci. ʒ.i. ß. bdelli mollis ꝛ subalbidi ℥.i. bulliant om nia simul vsq̨ ad dissolutionem ꝛ sedeat post in e a infusus vsque ad ī nguina quatter in die tepe facta . aut saltē leuiter calida . ꝛ spero q̧ diuino subsidio sedabitur dolor ꝛ et eūabitur apostema.

¶ Capitulum de cura stomachi.

Ut autem subsidium afferatur stomacho quod fu it tertium principale eidem tribus instrumentis videtur mihi subueniendū esse. Primū itaq̨ ipso rum est hoc. ℞ miue citoniorum muscate et aro matizate. ℥.i mellis rosati. et proprie facti cū fo liis. ℥.i. aque eupatorii ꝛ absinthii. aā. ℥.i. ß mis ce. Et si abhominaretur sirupū. tunc ℞ aque eu patorii et absinthii ana. ℥.ii. vini citoniorū. ℥.i. misce et stante fluxu sanguinis abscindatur aqua eupatorii ꝛ loco eius apponatur aqua portulace cucute et quod uis eorum assumatur tepidū. vel leuiter calidum ī aurora. ꝛ tardetur cibus horis adminus quattuor. Cum ergo acceptū erit dige stiuum totiens quod apparet vrina in substantia attineri grossitudini in colore citrina. et subside re sibi contentum in colore album substantia eq̄ le vnitū et diafanū. tūc si erit opus euacuādi aliq̄ euacuatione non apparentibus signis euacuatio nis materierum a natura factis vel fiendis stati est euacuāda materia. summoq̨ opere dico semp abstinendū esse ab omni farmaco forti et non se cedendum a manna vel cassia cum emulsione ta marīdorum. aut saltem exhiberi debere de elec tuario de psilio cum medicina compressiua vl' cō tractiua dicta. qualis esset decoctio balaustiarum cū radicibus ꝛ volubilis minoris. ut aque predic te. ℥.ii. ß. medulle cassie fistule et pulpe tamarin dorum ana. ʒ.ii. manne. ʒ.v. misce et detur in au rora ¶ Secundū huic intentioni subseruiens est hoc. ℞ zuccari albissimi. libram. ß. pulueris cor ticis citri mēte lābrusce ana. ʒ.i. spodii gūi ara. dragagāti acatie masticis ana. ℈. ii. macis cina momi croci ana. ℈.ß. coquatur zuccarū cū aqua mente et fiat confectio de qua parum ante pran dium et ante cenam. et post ipsam inmediate ac cipiat quantitatem duarum vel triū. ʒ. Cū vero

minori anxietate dicendum q eque bene conueniret ei citri carnositas cum zuccaro solido cōdita et non sirupizata. ¶ Tertium remediū ad hoc est. ℞ laudani purissimi. ℥. ʃ. resine clare. ℥. i. storacis calamite. ʒ. vi. coralorum ru. spodii sumach granorum mirti. ana. ʒ. ʃ. macis. ʒ. i. ʃ. colofonie picis naualis. ana. ℥. i. coquantur cum tribus. ʒ. cere. et fiat cerotum scutale bene glutinosū. quod leuiter aspergatur puluere mente. et calidū applicetur stomacho. Si bene consideras hec rmedia efficatia sunt ad subueniendū stomacho epati et nocumentis eoꝝ. et tu discurre p eorum virtutes

¶ Capitulum de cura pulsus cordis.

¶ Pro 4° principali tria uidētur mihi sufficiēter pulsui cordis. et eidem male complexioni cōtrariari posse. ¶ Quorum primū est hoc. ℞ macis foliorum basiliconis florum boraginis et buglosse. ana. ʒ. i. croci ʒ. ʃ. spodii ossis d corde cerui coralorum amboꝝ rosarū. ana. ℈. ii. iacincti smaragdi et saphiri. ana. ℈. i. margaritarū. ʒ. i. pulucrizentur omnia per se subtiliter. deinde ponantur ī sacculo quadrato et applicetur cordi ut semper assistat ibi. ¶ Secundum vero remediū est hoc. ¶ Recipe aque buglosse. ℥. ii. carabe. ʒ. i. pulueris smaragdi foliorum auri conmixtorū ana. ℈. viii. vini aromatici. ℥. ʃ. conquassentur omnia. et tepidum hoc bibatur in aurora. et videbitur mirabile. ¶ Tertium remedium ad hoc quod etiaʒ cerebro cōfert est tale. ℞ ligni aloes storacis calamite zedoarie carabe ana. ʒ. i. ambre. ℈. i. musci electi. ℈. viii. rosarum contritaꝝ. ʒ. i. coralorū seminis basiliconis maioranе ana ʒ. ii. macis. ʒ. ii. puluerizentur omnia subtiliter per se. deinde simul conquassentur et ligentur in sindone retorta. et quasi semper odorentur.

¶ Capitulum de cura debilitatis cerebri

¶ Pro 5° vero principali duo remedia conscribāt debilitati cerebri subuenientia potenter. ¶ Primum itaq; horum est hoc. ℞ metridati electi. auree alexandrine ana. ℈. i. ambre orientalis. ℈. ʃ. bibatur in septimana bis per tres horas post cenam cum. ℥. i. vini antiqui subtilis aromatici. ¶ Scdm uero seruiens huic dispositiōi ē hoc. ℞ florum rorismarini assari ana. ℈. ʃ. ligni aloes. ʒ. i. ambre. ℈. ʃ. gariofilorum. ʒ. ii. fiat omniū per se subtilis puluis. deinde diligenter conmisceat. de hoc igitur puluere quando vadit ad lectum ꝑ capitis eius puluerizetur a coronali cōmissura per spacium quattuor digitorum ascendendo ad sumitatem capitis. et est remedium utile mltum in releuando cerebrū a debilitate ꝓueniēte a mala complexione frigida ⁊ humida eius et a multitudine vaporum in eo congregatorū.

¶ Capitulum de cura auditus.

¶ In subleuatione vero corruptionis auditus qd erat sextum principale accidens. duo sollemnia remedia ponam. Primū est hoc ut accipiatur tabula arboris cupressi et calefiat sollemniter ⁊ sp ante cibationem mane et sero apodietur auri et totum tempus ptis patientis. Et si ambe aures molestarentur ambabus partibus tabula ista usq quo ad tepiditateʒ perueniat apodietur. ⁊ ita fiat continuis diebus usque ad consumptionem ventositatis que sonitum efficit. Scio autem ego q sucus origani tepidus instillatus auribus pluribus vicibus in die tollit omnem sonitum a ven

tositatibus et a mala complexione frigida et humida materiali prouenientem. qui egreʒ solet īquietare ⁊ a naturali dormitione prohibere a q° tinitu et reliquis accidentibus virum istū sui misericordia tueatur altissimus per infinita benedictus in secula seculoruʒ Amen.

¶ Consilium de Sephiros non puro in naso et cura eius.

Iste nobilis ragusеus egrotat a postemate duro in superiori pte nasi ex latere sinistro apud orbitam oculi et domesticum lacrimale sinistrum. propter quod medicatione sumpta a particula patiēte oportet cōtemplari in hac dispositione ut conueniens inueniri possit curationis canon. Est igr hoc apostema frigidum naturaliter et non qdem flegmaticum. eo quia non est apostema fluxum apud ytalicos nominatum vel molle. neq; zimia quod idem importat apud arabicū sicut vndimia apud grecum. Neq; est apostema glandosum ex flegmate indurato proueniens. siue illius duritiei cā fuerit frigiditas congelans vel caliditas inspissans Igitur hoc apostema non potest reponi sub aliq° genere flegmaticorum apostematum a sufficienti diuisione in duas predictas species. Relinquit igitur necessario concedendum esse hoc apostema esse melancolicum. Et ipsū quidem non est cancer neq; nodus neq; scrofule. igitur necessario oportebit ipsum nominare durum apostema apd ytalicos vel sclirоticos apud grecos vl sephiros apd arabicos. Et capiunt hi sermones fundamentuʒ 2ª primi 5° capitulo. et 14° terapentice capitulo 5° penes finem. Et ne preassumpta videantur gtis dicta. oportet eadem demonstratione cōfirmari Qd igitur hoc apostema non sit fluxum flegmaticum apparet. eo quia in apostemate flegmatico predicto inuenitur lenities ad sensum tactus. coloris albedo a naturali partium colore parum elongata. Neq; est illud apostema eleuatuʒ a mēbro valde. propter quod a quibusdam nominatū fuit extuatio vel excitatio. i. parua membri in tumorem eleuatio et 3ª quarti tractatu 2° colligendum capitulo de zimia vel vndimia. Amplius in tali apostemate ex compressione per digitum facta remanet in mēbro fouea ¶ In apostēate aūt huius viri nullum predictorum signorū est verificabile. igitur tale apostema nullo modo dnominari potest fluxum. Similiter et hoc apostēa nullo modo dici potest glandula. eo quia glandula ē apostema ī membro collectum et notabiliter eleuatum cum duritie manifesta ut in pluribus ⁊ seperabile vel mobile in mēbro cui adheret. ʒ istius viri apostema nequaquā habet ista signa qre non erit ipsum glandula nominanduʒ. Amplius cuʒ omnia apostemata melācolica sufficiēter sub una trimēbri diuisione cōprehēdātur. quoniā eoꝝ aliqua sunt dura. alia vero cancer. et alia glādule. sub quibus reponuntur scrofule ⁊ nodi ut colligendum 2ª primi lrāliter ab Auicenna. et tale istius viri apostema nullo modo potest dici cācer Licet enim sephiros et cancer conueniāt substantialiter in materia. eo quia vtrūq; eorū sit a materia melancolica. tamen inter hec duo assignat differentia nō per se sed penes accn̄tia ïsepabilia

que profluũt ab eis. quare 2ª p̃mi p̃realegato capitulo. Neq; multum distat quin differentia in ter cancrum ꝛ duritiem existat pp accidentia in seperabilia. ꝛ non propter differentias substantiales .s. ab eorum materia acceptas. Cum igitur accidentia inseperabilia cancro sint hec. quia cancer est apostema mobile. 2° quia est addens. i. velociter augmentum accipiens. 3° quia est ledens .s. sensatione tristi. 4° quia non est destruens sensũ nisi pp longitudinez temporis corrumpat ꝛ mortificet membrum. Et 5° quia habet radices multas membro innexas que vndequaq; apparent sicut brance cancri. et etiam quia apparet in eo dolor acutus cum rubore ꝛ maxime in augmento eius. Et hec sunt eidem accidentia inseperabilia ergo tale apostema. huius viri nullomodo potest dici cancer. et clauduntur hi sermones in diffinitione cancri collecta 2ª quarti capitulo de cancro dum inquit. Cancer est apostema melancolicum a materia melancolica genitum. aut in qua combusta est materia colerica. et non a pura feculenta. Et considera. q2 hec est formalior cancri descriptio que dari possit. Et confirmatur iterũ q̃ hoc apostema non sit cancer per quinq; accidẽtia inseperabilia sephiros attributa ¶ Primũ est q̃ hoc apostema est quietum supple a mẽbro non separabile ¶ Scd̃m est quia est sedatum. i. velocitatem augmenti excludens ¶ Tertium est. q̃ ipsuz aufert sensum et proprie cum fuerit purum. ¶ Quartum est quia longo tempore in vna ꝛ eadẽ extensione sine aliqua additione eius in mẽbro pmanet. sed hec accidẽtia non sunt ꝓpria cancri signa. ergo huius viri apostema magis sephiros q̃ cancer denominandus est. ¶ At vo iterum. ne legentibus extraneũ videatur hoc apostema nõ est vere purũ sephiros nominandum. Et primo quidem quia puri sephiros color ad cineritatem vel subplumbeum colorem uergit. In hoc autem apostẽate nõ ẽ notabil' variatõ coloris ptis. Amplius in eo remansit cuiuscunq; obiecti tãgibilis sensatio siue calefaciendo aut aliter alterãdo impꝛimentis. quare iterum non erit hoc apostema purum sephiroticum nominandũ. Vnde 3ª q̃rti tractatu 2° capitulo de sephiros. Si remanz cũ eo sensus et dolor paruus. tunc nõ est illud sephiros purum. Et ex hoc fundamento concludi p̃nt duo correlaria apparentia contradictoria. Primũ est quia hoc apostema minatur suspitionẽ difficilis curationis. Secundũ est quia ipsum portẽdit spem facilis curationis. Et primũ quidez declaratur eo quia omne purum apostema quanto fuerit magis materiei apte facere corruptionez propinquum. tanto ipsũ est difficilioris curatõis sed in tali apostemate inuenitur conmixtio acute materiei cum melancolica. igitur videt' ipsuz habere inclinationẽ ad corruptionem. Et probatur minor duplici motiuo. Primũ ẽ quia quãdo q; in loco apostemato sentitur dolor aliquantaz habens acuitatem. At secundũ motiuum ẽ eo q2 lachryma que ab angulo huic apostemati ꝓpinquo emanat acuta est. ut patiens percipit. sed hec materia multum facile transit in coniunctã apostematis predicti. igitur et cet. ¶ Secundũ vero principale correlarium deducit' eo quia hoc apostema quanto purius est et materiei apte facere corruptionem minus conmixtum et paruũ extẽsiue et pauci temporis et in membro satis raro positum tanto curationi paratum est magis. sed apostema istius viri oẽs h3 p̃dictas conditiões quare facilioris videtur esse curationis. Tu autẽ inter hec contradictoria apparenter tenere debes veritatem et dicere q̃ illud apostema si non fuerit purum facilioris erit curationis aliis paribus de quantitate eius longitudine temporis et aliis similibus. Et ad argumentum quo ꝓbatur ipsum esse difficilioris curationis. eo quia pẽdet a materia corruptioni disposita. neganda est ꝯña. et dicendum quia ingeniũ curatiuũ põt administrare instrumenta conuenienter corruptibilitatem materiei rectificantia. etiam quia difficilius est duritiem aliquã a membro raro ꝛ calido abscindere q̃ acuitatem materiei reprimer̃ eo quia durities in tali loco est morbus disꝓportionalis. q̃re ꝛcet. Et colligitur minor sermone veteris et cõmentatoris affoꝝ 2ª. In morbis minus periclitant' egrotantes ꝛcet. Et ex hoc iterũ fundamento apud intelligentes concludi potest q̃ hec dispositio iterum est difficilis curatiõis q̃n tumcunq; sit durũ apostema et non puꝝ. ꝓpterea quia est parti disproportionalis. Amplius et 2° propterea quia si hoc apostema magnificaretur valde facile esset causa corruptionis ossis orbite inferioris oculi. ¶ Et 3° iterum hoc demonstrat' eo quia talia apostemata raro perseuerant quin perducant egrum ad apostema garab. i. anguli lachrymalis pp vicinitatem eorũ ad illum. ꝛ de tali apostemate quasi semper puenitur ad fistulã in lachrymali. ut patet 3ª tertii tractatu 3° de apostemate algarab q̃re ꝛ cet. ¶ Adhuc et q̃rto et fortius demonstratur huius apostematis piculositas eo quia ipsum est in osse sinistre partis cõpositionis nasi. ꝛ iuxta collateralem cartilaginez eius. De numero enim ossium. 55. componentiuz caput humanũ. duo sunt ossa naris. et superiorez humani nasi partem componentia. quoꝝ amboꝝ ossium figura est ut imagineris duos triangl'os habentes duos angulos parũ eleuatiores alteris qui duo anguli coniungantur ad vnũ punctum ꝛ alii duo inferiores anguli coniungantur ad aliũ punctum. ergo erunt quattuor anguli circa duo puncta coniuncti. et preter hos duo erunt alii anguli ab eis separati. igitur de necessitate fiet humani nasi compositio superius pirami dalis et inferius latam basim habens qua demonstrabil' est. ¶ Amplius et quinto intermediũ amborum ossium ponitur cartilago quedam tẽuis. et a quolibet laterum dextro vel sinistro ponuntur alie due cartilagines. Vnde nasi compositio integrat' ex duobus ossibus ꝛ tribus cartilaginib;. s3 q̃dlz illorum ossium et cartilaginũ raritate et tenuitate substãtie sũt satis facile corruptibilia. ergo apostema in eisdem eueniens notabilem curatõis suspitionem ostendit argumento sumpto a ptib; componentibus ut deductũ est. ¶ Et 6° iterũ arguitur dispositionis piculositas. eo quia pleuerãs apta est nocere tribus operationibus vl' iuuamẽtis que faciunt humane nares. ¶ Et primo q̃dez est. quia sunt via et locus p quem ad carunculas mamillares odorabiliũ species deferuntur. vnde homo discernit inter odorabilia aromatica et fetida. s3 ꝓpter apostema etiam in loco illo valde facile claudi possunt vie ille mirabilis ꝛ neruose

compositionis perforate humani nasi. igitur val-
de facile poterit homo nocumentū diminutionis
aut ablationis odorandi incurrere. ¶ Secunduʒ
uero nasi iuuamentum est ut in illo numerose per
forationis esse retineatur aer qui aliqualiter mo
dulatus ⁊ fractus faciat ad bonitatem prolationis
sermonis ⁊ lectionē litterarum ⁊ syllabarum ⁊ so
mationem uocis. sed stante clausione aut oppilati
one predictarum partium aer non poterit ibi de
tineri collidi aut modificari. propter quod nō cō
uenienter poterit sermo proferri. vnde experimē
to uidemus ꝙ habentes clausionem talem loquun
tur nasantes. ¶ Tertium uero speciale iuuamētū
est ipsarum narium. vt per loca illa emungantur
superfluitates in duobus uentriculis cerebri ante
rioribus abundantes. ex quarum completa retenti
one homines non raro suffocati subitam mortem
incurrunt. sed per clausionem predictarum uiarū
hec omnia facile contingere possūt. quare facile ex
fixione talis apostematis in predictis locis tria
predicta narium iuuamenta prohiberi possūt. Et
sunt sermones Principis prima primi doctrina
quinta summa prima ⁊ capi. tertio ibi. ¶ Nasi ue
ro iuuamenta ⁊ cetera. Apparent itaque hec omnia
in unam colligendo sententiam ꝙ egritudo huius
viri non tantū est difficilis quantum si extendere
tur magne periculositatis argumentum ostendat.
Et ex istis ultimo correlarie sequitur ꝙ melius ē
ei alia humana negotia parumper seponere ⁊ sue
curationi diligenter insistere ꝙ talibus periculis
contingēter accidere potentibus subiacere. ¶ Igi
tur ad huius dispositionem curandam accedens
eius regimen in duo capitula partiendum decre
ui. Primum quidem est sermonem pertransire in
sex rerum non naturalium ⁊ conuenienter appli-
cationis earum. Secundum uero in administra
tione instrumentorū medicinalium cōueniēter ap
plicabilium.

¶ Capitulum primum de regimine sex reruʒ nō naturalium. Primo de aere.

Itaque locus habitationis eius omnino sit elonga
tus a cōuallibus ⁊ locis ualde humidis ⁊ nullo mo
do habens aspectum meridionalem qualem habʒ
Ragusea ciuitas. propter quod mansionem suā cō
rigat recipiendo ⁊ faciendo aerē camere esse oriē
talem aut saltem aquilonarem. Et de annexis ae
ri euitet suffumigia camerarū ex rebʒ calidis aro
maticis facta. velut thure mirra sandaracha ⁊ simi
bus. et euitet etiam gratia huius tecturas capitis
multum calefacientes. propter quod omnio pone
re debet biretum quod nunc portat a principio apri
lis vsque per totū mensem septembris. Reliquo āt
tempore calidioribus capitis ornamentis uti pōt
effugiat etiam uestes corpus eius et ilia notabilit
stringētes. ¶ De motu ⁊ quiete. ¶ De motu uero
⁊ quiete eius omnino melius est ei quiescere ꝙ for
tibus exercitari exercitiis. Caueat tamen ab omi
exercitio quo necessarium sit caput curuatuʒ tene
re ⁊ uersus faciem inclinatum. immo erectū quan
tum est possibile debʒ esse caput eius. ⁊ si ad aliquā
positionis differentiam inclinare se debet melius
est ut ad posterius uel sinistrum latus iclinetur ꝙ
ad alia. ¶ De inanitione ⁊ repletione. ¶ De mēsu
ra uero cibi ⁊ potus accipiendi caueat ab omni fa
stidiente repletione. propterea quia eis tal' mate-
rias euaporantes multiplicat et caput replentes.
vnde materialis apostematis causa augeretur. et
in summa melius est ei saluato appetitu adhuc a
mensa recedere ꝙ ciborum quantitatē multā acci
pere. ¶ De accidentibus anime. ¶ Amplius consi
derandum est subtilius. cum enim apostema illud
ut supra demonstratū est in primo capitulo ꝓuē
iat a materia melancolica omnino solicitudies me
lancolicas tristantes ⁊ spiritum in profundo sepe
lientes euitare debet. Et iterum quia apostema ta
le non euacuatur a mixtiōe materiei paulisper ca
lide. ideo effugere debet omnia accidentia ex qui-
bus vehemens in humoribus ⁊ spiritibus agitatō
sequatur. ut de circūferentia ad centrum aut ecō
tra. velut furor ira insania iracundia ⁊ similia. et
si non alia de causa euitare debet talia saltē ꝓpt
hoc. quoniam exterminant et mutant humanū cō
pus ab ea que secundū naturam consistentia tertō
tegni. De annexis autem accidentibus anime quē
admodum solet esse coitus. ideo cautus in eo debʒ
esse. eo quia rarus debet esse eius vsus. ita ꝙ nō si
at plusꝙ semel ī septiana. ⁊ euitet eius actus ꝓprie
post cibum etiam uiolenter ⁊ impetuose factus im
mo morose ⁊ phisice multum in tali actu negotiā
dum est. ¶ De somno et uigilia. ¶ Dicēdū ꝙ som
nus ei uel dormitio amplior consueta laudabilis
est. ita ꝙ melius est ipsū una uel duabus horis am
plius consueto dormire. ꝙ in uigilando mensuraʒ
solitam excedere. Et forma dormitionis eius esse
debet eleuato capite plusquam mediocriter ⁊ resu
pine aut super dextro latere iacere. ut iam dictuʒ
est. ¶ De cibo autem eius ⁊ potu. ¶ Dicendū pri
mo ꝙ omnino euitet cibos omnes melancolici san
guinis generatiuos. velut sunt carnes grosse qbʒ
ragusei domini ut in pluribus utuntur. Legumia
omnia ⁊ proprie lētes fabe ⁊ risum. Item caulīuʒ
vsus abhominandus est ⁊ caro salita omnis ⁊ case
us bubulinus et caseus omnis antiquus siue dulcis
fuerit siue salitus ⁊ panis antiquus non bene fer-
mentatus. Et quia in materia illa aliquid est ō ca
lido ut predictum est. Ideo euitet multorū aroma
tum vsuʒ ⁊ salitos cibos uel sapores. velut sinapis
mum rafanum cepe allea ⁊ similia. In sūma itaqʒ
vtatur pane recenti duorum uel trium dierū ad
plus bene fermentato ⁊ per coctioneʒ non adusto
carnibus uitulinis edinis castratinis ⁊ pullinis pi
guibus ⁊ de annuali agno ⁊ carnibus minutarum
auium uti potest. Que uero sunt sicut carnes lepo
rum ceruorum et siluestris porci dimittende sūt.
Conueniunt etiam eidem cibi cū lacte cocto pre-
parati et colostra ⁊ recocta et caseus recens absqʒ
sale. Et ō ferculis bleta spinachia portulaca lactu
ca endiuia et similia olera frigida ⁊ humida. ¶ Et
de fructibus bona sunt ei cerasa pira dulcia auel-
lane amigdale recētes pepones cucumeres ⁊ simi
lia. Aceti uero vsus dimittatur nisi ualde raro et
loco eius utatur agresta non salita succo citrangu
lorum ⁊ huiusmodi. Butyrri etiam vsus modesta
quantitate ei conuenit ⁊ oleuʒ oliuarum dulcium
non ualde salitum. et de aliis fructibus vue dulces
⁊ ficus recētes ⁊ poma dulcia sibi conueniūt. Casta
neas autem sorba et mespila et citonia omnino di
mittat. Vinum uero quo uti debet nullo modo sit
nigrum. sed sit album subtile aromaticum medio
cris fumositatis. ⁊ si tale non possit haberi miscea
tur cum quantitatte conuenienti aque cisterne. et
caueat ab aquis suis grossis. Et conueniens eisʒ ei

in diebus caloris bibere aquam cisterne cum mul
to zuccaro commixtam. Mellis autem ⁊ similiuʒ
calidorum usus non placet mihi. hoc in summa ē
regimē ei conueniens ex parte sex rerum non na
turalium ita limitatū.

¶ Capitulum secundū p instrumēta medicinalia.

Pro regimine vero per instrumenta medicinalia
uidetur mihi ipsū debere habere instrumēta.xvi.ī
quorum administratione curatio eius rationabi
liter compleri debet. ¶ Primum quidem ē ut an
te omnia procuret si est possibile facere apertionē
venarum emorroidalium fricando eas cuʒ pāno
bisello bene aspero. aut cum radice serpentarie uľ
foliis ficus uel cum frustro cepe squillitici. aut cuʒ
foliis consolide minoris descendendo usque ad sel
thauri. In harum enim uenarum apertione maiō
erit mihi curationis fiducia q̄ȝ in altero fere istru
mento. neque eniʒ flobotomia aut ventosatio eque
conuenienter emanarent ⁊ diuerterent materias
istas. velut emoroidaruʒ fluxus ⁊ clauditur. ī sētē
tia Comentatoris comēto illius afforismi ¶ Me
lancolicis ⁊ uaricibus emoroides innate bonum.
Idem enī sermo haberi potest de prouocatis arti
ficialiter. sicut de innatis emoroidibus. ¶ Secun
dum uero instrumentū est ut adueniente fine sep-
tembris accipiat hoc euacuans minoratiuum. ℞
pillularū de lapide lazuli pillularū indarum ana
.ʒ.ſ. reformentur pillule septem cum succo rosarū
⁊ accipiat eas in aurora dormiendo post eas p ho
ram unam ⁊ post quinque horas accipiat cyatum
unum aque ordei zuccarate calide ⁊ post ipsam p
unam horam prandium suum accipiat. ¶ Tertiū
instrumentū est ut post minoratiuum predictū ac
cipiat hoc digestiuum quod continuet octo diebus
℞ mellis uiolati.℥.ſ. syrupi de epithimo.℥. vnam
aque boraginis ⁊ uiolarum ana.℥. unā.ſ. misce et
calidum accipiatur ¶ Quartum uero instru-
mentum est ut post digestiuum illud accipiat hoc
euacuans die immediate sequenti. ℞ electuarii
hamech descriptione maiori electuarii dyasene
ana.ʒ.iii. aque sublimationis uel detectionis lupu
lorum.℥.ii.ſ. misce ⁊ totum simul calefiat ⁊ acci-
piatur hora predicta ⁊ post ipsum obseruētur oīa
que post minoratiuum suprascriptum scripta sunt
obseruari debere. ¶ Quintū instrumentum est ut
post euacuationem predictam utatur istis pillulis
d' qbȝ accipiat unā uel duas bis ľ semel ī septima
na parum ante cenam. quarū descriptio. ℞ aloes
epatici.℥.ii. thimi epithimi foliculoꝝ sene ana.ʒ.i.
.ſ. reubarbari electi.ʒ.ii. diagridii.g̃.xii. infundā
tur omnia per triduum in decoctione foliculoruʒ
sene. deinde exponantur soli usque ad exiccationeʒ
eorum ⁊ ita fiat ter eorum decoctionem renouan
do semper et exiccando. huic itaque cōpositiōi ad
dantur lapidis armeni preparati.ʒ.iii. ⁊ omnia si
mul diligenter conterantur ⁊ fiant ex eis pillule
cum succo rosarum ex omni.ʒ. sex. de illis ergo ac
cipiātur due uel una. ut iam predictuʒ est. ¶ Sex
tum instrumentum est. vt vir iste sepe in os suum
mane accipiat.g̃.i. masti. ipsū dentibus conterēdo
⁊ masticando saltē per quartam parteʒ hore ⁊ ex
puendo totum illud de aquositate uel altera mate
teria que per ipsum a cerebro educitur. ¶ Septi
mum instrumentum est ut postquam purgatus fu
erit per sex dies post omni sero per horam ante ce
nam faciat sibi hoc caputpurgium. ℞ aque decoc
tionis foliorum maiorane.℥.iiii. oximellis simpli
cis sy. uiolati ana.ʒ.ii. totum calefiat simul et tunc
impleat os suum aqua fontali uel puteali et accipi
at in palma manus decoctionem predictam ⁊ tra
hiiciat ex ea leui tractu per narē dextrā. deīde p
mittat exire emungendo a naso illud quod exibit
post eam. deinde iterū ex eadem trahiiciat per si
nistram narem per interuallum temporis quo di
ceretur decies pater noster. post illud iteruʒ de ea
dem decoctione trahiiciat per dextraʒ nareʒ. ita
q̄ȝ tribus uicibus per utrāque narē trahiiciat hoc
caputpurgium omni die per integraʒ septimanā
hora predicta. secunda uero septimana sufficiat ei
solum facere caputpurgiuʒ illud omni tertia die
uel quarta continuando ipsum per totum mensem
iunii proxime futuri. ¶ Octauum uero instrumē
tum est. ut post purgatiōem suam omni tertia no
cte quando uadit ad lectum superaspergat proraʒ
sui capitis a principio frontis usque ad summita
tem capitis cum hoc puluere per medium capitis
latitudine trium digitorum. ⁊ est pars illa quam
medici uocant commissuram sagittalem de q° pul
uere omni uice ponatur quātitas quattuor ľ quiq̄ȝ
granorum ordei ⁊ immergatur in capillis suis. ⁊
cum ponit puluerem illum secunda uice cuʒ pecti
ne uel setula absteragat puluerē precedenti die sup
positum. Et hunc etiam modū continuet per totū
mensem iunii. Est autem eius descriptio. ℞ folii
.ʒ.i. ligni aloes.ʒ.ſ. violarū floruʒ nenufaris ana
.℈.i. pulueris maiorane.℈.ii. omnia per se subtili
ter puluerizentur. deinde misceantur. ¶ Nonum
instrumentum est vt vir iste assuescat saltē quater
in septimana mane per duas horas uel tres ante
prandium facere sibi fricatōem cum panno aspe
ro incipiendo a principio colli usque ad medium
spine inferius trahendo usquequo cutis eius rubi
cunda fiat. ¶ Decimuʒ instrumentū est ut vir iste
saltem in septimana bis abluat membra sua ab in
guinibus usque ad plantas pedum cum hac decoc
tione calida per horam ante cenam. ℞ assari pu
legii foliorum lauri ana. M.i. florum salicis folio
rum uiolarum ana. M.ii. fiat eorū in aqua decoc
tio usquequo uirtus herbarum sufficienter accipi
atur in aqua ⁊ fiat ex ea ut dictum est. ¶ Undeci
mum uero instrumentum debet esse locale pti pa
tienti approximandum in cuius quidem applica
tione premittendum est q̄ȝ cura apostematum du
rorū perfici debet ex intentione mollificandi ad
intentionem resoluendi composita. ita ut per spa
tium unius septimane applicentur instrumēta le
nificantia. Sequenti uero septimana tota applicē
tur resoluentia moderate. nequaquam enim mate
ria indurata posset conuenienter resolui. nisi mol
lificaretūr. immo per applicatōem pure resoluēti
um materia continue successiue magis petrificare
retur. ut sunt sermones Hali. decimoquarto tera
pentice capitulo tertio et colligitur ab Auicenna
quarta primi capitulo uigesimoquīto ⁊ 3ª primi
tractatu secundo leguntur clarius capitulo de cu
ra sefiros. ¶ Igitur canonice procedendo ad curā
applicanda sunt remedia has intentiones cōplen
tia. Et ego quidem scribam instrumentum unum
a Galieno acceptum preallegato capitulo in quo
inuenitur excellentia iuuamenti et est compositū
ex radice altee quam uocant arborificatam cū pi
guedine anseris ľ galline aut cū recēti pinguedie

pozei. Est autem altea arborificata planta quadā radicem habens satis magnam albā3 coloze sapore dulcem similimam radicibus maluauisci a qua eleuatur stipes altitudis hominis ⁊ folia eius pe-nes radicem inueniuntur eleuata. Et similiter p stipitem tota pzotensa appendiculu3 habentia lō gius q̄ᵹ una spansa grossum humoze multum ple num qui mucillaginosus est tactu et sapoze dulcis ⁊ coloze uiridis. ⁊ sunt folia eius plurima in figu ra rotunda in substātia rugosa satis ⁊ tactu aspe-ra ⁊ flores pzoducit quasi per totam stipitem suā colore rubicundos ad purpureā similitudinem in clinatos in figuza campanelle similes in cuius flo ris medio appendiculum inuenitur coloze album ⁊ molle simile titinnabulo campane. Et hec quidē est illa planta quam multi uocant maluam oztula nam. Paduane vezo mulieres uocant ipsam rosa3 maluam qua3 pzopter decozem sui flozis antepo nunt spectaculis ⁊ fenestris suis ⁊ mlˀti uocauerūt ipsam maluam alteam pzopter eleuatōem eius ī altum. vnde de ea scripsit Macer in simplicibus: dicimus alteam quasi q̄ᵹ crescat in altum. Et ,ppē eam causam Galienus allegato loco uocauit ipsa3 alteam arbozificatam. eo quia uelut arbor ī altū crescit ⁊ ramos pzoducit q̄ᵹplurimos ⁊ semia omī no seminibus maluasci similia. licet illis sint mino ra. quam quidem pzopter excellentia3 iuuamenti eius ita describere uolui. licet eius notitia nō sine laboze magno uariis uoluminibus hinc inde colli gatur. Soleo autem ego hanc medicinam ex fūda mento Galieni ita describere. ℞ radicum predcē plante libzam. i. adipis anserini adipis gallinacei ana. ℥. iiii. farie ozdei. ℥. i. ʒ. olei sabini. i. a loco pe nes Romam inuento ita nominati. ℥. ii. Et ego lo co sabini olei accipio oleum de granis sisami gen seminum nominatū. mundentur itaque ⁊ abluant radices pzedicte diligēter. deinde subtilissime cō terantur ⁊ finaliter additis pinguedinibus ⁊ fari na incozpozentur simul in fozmam bene tenacita tis. de hac igitur materia locus emplastretur pez septimanam unam. ut iam dictū est. Aliud autem compositum huic intentioni seruiens accipitur ex sezmonibus Auicenne tertia quazti tractatu secū do preallegato capitulo. Et ego soleo ipsū compo nere taliter. ℞ bdellii mollioris dissoluti cu3 mo dico aceti. ℥. i. isopi humide. ℥. ʒ. cere albe. ʒ. ii. icor pozentur omnia simul ⁊ fiant cerata conueniētia glutinositatis que quidem patienti parti applicen tur. eo modo quo Padue ceratum eidem applicui verū opozteret ceratum illud esse latius ut maio rem partē amplecteretur patientis mēbri. Et eli citur hoc compositū ex lrā Aui. ibi Et de leni ficantibus in quibus est resolutio est bdellium sicili ense ⁊ oleum antiquum ⁊ isopus humida. Uerū hoc remedium facere potes magis mollificatiuu3 ⁊ minus resolutiuum multiplicado isopū humida aut econuerso si bdellium in compositione domia bitur super oleo. Duodecimū instrumentum est ut postquā per septimanā una3 continuata fuezit mollificationis intentio perueniatur ad resoluēti um applicationē. Et de numero quidē resoluentia plurima composita a sapientibus hinc inde licet colligi possint. Ego tamen solum illa scribam que mihi auctozitas ratio ⁊ cotidiana experientia notioza fecit. ⁊ est modus quem sapientes homies tenere debēt ⁊ preceptū Galieni pzeallegato capi

tulo positū dū inquit. Regantes medicū quecū que experientia inuenta sunt ⁊ quecūque de ratiōe sola ⁊ demū cū his quecūque conferentibus utrisqȝ adinuicem. omnibus eni his recte utetur solus qui exercitatus est in hac methodo. Et primū gde3 compositum est ab Auicen. acceptū capitulo de cu ra sephiros quod ego soleo talit describere. ℞ gal bani armoniaci bdellii dissolutozū cū modico ace ti ⁊ bene colatorū ana. ℥. i. fecis olei liliozū alborū . ℥. ii. mucillaginis fenugreci mucillaginis semi. li ni ana. ℥. i. ʒ. cere albe. ℥. ʒ. buliant simul ⁊ icozpo rentur oleum ⁊ cera. deinde superaddantur gūmi dissoluta ut dictum est ⁊ simul cū mucillagine icor pozentur omia ⁊ fiant magdaleones. ⁊ si bene cō sideres hec est illa descriptio quā sapientes italici medici uocant diaquilonē cū gūmis ⁊ peru3 ab ea differens si bene aspicis uolumia sapientū. Se cundum uezo compositum ⁊ cōe satis ad hāc intē tionem est diaquilon simplex album ex quo fiat ce ratozium ut iam predictum est. Ego uezo preter predicta alias conscripsi compositū hoc in quo īue ni excellentiam iuuamenti. ℞ mucillaginis fenu-greci se. lini ⁊ granoꝝ sisami ana. ℥. i. bdellii subal bidi ⁊ mollis. ℥. ii. litargiri. ʒ. i. radicū genestre fo lioꝝ cupressi radicū ipericonis radicū scrofularie siccarū ana. ʒ. i. ʒ. cere albe. ℥. i. olei de sisamo olei vulpini ana. ℥. ii. incozpozentur omnia simul secū dū artem ⁊ fiant cerata conuenientis glutinositatis multiplicādo cezā ⁊ bdelliū si oportuerit. hoc igitur ē instzumētū magne efficacie si bene perpē dis de compositōne ipsius quod applicari deb3 ut dictum est. Decimūtertiū instrumentum est ut si contingeret q̄ᵹ materia hec resolutōni nō conue nienter obediret post resoluentiū predictozū ad-ministrationē. fometet locus cū lana succida bene pectinata infusa in oleū calidū de granis pineazū factum. ⁊ fiat eius applicatō ī die ter mane meri die ⁊ ante cenam ⁊ post illius applicatōe3 admini stretur aliquod de lenificātibus scriptis supza an-te administzatōem resoluentium applicandis.

Decimūquaztū instrumētū iterū est q̄ᵹ si dispo sitio non conueniēter obediret curationi post pre dicta euapozetur locus cum aceto ⁊ marcasita ī q̄ quidē euapozatōe est iuuamenti sublimitas ut ab omnibus auctozibus hinc inde colligitur. Et foz-ma gdē applicatōis eius est ī hunc modū ut accipi atur lapis marchasite ⁊ est lapis molaris rubei co lozis qui igniatur ⁊ habeatur in uas aliquod posi tus lapis ⁊ super ipsum effundatur acetu3 albū no tabiliter acutū. cuius uapoz recipiatur per cann lam uitream similē tube cuius una extremitas sit tante amplitudinis ut totū locū patientē compre hēdat ⁊ aliquā pazte loci sani ⁊ altera eius extze mitas sit lata ī quam recipiatur fumus qui per cō cauitatem illam pezueniat ad pticulam patien-te3 ⁊ euaporetur saltem per quaztam paztem ho ze. Si autē huius euapozationis applicatio non posset conuenienter fieri. tunc accipiatur mollˀ spō gia et infundatur ī pzedictum acetum cū decotoe pulueris marcasite factū ⁊ applicetur illa spongia actu calida super patiente pticula sex uel octo uici bus usquequo in pzofundo loci egrotātis percipi atur penetrasse caliditatē. Decimūquintū istru mentū est ut post euapozatōem cū aceto pzedicto factam semper admistretur hoc oleum. ℞ olei de granis pinea. ℥. ʒ. olei de filicis. ℥. ii. mucillagis

radicum altee.ʒ.iiii.misceantur oia ꝛ bene coquãtur ꝛ calefiant ꝛ infundatur in eis frustrum lane rotundum ꝛ calidũ applicetur patienti particule ꝛ continuetur ipsius applicatio cũ euaporatiõe predicta aceti per quinque dies. deinde transeat ad resoluentia iam predicta. ¶ Decimumsextum et ultimum instrumentum est ut percipiatur ꝙ hec duricies paulo magis interius cõiicetur fiat sepe linimentũ nariũ interius cũ hoc cõposito. ℞ olei amigdalarũ dulcium fecis olei liliorũ al. olei de sisamo ana.℥.ʃ.medulle cruriũ bouis.℥.i.ʃ.dissoluantur omnia simul ꝛ cũ.℥.ʃ.cere al.conuenienter incorporentur.hoc igitur totum cõpositum buliat in.℥.iii.mucillaginis radicũ alte vsqꝫ ad consũptionẽ predicti mucillaginis.de isto igitur tepido iterius nares cõuenienter duabꝫ uel tribꝫ uicibus inungantur.quorũ omnium administratiõe terminabit ad sanitatẽ integrã quod concedat ille qui solus langores oẽs sanare potest altissimus ex sui misericordia ꝛ omnipotentia.Ad cuius laudẽ hec omnia consimiliter cõscripta sunt Amen.

¶ Consilium pro polipo circa finẽ cure.

PRo egregia ꝛ honestissima domina domina Leona uidetur mihi taliter prouidendum esse.primo ꝙ utatur sacculo suo super capite posito secũdum modum datum. ¶ Secundo ꝙ utatur sparsione puluerisper posteriori parte capitis sicut consueuit. ¶ Tertio vtatur pillulis compositis ei quas habet secũ accipiendo ter in septimana ex eis.i.modicũ ante cenam ꝛ proprie si perceperit grauitatẽ stomachi. Si autem caput grauius esset.tunc accipiat unã uel duas ex eis per duas horas post cenã. ¶ Quarto ꝙ nari sue imponat quattuor diebus continuis bis in die de hoc puluere cum stilo inuoluto coto madefacto cum saluia.cuius pulueris descriptio est hec.℞ radicum serpentarie pulueris hermodactilorũ ana.ʒ.i.sarcocolle rubee.ʒ.ʃ.tutie preparate.℈.iiii.fiat puluis subtilis omniũ per se ꝛ post cõmisceatur. ¶ Quinto ꝙ elapsis quattuor diebus predictis madefaciet carnẽ superadditã ĩ naso cũ aqua saponis tertia bis uel ter in die ut sibi libet ꝛ cetera.Descriptio autem sacculi primi est hec.℞ caflorei piretri sticados pulegii calamenti ana.ʒ.ʃ.corallorũ ru.spodii ana.℈.i.fiat puluis omnium per se.deinde misce ꝛ ponatur in sacculo de grana retorta ꝛ applicetur posteriori parti capitis. Descriptio vero secundi sacculi est hec.℞ specierũ pliris arcoticõ folii ligni aloes amomi ana.ʒ.iii.fiat puluis omium per se.Deinde misce ꝛ ponantur in sacculo.ut supra dictum ẽ ꝛ applicetur anteriori parti capitis.Descriptiõ pulueris pro aspersione ẽ ista ℞ pulueris suprascripti pro parte superiori capitis.℥.ʃ.Descriptio autem pillularũ est hec.℞ pillularũ cochiarum.ʒ.i.aloes abluti.ʒ.ii.fiant pillule cum electuario succi rosarũ.vi.pro.ʒ.Item fuit ordinatum ei ut odoraret sepe hunc puluerẽ qui sit ligatus in sindone retorta.℞ cardamomi maioris ꝛ minoris gallie mus. nucis mus.gariofilorũ ana.ʒ.i.camphore.℈.i.musci.g̃.ii.sandarace.ʒ.i.ʃ.fiat puluis omnium per se.deinde misce et fiat ut dictum est.

¶ Tractatus quintus de naso.ꝛ primo de catarro falso.De defedatione faciei.De nocumento anhelitus. Capitulũ primũ de causis ꝛ signis.

hec egritudo sit per essentiā. apparet ex dolore ca
pitis grauitate eius et ex tensione eius egritudis
ad frontem tempora ⁊ posteriores partes. oportꝫ
igitur dicere q egritudo hec secundum magnam
partem est dispositio cerebri per essentiale nocu-
mentuꝫ eius. Qđ uero hec egritudo secundū par
tem notabilem dependeat ab epate ex multis de
duci potest. primo quia maius nocumentū quod ī
capite vꝫ fixū apparet est ī tota medietate dextra
capitis eius. sed hoc ponitur ēe signū nocumēti ce
rebri per colligantiaꝫ eius ad epar. ut prima ter
tii capitulo decimoquarto. Et iterum secundo hoc
deducitur ex parte materiei que in sapore suo sal
sedinem quasi semper et aliquando amaritudineꝫ
representat. amaritudo autem non potest prouenir
nisi a colera aut uapore eius ab epate cōicato ad
cerebrum. Et tertio iterum quia salsedo ī tali ma
teria euidentius assignari pōt peruenire per mix
tiōeꝫ colere cum flegmate aquoso augumentato ī
cerebro per uiā indigestionis. Ex quorꝫ duorū cō
mixtione ad inuiceꝫ acquiritur salsedo prima pri
mi capitulo de humoribus in facto esse. Et licꝫ sal
sedo in materia acquiri possit per modum putre
factionis. quia tamen in viro isto non apparent
signa putredinalem calorem testificantia ⁊ appa
ret permansiua salsedo in materia. ideo euidenti
us deducitur ipsa prouenire ex mixtione predicā

materierū q̄ ex putrefactōe ipārū. Similiter licet flegmatica salsa materia quandoque in ore huius viri representetur cum sfatione fumose adustio nis. deduci tamen posset manifeste ꝙ talis materi erum adustio non fit in ipso cerebro. Apparēt enī multe uigilie inquietudo dormitionis corruptio vehemens sitis ⁊ oris amaritudo speciēs alienatō nis uel corruptionis in operationibus sensuum in teriorum. quorum neutrū in hoc viro apparet. iō subtilius videtur esse dicendū ꝙ in epate eius as sigueur caliditas adustiua materierū colericarū que colerica materia aliqualit̄ adusta siue substā tialiter transeat ad caput siue per modū euapora tionis cōmixta aqueso flegmati cuius multitudo reperitur in cerebro simul in eo ponit salsedinem ⁊ odorem uel saporem similem ei qui prouenit a corporibus que aduruntur. Qđ autē in epate hu ius viri uestigiū adustiue caliditatis assignari pos sit ex multis deduci pōt. Prio quidē ex colorē eius qui ad rubedineꝫ cum obscuritate eleuatus est. Secūdo ex venarum extensione. Tertio ex habitu dis ariditate. Quarto ex tactu caliditatis acute imprimentis. Quito ex cutis aliquanta solidita te. Sexto ex multitudine generationis cole re rubee. Et septimo quia in hoc uiro uidentur apparere signa decidētis complexionis eius ī adu stam quam permutationē non credo ipsū euadere posse. nisi fiat contraoperantia ex parte regimis sibi conuenienter assignandi. Ex quibus omnibus diligenter consideratis uolo mihi satisfactum esse de essentia egritudinis huius viri uarietate eius ⁊ accidentibus ipsius. Est enim egritudo eius ma la cōplexio frigida ⁊ humida materialis cerebri iam declarata. Uarietas autem eius est quia ma la cōplexio diuersa inuenitur ī cerebro suo. Prio quidem diuersa quia cōposita ex facta que est in ce rebro fixa. ⁊ fiente que dependet ab epate. ⁊ iterū diuersa quia ex diuersitate materierū proueniens ut declaratum est. Et tertio assignatur diuersitas ex parte accidentium cōitantium materiam que quandoque salsa cuꝫ adustionis vestigio quandoqꝫ sine eo reperitur. aliquando uero cū aliquali ama ritudine. aliquando sine ipsa representatur. Acci dentia vero egritudinis sūt catarrus qui quādoqꝫ et rarus ad partē rixe cōuertitur. quandoque per partes musculorū cordarū venarū ⁊ arteriarū col li et gule descendit ad spatulas. aliquando vero p palatū et venas descendit ad pectus. quod demon stratur ex nocumento anhelitus tussi et similibus. et quandoque descendit ad stomachū quod apparꝫ ex dyaria uel fluxu ventris peryodice apparente. īordinata tamē peryodo magis q̄ ordinata. Hec sunt que de dispositionibus huius viri. velut uerio ra contemplari potui. Et ex hoc fundamento faci le apparere potest ꝙ talis egritudo minatur sibi accidentia asmatis empimatis ptisis dolorū inctu rarū lesionis stomachi ⁊ plurium aliorū. vnde opō tet ꝙ hic vir ⁊ promptus ⁊ solicitus fiat ad curati onē sui aliter male se hēbit.

Capitulum secūdū de cura per dietam.

Regatur igitur iste vir ex parte sex rerū nō natura lium regimie confracto ex calefacientibus ⁊ exiccā tibus que aduersentur dispositioni cerebri. ⁊ infri gidantibus et humectātibus que dispositōem epa tis respiciant. quare si bene consideretur ea que đ cibariis alterata erūt ex predictis in primo gra du caliditatis ⁊ siccitatis erunt conuenientia lap sui cerebri. et erunt corrigentia caliditatē ⁊ sicci tatē epatis que notabiliter eleuata est. Et quia ca liditas et siccitas primi gradus cōparata ad cali ditatē et siccitatē secundi gradus erit sufficiēs re mittere ipsā. quoniam remissū remittit intensum secundum uiorē uiam. ut patet de aqua remisse calida que remittit intēse calidā. ideo tale regimē uideretur esse conueniens. Possē autē ego dicere dulcius et cū minori anxietate cibaria calida ⁊ sic ca cōmisceantur frigidis et hu. et econtra sperāns ꝙ discretiua potentia ad egritudinem calidam ⁊ siccam transmittet frigida ⁊ humida et econtra ut scribitur prima quarti de cura emitritei con tra Alexandrum. et quinto canone summa ⁊ capi tulo primus ī cōpositōe medicinarū ex contrariis. Aer itaque ipsius ad caliditatē ⁊ siccitatē parūp inclinetur ⁊ locus habitationis consimiliter et oio euitet excessum humiditatis et ingressū aquarum et maxime frigiditatē capitis et extremorūꝫ. reci pit enī maximum nocumentum ex illis. Secun do vero euitet cibaria uelociter corruptibilia. ut lac unctuosa multuꝫ et consimilia. Similiter effu giat uehementer uaporosa et acuta. ut alleuꝫ cepe et similia illis. Effugiat etiam uaporosa cibaria omīa. uelut legumina fructuum multitudinem et brodialia pīguia. Et iterū euitet cibaria magne uiscositatis. velut pastilia pisciuꝫ multitudīeꝫ car nium partes cutaneas neruosas et pāniculares et inter reliqua ab omni genere salsorum ciborū ab stineat. et in cibariis suis valde modicū salis acci piat et acuti etiam aceti vsum effugiat. et propter eādem causam etiaꝫ caueat a potu aque frigide ⁊ vsu eius cuꝫ vino. nisi fuerit diligenter precocta. ⁊ vinum eius sit album non dulce nꝫ illi uicinum. sꝫ mediocritate saporis leui stipticitate participās Et tertio principaliter a fortibus exercitiis absti neat et proprie super cibo et in sūma quiescerē uti lius est ei q̄ uehemēter exercitari. licet motus pro gressiuus mediocris sit ei conuenienter utilis. Quarto adhuc ī modo sue cibatōis euitet cibi quā titatē magnam. immo melius est ei parce comede re. q̄ in cibatione saturitatem complere. etiaꝫ ab stinentia per quā corpus inanitur in exiccādo reu mata et catarros est ualde conueniens. Quinto vero dormitionem effugiat immediate post cibū factam. ⁊ etiam diurnam inquantum potest. imo non dormiat prope cibum. nisi saltem transierit hora cōpleta et dormiat eleuato capite nullo mō resupinus. sed ad latera declinans et prius super dextro. deinde super sinistro latere. reliquo vero tempore vigilet. ita ꝙ mensura somni in die natu rali non sit amplior q̄ septē horaruꝫ. Pro altera vero re non naturali oio effugiat accidētis animi velocem et fortem motum in spiritibus et humo ribus impedimentia. sicut iracundiam furiaꝫ et cō similia. immo spem bonam in sua curatōne letan ter accipiat ī altissimo deo confidens.

Capitulū tertiū đ cura per medicinalia.

Pro regimine uero huius viri per medicinalia premittendum est ꝙ quia in hoc viro diuerse sunt egritudīes et accidentia. diuersis oportet uti intē tionibus et instrumentis curatiuis. cum quelibet illarum egritudinuꝫ et accidentium uertat ad se curatōnem necessariam. Sunt autem egritudies in hoc viro. Prima quidem est mala complexio

cerebri frigida ꝛ humida cuius accidens est descē sus materie catarrizantis ad pectus. Et secundū accidens est asma. Et tertiū est tussis fortis cū mltitudine sputi. Et quartū est corruptio uel impedimentū digestionis. Et quintū est fluxus dyaricus quandoque eueniens. Et sextū est dolor circa spatulas et collum eueniens qui quandoque extendit̄ vsque ad genu. Et secunda principalis egritudo ē mala complexio epatis calida ꝛ sicca cuius accn̄s est quandoque colerica febris superueniens. Secundū accidens est ardor in urina quandoque superueniens. Cum igitur hec accidentia sint ꝙ plura. ideo uisū est mihi unicuique illorū per se ordinate prouidere. Premittendū primo ꝙ in curatōibus variaꝝ egritudinū complicataꝝ principium assūi debet ab ea sine cuius curatione relique curari nō possūt. cum igitur dispositio cerebri uideatur esse suspectior omibus aliis oportet necessario ab eius curatione etiam incipere eique principaliter attēdere. Et quia post ipsas nocumentū in anhelitu est multū periculosius. ideo primo ponā instrumēta rectificationis cerebri. secūdo epatis. tertio pectoris. quarto ad aliorū accidentium curā pertransibo et cet. Itaque pro regimine ad cerebrū conuenienti octo istrumēta mihi necessaria uisa admistrabo. Quoꝝ primum est ut eger iste mane hora electa flobotometur de basilica dextri brachii p quaꝫ educantur sanguinis. ℥. v. ad alleuiandum epar et diuertendum materias ad caput solitas effundi.

Secundum vero instrumentum est ut sequenti die vir iste purgetur cum. ʒ. i. aut duobus. ℈. pillularꝫ cochiaꝝ. educunt eni materiā colericā ꝛ flegmaticā a capite et inferioribus. ꝛ sunt utilime oībus in quibus perseuerant catarri in estate ꝛ ī hyeme ut quinta tertii capitulo de cura catarri litteraliter colligendū. Exhibeantur itaque in aurora et dormiat eger post eas precipue per horā ꝛ quīta hora ab assumptione eaꝝ accipiat cyatum aque ordei cum pauco zuccaro calefacte ꝛ in sexta hora prandeat. Tertium instrumentū est ut vir iste postꝙ fuerit euacuatus. accipiat hoc digestiuū calidum hora predicta ꝛ continuet ipsum adminus diebus. x. Cuius descriptio ℞ sy. de endiuia mellīro. sy. de sticados ana. ℥. ſ. aque cicoree et bethonice ana. ℥. i. ſ. misce. Quartum instrumentū ē ut tēpore quo assumit hoc digestiuum saltē omni tertio sero per vnā horā uel duas post cenā accipiat unā pillulā assaieret descriptōe Auicēne pria tertii tractatu primo ꝛ finali capitulo. distrahūt eni a capite ꝛ reprimunt materias ad ipsum ascendētes. Quintum instrumētū est ut tempore digestiui predicti intendatur ad diuersionē materieꝝ et de numero eoꝝ que leuiter et secure diuertūt ē longa ꝛ fortis fricatio mēbroꝝ inferioꝝ cum pannis calidis ab inguinibus vsque ad pedes trahendo inferius et a spatulis vsqꝫ ad nates et ab humeris usque ad manus. Motus eni membrorum inferiorū est ualde iuuatiuus per catarrū propē attractionem materierū ad inferiora. Secūdū diuertens et fortius est administratio clisteris huius. ℞ foliorūꝫ blete mercurialis malue furfuris ana pugillum unū assari bethonice ana pugillum medium coquantur conuenienter. et ex hac decoctione diligenter expressa accipiatur libra. i. olei violarum et de croco ana. ℥. i. ſ. yere Gali. et zuccari ru. ana. ʒ. vi. salis coīs. ℥. ſ. accipiatur ī mane

Tertium diuertens et medium inter ista ē frequens appositio uentosarū super natibus ꝛ spatul et non scarificentur nisi in loco appositionis earū vehemens appareat sanguinis uestigiuꝫ. Quartum diuertens et utile inter cetera est prouocatio emoroidaꝝ. sed proprie conuenientior est magis post euacuationes iteratas. fricentur itaque extreme partes intestini cum foliis fici aut cōsolide maioris uel cuꝫ aliquo rugoso cortice arboris aut cū panno aspero uel earum fricatio fiat cum felle thauri calefacto cum modico salis uel pulueris arthanithe. Sextū instrumētū principale ē ut post assumptionem syrupi vir iste euacuetur cum pillulis cochiis iam predictis quibus addi potest ℈. i. pillularum de sarcocolla et obseruentur ī hac euacuatione que dicta sunt in prima. Attendēdo tamen ꝙ eger non debet esse contētus una uel duabus euacuationibus. sed debet eas reiterare totiens quotiens digestionis vestigia complete apparent. quoniam talis est regula in curatione egritudinū cronicarum obseruanda. et si uideretur viro sapienti regenti hunc egrum predicto syrupo post fieri additio syrupi de calamento aut syrupi d̄ prassio gratia capitis et sy. ro. oxizaccare et similium gratia epatis. Septimum instrumentum principale est ut vir iste post predicta assuescat oī die semel lauare caput suum cum lixiuio acuto et cum sapone. deinde bene diligenter exiccare ipsuꝫ et hoc continuare per spatiū decem dierūꝫ memorando semper in hoc tempore accipere aliquam d̄ pillulis assaieret superius tactis et tempor̄ harūꝫ ablutionum caueat exponere se aeri frigido fulciēdo caput suūꝫ cum tecturis conuenientibus. Octauum instrumentum principale est ut postꝙ oīa predicta expleta fuerit quiescat eger per quattuō uel quinque dies. Et tunc prius raso capite applicetur ei per totū hoc emplastrū. ℞ succi calamēti uel mētastri. ℈. ſ. farine fabarum et orobi ana. ℥. iii. pulueris costi macis ana. ℥. ſ. granorum sinapis. ʒ. i. pulueris stercoris columbini. ℥. ii. pulueris maiorane. ʒ. vi. buliant lento igne. liniatur ergo totum caput ex eo. quoniam rubificando uesicat ꝛ materias a profundo cerebri attrahēdo cōsumit et in cerebro confortationem notabileꝫ relinquit si bene consideras componentia. Hec de dispositione cerebri sufficere uidentur. Iam vero ad curam epatis transire oportet cui quattuor remedia mihi prouidēdum esse apparuit. Primuꝫ ita qꝫ est ut eger iste pluribus diebus accipiat. ℥. iiii. aque endiuie cum. ʒ. ſ. pulueris epatis lupi in furno exiccati et puluerizati. Secundū uero principale instrumentum est ut iste uir assuescat comedere carnes codiarum elixatas. quoniam a ꝓprietate confortant hec omnia epar decimaquarta tertii capitulo d̄ curis vniuersalibus epatis. Sūt autem codie limacie magne cum testis rubeis sup spinas et dumeta inuente. Tertium instrumentum principale est ut iste vir quasi semper ari omne cibarium per longum tempus accipiat rotulaꝫ unā confectionis dyarodon descriptōe Nicolai in antidotario que sit ponderis. ʒ. ii. Quartum instrumentuꝫ est ut sepe iste vir in diebus caloris assuescat epithimare epar suum cum panno lineo lōgitudinis spanle ꝛ latitudīs quinque digitorum īfuso in hac mixtionem actu tepidā. ℞ aque absinthii cicoree et rosarum ana libram. ſ. spodii. ʒ. i

.ʒ.croci.℈.i.rosarum sandalorum ambor℞ ana.℈.ii.camphore.g.vi.aceti coclearia quinque misce diligenter. ¶ Pro regimine uero tertii accidentis quod est asma tribus remediis mihi uisum est conueniens prouidere. Quorum primū est ut mane ⁊ apud uesperas ⁊ iterum in sero tempore introitus ad lectū vir iste sepe teneat in os suū de hoc electuario. ℞ loch de papauere loch de pino ana.ʒ.ʒ. incorporentur cū bona contritione. ¶ Secundū medicamen est ut uir iste omni quarto mane i aurora accipiat.ʒ.iii.electuarii dyaprassii descripti a Nicolao in antidotario cum.ʒ.ii.aque decoctionis radicum liquiritie mundate cū pauco croci et calefacte.mundificat eni et expurgat pectus dilatando vias anhelitus. ¶ Tertium uero remediū est ut omni sero cum uadit ad lectum faciat inungi pectus suum cum hoc linimento.℞ olei d croco olei lilior℞ albo. ana.ʒ.i.pulueris yreos croci ari stologie rotūde oppopōacis ana.℈.i. terantur oia vltimata contritione simul et ex eo calidū fiat ut dictum est. ¶ Pro regimine uero quarti accidentis.s.nocumenti digestionis conferre possunt quattuor instrumenta. ¶ Primum est vlus frequentatus mente aromatice.cuius stipes ad rubedīē tēdit i cibis acceptad. ¶ Scdm vo īstrumētū ē ut sep añ omnē cibum accipiat rotulā unā.ʒ.ii.huius cōfectionis.℞ speciērum electuarii de ligno aloes d scriptione Aui.quinto canone ⁊ summa prima.ʒ.i.specierum aromatici rosa.secundū Gabrielem.ʒ.ʒ.zuccari albi.ʒ.iiii.cum aqua absinthii fiat cōfectio in rotulis.ʒ.ii. ¶ Tertium uero instrumētū est q vir iste cum medio cyato aque decoctiōis macis calide saltē bis in septimana accipiat.℈.i.pulueris ameos. ¶ Quartum instrumentum ut sepe faciat iungi stomachū suū cū hoc unguento.℞ ol'i nardini olei de mastice ana.ʒ.i.macis mēte ameos spice assari ana.℈.i.gariofi.℈.ii.cere quantum sufficit fiat unguentū mediocris tenacitatis cuꝫ.ʒ.ʒ.resine. ¶ Ad curam uero alterius.s. quinti qđ est dolor musculor℞ colli ⁊ spatularū conferūt oia mundificantia caput ⁊ uentosarum applicatio supra posita in regimine capitis ⁊ affer t ei iuuamētum notabile hoc linimentū spatulis frequēter applicatū ⁊ collo.℞ olei omfacini.ʒ.i.olei de eufor bio.ʒ.ʒ.salis cōis torrefacti ⁊ bene triti.ʒ.ii. conquassentur simul ⁊ ex eo actu calido fiat ut dictum est. Ad regimen uero alterius accidentis quod est peryodica dyaria uidetur mihi q conuenientius est ipsam nature regimen dimittere q̄ intercipere eam nisi superfluendo debilitaret. Si autē perduceret ad hoc prouideatur ei duplici instrumento. ¶ Primum est q semper ante cibū accipiat rotulam unā huius confectionis.℞ conserue citonio rū.ʒ.iii.masticis.ʒ.i.mente macis ana.ʒ.i.cuꝫ modico vini citoniorum diligenter incorporentur in mortario et fiat confectio in rotulis.ʒ.iiii.et accipiatur una ex eis. ¶ Secundum uero instrumentū est clistere hoc.℞ coriandri preparati granor℞ mirti cupularū glandiū seminis plātaginis ⁊ acatie ana.M.i.feniculi cimini anisi ana.M.ʒ.gnor℞ granatorū exiccatorum ana.M.ii.de ear℞ decoctione accipiatur libra.i.olei rosarum.ʒ.iii.mell' rosati colati.ʒ.i.pinguedinis renuꝫ hyrci.ʒ.ii. dissoluantur omia simul et fiat clistere. Si auteꝫ superueniret huic viro febris colerica ad ipsius curationem conferunt digestiones ⁊ euacuationes superius dicte.attendendo tamen q in digerentibus et euacuantibus medicine debent eligi aduersantes colere ualde potenter.parum uero aut minus debent esse flegmati appropriate. ¶ Pro cura uero vltimi accidentis.s.ardoris vrie qui prouenit ex acuitate colerice materiei ⁊ salsi flegmatis cum illud contingent vtatur ista tragea de qua semper accipiat coclear unum ante cibū et mediuꝫ post cibū. Cuius descriptio ℞ seminū cōdiuie scariole acetose ana.ʒ.ii.seminū portu.lactuce ana.ʒ.iiii.granor℞ papaueris al.medulle pinearū minutiꝫ incise ana.ʒ.i.seminis iusquiami.ʒ.i.ʒ.puluerizentur puluerizanda ⁊ cōmisceantur cū duplo ponderis omniū de zuccaro albo ⁊ accipiatur ut dictuꝫ est. Ego eni utiliora ⁊ securiora remedia ut nunc huic viro eligere non potui. ¶ Omnipotens autē ⁊ misericors hec omnia dirigat in salutem illius. Ad laudem eius Amen.

¶ Consilium ad descensum catarri acuti.

Non leuiter considerandum est circa dispositionē huius viri commēdatissime vi bis Uincentie ciuis. est eni dispositio ipsa in capitulo acuti catarri collocanda que cum ineptitudine sue curationis magplurimum perducit ad accidentia praua inferius declaranda. Uniuscuiusque autē salsi flegmatis videntur tres principales ab auctoribus colligi species secundum triplicē causarum effectiuar℞ respectum. Est enim una de causis salsi flegmatis caliditas putrefactiua ipsius.propter quā partes eius aquose terreis vehementer cōmixte in salsedinem conuertuntur. ¶ Secunda causa est adustiua caliditas que uertit partes flegmatis in cinerē.⁊ ipse cuꝫ aquosis partibus flegmatis cōmixte salsedinē efficiunt.eo modo quo prima primi capitulo d humoribus exemplificat Auicena de cineribus cum aqua coctis facientibus salsediem in aqua fieri. ¶ Tertia causa salsi flegmatis est famosior.q a ab auctoribus vsitata magis.etiam quia frequentius in hoīe multiplicata reperit'. ⁊ est ut multis partibus aqueis insipidi flegmatis cōmisceantur colerice materie multū amare.quia aduste cōmixtione equali. Non intelligo autē ego equalitatē mixtionis pōderalis.ut.i.libra flegmatis vni libre coler' cōmisceatur.sed intelligo equalitatē actiuitatis colere i flegma ⁊ passibilitatē flegmatis ab illa. Si proportio esset equalis arithmetica nō dubito q in tali cōposito remaneret amaritudo fortis.propter maiorē actiuitatē amaritudinis in colera q̄ insipiditatis in flegmate. Et possunt colligi fmones isti prima primi capitulo preallegato ⁊ secundo naturalium uirtutum. Et ex hoc fundamento verificari potest famosa ⁊ per scolas uentilata diotriū specier℞ salsi flegmatis.quoniā aliquod fit tale per modū putrefactōis. aliquod per uiam adustionis et.aliquod per uiā.cōmixtionis. Utrum autē omnes tres predicti flegmatis salsi species in quacunque parte corporis fieri possint.dicendū est q non.sed ut in pluribus hoc flegma salsuꝫ efficitur aut in epate aut in uenis magnis aut i spaciositate mēbror℞ magne concauitatis et extensionis.velut sunt amplitudines cerebri inter cōuexuꝫ eius et concauū pie matris et inter paniculos predcos

aut inter ipsos et cranei concauitatē. similiter in
cōcauitate pectoris stomachi uesice ⁊ similiū. Cre
do autem ego ut plurimū hoc flegma fieri salsuʒ
in uenis magnis a quacunque de numero illarum
trium causarum fieri contingat ipsuʒ salsū. Et ex
hoc fundamēto cōtēplator facile poterit intellige
re cās oēs salsi flegmatis effectiuas. Si enim tales
cause primitiue fuerint. patet ꝙ aer calidus iteri
diebus canicularibus ⁊ sub radiis solis multū mo
rari et frequens vsus ablutōis capitis absque cōue
nienti exiccatione frequenter conuersari ī thermis
et in stufis in cibis ⁊ potibus crapulando excedere
⁊ multum luxuriari et proprie cū repletione age
re et uini fumosi et acuti multitudo ⁊ iuriū pigui
um cū aromatibus frequens vsus et sumere freqn
ter confectiones calefacientes cū cibis. sicut ℥ʒ con
fectio de cinamomo de nuce muscata de galanga
et similibus. ut est modus prelatorū nostris tēpo
ribus diuitū ⁊ potentū. Et consimiliter multa sto
machi repletione uti ⁊ accidentibʒ aīe furiā ⁊ ira
cundiā inducere solentibus. ⁊ vehemens. s. super ci
batione motus seu exercitium ⁊ festina et prolixa
post cibū dormitio. Hec inquā oīa oīum causaruʒ
primitiuarū que salsū flegma possunt efficere per
se uel reductiue cōplectuntur numerū. Et de istis
consideranti facile apparere potest sufficientia cau
sarū corporaliū uel antecedētiū flegmatis iā pre
dicti. Et ex istis ultimate concluditur que sit cau
sa coniuncta catarri salsi. est enī ipsa materia que
a uenarū cōcauitate effusa et in poris recepta per
uias expulsionis educitur. Ex quo iterū quarto fa
cile itelligere potes uarietatē catarrorū a uia effu
sionis acceptā. Si enī materia multiplicata ī capi
te descendat ad pectus. tūc catarri proprie deno
minationē accipiat iuxta sententiā Ueteris et Co
mentatoris afo. septima sermone illo. Catarri in
superiori uentre in saniē cōuertūtur in quattuor
diebus. Si autem materia descendat ad fauces ⁊
circa collū branci nomen sibi sortitur. Cum auteʒ
materia talis ⁊ proprie acuta descendat ad nasuʒ
prizā. tunc denominatur corriza. Et patet ex hoc
ꝙ si materia descendat ad partes colli posteriores
tumorē et dolorē efficit in eis propter quā vulgus
dicit collū esse incordatum. Et adhuc attende ꝙ
quilibet de numero catarrorū predictorū fieri pōt
per uiā defluxus. et ita ut in pluribus contingit ꝙ
materia in multa quantitate ⁊ in tempore breui
per predictas uias a capite descēdit. aut fieri pōt
per modū transitus materiei pauce aut paulatine
per predictas uias. et hec est species quā nonnulli
sapientes ⁊ vulgus etiā dicit reuma uel stillicidiū
vnde ex omnibus istis inuicē bene collectis diligēs
considerator poterit intelligere signa catarrorū.
De numero enī signorū aliqua a sapientibus dicūt
pronostica futuri catarri que sūt plura. Primū
quia patiens ante descensū materierū longo tēpore
sentit caput eius grauatū esse ut in pluribus. patʒ
a presētia multi flegmatis posse prouenire. Se
cundum signum est quia isti quando capita sua sen
tiunt leuia. hoc est propter ebulitionē colerice ma
terie uincentis flegma a q̄ eleuantur uapores sub
tiles multe mobilitatis que spiritui sēsibili cōmix
ti cerebrū et panniculos alterant alteratōe leuita
tis cū mobilitate. Et patet ꝙ hoc signū appropri
atū est potentie tactiue. Si autē spiritus ipsi tali
bus uaporibus cōmixti alterant organū imagina
tiue potentie. tunc patet ꝙ corrumpitur operatio
eius. ita ut imaginent aliqui ꝙ uolare uelint. Sē
sata enī imprimunt suas species in spiritū et orga
na. unde imutantur potentie sentientes. sed sensa
tū est uapor subtilis et ad superiora mobilis. quas
re et cetera. Et possunt hi sermones colligi secundo d
aīa circa finē. et prima tertii tractatu quinto caº
primo. Tertium signum principale est ꝙ pati
entes quandoque sentiunt caliditati uaporose subi
tā impressionē. quandoque in cerebro suo frigidi
tatē inualescentem ac si per ipsū et panniculos flu
ens aqua actu frigida moueretur ad diuersas dif
ferentias pōis. Et primū quidem sustētatur. eo
quia dum ebullit colerica materia magna percipi
tur ab ea caliditas. et qr uapor qui a tali materia
eleuatur resolubilis. iō cito euanescit illa calītas
et remanēt partes flegmatis mobilitate et fluide
in uenis hinc inde discurrentes. et quia remota fu
it causa actu notabiliter calefaciēs. ideo tunc fleg
mata habent potentiā infrigidandi quā primo nō
habebant. Et ex hoc signo colligitur uerificatō
cuiusdam apparentie. Istis enī hominibus appa
ret continua molestatio nunc tegēdi. nunc detegē
di caput. nunc sentiendi sudorem calidum. nūc fri
gidū. Quartum signum est sequens ex predcis
ꝙ quandoque caput et adiacentes partes. quando
qʒ calide. quandoqʒ actu frigide percipiūtur a tā
gente. Quintum signū est ꝙ color capitis et fa
ciei nunc declinat ad albedinem clarā. nunc ad al
bedinem palliditati cōmixtā. Sextum signum
est uarietas in dormiendo et uigilādo. quandoqʒ
enim uigilatiui sunt. quandoque enī dormitatiui.

Septimum signū est ꝙ talis dispositio pronū
tiatur in habētibus inferiora mēbra calida. supe
riora uero frigida. Octauum signū completiuʒ
est conuenientia aliorū particulariuʒ. ut quod hō
nunc utatur regimīe calefactiuo. ut exercitio ⁊ ci
bis calefaciētibus. aliquādo infrigidatiuo ut ocio
lactuca et similibus et proprie fructibus horari
is. nihil enī ita uaporosum est. uelut fructus quita
tertii capitulo quinto. Reliqua uero huius disposi
tionis signa demonstratiua dicūtur a sapientibʒ
Primum ipsorū est actualis materiei descenden
tis sensatio a patiente per aliquam predictarum

Secundū signū est punctio mordicatio uel ex
coriatio in uiis descensus notabiliter percepta.

Tertium signū est frequens sternutatio. eo quia
hec est materia humectans et multa uētositate re
plens caput calefaciendo ipsum. propter quod ici
tatur virtus expulsiua ad uehementer et cito agi
tandū materiam ut expellat ipsam. in quo motu
accidit sonitus sternutatio nuncupatus. Quar
tum signum est oris et totius palati siccitas cum
representata salsedine notabili. Quintuʒ signū
est sitis in ore percepta et cum potu non sedatur.

Sextum signum est nocumentum notabile a su
perueniente febre perceptū. Septimum signuʒ
est faciei rubicunditas sine magna uenarum extē
siōe. Octauum signum est nausica intelligendo
per eam prolationem sermonis in naso resonantē
Alia autem littera dicere solet nausitas. et est ut
quandoque multiplicata materia sʒ partē ad sto
machū descendens inclinet ipsum ad uomendum
et est nausee interpretatio. Nonum signum est
ab exeunte mutato. quia quandoque exiens ē ma
teria subtilis calida et acuta que sensu tactus et

gustus percipitur ꝛ salsa et non amara. Aliquādo uero materia est subtilis ꝛ aquosa licet salsa perci pitur. ꝛ hec sunt proprie augumenti huius dispositionis signa. Aliquando exiens est materia grossa in substantia equalis que vehementer calida pcipitur ꝛ salsa. ꝛ hoc proprie accidit in statu ī quo uehementior est in salubri catarro putrefacto et ꝛ digestio materierū. Decimū signū ē pulsus varietas in suis differentiis. est enī pulsus magnus ꝛ uelox quandoque duritiei. quandoque lenitiei attinēs secūdū uarietatē indispositionis arteriarū. aliquando a colera. aliquando a flegmate facte nō raro hic pulsus magnus uelox est et proprie ī augumento et statu. Aliquando uero paruus et uelox et frequens ut in principio et declinatione.

Undecimum signum est φ vrine istorū in colorē suo in uniuersali principio ī gradu citrinitatis notabiliter sunt eleuate. In augumento uero ꝛ statu ad igneitatē tendunt notabilē. substātia autē ipsarū grossitiei magis attinet φ̄ subtilitati. eo φ plus de flegmate reperitur φ̄ de colera. quia ipsa euaporat et non potest vrinas tenues efficere cum nō remaneat circularis aut regio in hac dispositōne .i. contentū tale in colore suo ad citrinitatē tendit notabilem cū granulis per eius corpulentiā undiqꝫ disseminatū propter vapores colericos in flegmatica materia sua uiscositate inclusos iuxta illū autēticum Egidii. In circuli serie si granula fixa tenentur in cerebro secreta latet confusio cāe In regione uero aerea vrinarū. i. in ea que per digitalē mensurā aeri vicina est plurima sunt granula in eius superficie sparsa que demōstrāt egritudinē esse actu in paroxismo. iuxta illud. Granula reumatice semper sunt necessaria cause. Et nota φ hec signa potentissima sunt. eo quia sufficiēter cōplectuntur explicite uł implicite oīa genera signorū q̄ in medicina sciri possunt quocunque uolumīe accuratissime adhoc bene plecto. Unde ex oībus predictis apparet dispositionē istā esse ualde difficilē. Ipsa enī medicos omēs quātūcunque illustrissimos in sui cōprehensione uehementer fatigauit. ut ab eorū sententiis perlegere possis. Est iterū hec dispositio ualde verenda. Ipsius enī materia in cerebro multiplicata ꝛ toto capite aut ibi fixa remanebit et successiua sui lesione et dilatatōe poterit incomplete oppilare omnes ventriculos cerebri et facere epilensiā. aut cōplete et facere apoplexiam. aut collecta in anteriori parte organica sensus cōis facit subeth. aut in posteriori parte cerebri multiplicata magis ꝛ per adustionem conuersa in melancoliam poterit facere congelatōem uel ipsa eadem adusta in aliqua parte cerebri collecta apostema in ipso poterit efficere cibare ł demoniū nominatū. Et si ista materia sine adustiōne ebuliens tamen in cerebri panniculis collecta fuerit aut in medullari substātia efficere poterit apostema carabitū nominatū prima tertii tracta. tertio aut nuncupatū sirsen nono Almansoris capitulo tertio. Si autem hanc dispositionem materia efficiens non fuerit in cerebro quieta. sed uirtutē stimulās propellatur ab ea ad aures pulsa per uētriculū medium in eis apostemata efficere poterit ad oculos uero obtalmiam aut cecitatē subitā. ad colatorium uero subito depulsa suffocatōem efficere posset. Si uero per uenas iteriores talis expellatur materia squinantes efficere posset periculosas. Si uero ad pectus facile ptisim et perisplemoniam causare poterit. Si uero ad meri concauū aut uenas deferatur ad stomachū nauseā abhominationem fastidium subuersionem et uomitū ꝛ nocumenta digestionis inducere poterit. ꝛ si per posteriorē partem cerebri propulsa fuerit ad origines nuche ibi utriusque medietatis nuche completam faciens oppilationē ad uniuersalē paralisim perducere poterit. Uide quantū verēda sit hec dispositio. propter quod ad ipsius curā festinandum est.

Capitulum secundum de cura per dietam. ꝛ primo de aere.

Oportet itaque laborantes hac dispositione regi per res non naturales omnes inclinatas ad infrigidationem notabilem cum leui humectatione: q̄ tamen non euacuetur a refractōe ipsius cum exicantibus. Et primum quidem horū probatur qr in mixtione talium materierum potestatiue dn̄atur colera que indiget infrigidante remittente caliditatē et acuitatē eius. et ipsa eadē siccitate sua partes flegmatis adustas uel ingrossatas efficit. vnde indiget humectante sibi contrario. subdominante tamen respectu infrigidātis. Similiter cū in tota mole materierum quantitate aut saltē eqlitate inueniatur flegma oportet φ cōrigatur augumentum humiditatis eius per cōmixtionē exicantium sibi contrariorum. et ista est una et principalis de causis propter quas ego cōsideraui maximā esse difficultatē catarrorū acutorū. difficile enim est administrare instrumenta ita moderate refractionis ut ipsa conferant excessui vnius ł duorum non nocendo alteri de predictis et econuerso. et tu considera φ facilius proferuntur φ̄ opere compleantur. propter quod vir iste moram cōtrahat in aere uel camera in estate frigida. in hyeme vero remisse caliditatis. cuius etiam aer in siccitate non multum eleuetur. Similiter uestes eius q̄ corpus mediocriter calefaciant. et proprie tamē caput eius sufulturis decenter calefacientibus custodiatur ne ab aere frigido et multorū uaporū eius presentia ledatur ut consueuit. Euitet mansionem terraneam ꝛ fontibus uel aquarum cursui vicinam. propter quod utile foret ei in camera nouissime tabulis suffulta commorari. in qua tamen ignis multe flamme et fortis non accendatur. ꝛ inter reliqua sūmopere studeat ne exponat se flatui uenti valde frigidi multam humiditatē spirantis in aere et proprie post flatum meridionalis uēti.

Capitulum tertium de regimine per cibos et potus.

Difficilimum est reperire aliquem cibum uel medicinam cibalem que simul aduersari possit tribꝫ supradictis. ꝛ de primo non est dubium cuꝫ ī corpore humano operetur a materia precise. Secundum etiam est difficile. eo quia in eodem cibo medicinali uel medicina cibali non inueniuntur simul infrigidatio et humectatio et exiccatō. nisi fuerint medicine contrariarum partium cuꝫ humiditate superflua actuali. ut possint inueniri in coriandro humido in radice altee ꝛ baucia et similibus. et propter hanc causaꝫ necessaria fuit speculatio medicorum ad inueniendum composita habentia omnes operationes que necessarie forent per plura simplicia in compositum redacta que ī

eodem simplici medicamine inuenire non potuerunt. ut quinto canone sūma prima capitulo secundo ⁊ decimo practice capitulo primo ⁊ septimo breuiarii capitulo quīto. Unde in proposito si brodi alia ⁊ reliqua cibaria cīa coquerentur cum radicibus petrosellini dominantibus et radicibus endiuie subdominantibus. aut saltē preparentur cuꝫ radicibus feniculi et emulsione seminū cōiuꝫ quattuor frigidorum posset haberi regularis curationis modus utriusque predictorū correctiuus. In sūma igr̄ audact̄ ī frigidātibꝫ ⁊ humec. vir iste uti potest a principio mensis maii usque ad finem septēbris. reliquo uero tempore faciat eadē refracta magis cum calefacientibus et exiccantibus uincēte tamen frigiditate in tota mole. Sit igitur panis eius parūper similagineus bene fermentatus ⁊ coctus absque tostura. De carnibus laudabilibus ⁊ piscibus conuenientibus vtatur non aromatibus aut paucis. sed bene croco rationabiliter Pastilia et condimenta mollia non conueniunt. euitet fructus specialiter recentes. Potus sit uinuꝫ subrubei coloris. dimittat fumosa. quies prolixa non mihi placet. nec forte exercitiū quia ponit spiritus ⁊ humores in motu. sed fricationes extremitatū conueniunt. caueat a multa ⁊ prolixa uigilia Securius est a mensa recedere appetitu remanente ꝙ uentre saturato. Accidentia anime uitet nimia.

Capitulum quartū de regimine per medicinalia.

Cura huius dispositionis complectur per sex intentiones. Prima itaque harū intentionū est uniuersalis euacuatio materierū. Secunda diuersio materierum. Tertia digestō. Quarta eradicatio. Quinta est particularis materierum a capite euacuatō. Sexta et ultima est capitis rectificatio. Prima itaque intētio quadruplici instrumento cōpleri potest. Primū est ꝙ hora electa fiat flobotomia de cephalica posita inter pollicē et indicem per quā sanguis educatur in quantitate. ʒ. iiii. uel. v. Secundū instrumentū est ut die sequenti post flobotomiā soluatur uenter eius his pillulis in aurora sumptis post quas dormiat per vnā horā tantū. nec comedat usque ad horas quinque. et tunc accipiat cyatū aque ordei cuꝫ zuccaro et post ipsam per horā unā prandeat. Tertium instrumentum ē ut si natura inuitaret ipsū aperiant ei emoroidas fricando extremitatē intestini intrinsecus cū foliis ficus recentibus uel siccis uel consolide maioris. aut exprimatur intestinuꝫ et fricetur cū panno aspero cortice quercus cū aceto aut cum flobotomo quousque educatur quātitas sanguinis debilitatē tamē excludens. Quartuꝫ instrumentum est ad hanc intentionē ut post flobotomiā uel euacuationē iam dictam prouocetur ei uomitus imponendo digitū vel pennā uel aliud instrumentū agitatiuū ysophagi. aut detur ei ī potu. ℥. i. sy. siplicis aceto. cū. ℥. iii. aq̄ decoctōis radic. et seminū raphani minoris comestibilis. Secūda intentio principalis multis cōpletur instrumētis primo cū fricationibus de quibus iaꝫ dictū est.

Secundo cum frequenti applicatione pannorū multe caliditatis ad extremas partes. Tertio cum applicatione rubificantiū medicinarū super intrinsecis carnosis partibus costarū et tibiarum et natibus cum intentio est distrahere ad remota aut super spatulis brachiis et collo cū intentio sit distrahere ad propinqua. Quarto fit materierum distractio per uentosarum applicationē in locis iā dictis ⁊ proprie sine scarificatione. Quinto cū apertione emoroidaꝝ iā dicta. Sexto cū diureticis vrinaꝫ prouocantibus. velut est decoctio quinque seminū maiorū calidorū. s. feniculi petrosellini brusci asparagi ⁊ apii. Septio diuertuntur materie per frequentē pedū ablutionē cuꝫ decoctiōibus calefacientibus ante cenā satis prolixo spacio applicatis. velut sunt calamentū menta straꝫ sisimbriū folia maiorane bethonice sticados pulegii assari et consimilium. Octauo fiunt diuersiones cū applicatōne uesicantiū medicinarū que applicentur extremis partibus iam predictis cū his que sunt. sicut folia flāmule persicarie maioris apii ranini et ep̄s'o cantaridarū et fricatōne facta cum radice squille. Tertia principalis intentio multis cōpletur instrumentis materiā digerētibꝫ Primū ⁊ leue ē hoc. ℞ aque ēdiuie. ℥. iii. aque epatice uel absinthii. ℥. i. ß. misce et ter detur in aurora tepidū et tardetur cibus post adminus quattuor horis. Secundū digestiuū et proprie ad materiam ualde acutā et subtilē est hoc. ℞ seminū quattuor cōiuꝫ frigidoꝝ ana. M. i. se. lactuce granorū papaueris florū nenufaris uiolaꝝ ana. M. ii. seminis endiuie scariole acetose fumiterre achāthi politrici capilloꝝ vene. ana. M. i. ß. rasure eboris. ʒ. ii. seminū portulace. ʒ. i. ß. rosaꝝ spodii ana. M. i. sandaloꝝ alboꝝ. macis ana. ʒ. ii. radicū feniculi petrosellini ana numero. ii. coquantur in libris decē aque usque ad consūptionē medietatis aque lento igne. deinde colentur cū expressione forti ⁊ colature addat̄ zuccari fe coctōis. ℥. decē vini granatoꝝ acriū librā. ß. ⁊ coquātur lēto igne ⁊ d̄ hoc syrupo clarificato ⁊ longo dētur. ℥. v. si vero plene coquātur usque ad eius viscositatē. tūc ex eo detur. ℥. ii. cū aqua nenufaris uiolaꝝ ⁊ absinthii ana. ℥. i. hoc tepidū in aurora sūptū continuetur diebus decēꝫ Attende itē tū pro hac intentione melius cōpienda ꝙ si materiei perseueraret acuitas inflāmatio pūctio ⁊ mordicatō per horas duas post cenā apoꝰ seminū detur ei. ℥. i. sy. de papauerē albū. ℥. iii. aque ordei frigide cū emulsione seminū cōium maiorū ⁊ totū hoc tepidū uel frigidū accipiatur ī potu secundū maiorē uel minorē materiei īflāmam. ⁊ hec ambo ultima sunt d̄ secretis meis ultimate operatiua. Quarta intētio pricipalis cōpletur per eradicationē materierū per euacuationē multis instrumētis cōplēdā. Primū itaque instrumentoruꝫ est ut die imediate sequēte post digestiuum euacuetur materia cum. ʒ. i. pillularū aureaꝝ. Est enim ī eis uirtus educēdi materias ex frigida ⁊ calida cā. Secundū instrumētū ⁊ melius predicto est hoc. ℞ pillularū cochiarum pillulaꝝ de yera maiori ana. ℈. ii. reformētur pillule octo cū sy. nenufarino ⁊ exhibeantur. Tertium instrumentuꝫ fortius predictis ⁊ proprie cuꝫ materia declinat ad grossitiem est hoc. ℞ pillularū d̄ sarcocolla descriptione Mesue in antidotario distin. octaua. ʒ. ß. pillularum cochiarū. ℈. ii. cum electuario succi rosarum formentur pillule octo ⁊ exhibeātur ut prius. Quartū euacuatiuum ⁊ proprie cum materia fuerit acuta multū. ℞ pillulaꝝ cochiaꝝ. ℈. ii. dyagridii. g. v. sticados fumiterre salis indi ana g. ii. cum succo rosarum formentur pillule. viii.

Quintum instrumentum ⁊ proprie cū eger nō

potuerit āt uoluerit accipere pillulas ē hoc. ℞ electuarii succi rosarum.ʒ.ii.ʒ.electuarii indi.ʒ.i.misce ⁊ totū accipiatur in potu cū aqua decoctionis seminū cōiū sepe dicta. Sextuʒ instrumētum ⁊ proprie quando materia tendit ad grossitiē cum aliquanta adustiōne est hoc. ℞ yeral' electuarii dyacastorei ana.ʒ.i.electuarii succi rosaꝝ.ʒ.ii.misce ⁊ totū i potu detur hora ⁊ conditionibus ut supra in minoratio. Quīta intentio principalis est de bita administratio sex rerū non naturaliū. Sextam autē intentionē cōplere possunt instrumenta omnia que materias a capite educere possunt. ⁊ nota q̄ difficile uidetur aliquā euacuationē particularē administrare capiti absque diuersione secum cōplicata. sicut discurrere potes p omnes modos ⁊ uias euacuationis a capite. Primū itaque horū esse potest fricatio capitis cum pannis calidis.

Secundū est administratio rubificantiū super locis commissuraꝝ. Tertiū esse potest uesicatio super bregmate facta. Quartū principale ē cauterii super loco cōiunctōis sagittalis cōmissure rectitudīal'r cadētis sup cōmissura sagittali applicatio ⁊ ē locus qui experiētia i quocūqʒ hoīe mirabili uerificatus est et non fallit. ita q̄ extremitate nasi posita super linea que transuet saliter inuenitur in raseta. i. in loco ubi finis brachii cōiungitur cū manu ⁊ extenso rectitudinaliter indice per medium frontis et calculata uel reuoluta eius extremitate uersus superius mirabili cōpositione diuinitus data inuētū est q̄ illa est uerus locus cōiunctionis ambaꝝ cōmissuraꝝ ad quē primus nodus digiti attingit. ibi eni applicari debent cauteria siue actualia fuerint siue potentialia. gratia igitur cōplementi operis cauterii figura circularis existat inter mediū tamen cruce interscecata cuius circuli extensio unguis pollicis quantitatē non trāscēdat. ignitū igitur cauteriū ferreū uel calibeū predicto loco applicetur usque ad cocturā ossis exclusiue. Melius tamen ⁊ securius et dulcius cauteriū est ex auro factū. ut quarta primi capitulo añ penultimo. Et uero iterū particularis a capite materierū euacuatio fieri potest cū his que in naribʒ iniciuntur. de quoꝝ numero est oleū de castoreo. oleū de lauro. Et de secretis meis est oleū de pendactilo. de quo lege doctrinā decimatertia tertii trac. quinto capitulo de canone dandi in potu oleum de ℞ezua ⁊ ē pētadactilus uel cathaputia maior. Sexto iterū particulariter euacuare potes materiā a capite per tractū matericꝝ a capite lachrymas inducendo cū fricatione oculoꝝ cū piperē castoreo uel inungendo eos cū oleo. Septio iterum euacuentur particulariter materie a capite flobotomando uenas post aures in catarro anteriori uel corriza. ⁊ uenā frōtis in materia per palatū catarrizāte ⁊ ad partes posteriores diuertente Octauo iterū fiat flobotomia uenarū temporum ad hoc. Nono per gargarismatū applicatōeʒ. uelut est hoc. ℞ seminū staphisagrie costi piperis cimini castorei ireos ana.ʒ.ʒ.anisi feniculi ligritie ana.ʒ.i.corticū agarici pulpe coloquītide ana.϶.ii.macis.ʒ.ii.coquantur in libris .ii.aque fontis usque ad cōsūptoēm medietatis. Deinde huius colature accipiantur.℥.v.oximellis squillitici.℥.i.et calidū in os accipiatur. deinde fiat eius agitatio ī inferiori parte gargaleonis. ⁊ est locus ubi simul coniunguntur extremitates laringe et faringe. i. nis aeris ⁊ cibi. Iteʒ per masticatōez sa radicis gētiane. Secundum et fortius est radix anthanite.

Tertium est radix yreos ⁊ proprie cum penidiis al's excoriat partes oris. Quintum est masticatio seminū staphisagrie. Sextū ⁊ leuius ē masticatio granorum cubebarum. Item adhuc leuius est masticatio masticis. Item caputpurgiū per nasum attractuʒ ore aqua pleno de aqua maiorane. Secundum ⁊ fortius illo est succus blete cum ydromelle. Item compositum bonum ad liniendum partes nasi interiores usque ad rizaʒ exclusiue. ℞ castorei.ʒ.i.pulueris euforbii .ʒ.v.incorporentur simul ultimata contritione. Ultimuʒ abraso capite toto cooperiatur linimento facto ex stercore columbino cum aceto ⁊ addo ego tertiaʒ partem de fermento ⁊. cet'. Ista omnia predicta materiam potenter de capite eradicāt ⁊ cōsumūt Pro cōplemēto septie intentionis hic scribā remedia que caput conuenicter confortare solēt. et maxime in tali lapsu cōposito ex contrariis qualitatibus et materiebʒ. scʒ ex colera et fl'ate. Primū itaqʒ illorum instrumentoruʒ est puluis iste. de q° vir hic ex nunc vsqʒ ad totum mensem februarii omni sero cum vadit ad lectū super commissura capitis sagitali superaspgat vsqʒ ad q̄titateʒ granorum.v.vel.vi.ordei. Cuius descriptō. ℞ macis sādarace ana.ʒ.i.ros' spodii coral .citri coriādri preparati ana.϶.ii.puluerizētur omnia per se et misceantur. Secūdum principale instrumētū est hoc electuariuʒ de quo vir iste ter in septiana hora scripta imediate deglutiat q̄titateʒ.ʒ.i.ʒ. aut salteʒ bibat ipsum cū.℥.i.aque tepide nenufa. ℞ loch de papauere.℥.i.spodii coral.al.⁊ ru.ma. sticis ana.϶.ʒ.incorporent oīa simul cū sy.ros' vsqʒ ad conuenientem spissationem. Tertium instrumentum est vsus istaꝝ pillulaꝝ de quibus diebus intermediis quibʒ accipit electuarium saltē bis ī septimana hora introitus lecti accipiat.i.vel.ii. et est in eis intentio attrahēdi materias a capite attractione leui et prohibēdi ascensum fumositatum ad caput et consumendi materias et vapores in capite aggregatos. quarum descripto. ℞ aloes preparati in succo endiuie.℥.i.miroba.citri.ʒ.ii. reuponcic.ʒ.i.salis indi.϶.ʒ.sandarace coral.ru. ana.ʒ.v.cum succo ros'. fiant pillule ex omni.ʒ.vi. Quartum instrumētum est confectio ista. Cuius vsus notabiliter confortat cerebrum et sensus interiores omnes. ℞ specierum electuarii de ambra ʒ.ii.trocis. de ros' ma. descriptionis.ʒ.i.scorie ferri preparati secūdum artem.϶.ii.cū aqua acetos' fiat cōfectio i rotulis magnis. Cuius vsus ē post omne cibarium semp ex ea accipiens rotulaʒ vnā ʒ.iii. Et si ex cadē quādo intrat lectuʒ accipiat q̄titatē grani fabe et teneat in ore vsqʒ ad sui dissolutionem optimum erit ei' auxilium ad predicta Ambra ē medicina inter alias capitis excellētissia ⁊ cōfortatiua. Ultimuʒ vero est puluis iste quē quasi semper in sindone ligatum teneat et odoret iuxta possibile sibi. ℞ ros'.ʒ.iʒ.camphore .϶.i.sādarace.ʒ.i.lambrusce.϶.ii.sandal.al.et ru.ana.϶ v.macis.ʒ.i.puluerizentur omnia per se et ligentē in sindone. aut saltem ex puluere istoruʒ cum laudano et vino aromatico fiat pomuʒ quod odoret vt dictum est et cet'.

Consiliuȝ de catarro a mala complexione frigida et humida cerebri ⁊ totius capitis.

Descensus materiei catarrizātis a capite huius nobilis domine causā oportet generationis scire effectiuaȝ ipsius anteq̄ instrumēta curationis ipsius exibeantur. Secūdo oportet i ueniere causam corruptionis vel putrefactionis ipsius. Tertio oȝ intelligi locum vbi hec materia generetur et cōgregetur et putrefiat. Premissū igitur primo pro declaratiōe istoꝝ q̄ licȝ a principio huius materiei generationis vel congregationis causa efficiens potuisset esse mala complexio īferioꝝ mēbroꝝ. ut pectoris stōi epatis renum ⁊ matricis. non tamen principaliter predictoꝝ mēbroꝝ discrasiis aduertendū est. licet iuenirentur ī eis. quia egritudines que fiunt in eis per colligantiā ipsoꝝ ad alia membra non diu perseuerant. quin fiat in mēbris appropriate. Itaque rationale est q̄ causa generatiua haꝝ materieꝝ i n capite est mala complexio sui cerebri ⁊ totius capitis frigida ⁊ humida. propter quam generantur in cerebro materie flegmatice per uiam indigestionis que non sunt uere flegmata. eo q̄ nullus humor uere ⁊ proprie dici potest talis nisi fuerit ī epate genitus tanquā in principio generationis organico. Potest iterum hec mala complexio esse causa ut sanguis qui debet esse materia nutricationis commixtus flegmati aut remisse calidus propter digestiue debilitatē in cerebro non bene regatur ⁊ conuenienter conuertatur in humiditates secundas. remanebit igitur magna ex eo superfluitas ī uenis congregata. Ex quo apparet declaratio cause efficientis ⁊ materialis. efficiens eni causa ē mala cōplexio frigida ⁊ humida cerebri ⁊ totius capitis. materialis uero est materia flegmatica aut superfluitas indigesti sanguinis. ut declaratū est. ⁊ sic patet declaratio primi quod premissū fuit.

frigida ⁊ humida materiali eius generari p̄ viaȝ indigestionis ⁊ congregari in venis rimositatibꝫ ⁊ ventriculis eius flegmaticam materiā aquosaȝ ⁊ mucillaginosaȝ. que cerebro nocumētū īferētes complexionale videlicet infrigidando ⁊ humectā do multum cogunt virtutem cerebri ad expulsio nem ⁊ ꝓpulsionem materierum ipsaruȝ. ⁊ q2 ma͠tie predicte satis fluide sunt ⁊ graues pelluntur ad inferiora per poros venas ⁊ arterias ⁊ retente in partibus gule per multitudinem itersectionis musculorum ramorum venarū neruorum ⁊ liga mentorū. diu aggrauant ⁊ constringūt vias illas ⁊ cānā pulmonis ita vt non sufficienter dillatē ad attrahenduȝ aerem qn̄tum quādo ⁊ moderate oportet. Nec etiam ipse adeo conueniēter ⁊ opor tune constringuntur vt sufficienter expellant fūo sitates ⁊ aer ī pectore attractus iā supcalefactus vilis ⁊ inconueniens factus ad euentanduȝ Et ex hoc fundamento speculanti potest apparere so lutio ⁊ declaratio ꝑpter quid ⁊ quia suffocationis incipientis huius viri. Et sequitur ex hoc fun damento correlarie ꝙ si diu talis modus cōstric tiōis anhelitus ī hoc viro pseueraret. valde facile suffocari posset. Sequit̄ tertio ꝙ causa efficiens huius constrictionis est mala complexio fri ⁊ hu. cerebri predicta. Sequitur 4° ꝙ materialis cā est flegma aquosum ⁊ mucillaginosū mł̄tiplicatū in venis ⁊ arteriis ⁊ sanguini cōmixtum quod est efficiens causa materialis ⁊ antecedens. Seqt̄ ꝗnto ꝙ īmediata cā huius ꝯstrictionis anhelitus est materia ibibita in poris musculorū ⁊ arteria rum neruorum ⁊ panniculorum ⁊ aliarum ptiuȝ mobilium. que in gula gutture ⁊ collo reperiūtur quarum partium numerositas ⁊ diuersitas secūm partem inuenitur p^a primi doct^a 5^a de musculis ⁊ neruis orientibus a cerebro ⁊ parti colligi pōt ꝯ^a tertii cap^lo p° de anotho^a gutturis ⁊ partim io^a tertii ⁊ i3^a tertii capitulis de anatho^a trachee arterie ⁊ meri. ⁊ tu lege ibidem. Sequitur 6° ꝙ dispositio huius viri cum hoc ꝙ ē cōplexional̄ vt probatum est ēt est cōpōnalis. p° de accidēti ⁊ morbo ⁊ 2^a primi ca° de morbis cōpōnalibꝫ ⁊ tu lege ibidem. Sequitur 7° ꝙ hec egritudo est verenda nō leuiter. quoniā ab ea cadit nocumētū in duplici natura vel in duplici principio anime ad producēdū operationes necessario. vȝ ī ꝯpl̄oe ⁊ cōpōe. Et sequitur vltimo. ꝙ magnifice timē dum est ne materie ille opillantes diu retineanī̄ in gutture. hee enim valde facile ꝑducere possūt virū ad squināticas dispositiōes. Sil̄it̄ facile hūc videri potest. quomodo habeat ma͠ia coniuncta reperiri in cerebro. potest enim sta͠r in vētriculis rimositatibus ⁊ poris eius. vnde prohibeat debi tam euentatioēȝ ⁊ mundificatioēȝ cerebri. ꝑpter qd̄ accidit suffocatio incipiendo facta a cerebro ⁊ membris anhelitus coīcata. deinde hoc in sūma est fundamentum scientifice intelligenti dispōnē huius viri in p^a sui narratione cōscriptum At vero 2° narratione altera non leuius contēplādū est. dolor enim in ylio. aut erit accidens partium exteriorum vt musculorum vel lumborum spine aut cutis similiter ⁊ partiū mirach lateraliū aut erit egrtiudo membrorum interiorū. Si primo modo tūc facile cognoscetur. q2 sēsus. visus ⁊ tac tus manifestabunt ipsum. si autem dolor iste sit accidēs interiorum membrorum necesse est vt

assignetur aut in panniculo sifac supposito muscu lis aut in pāniculo pingui zirbo nominato aut in renibus. aut in substātia intestinorum vel ī arte riis ⁊ venis suppositis intestinis aut in carnibus lumbalibus lateraliter suppositis costis aut in intestino encaras nominato a grecis ab italicis āt decto mesenterio. Qd̄ aūt iste dolor in splene aut in epate vel stomacho existat vel diafragmate non apparet quonian dolor iste non est in aliquo ypocūdriorū dextro vel sinistro neqȝ in loco me͠ inmediate subtracto surcule pectoris inferiori Nullū enim aliud membrum preter renes intra mirach collocatum si sāias anothoistarū ⁊ pratiȝ anothomie cognoueris ergo erit necesse dolorē esse in aliquo predictorum membrorū vł̄ ī pāni culo sifac. ⁊ h° quidem apparet ppea. q2 dolor iste ꝓfundius sentitur mag̃ mansiuus ꝙ̃ versus exte riorem partem. Similiter ⁊ 2° non videt̄ hūs dolorē esse in zirbo pp magnam pinguedinē eius remittentem sibilitatem pāniculi eius in tantū ꝙ sectio in eo facta transuersalis in vulneribꝫ mi rach penetrantibus non percipitur. vt sibiliter cognoui. Similiter non apparet hic dolor in vm bl̄ico. ꝑpterea q2 in profundiori parte percipit̄ dolor. quē sen͠us tangentis nō percipit. Et 4° adhuc non videtur ꝙ dolor iste sit in mesenterio neqȝ in venis vel arteriis propter obtusaȝ sensa tionem carū ⁊ quia deberet pcipi ī posteriori pte magis. Et similiter si esset ī lumbis cuius opposi tum apparet. igit̄ vł̄ oīno asserendum esse ꝙ hic dolor est complicatus ex dolore renuȝ ⁊ maxime dextre partis ⁊ ex dolore intestinorū. Et primuȝ quidem apparet deduci posse. P° ex loco doloris qui est locus vbi situatur ren dexter. In cuius situ in parte posteriori vbi suspēditur ren appet dolor grauatiuus ⁊ extensiuus notabiliter. 3° hic dolor cognosci potest ex frequēti vrine distil latione. Cum enim colatorius panniculus vnde ramificantur pori vritides fuerit secūdū partem notabiliter clau͠us vel cōpressus parum de aquo sitate vrinali fertur ad vesicam. Ideo parum de ea emitti potest. Et q2 ex oppillatione ī renibus facta ⁊ in emulgentibus aquositas notabl̄r susci pit ebulitionem. Ideo quando fertur ad vesicam punctiōe sua totiens incitat ipsam ad expulsionē quotiens fertur ad ipsam. ergo erit frequētia mic tus. Et ex illo statiȝ probatum est vrinas esse pau cas. ergo mictus in hoc viro erit frequens ⁊ pau cus. Et q2 ad illius expulsionem contingit esse ve hemens conatus colli vesice. Ideo hic mictus strā guricus nominatur capiendo stranguriam ꝑ eo qd̄ importat frequentem mictum ⁊ guttatiȝ fcūȝ

At vero ⁊ 5° iteruȝ cognosci potest hūc dolorē esse renalem ex accidentibus que precesserunt. Cuȝ enim eger ante migebat vrinas notabilis ꝙ̃tita tis ⁊ grossas mediocriter arenis trūbis lapillis petaloidibus ⁊ crinoidibus resolutionibus exi stentibus in ea. etiam post migunt̄ vrine colore substātia elemento aque vicine in quibus nullum predictorum contentorū apparet aut exiguū val de. tūc est significatio completa sūpta a nocumēto in operationibus membris contingēte. qd̄ signū est efficacissimum. eo quia ti͠nus discretiuus vł̄ di stinctiuus egritudinum ⁊ accidentium ē sensibil̄ lesio in operationibus membri. s. propriis secūdo tegni. Reliq aūt signa coadiuuātia ad dispositoēȝ

dolorum renum obmittantur. quoniaʒ ista sunt solēniora. Ad hos etiā dolores renū efficiendos ꝛ augmentandos non paruʒ coadiuuat mlˀtitudo ventositatum que rationabiliter ī hoc vizo mlˀti plicantur ꝑpter augmentum humiditatis in eo siue naturaliter inuēta fuerit siue accidentaliter multiplicatur ex debilitate renuʒ in trāsmutādo materiam sui alimenti ꝑpriam. hec enī vētositas in renibus genita vel ad eos aliunde ꝑpulsa con tineri potest intra pāniculum renum ꝛ superfici em conuexam carnositatis eorum. que ibidē mlˀti plicata dolorem extensiuum in rene faciet. Et si quidem genita fuerit ex materia acuitatē habēte velut est flegmatica salsa. tunc simul fiet dolor extensiuus ꝛ pungitiuus. adeo vt appareat pāni culum renum quasi terrebello pforari vel pungi. Cuius etiam vētositatis nō nulla ps ī cōcauitate renum intra colatorium stans ibideʒ pōt efficere dolores iam predictos. Etiaʒ si aliqua eius pars poros vritides ferretur ad vesicam. tam in eis ꝙ in vesica dolores predictos efficere possʒ igentes.

Et ex hoc quidem facile deduci potest. qr dolor huius vizi quādoqʒ alleuiatur aut remouetur per clisteria carmiantia p saculos ꝛ reliq̄ euaporatia medicamina si discrete applicata fuerint. aliˀt enī carminantia non raro sunt doloris augmētatiua magˀ ꝙ sedatiua. Hic quoqʒ supaddendum est ꝙ dolores istius vizi scdm partē assignari possūt in regione circa vmbilicū. vbi mala cōplexio subi to alteratiua ꝛ vētositates ꝛ materie eaꝝ cōtineri possunt inter lacertosas partes que sunt extreme quattuor musculorum transuersaliuʒ ꝛ duorum latitudinalium. que omnes cordose ptes crucialiˀt se intersecāt ꝛ ibidem inuoluunˀt. ex quarū conne xione tali secundū parteʒ componitur vmbilicus qui est sicut vmbo ī iferiori ventre suppositus ad eius defendiculum. in quibus partibus matˀie vel ventositates retente aut subito alterando aut ex tendendo dolores in eo efficere possunt vt predic tum est. Et ex hoc fundamento solui potest quare dolores quādoqʒ firmantur ꝛ fortificantur circa regionem vmbilici. At vero iteruʒ quia dolor iste reperiri posset in itestinis est facile videre ex fundamento predictorum. Mala eniʒ complexio fri. ꝛ hu. cum materia mucillaginosa vitrea ī ven tis in intestino ylion doloreʒ vehemētissimū ylia cum in ipso efficiunt. Et quia ylion intestinum secundū magnam partem collocatur in regione infra vmbilicum ꝛ reuolutiones aliquas habet in dextra parte pauciores autem habet in sinistra. quā occupat mag pars intestini colō. Ideo ꝑpter istam causam apparet pᵒ quār dolor iste multipli catur in loco suminis. Apparet secundo q̄re q̄nqʒ molestat etiam partem dextrā ꝛ sinistrā minus. Sequitur 3ᵒ declaratio huius egritudinis quoniā si fuerit talis erit ylios nominata colica fortis. Sequitur 4ᵒ ꝙ hic dolor etiaʒ extendi potest ad intestinuʒ colon mala cōplexiōe ꝛ materiali causa inuentis ibidem. Ex quorū omniuʒ fūdamēto sequitur vltimo. ꝙ dolor istius vizi est ex dolore renali yliaco ꝛ vmbilicali compositus. vnō appet ex eo ꝙ non est mirabile si molestissimus est iste dolor ꝛ suspectus valde. Et sic apparet quod circa narrationē secūdam ꝛ q̄tum speculari oportuit. Leue enim est questiones petere. difficillimū vero soluere. quandoqʒ soluere vinculū nō ē ignorātis.

elencorum pᵒ. Oportet aūt 3ᵒ aliquid speculatōis adiungere ꝛ non leuiter in eo quod dictum est in narratione 3ᵃ. Nocumentum enim digestionis huius vizi potest esse accidens predicte male di gestionis renum intestinorum ꝛ partium de qbʒ dictum est in caᵒ imediate precedenti. ꝛ tūc appet ꝙ erit satis facilis ipsius cura duʒ stomachi nocu mētum in fieri ꝛ conseruari depēdeat a predicta mala complexōe dolorū effectiua causa. Si auteʒ iam firmata fuerit in stomacho species male com plexiōis fri. ꝛ hu. tunc oportebit ꝙ impēdatur ei cura ac si fuisset precedēs dolores illos. ꝛ tūc opor tebit considerare speciem nocumenti que ꝑuenit ab ea. Aut enim ab ea fit digestio corrupta aut diminuta aut vtraqʒ simul. Tūc ergo diminuta digestio ppendetur ꝑpterea qr corpus macresciet ꝛ non bene nutrietur a materia semidigesta. secūdo qr pars cibi nō bene digesti deponetˀ a sto macho tanq̄ eius ḡuatiua. ꝛ fiet species descensus seu fluxus lieterici. Et tertiū signum erit fasti dium abhominatio ꝛ stomachi subuersio quasi cō tinua prouenies a flegmate in stomacho mlˀtipli cato p viam indigestionis. Et 4ᵒ etiam sensu tactus percipit frigiditas ꝛ leniᵒ stomachi. Et adhuc 5ᵒ erit in stomacho ciborum nō bene dige storum localis motus nunc ad sursum ꝛ deorsuʒ ꝛ ad varias differētias positiōis cum cibū ipsum no bene amplectetur stomachus ꝛ in fūdo eius ag gregatum non detineat. Si autē ad hanc specieʒ male complexionis frigide adeo intensa sequatur lesio vt cibus corrūpatur in eo. tunc aut pcipietˀ extensio in stomacho cum fumosa eructuatione ꝛ parum fetida ꝛ erit signum corruptionis putre dinalis ciborum in stomacho. aut sentietur in ore eius acetositas pōticitas vel acredo ꝛ erit corrup tio ciborum a frigiditate facta. aut sētietur ī sto macho dolor inflamatio punctio ꝛ mordicatio ꝛ erit signum extrance caliditatis in stomacho per accidēs gn̄ate. Et iste sunt species nocumenti di gestionis. que omnes in hoc vizo accidere possunt si bene ꝛ diligenter considerabitur. Alterius autem accidētis. s. stipticitatis ventris cause assigari possunt. Et pᵒ debilitas vtutis expulsiue ꝛ itestino rum ꝑpter quā lōgo tempore feces indurantur. ꝛ proprie in itestino ylion ꝑpter lōgitudinē suaʒ vel intestino orbo vlˀ ceco pp tortuositatem suaʒ. longo ergo tempore retēte feces in itestinis tādē exiccātur ab earum humiditate ꝛ ī squiballas cō uertuntur. Aut stipticitatis ca pōt esse vehemēs exiccatio humiditatis. que cōtineri solet ī glādosis carnibus meseterii gratia lenitōis intestinorum ꝛ fecum. Et hoc qdem cognoscetur p extēuatōeʒ magnam itestinorum. igitur quādoqʒ apparebit mirach adherere spine sicut precedēs vetris stip ticitas per cōtrarium cognoscitur per multam humiditatem ꝛ mollitiem excludētes extenuatio nem. Et tertia causa huius stipticitatis assignari potest propter malam dispositionem renum que associat sibi dissuriaʒ. vel frequētiaʒ mictus. Una enim euacuatio frequenter minorat alterā distra hēdo materiam vt clauditur in sētētiis afforisti cis ꝑmone illo Urina multa facta modicū secessuʒ significat. Et credo ego istam causam ꝛ primam efficere stipticitatem ventris in hoc vizo. Ex quibus omnibus apparet. posse itelligi sigᵃ huius varie stipticitatis. Apparet 2ᵒ rationabiliter esse

concedendum hãc stipticitatẽ esse magnã causam
repletionis stomachi renum ⁊ epatis huius viri
Apparet tertio materias multas ꝓpter hãc stip
ticitatem in toto capite ⁊ pectore multiplicari
posse. Ex quibus vltimo sequitur ꝙ sicut hec
stipticitas est horum accidentiũ causa magna. ita
ventris mollicies congrua est causa minorationis
eorum. De tertio vero accidente de quo fit mẽ
tio in hac narratione tertia ẽt aliqd cõsiderandũ
⁊ concedendum est. ꝙ restrictio emoroydarꝫ. que
fluere solebant. nedum horum accidentium ĩ re-
nibus in stomacho pectore et capite venientium
potest esse causa imo potentissima valde. Cuꝫ eniꝫ
emoroydes in humano corpore inuente sint ad
euacuandum superfluitates melancolicas ⁊ gros-
sas ⁊ omnes alias in corpore abundantes oportꝫ
necessario concedere ꝙ si per earum euacuationeꝫ
congruam corpus preseruatur ab euentu pl'imarꝫ
egritudinum immo ⁊ frequenter curatur ab eis.
cum prefuerint ergo earum retentio erit cã earũ
vt dictuꝫ est. Et colliguntur hi sermões 17ª ẽtiĩ
caº 2º et a cõmẽtatꝫ 5º afforismorum cõmento ser
monis illius. Emoroydas sanare ãtiquas ⁊c. et
pluries alibi. Et iterum licet in homine nõ pre-
fuerint emoroydes vnꝙ̃ tamen colericis signifi-
cationibus multiplicationis materiarꝫ ml'icaruꝫ
⁊ pluriuꝫ aliarũ ⁊ maxime quãdo apparet ĩ fiteri
ponderositas grauis ⁊ in spina dolor extensiuus
⁊ aggrauatiuus totius corporis ponderositas et
in vtroqꝫ ypocũdrio tumor tensio ⁊ grauitas. et
splenis augmentum ⁊ acredo oris ⁊ cõsil'ia acciª
tamen vt iã apparet necessarium est cõcludere ap
tionem emoroydarum oportunam esse. Unde ex
hoc colligitur ꝙ rectũ fuit iudicium eorꝫ qui credi
derunt magnam partem egritudinis huius viri
originem contrahere ex emoroydarũ ꝯstrictiõe
predicta. ꝓpter qd vero existente instãtia reuma
tismorum ⁊ prefocationis hic vir ĩcurrat alleuia
tionem ex assumpto cibo videbitur in seqñti caº.

Hec igitur in sũma sunt speculabilia. q̃ oporte
bat enarrare in declaratione egritudinum ⁊ acci
dentium q̃ꝙ plurimorum que ab hoc viro accurate
multum narrata fuerunt. vt apparuit. Unde qꝛ
egritudines prescripte ⁊ accidẽtia q̃ꝙ plurima sũt
⁊ difficilia. in eligendo regimen sibi conueniẽs
subiungẽtur capitula duo. In quorum primo fiet
sermo de regimine sibi oportuno per res nõ na
turales 2º vero p medicinales.

Sectionis secunde. Capitulũ primũ de rebus
non naturalibus.

Pro executione igitur ⁊ cõplemẽto capl'i primi
premittendum primo ꝙ quia egritudines istius
viri vt multum pendent a mala cõplexione fri. ⁊
hu. partium predictarum. Ideo omnium rerũ nõ
naturalium regimen substentari debet super his
que applicatione ipsorum effectiue calefaciant. et
aperiant mediocriter fortius autem exiccando
subtiliando ⁊ abstergẽdo procedant. Unđ eligat
ei aer in quo camera ⁊ locus habitabilis quilibet
ad calidum ⁊ siccum notabiliter inclinetur. ĩmo
etiam in estate. Si enim cum humectãtibꝫ ĩgere
tur. facile ad paralesim ⁊ cecitateꝫ ⁊ stomachi apã
⁊ ydropẽ duceretur. Et si aer camere sue nõ esset
naturaliter talis. artificietur cum stuffa sicca aut
suffumigationibus cum carbonibus lõgo tẽpore
extra cameram ignitis. Deinde in camera positꝗ
superaspergendo aliquid ex puluere harũ medi
cinarum. vel aliquorum vt ligni aloes sandarace
laudani resine sicce colofonie thuris storacis cala
mite vel similium. Item fiant in camera ignes
magni cum lignis iuniperi lauri tamarisci ⁊ sil'i
um. Uestes eius calide sint pellibus vulpinis vel
agninis munite. ⁊ caput eius omnino bene tectuꝫ
teneatur. birretum de grana dossibus variorum
bene suffultꝗ. ⁊ attendat ꝙ super stomacho suo sẽp
portet plumaceolum pluma aut pilis leporis. vel
melius pilis variorum plenũ. quem ⁊ tota nocte
amplexatuꝫ tenere debet. Omnino itaqꝫ camera
sua sit seclusa ab aquis humiditatibus flatu venti
humidi ⁊ nebulosi.

De cibis ⁊ potibus.

Cibus ⁊ potus sibi conuenientes ĩ suis q̃litatibus
ad caliditatem ⁊ siccitatẽ debẽt notabiliter indi
nari magis tamẽ ad siccitatem nãliter vel artifi
cialiter q̃ꝙ ad caliditatem. credo enim epar eius
calidum esse notabiliter. In cibis igitur obſuẽtur
hee regule. Prima nunꝙ̃ comedẽdũ est nisi ve
ra fames acciderit. patet qꝛ si comedat̃ sine appe
titu. signum est cibuꝫ preassũptum nõ esse digestũ
quare crudum accipit̃ super crudo. Itẽ si accipiat̃
cibus cum appetitu. nõ augmentatur illius causa
scilicet repletio. nec sequitur debilitas ĩ stomacho
maior. Secunda regula est. non tardetur cõe
stio dum verus appetitus euenerit. pꝫ qꝛ tollerat̃
famen stomachum putridis replet humoribꝫ. nul
lum cibarium accipiatur frigidum actu vel potẽ
tia. probatur regula indicatione sumpta a lapsu
⁊ materia. Tertia regula dum est intensus ap
petitus nunꝙ̃ comedẽdum est vsqꝫ ad saturitateꝫ
immo reliquiis famis adhuc in stomacho remanẽ
tibus. patet qꝛ tunc augerentur lapsus ⁊ materia
eius. Quarta reª nunꝙ̃ comedatis nisi postꝙ̃
senseritis cibum a stomacho ad intestina descẽdis
se. ⁊ ĩ hoc considerandum est tempus. ita ꝙ inter
prandium ⁊ cenam cadant hore ad minus octo.

Quinta regula nunꝙ̃ comedendum est dum
sentitur in stomacho fastidiuꝫ. patet quia generat
duritiem epatis ⁊ splenis ⁊ morbos melãcolicos
⁊ flegmaticos tertia primi. Sexta regula ciba
ria subtilia pregrossis sẽper accipienda sunt. qui
subtiles ⁊ grossi sint cibi infra videbitur. Sep
tima regula mensura q̃ntitatis cibi talis existat.
que stomachum non grauet ⁊ ita de potu. dterior
.n. cõestio est q̃ stõachi grauitatẽ facit. sicut d'ior
potus est qui tẽperamentuꝫ egreditur ĩ stomacho
natat. Octaua regl'a dũ sentitur stomachi gra
uitas. abstinenduꝫ est a cibo donec seqtur leuitas
⁊ si percipitur debilitas in stomacho. non repleat̃
cibis etiã si adhuc essent necessarii. immo ptiendi
sunt vt quãtitas que vna vice causa restaurationis
⁊ appetitus videretur esse conueniens in duas vl'
tres diuidatur partes. vt virtus ipsam melius
digereꝛ valeat. hec omnia legantur tertia primi
de regimine eius quod comeditur: et 4º Almãs
4º caº ⁊ 5º cõtinẽtis primo caº. Eligatur igit̃
de frumẽto mundo bone messis panis modicum
oppirus. i. furfuraceus saltem yemali ⁊ vernali
tempore factus. Estate vero ⁊ autũno sit de pura
simila. i. polnie farine. Est enim hic panis leuior
digestiõi q̃ꝙ alius. Placet etiã mihi nisi vẽtris cõ
stipatio ꝯtradicat et sepe ãte cibũ ⁊ post vtamini
biscocto cuꝫ puluere modico anisi facto. Quiscũqꝫ

tamen panis existat. sit optime pinsatus ⁊ bene
coctus ⁊ fermētatus ⁊ cōi pane salitior modicuꝫ
bene crustatus. Uitetur tamē ex eo repletio ⁊ sit
trium dierum ad plus. antiquus autem ⁊ azimus
⁊ valde assatus euitetur. De carnibus auteꝫ p°
quorum animalium. 2° que de numero partium
tertio quis preparandi modus conuenientior exi
stat. In domesticis quadrupedibus conueniunt ei
vituli lactentes aut annuales. Item conueniunt
capreti non multum natiuitati propinqui. Item
castratine carnes conueniunt licet rarius. Carnes
aūt agnine bouine porcine ⁊ ouine fugiant᷑. licet
quandoqꝫ comedere potestis ex carnibus macris
siluestris porci. Carnes autē porcine macre sunt
vobis vtiles non semper tamē ⁊ in quātitate nō
mľta. De quadrupedibus siluestribus ꝯueniūt
vobis optime carnes caprioline. ipse enim inter
siluestres carnes meliores existunt. ⁊ sanguis ex
eis generatus paucas habet superfluitates tertio
Almāſ. 32° ca°. Caro etiam leporis vobis cōuenit
Nam si generet sanguinem melācolicū tamen qr
siccitate aduersatur multiplicationi flegmatis ⁊
hoc solum cum preparat᷑ cum piperata tunc eniꝫ
additur ei caliditas naturaliter āt non ita cōtra
riatur flegmati. qr non calida. Auicena tamē 2°
cañ ponit ipsam calidam ⁊ siccam quare ī vtraqꝫ
qualitate contrariat᷑ generationi flegmat᷑. Caro
aūt cuniculi ⁊ eritii dimittantur. De volatilibꝫ
domesticis conueniunt pulli non valde parui ca
pones galline. Caro nāqꝫ gallinarum est melior
omni alia carne 4° continentis simplici. 669°
conueniunt etiam vobis optime carnes colūborū
domesticorum siluestrium iuuenum non perfecte
pēnatorum bene cocte ⁊ post mortem aliqualiter
seruate. pulli enim colūbarum dantur in cibo illi
us cuius corpus euacuatum fuit aut sanguine aut
infrigidatum ex longo morbo ⁊ 4° continēt᷑ vbi
supra. Caro etiam pauonis iuuenis etiā cōuenire
potest. licet caro pauonis dura sit ⁊ tarde digestio
nis ⁊ 4° cōtineutis ibi. Anseres etiā ⁊ anates di
mittantur nisi raro valde ⁊ assate potius ꝙ elixe
Caro enim anatis multas superfluitates ⁊ fastidi
um multum generat 3° Amanſ ca° 39°. De sil
uestribus volatilibus eligantur carnes starne ⁊ co
turnicis. ponuutur etiam laudabiliores īter car
nes volatiliū 2° Almāſ. ca° 43°. Caro vero ꝑdicū
quia ad caliditatem ⁊ siccitatem declinat. ideo
vtilis est. auget enim sanguinem valde ⁊ ꝯueniēs
est si ea vtitur conualescens cuius fuit corpus
infrigiditatum ⁊ sanguis diminutus 23° ꝯtinēt᷑
allegato ca° in fine. Carnes etiam fasiani ad ꝑdi
cum naturam fere inclinātur. et ideo boni sunt
quorum etiā caro melior est carne pullorum 2°
cañ. Aues etiā minute in dumetis vľ nemori
bus degentes vobis vtiles sunt. vt turdi meruli
frucii. i. franguilli carduelli philomene ficedule
alaude caude tremule ⁊ passeres. omnes enī nutri
mentū exiccationi paratum exhibent. Stornelli
vero yrūdines ⁊ pice ⁊ picus non sunt ī vsu. Caro
vero quatule vel ortiginis non sit vobis in vsu.
qr remollit stomachnꝫ et nauseare facit. Quia
vero ꝓpter legis reuerentiā non licet semper co
medere carnes. Ideo de piscibus dicendū. premit
tendo p°. ꝙ nullius piscis vsus vobis conueire
videtur. Si qui tamē concedantur minus mali
sunt isti tamen accipiatur vt varioli marsiones

orade torentine sterliones temali carpiōes lucii
capedani rūbi menule ⁊ similes omnes solidaruꝫ
viscositate ⁊ humiditate mľta priuati. Meliores
tameu erunt oleo oliuarum cum petrosiľ millefo
lio ⁊ mēta frixi ꝙ elixi ⁊ salsi ꝙ eꝯtra. Anguille
vero tinche regine cephali geones ⁊ oēs grossarū
⁊ mollium carnium dimittantur. Cācri etiā flu
uiales dimittantur. marini vero cancri minus
mali forent. Lactis etiā vsus nullo modo vtiľ
est. similiter serum. Caseus recens pinguis ⁊ mol
lis dimittatur ⁊ lacticinia cibaria oīa. Lac vero
ꝓpter declinationem ad frigus aliqđ nocet fleg
maticis. quoniaꝫ caliditas eorum non conuertit
ipsum ad sanguinem sicut oportet 2° cañ. ⁊ pro
prio ca° in areola oculi. Lac facit euenire tenebro
sitatem visus ⁊ caliginem. Oua vero qr ad equa
litatem tendunt vtilia sunt maxime trementia ⁊
mollia in aqua vel super cineribus cocta. frixa vō
⁊ valde dura difficulter digeruntur. De legu
minibus vero dicendum. ꝙ non multum in vsu
habeantur. verum ciceribus ru. uti potestis. lꝫ enī
cicer sit inflatīuꝫ est tamen conuenieuter nutri
tiuū apitiūꝫ ⁊ lauatiuꝫ ⁊ non comedatur in prin°
neqꝫ in fine cibi. sed in me° 2° cañ. primo ca°. Pā
nico etiā vti potestis. licet enim sit frigidū in p°
⁊ siccum in 2°. Ipsum tamen parum nutrit ꝓpter
suam lenitatem ⁊ siccitatem. ⁊ prouocat vrinam
21° continentis simplici. 199°. Laudo etiā vobis
rizum. est enim calidum in primo siccum in secū
do 23° continentis ca°. 126. ⁊ conuenienter nutrit
⁊ exiccat ⁊ habet aliquā stipticitatem vt octauo đ
simplici medicīa proprio ca°. Alia vero legumīa
vt fabe faseoli lētes alba cicera pisa tāꝙ difficilia
digestioni ventosa ⁊ oppillatīa dimittātur. De
oleribus vero conueniunt vobis omnia calida et
sicca aromatica leuē stipticitatem habentia ⁊ ape
ritiua viaruꝫ vrine materiam diuertentia medio
criter tamen aperitiua esse debent ꝓpter renum
lassitudinem ⁊ debilitatem. eorū vero apertio lꝫ
ratione gradus fortis frequenter existat. parua
ꝙtitate minui de pōt quibus conueniens ē saluia
de qua licet non fecerit Auicena capľuꝫ ponit᷑ tñ
calida ⁊ sicca vt colligi potest ex Diascoride ca° đ
elilisfago ⁊ a Galo in lib° dianimidiorū de his ꝗ
calefaciunt in primo gradu. Et in aggregatore
Serapionis sīplici. 149°. ponitur inter medicīas
calidas ⁊ siccas in 2° gradu. ⁊ dicit ꝙ est calida
caliditate manifesta ⁊ paruꝫ stiptica. de hac plāta
moderniores pľa dicunt ad egritudines neruoꝝ
licet non inueniatur de ea aliquid fere ab auctori
bus scriptum vti tamen potestis ea. conuenit etiā
vobis vsus feniculi ꝓpter prouocationem vrine
que diuertit aquositates a stomacho. et propter
iuuamentum maguum qđ prebet. non excedatis
tamen in vsu eius ne multum inflāmet vos. Naꝫ
ē calidus in t̃tio ⁊ siccus ī p° 8° de sīplici medicīa
licet Auicena ponat ipsum ī primo gradu calidi
tatis ⁊ in 2° siccitatis. conueuiēs tamē apud plu
rimos est stomacho. Ruffus tamē scripsit ꝙ noceꝫ
stomacho attrahendo ad ipsum materias acutas
aliunde. sed intellexit de apio si bene cōsideretur
littera Auicene secundo canone ca° de apio. Naꝫ
petrosiľ est species apii ⁊ de eo fit sermo siľ cum
ca° de apio vt patet 2° canone proprio capitulo ⁊
octauo de simplici medicina allegato capľo ⁊ 23°
continentis capľo 649° ⁊ a ſap. simplici 274°.

Mente vero usus sit in cibis. est enim ca. et sic in 2° confortat stomachum et calefacit ipsum sedat singultum et digerit et prohibet vomitum flegmaticum secundo canone proprio ca°. Item 23° continentis simplici. 732°. Serpillum etiam vobis conveniens est sui caliditate et siccitate et quia provocat urinam aromaticitate etiam sua stomacho conveniens est. Et numerat ipsum Serapio inter medicinas calidas et siccas in tertio Avicena tamen dixit esse ca. et siccum in 2° ut patet ca° de nemē. Laudo vobis etiam rosmarinum. quia ca. et siccum in tertio ut Serapio ca° de sagetalimarina. et conveniens est capiti et oculis. Maiorana etiam vobis utilis. Calefacit enim et desiccat in tertio et habet vim attenuativam et dissolutivam ut 8° de simplici medicina colligitur. apit etiam oppilationes cerebri ex doloribus capitis a flegmate et a ventositate evenientibus ut secundo canone colligitur in areola capitis. Basilliconem iterum gariofilatum dico vobis convenire est enim ca. et siccum in secundo. ut Serapi. ca° de beregensif. Lactucam endiviam spinachiam cressones senationes et reliquas herbas frigidas et humidas in fontibus vel aquis aliis degentes evitare debetis. Anetum vero quia calidum est in gradu secundo longo aut in tertio brevi et sic in 2° in princ° aut in p° in fine. ut 9° de simplici medicina. quia tamen maturativum est humorum frigidorum sedativum et carminativum secundo canone. ideo convenit vobis. Blete compositarum sunt virtutum. Nam blete coloris opaci cum quibusdam maculis rubeis declinant ad caliditatem et siccitatem. albe v° ad frigiditatem et humiditatem. quia tamen in omnibus est aqueitas cum nitrositate quadam ideoque lenitive vel solutive leviter oppillationum epatis aperitive uti potestis eis et proprie cum petrosilino. Caules vero quia calidi sunt in principio sicci in secundo conveniunt vobis. Et primo quia maturant leniunt et desiccant et provocant secundo canone. licet 23° continentis ca° 631° scribatur auctoritate Galieni et Bimasii. quod sanguis eius est malus et orribilis odoris intelligitur quando sunt multum cocti. Boragine uti potestis : ponitur enim species buglosse que temperata est de boragine autem pauci scripserunt et Avicena nihil. Cerefolium etiam stomachale aperitivum et subtiliativum est ideo placet. De radicibus vero uti potestis quandoque rafano. quia calidus est in primo humidus in secundo apitivus dissolutivus et flegmatis per urinam eductivus. Melius tamen est ipsam comedere post cibum. Et folia eius meliora sunt valde quam radix. Bulbus vero est cepe parvum quod comeditur dictum scalonia non nocet stomacho et facit digeri. Ideo est vobis bonus quandoque tamen raro. Aleum autem rationabili iudi° confert vobis cum sit ca. et sic in tertio licet habeat humiditatem superfluam. tamen quia est apitivum incisivum et subtiliativum est vobis utile. Melius tamen est coctum et zucchare vel melle et aceto conditum. Cepe ca. est in tertio et habet multam superfluitatem. Ideo raro uti potestis cum aceto et oleo. Porrum iterum licet sit ca. et sic in tertio quia tamen nocet visui et stomacho ideo dimittatur. Si tamen quandoque aliquid ex eo vultis comedere comedatis cum melle. Rape autem quia superfluam humiditatem habent et difficilis digestionis existunt. Ideo non laudantur. Democritus namque dampnavit eas tamquam corpori nocivas et inflationis excitativas. licet Diocles et Dionisius oppositum sentiant. condite tamen secundum usum vobis convenire possunt. Carotis autem quia calidis aperitivis et convenienter precipitativis flegmatis uti potestis. Sparagis etiam suis temporibus utamini propter causas notas. Olive etiam placent mihi convenienter condite propter caliditatem et siccitatem et apertionem et confortationem quam acquisiverunt ex condientibus. licet per se sit difficilis digestionis. Cappares vero cum sint aperitivi resolutivi et abstersivi et flegmatis eductivi multum placent. etiam quia ca. et sic in secundo et capiti et stomacho et nervis utiles. De fructibus vero evitentur omnes frigidi et humidi. Ceresa igitur quia frigida et humida omnia evitentur. licet in eis virtus diversificetur non parum. nam dulcia stomacho sunt nociva. sed ventris lenitiva magis. acria vero stomacho sunt utilia et flegmatis incisiva et ventris constrictiva magis. ut Ras primo cap°lo auctoritate Galieni dixit. Persica vero licet sint stomacho bona et cibi appetitum excitantia. ut Avicena 2° canone. quia tamen frigida sunt in primo et humida in secundo non mihi placent. raro tamen accipi poterunt ante cibum. Iudicium in pomis quantumcumque maturis est diversum. Que enim valde dulcia sunt ad caliditatem declinant. Ideo ea quandoque potestis accipere et proprie cum fuerint bene solida. Acria vero vel pontica et universaliter omnia dimitantur. assidua° enim comestionis eorum facit evenire dolorem nervorum secundo canone. Pira autem ex partibus diversis aqueis et terreis cum sint composita diversitatem complexionis accipiunt. Nam propter terrestrem partem ad frigiditatem. propter aqueam vero ad equalitatem inclinantur ut Galienus 8° de simplici medicina. In summa igitur frigida in p° et sic. in secundo ut 23° continentis simplici 620. auctoritate Bimasii. eis autem quandoque uti potestis maxime cum fuerint. bene dulcia. et cocta in prunis cum aniso et feniculo meliora sunt quam elixa et cruda Avellana iterum licet ex parte qualitatum convenire vobis videretur. quia ca. et sic est in primo non debet vobis esse in multo usu. Nam evertit stomachum et est tarde digestionis. Si tamen acciperetis eam leviter in prunis torrefactam non multum vituperabile est. Extimavit enim ypocratis quod ipsa efficit augmentum in cerebro. Amigdale autem quia equalitati in calore sunt vicine humidiores quam calide cum sit boni nutrimenti et convenienter abstersive et apritive laudantur vobis. Ficus vero sicce ca. sunt in primo sic. in princ° secundi. meliores itaque vobis sunt aliis fructibus. et proprie albe et bene mature. sunt enim stomacho epati renibus et spleni utiles. aperiendo abstergendo et mundificando. Nam in eis lenifica° ultima et nutricatio maior est quam in aliis fructibus secundo canone. Humide vero vel recentes magis nutritive sunt quam sicce. non ita stomacho laudabiles sunt sicut sicce. que recentes non conveniunt ei nisi fuerint colecte per quattuor dies ante ad minus. et tunc possunt ei concedi post cibum. Passule vero quia stomacho epati et pectori convenientes sunt et boni nutrimenti. Ideo laudantur vobis quocumque modo sumantur et numerantur a pluribus iter ea que sunt equalia aut ad caliditatem et siccitatem parumper inclinata. Amplius nuces licet inter medicinas calide et sicce ponantur videntur vobis utiles. Verum quia sunt stomacho in digerendo graves pectori et capiti nocive. Ideo dimittantur.

Castanea vero cum sint fri.⁊ sic.in primo sui dul cedine que pauca est parum nutrit.licet Gal's in nutriēdo ipsaꝫ fere parē frumento dixerit.qꝛ tñ viscosum est eius nutrimentum ⁊ grossum.ideo dimittatur. Crisomilla que psicorum species sūt fri.⁊ hu.in secūdo quare dimittantur.generāt enī febres velocitate putrefactionis eorum.Si tamē quādoqꝫ assumātur postea comedatur anisū. Grana vero pinee.qꝛ temperata sūt ad paruā calidi tatem declinātia vobis vtilia sunt ⁊ proprie cum infunduntur in aqua calida in qua per noctem re maneant . tunc enim remouetur ab eis acuitas acrimonia vnctuositas ⁊ mordicatio.⁊ efficiūtur optima in virtute nutriendi ⁊ ꝓprie cū cōdiūtur ad infrigidatos cum melle ⁊ ad calefactos cuꝫ zu- charo albo.vt 2° canone colligit et per h° patet q° modo grana pinee nocent stomacho.vt 13ª tertii cap'lo de rebus nocentibus stomacho.intelligitur enī de non correctꝭ.De phisticis aūt scribit canon 2° ꝙ ca.sunt in fine ēt ⁊ est in eis humiditas non limitata ibi.sed 22° continentis simplici 53° auc toritate Archigenis ⁊ Bimasii ponuntur ca.⁊ sic in 2°. In sūma igitur vobis vtiles sunt.aperiūt.n. meatus nutrimēti et oppillatiōes epatꝭ expurgā° ipsum ⁊ canales pulmonis 8° de simplici medici na colligendū .Dactuli bene maturi ⁊ dulces cal'i sunt in primo ⁊ in 2ª qualitate discordant in eis sapientes.Serap.nanqꝫ enumerat eos īter medi cinas ca.⁊ sic.in primo. Auicena vero capitulo de palma parum dicit īmo dicit ꝙ preteriit ſmo de dactulis.sed in libro meo non inuenio de eis capitulū.neqꝫ de dactulis neqꝫ de rothab.sed 23° allaui.i.continentis cap'lo de palma inuenit ꝙ dactuli maturi recentes calidi sūt ī 2° hu.ī primo auctoritate Bimasii octauo vero de sīplici medi cina cum hoc ꝙ abundanter nutriunt ventrē stip ticant ⁊ inferunt punctionem in ore stomachi et dolorēꝫ capitꝭ faciunt ⁊ oppillationes in epate et splene quare relinquātur nisi raro valde et post cibum. Iuiube vero fri.sunt in primo temperate in humiditate ⁊ siccitate.⁊ dixit de eis Galienus non reperi iuiubas in cōseruanda sanitate ⁊ egri tudine remouenda aliquid operantes.sed reperit eas difficilis digestionis.⁊ pauci nutrimēti ⁊ sunt etiam male stomacho quare dimittantur .licet in eorum gradu discordia non pauca īueniat'. Mora bene matura dulcia sunt. Ideo ad caliditatem declinant ⁊ humiditatem.qꝛ stomacho tamen no cent ⁊ in eo facile corrumpuntur renuenda sunt. Illa vero que sunt non bene matura sunt fri.⁊ sic Et quandoqꝫ ex eis accipere potestis ꝓpter ꝯfor tationem quam faciunt .omnia tamen ante cibuꝫ accipiantur . Granata iterum trium sūt spērū videlicet dulcia que fri.sunt ⁊ hu.in primo acria vero fri.sunt.⁊ sic.in 2°. Et muza que mediū iudi cii accipiuntꝭ inter ea.dulcia vero vobis laudātur. ⁊ sunt stomacho cōuenientia propter id qđ est in ipsis de stipticitate.subtili acetosa vero nocent sto macho: Ideo renuantur.satis mihi de cibis dixis se videtur. De condimentis vero laudant' fer cula ex dulci ⁊ acetoso composita omnia vt zizibe re aniso feniculo petrosil' croco cinamomo nuce muscatꝭ ⁊ mace confecta .Sinapismū etiā placet mihi quia cerebrale ⁊ stomachale est. Salsa ex pe trosil' menta serpillo ⁊ aceto composita est valde vtilis.Condimentū etiam ex nucibus mica panis feniculo aleo cocto factuꝫ aleata dictum est vobis vtile.Et in sūma sapor omnis ad calidū ⁊ siccum inclinatus ꝯfectus cum zucharo vel melle est lau dandus.lꝫ mihi placeant magis condimenta mel lita ꝙ zucharata. Adhuc etiam olei oliuarum vsus est laudabilior ꝙ butiri vel olei de nucibus Oleum nāqꝫ oliuarum bene maturarū ē calidum in principio primi ⁊ hu.in primo. humidius tñ ꝙ calidū : Oleū autē nucū ca.est ī 2° hu.in primo.

Mel vero qꝛ vobis laudatum est ca.⁊ sic.est ī secundo ⁊ eius vsus omnino vobis confert . Lau darem vobis etiam conuenienter aquam mellis ⁊ proprie si coqueretur cum modico ameos.aqua enim mellis confortat stomachum.⁊ facit appete re cibum .secūdo canone.potest aūt fieri talit' . ℞ aque fōtis vel fluuii libr̄.x.ameos.ʒ.i.coquat' aqua in vase lapideo vt cadat qnta pars .postea adde mellis subalbidi libr̄.i.coquatur mel ⁊ dispumet' ⁊ colletur iterum vsqꝫ ad qntā intellige. zucha ro etiam quouismodo vti potestis. licet non ita exiccet ⁊ confortat stomachum est enim ca.in fine primi ⁊ sic.in secundo ⁊ confert stomacho ⁊ abster git.eius flegma. Species aūt quibus potestis condire cibaria sunt piper nigrū album ⁊ longuꝫ cinamomuꝫ subtile ⁊ grossuꝫ macis gariofil' nux musca .ꝶ. crocus cardamomuꝫ maius ⁊ minus galanga carui ciminum feniculus petrosil' ameos menta origanum serpillum calamentum ⁊ sil'ia.

De carnibus autem aīalium ex parte mēbrorū distinctꝭ dicēdum.ꝙ euitetis vsum oīum partium difficilis digestionis quarum nutrimentum est grossum. vt ventris cordis cutis neruoꝝ splenis et viscerū ⁊ quarum nutrimentū est nauseatiuū ⁊ mollificatiuum stomachi vt cerebri pulmonis ⁊ similium ⁊ ventosuꝫ nauseatiuum.vt pinguedis medulle mamillarum . 2° qꝛ omnium aīalium anteriora digestionis sunt leuioris ⁊ calidiora posteriora autem econtra.Meliores igit' aīaliuꝫ partes sunt carnes rubee solide sine pinguedine aut pauce pinguedini cōmixte et proprie his non multum neruosis existentibus . talis enim caro melius inter ceteras exhibet nutrimētum. Et p° cum fuerit ex alis vel coxis elixa in mane ⁊ assata in sero.frixa vero caro dimittat' omnino . Caro vero in veru ⁊ super craticulas cocta oīo vtilis ē. Similiter caro salsa in pauca quātitate vobis est vtilis.Caro conseruata condita spēbus est vobis optima medicina vt mortoli farciminum ⁊ laudu tulorum tales enim prius in mortario cū spēbus condite ⁊ exiccate laudabile vobis nutrimentum prestabunt. Deinceps autem de vino dicenduꝫ vinum vobis vtile debet esse album diafanū subti liatiuum ⁊ exiccatiuuꝫ sapore vero dulce ⁊ nullo modo ponticum vel acre.Et si ad aliqđ horꝝ incli nari deberet.melius est ipsum ad aliqualit' dulcē ꝙ acrem ⁊ ponticum saporem vicinare.Sit etiā virtute fumosum magis ꝙ aquosum. quod tamen oīo consulo cōmiscendum esse aque calibeate.⁊ est vt accipiantur aq̄ libr̄.xx.⁊ extiguat' ī ea quater vel qnquies vnum frustruꝫ ignitum calibis bene mundi ⁊ a limatura ⁊ a rubigine quātitatꝭ semis sis et iterum hec aqua coquatur.et ea vtamini . Est enim mihi magnum secretum visū ī curatōe male complexionis frigide et humide materialis stomachi . Omnino ēt placeret mihi vt dimissio vino vteremini aqua mellis superius descripta

vobis. Et si ipsam cum calibe artificiaret͂ melius
esset. Et hec de cibis et potibus dicta sufficiant.

Exercitium maxime ieiuno corpore factum
sume laudo vobis pedestre temperatum i fortitu
dine super excedens magis longitudine tēporis
Equestre etiam exercitium plꝫ super gradario et
comodo equo factum. Si aūt virtutis d̄bilitas
exercitio resisteret. fiant sepe prius fricationes
pedibus et cruribus deinde natibus et spatulis ⁊
brachiis vsqꝫ ad rubedinem mēbroꝝ. Quies aūt
motibus corporis ⁊ anime oio fiat post assumptū
cibum vsqꝫ ad cōpletā digestionem.

Inanitionem multam euitare debetis ⁊ maxīe
propter lienteriam. que vestre dispositiōi ml'tum
parata est accidere: sed si cōtigeret q2 dubitabile
est. prouideatur primo deglutiendo omni mane
grana quattuor masticis clāe. Item accipien° co-
riandꝝ confectum semper ante cibum. Itē diaci
toniten cum mastice ⁊ mace optimū est. Iterū ℞
mine citoniorum. ℥ i. ʃ. pulueris corallorū ru. ʒ.
ʃ. thuris minuti. ℈. ʃ. misce ⁊ accipiatur in mane
hoc est de expertis meis. Repletionem autem
stomachi omnino euitet͂. immo reliquie famis sp
diligantur a vobis aliquales post cibum. Cū autē
contigerit plenum esse prouideatur ei cū ieiunio
vnius diei. aut cum bisque minorando euacuant
vt infra prima curatōis ītētiōe videbit͂.

Uigilias etiam multas euitare oportꝫ. lꝫ enīꝫ
ꝑpter exiccationem que sequitur ad eas viderent͂
conuenire. tamen propter debilitatem que conse
quitur spirituum resolutionem in eis factā valđ
nocent. vigilandum est igitur in die tota aut fere
tota dormiendum. tamen in nocte semp ⁊ in die
neq̄quā nisi proter debilitatēꝫ magnam. In sōno
igitur virtutibus complacenduꝫ est. ita vt conue
nienter ciborum digestio ⁊ superfluitatū matura
tio compleatur. Naturalis igitur erit sōnus si na
tura naturaliter mota inuitat. quem fieri oportꝫ
elongatum a cibo per vnam vel duas horas sup
stratos odoriferos molles de pluma de coto vel
serico mollibus ⁊ prius super dextro demū super
sinistro latere dormiendum est. Et iterum super
dextro reuersio fieri debet. Talis enim dormitio
virtutes instrumēta ⁊ organa digestionis ad bñ
digerendum optime disponit. Euitet͂ dormitio
nem super spina. Et frequentē in lecto iactatum
hinc inde ⁊ in camera noui vel valde antiqui edi
ficii ⁊ parietum testudinalium lapideoꝝ. ⁊ subra
diorum lune contactu dormire fugiatis. sed ele
uato mediocriter capite. Super ventre etiā dor
mire potestis ex parte stomachi. sed oculis nocet.

De accidentibus anime. videdū est cōsequēt͂.

Circa accidentium anime mensuram diligenter
inspiciendum est. Omne enī accidens anime. qđ
spūs mediocriter mouet ⁊ dilatat conueniēs est.
Qđ vero spiritus trahit ⁊ ad interiora subito ꝑ
pellit vel paulatīe sepultī tenet vt timor fortis tri
sticia sollicitudo ⁊ melācolice īpressiones pessimū
est. Similiter omne qđ spūs de centro ad circun
ferentiam extra impetuose mouet. vt furibundi
motus ⁊ iracundi euitandum est. Coitus autēꝫ q2
inter hec accidentia ꝑpter delitiosaꝫ apprehēsio
nem enumerari potest. dicendū ad ipsū effrenitā-
do nunq̄ inclinari debere. immo nō nisi ad ipsuꝫ
inuitante conuenienter natura transeundum est.
Coitus enim excessiuus virtutes laxat membra
eneruat et dissipat. effeminat eniꝫ corpus et in re
parabilem solidarum partium consumptionem
infundit. Et cum hoc q̄ brutalibus actibus assimila
tur. nihil adeo stomachi debilitatem ⁊ oculorum
incurabilem cecitatem facit. sicut coitus imode-
ratus. Non igitur sapiētes laudauerunt eum nisi
naturaliter ad ipsum incitātē natura. quod raro
est ⁊ cuꝫ cibus est fere digestus. ⁊ corpus ad ipsius
executionem sine multo labore potens est. Ex cu
ius complemēto hilaris ⁊ fortis remanet coiens ⁊
nō laxus. ⁊ hec de sex rebus non naturalibꝫ dicta
sufficiant.

Cap'm secundū sectionis secūde de regimīe p
medicinalia diuisum in quattuor pticulas.

Pro regimine vero dispositionis huius viri per
intentiones ⁊ instrā medicinalia premittendum
p°. q̄ d̄scribere regimen vnū qđ oio approprīatū
sit omnibus egritudinibus ⁊ accidētibus d̄ qbus
tractatum est supra in p° ca°. Uidetur non solum
difficile. immo fortassis impossibile apud viꝝ sciā
⁊ opere non mediocriter eruditum. Quis enī con
uenienter posset administrare. instrā oibꝫ conue
nientia anodina propter dolores apitiua ꝑpter
oppilationes comminutiua vel frangitiua arena
rum ⁊ lapidum eductiua que sil' cōueniētia forēt
defluenti cataro pectori suffocationi disposito.
⁊ stomacho nauseato ⁊ vomitu molestato. q̄ simul
assumere possent vētris stipticitatem ⁊ reliq̄ amo
uere accidentia de quibus dictum est. hoc enī nō
videtur rationale nec cōueniens apud viros dog
maticos. Uerumtamen si quis diligenter aduer
tat omnium predictarum egritudinum ⁊ accidē
tium radicales causas. quas credo esse malā com
plexionem fri. ⁊ hu. cerebri ⁊ stomachi huius viri
⁊ materialēꝫ causaꝫ omnium accidentium huius
viri. que est flegma aquosū ⁊ mucillagiosū dn̄ans
⁊ vitreum subdominās. patet ex hoc fundamēto
esse possibile describere ⁊ inuenire instrumēta hu
ius male complexionis correctiua ⁊ materierum
predictarum digestiua euacuantia ⁊ diuertentia
ipsas vt infra patebit. verum propter diuersitatē
membrorum patientium et egritudinum vl' ac
cidentium diuersoruꝫ videtur mihi securius esse
⁊ familiare magis appropriare r̄gimē membris
egritudinibus ⁊ materiebus que ipsas efficiūt fm
diuersitatem applicatiōis eorum. prout hec egri
tudines ⁊ accidentia tēporanee reuoluūtur. vno
accidentium aut pluribus vel vna egritudine mo
lestantibus magis q̄ omnibus sil'. ꝑpter quod h°
tertiū capitulū q̄tripartitū efficiaꝫ. In prima
nanqꝫ parte ponam vnum cōe regimen preserua
tiuum harum egritudinum ⁊ accidentium. In
secunda vero parte ponētur canones ⁊ instrumē
ta curationis cerebri ⁊ rectificationis eius ⁊ absci
sionis materierum que catarrizando q̄i suffocant
hunc virum. In tertia vero particula erit fmo
de his que aperiunt oppillationes renuꝫ ⁊ ducunt
trumbos arenas ⁊ materias omnes in eis aggre
gatas. in qua etiam particula fit sermo de lenifi
catione ventris. In 4ª vero ⁊ vltima particula
erit memoria de rectificantibus stomachum ad
appetendum ⁊ digerendum ⁊ ad educendum ab
eo ventositates. et ad prohibendum vomitū. Ex
quorum omniuꝫ doctrina apparebit h° regimen
esse sufficiens ad defendendum hunc virū a cursu
festino mortis. Et ad prohibenduꝫ ipsū ab icursu

in egritudines cronicas ipossibiliter aut non nisi cum maxima difficultate curabiles. Ex quo tādē aperietur q negocianti est facile credere. speculāti vero ꝛ operanti difficilimuꝫ est quesita cōplere.

Particula prima aperiens modum preserua tōis ab accidentibus siue egritudinibus supra tactis in principio

Pro expeditiōe vero particule prime videtur mihi necessarium esse. hunc virum conuenienter purgari in autumno et in vere iuxta sentenciam aristotilicā. Quibuscūqꝫ flōia aut farmatia videtur esse ꝯueniens hos ī ve silr ī autūno flōare ā farmacarī ꝯueniēs est. Igitur qr nunc instat tempus autumni posq erit huius lunaris die iouis prime futura permutatio. In quarta sequenti die ī aurora vir iste mane accipiat istas pillulas. ℞ pillularum de sarcocola et cochiarum ꝛ de garico ana. ℈. i. formētur pillule. vii. cū yera Gal'i. et obſuent in eis conditiones septem. Prima q accipiantur per nouem horas post assūptam cenam. Secūda q non dormiat immediate post eas per horam aut horā cum dimidia et non plus. Tercia ē q permittat eas operari per quinque horas. Quarta q in tempore operationis eaꝝ sepe apponat pānū calidū sup toto ventre. Quīta q nō exercitetur exercitio forti. imo interpollate ambulando decem vel duodecim passibus Sexta q post horas quinque accipiat ciatum vnum aque calide zuccharate. Septima q post istam aquam expectet prandere per horam vnam. Cum ergo fuerit hoc minoratiuo conuenienter mundificatus die immediate sequenti in aurora accipiat hoc digestiuuꝫ calidum. ꝛ continuet ipsū diebus adminus octo. Cuius descriptio. ℞ syrupi cōpositi acetosi zucharini. ʒ. i. syrupi de sticados. ʒ. ss. aque irris mi lii solis ꝛ absinthii ana. ʒ. i. misce. Nona vero sequenti die imediate purgetur cum hoc cōposito. ℞ electuarii idi descriptōe Mesue. ʒ. tres agarici electi. ℈. i. bōi pōderis ℥. ʒ. v. accipiat ipsū dissolutum cum ciato medio aque calide decoctionis. 4. vel quinqꝫ folliculorum sene: ꝛ post ipsū obseruēt omnino cōditiones que scripte sunt obseruari de bere post pillulas antedictas. Secunduꝫ vero instrumentum in hoc viro preſuatiuū est hoc. ℞ aloes epatici. ʒ. iii. hermodactil' agarici. aū. ʒ. ii. ℥ ʒ. i. diagridii. ℈. ss. salis indi. ℈. i. cinamomi maiorane macis gariofil'. ana. ʒ. ss. infundantur omnia in libr̄. ss. aque maiorane per diem naturalē dein de cooperiantur sub tegula calefacta vsqꝫ ad consumptionem predicte aq. que iterum aqua remoueatur ter ꝛ exiccet. postea d massa illa fiat pill'e ex omni. ʒ. vi. de quibus omni tertio die paꝝ ante cenam accipiat vnam toto tempore quo assumit digestiuum supraſciptū. dummodo pillula illa nō sit assūpta ante diē purgationis. sed ante diē t'tiā ab illa. Et intelligatur q potest etiam vti istis pillulis toto tēpore vite sue. ꝛ accipiat ex eis omni tertio vel qnto sero vnā hora predicta. Credo enī ego in virtute harum pill'aꝝ consistere partē magnam curationis ꝛ preseruationis suaꝝ egritudinum ꝛ accidētium. Pro purgatione aūt veris contēplandū p°. q quia in hyeme mat'ie generāt ꝛ congregantur de facto frigidiores grosse mag viscose ꝛ plures. Ideo oportet vti hoc tēpore instrumentis parum audatioribus. propter quod post medietatem mēsis februarii vno mane accipiat hoc minoratiuum. ℞ medulle casie fist' prepate cum aqua petrosil'. ʒ. ss. agarici electi. ℈. ii. reubarbari. ℈. i. spice. ℥. ana. ʒ. v. salis gēme. ʒ. i. incorporentur ꝛ sumatur cum medio ciato aque calid' decoctionis petrosil'. ꝛ zucharate. Et post istud minoratiuū obſuet conditiones in purgationibus autūni prescriptas. Die vero imediate seqn̄ti accipiatur hoc digestiuum saltem p octo dies. ℞ aque iris aque ipericonis ꝛ assari ana. ʒ. i. oximell' compositi. ʒ. i. syrupi de eupatorio. ʒ. ss. misce et obseruētur in eo ea que dicta sunt de digestiuo autumni. Nona vero die imediate sequēti purgetur cum istis pillulis. ℞ pillulaꝝ de sarcocolla de agarico ꝛ fetidarum ana. ℈. i cū electuario ros formentur pillule. vii. ꝛ accipiat' secundū r̄gulas positas in aliis solutiuis memorando semper. q tēpore assumptionis digestiui supraſcripti bonuꝫ est accipere aliquam d pillulis supraſcript'. Neqꝫ enim conueniēs ē digerer̄ materias hūorales cuꝫ stipticitate ventris.

Particula 2ª in qua ponuntur canones curatiui ipsius cerebri ꝛ absciſiui materierum que catarrizantes suffocant.

Pro declaratione itaque prime rei non naturalis videlicet aeris. Premittendum est primo. quod difficillimum esset regimen sex rerum non naturalium cordi stomacho et epati huius viri equaliter conuenire propter contrarietatem complexionis horum membrorum. Uerumtamen quia lapsus hi conueniunt ad inuicem notabiliter in causis materialibus. quia in vtroque eorum congregantur materie flegmatice et sanguinee simulque corrumpuntur propter debilitatem horum membrorum idcirco regimen hoc administrandum est cum mediocriter calefacientibus et potenter exiccantibus et diuertentibus has materias per vias ventris et vrine. Quare hic vir eligat locum habitationis mediocris caliditatis eleuatum a terra et distans a fluxibus aquarum omnium. licet aque maritime minus disconueniant ei quam fontales vel fluuiales. Sit autem locus habitationis eius bene munitus tabulis abietis habens aspectum orientalem et partem septentrionis et meridiei minime vo accidentis. Et recipiatur in illo ventus orientalis et secundum partem septentrionalis in principio marcii vsque ad medium octobris. deinceps autem a medio octobris vsque in finem februarii eligatur locus orientalis et meridionalis. Et de anexis aeri vestes habeat munitas vulpinis pellibus leuioribus de variis et dorsibus eorum in diebus frigoris. In diebus vero caloris sufficiant ei vestes de serico cuiuscunque speciei et de lanis mollibus. Omnino autem sollicitus existat vt pectus et stomachus eius vestibus idoneis defendantur a frigore. Et siquidem aer talis non inueniretur taliter tunc artificialiter preparetur euentando ipsum cum flatu ventorum predictorum suis temporibus. aut cum suffumigationibus istis in diebus caloris. Rx foliorum citri et citranguli rosarum sandalorum amborum ana ʒ. iii. violarum florum nenufaris ana. ʒ. ii. contundantur grosso modo et aspergantur ad carbones ignitos et suffumigetur bis vel ter camera cum eis In diebus vero frigoris suffumigetur camera cum colofonia aut cum thure minuto aut cum laudano purissimo vel alio aromatico calido de quibus magna copia inuenitur apud grecos. 2° principaliter rectificetur regimen istius ex parte motus vt omnino abstineat ab omni exercitio vsque quo plene purgatus erit. aut saltem euitet exercitium equitandi et vectigandi intantum quod etiam nauigatio est ei prohibenda. per motum enim omnem agitantur materie et prohibentur a bona digestione earum. In

summa itaque melius est ei quiescere cum maiori parte sue occupationis sedendo aut iacẽ. Itez et tertio principaliter hic vir operam det dormitioni magis ꝙ vigiliis. vt melius perficiat materierum digestio propter meliorem applicationez innati calidi non solum ad materias humorales verum etiam ad nutrimenta melius digerenda. naturales enim operationes attrahendi retinẽdi digerendi ⁊ expellendi apponendi ⁊ vniẽdi ⁊ assimilandi nutrimentum membris optie pficiũtur in dormitione nõ autẽ in vigiliis. Adde autez ꝙ vigilie distrahendo materias i pectore congregatas sunt causa precipitationis earum ad mẽbra debilia. Quicquid autem sit dormiat sup laterẽ vbi maiorez inuenit quietem. licet exclusis causis impedientibus esset ei conuenientius dormire pª dormitione super latere dextro. 2ª vero sup sinistro ⁊ iterum reuerti tertio super dextro. Per primum namqz decubitum conuenientius applicatur epar stomacho ad vigorandum digestionẽ eius. Per secundum autem decubitum melius disponitur portenarium stomachi ad delegandũ kilum ad meseraicas per portas. Per tertium vero decubitum facilius labitur kilus i meseraicas ⁊ fugitur ab eis minori cõpressione compressis a mole epatis super stomacho. Et in summa est regula dormitionis eius verior ⁊ securior ⁊cet.

Adhuc 4º vir iste regulandus ẽ ex pte accidentium anime. de quibus dicendũ ꝙ omnes anime passiones per quas in spiritibus ⁊ humoribus corporis parua põitur agitatio ⁊ minus festina eligi debet. Quis enim dubitat. ꝙ ira cuz speciebꝫ eius vt furore et iracũdia pº occursu est causa velocis ⁊ fortis motus spirituuz ⁊ sanguinis ꝺ exterioribꝫ ad interiora. ꝑpter qꝺ in pricipio discolorantur iracundi. ⁊ cum iam facta fuerit accensio in corde tunc velox ⁊ magnus fit motus de centro ad circũferentiam. ꝑpter qꝺ corpora in processu ire rubicunda ⁊ velut inflãmata percipiuntur. sed non est dubiuz materias in tali motu frequenter perduci ad corruptionem facientem febres. Amplius huius viri egritudines secundũ maximaz earum partem sunt in pectore et partibus adiacentibus cordi. ꝑpter fortem percussionem ibi habitã. ergo magnum nocumentum in eis adiungi potest i ira ⁊ in passionibus consimilibus. vt in angustia tristicia ⁊ meditatione fortibus. ꝑpter quas humores ⁊ spiritus accẽtrati ⁊ ꝓfundati retinẽtur i ꝓfũdo corporis. ꝑpter hec igit̃ iste vir effugiat tristiciã ⁊ melãcolicas agitationes ꝑpter quas pectus ⁊ totum corpus eius vehemẽter ledi potest. nã cõfortari mente optimum auxilium ad cuiuscũqz egritudinis curationem. Quinta vero res nõ nãlis respicit corporis inanitionem ⁊ plenitudinez. pp quam in hac parte non intelligo repletionem vel inanitionem ab humorali materia. de hac enim fiet sermo in caº tertio pricipali. sed hic verto me ad inanitionem multam ex pte nutrimentorum. immoderata enim ab eis abstinentia pp debilitatem que sequitur ab eis hoc corpus disponeret ad marasmodeam dispositionem. Similiter etiã et immoderata quantitas nutrimentoꝝ perduceret ipsuz ad cachochimiam. que forte in eo esset irrelevabilis. quoniam superfluitas ⁊ defectus ad easdẽ ducunt causas. Itaqz vir in sui cibatiõe hos. x. attendat canones sequentes. Quorum primus ẽ vt nunquã accipiat cibum. nisi verus appetitus i ducat ad ipsum. patet hic canõ. quoniaz nõ verus appetitus consequitur presentiam malarum qualitatum aut materierum que in stomacho multiplicate sunt ⁊ fiunt causa corruptionis assumpti alimenti. Secundus canõ est cum assumit cibũ non furiose neqz impetuose deglutiat ipsum. imo paulatine. ne velox et fortis motus meri nocumẽtum augmentet in stomacho. ꝑpter quod eueniat amplius ꝙ solebat. Tertius canõ est ꝙ nunquaz deglutiat aliquez cibũ nisi bene masticatũ vt vnicuiqz pti eius conueniens fiat applicatio stomachi ad digerendum. Quartus canõ est ꝙ in vna cibatione non accipiat fercula plura duobus vl̃ tribꝫ patet qz sicut sunt diuersa in complexiõe ⁊ modo substantie. ita diuersa ex eis generant nutrimẽta corruptioni magis ꝙ bone prepationi disposita.

Quintus canõ est ꝙ in comedendo non ꝓlõget multam moram. illud enim qꝺ prius de nutrimẽto acceptum fuisset esset aliqualiter digestũ prius ꝙ acciperetur ꝭm actu crudum. ⁊ fieret permixtio ad corruptionem disponens. Septimus canõ est ꝙ mensura cibi debet esse tãta. ꝙ nullo mõ per eam stomachus incurrat nauseam vl̃ dolorẽ aliquez. Octauus canõ est ꝙ in cibatione sua ea que mollia sunt ⁊ lubricatiua premittat grossis viscosis ⁊ glutinositatẽ habẽtibus. Nonus canõ est. ꝙ effugiat cibationem ex rebus corruptibilibꝫ sapore etiã ⁊ substantia diuersis. hec enĩ corruptioni preparata sunt. Experimẽtatores enim indi dixerunt. ꝙ non est bonum comedere dulcia cum acetosis ⁊ acutis velut lac cum raffano sinapismo ⁊ similibus. Decimus canõ est ꝙ mẽsura potus in quantitate sua tanta existat. vt nullo modo natet vl̃ fluctuet in stõacho. ⁊ regurgitet ad os eius. Colligũtur he regule omnes pulcherrime tertia primi caº de regimine per cibuz ⁊ potum. Nũc autem sublimius contẽplandum est. de mõ electionis ciborum ⁊ potuum conuenientium in qualitatibus eorum. Premittendo pº ꝙ cibaria omnia conuenientius est esse medicinalia ꝙ cibalia precise. Indicando igitur a materiebꝫ flegmaticis mltiplicatis in hoc viro p viã idigestionis i stomacho ipsius ⁊ epate ⁊ pector̃. oportet eos aperitiuos exiccatiuos subtiliatiuos ⁊ incisiuos esse. Verũ quia lapsus in qualitatibus primis videtur idinari ad caliditatem taz in epate ꝙ in corde eius. Idcirco oportet tales cibos esse reuse calefactiuos nõ trãscendentes gradum primum caliditatis. neque pp hoc timeatur argumentũ. ꝑpterea quia caliditas eorum addita caliditati cordis ⁊ epatis intendat lapsum eorum. Illud enim non est verum tenẽdo viam colorem et super experientia fundatam. vz ꝙ remissum additum intenso remittit intensuz. Itaqz remissa caliditas talium ciborum generaret sanguinem in caliditate remissum refrãgentẽ caliditatem cordis et epatis. Itaqz panis quo vtetur iste debet esse panis multa aqua conditus ⁊ mollis in furno positus ⁊ leuiter coctus qual̃ est panis venalis in plateis habens notabilẽ ꝗtitatẽ fermenti ⁊ parum sal̃. cuius etas non transeat duos dies aut tres ad plurimum. Similiter etiã si ei placet vti cibis pastilibꝫ dato ꝙ raro conueniãt ei. sint tamen facti ex simil̃a farine cum mlta aq̃ ⁊ pauco sale conditi. ⁊ tunc poterit vti aliqñ laganellis minutis ⁊ tri. ⁊ minutell̃ ⁊ tortell̃ ꝺ seni.

ꝛ sunt panis bis coctus. Ferculis autem vti pōt sicut ciceribus rubeis ꝛ albis et propter ablutionē ꝛ apertionem que est in eis. Similiter ꝛ risum est ei bonum ꝛ candarusum de ordeo ꝛ frumento. qđ apud italicos nominatur far. Lentes autē et alia legumina omnia dimittātur. sed miliū ꝛ panicū placet mihi. ꝓpterea qꝛ in vtroqꝫ eorum est ꝓuocatio. De plantis vero eligāť alri caules ꝓpter apertionem ꝛ exiccationem eorum ꝛ diuresim. q̄ est in eis. Similiter etiā folia pastinace ꝛ daucus petrosilinum feniculus anetum saluia ysopus dezolibanum menta cuꝫ suis speciebus ꝛ nepitella que est calamenti species et origanum amaracus et betonica. Et in summa omnes plante aromatice calide conueniunt ei in cibis decoq̄ndo puluerizando ꝛ aliter vtendo eis in mediocri quantitate Et si argueretur contra qꝛ horum plurima sunt calida ꝛ sicca in tertio. ergo non conueniunt ei in dicando a lapsu. negāda est illa cōseq̄ntia. quoniā talia administrantur in pauca quantitate. Et adhuc si ponerentur in quantitate multa refrāgunť a multitudine aque qua coquuntur. quare conuenientia fiunt artificialiter. vbi naturaliter videbāť d konuenire. ꝓpter que omnia euitare debet iste nobilis olera frigida ꝛ humida actu ꝛ potētia q°niam ipsa intenderent lapsum frigidum ꝛ hūidū stomachi ꝛ causas materiales in eo multiplicatas Sūt āt talia velut lactuca. endiuia. spinachia. crisolocanna portulaca cucurbita cucumeres citruli ꝛ angurie. que omnia dimitti debent. nisi cōmisceantur cum calidis ꝛ siccis refrangentibus eorum frigiditatem ꝛ humiditatem. Pariformiter ēt de fructibus frigidis idem intelligendum est. vñ ceresa pira pruna auellane recentes poma. ꝛ consimilia dimittantur. Uerum fructus in quibus inuenitur cum eorum humiditate dulcedo eleuata velut in ficubus ꝛ peponibus ꝛ granatis dulcibus ꝛ persicis ꝛ vuis recentibus ꝛ passis ꝛ maxīe quales inueniuntur in regione ciprēsi. vbi fructus et vegetabilia omnia optimam habent penpasē quā arguit eorum dulcedo magna. talia quidem omia huic viro conuenientia sunt. De his vero cibariis que accipiuntur a plantis ex eorum radicibꝫ laudaretur ei pastinaca raffanus alleum ꝛ bulbus idest scalonia ꝛ cepe zucharo aceto ꝛ oleo condite. hec enim omnia talia ꝛ sibi similia appetitū excitant. ꝛ digestionem confortant. ꝛ ventositates frāgunt ꝛ expellunt. ꝓpter qđ rape etiā ꝛ simplices ꝛ condite ꝛ ꝓprie napi bene conueniunt ei. De seminibus vero quibus homines vtuntur ī cibis conueniunt semina feniculi petrosiľ. anisi dauci carui ꝛ aneti ꝛ cimini. ꝛ de pegrinis nauigatis cōueniunt ei cardamomuꝫ maius hebilbagne dictū ab Auic. a latinis vero aromatariis melegete vł grana paradisi. ꝛ cardamomum enim minus ꝛ nigella ꝛ amomum ꝛ consimilia calida subtiliatiua exiccatiua ꝛ aptiua ꝛ ꝓpric semē ruthe in suis dispositionibus optimum. De conditis vero corter vlitatis sūmum omniū in bonitate est ℥ cōdituꝫ qđ viride dicitur a vulgo et secacul conditum qđ irigi diciť. ꝛ napi conditi ꝛ nuces propter earum exiccationem ꝛ stomachi vigorationem. De his vero quibus saporiti redduntur cibi conuenit ei acetum. ꝛ quanto acutius erit tanto melius est ei. Similiter et succus limonum. ꝛ agresta bñ salsa ꝛ vinum granatorum dul. ꝛ mnzoruꝫ. et syrupus

de limonibus vel de corticibus citri. licet eniꝫ in eis aliquid existat frigiditatis. illud. tamē remittitur ꝛ frangitur a forma decoctōis ꝛ multitudīe zuchari ꝛ ꝓprie in partibus huius viri in quibus hi syrupi ꝛ decoctiones elegantissime prepantur. De aliis vero cum quibus artificialiter prepantur cibi conueniens est ei oleum oliuarum. ꝛ oleum de nucibus laudaretur ei magis q̄ butirum. ꝛ oleuꝫ de amigdalis dul. ꝛ de fisticis inter alia melius esset ei. oleum aūt onfancū ał onfancinū cōueniēs est ei ꝓpter exiccationem fortem. Oleum autē de sisamo qđ abunde habetur in illis partibus licet ꝓpter caliditatem eius conuenire videatur ei. ꝓptamen magnam humiditateꝫ eius non placet mihi. nisi quando artificialiter cōmisceatur cū petrosilino menta ꝛ similibus aromaticis. quoniā odō bonus vehementer stomacho conueniens est. ꝛ ꝓprie cum fuerit in nutritiuis iꝫ^a^ tertii de cura vomitus. Aromata vero reliqua pegrina ꝛ aliūđ nauigata velut cinamomū vtrūqꝫ. macis galanga gariofilus ℥ balsamū ꝛ carpobalsamū. De carnibus vero conuenientibꝫ ei sunt capretine q̄rum copia magna in celeberrima sua patria abundat. ꝛ carnes vituline et castratine. Et de siluestribus caro gazelli ꝛ caro cerui ꝛ bubali iuuenis et caro etiaꝫ porcelli iuuenis siluestris ꝛ domestici ꝛ caro leporis omnes ꝛ consimiles bone sunt ei. Et de volatilibꝫ pulli gallinacei omnes ꝛ columbelli domestici ꝛ siluestres ꝛ turtures fasiani perdices et starne ꝛ francolini. omnes enim sunt laudabiles. ꝛ carnes salite omnes non valde pingues sunt ei bone. ꝛ proprie salite quibus in sua regione vescuntur. porcie siluestres ꝛ domestice. que meliores ibi q̄ alibi condiuntur sunt laudande. Pisces autē maritimi fere omēs cōmuni hominū fama ꝛ vsu approbati sunt ei vtiles. et saliti etiā pisces ei conuenire possunt quasi eque bene sicut recentes. sed meliores sūt ei recentes frixi laudabili oleo q̄ elixi. licet ipsi etiā ei conueniant. ꝛ proprie cū croco cinamomo mace zinzibere qualis est eorū vsus. ꝛ laudať apđ icolas regiōis illiꝯ vbi ꝯdita faciūt laudabilia cum sapa croco aceto zucharo ꝛ arōatibus. De partibus vero animalium vitupande sunt ei cutes ꝛ intestina omnia ꝛ cerebrum ꝛ ptes valde pingues et mucillaginose. relique vero oēs conceduntur ei partes ꝛ ꝓprie frequentius assate q̄ elixe. Nunc autem vltimo aliquid dicenduꝫ est de potu eius. vinum itaqꝫ quo in potu vti dꝫ. sit colore album olfatu bene aromaticum sapore mediocre ad dulcedinem tamen inclinatū magis q̄ ad acredinem vł ponticitatem substantia vero clarum vel dyafanum potentia vero fumosū magis q̄ aquosum. Reliqua vero vina dimittantur Et siquidem vinum tale non reperireť velut in regione illa vina fumosa valde ꝛ potē^a^ reperiūť. tunc ipsorū audatia frangatur cum aq^a^ laudabił fontis petrosi et non limosi. melior tamen esset aqua fontis mansiui q̄ aqua riuulorum p̄ reuolutionem inuentorum in regione illa. quos riuulos ibi nominant petamos. Aqua vero laudabił eisť ne preomnibus eligatur. Postremo vero mihi videretur vtilimuꝫ q̄ iste vir hoc ydromelle vteretur a medietate mensis octobris vsqꝫ p totum mensem februarii sequentis. esset enim oportunū ad vigorandū digestionem eius et digerendum materias flegmaticas. et ad precipitandum eas

per ventrem et per vrine vias et nō euacuaretur a nutricatione conuenienti. Cuius descriptio est ℞ mellis electi citrini vel albi libr̄.ii. cinamomi electi macis. zinziberis albi ana. ʒ.i. gariofil. ℈.ii. aque cisterne libr̄.xxv. buliant omnia simul lento igne expumādo ea. ⁊ coquantur usqꝫ ad ꝯsūptōeꝫ tertie partis. tunc ergo colentur ⁊ reponantur in vas vitreatum. ⁊ hoc potu vtatur simplici aut saltem cum vino commiscendo ipsum ſm tertiaꝫ aut quartam partem cum qua seruetur stomachi delecta°. Hoc in summa est regimen huius vizi ſꝫ electōeꝫ ciboꝝ ⁊ potuū cōuenietiū.

Capitulum secundum regiminis per medicinalia.

Pro regimine vero dispositionum huius vizi p medicinalia sunt. vii. in eo intentiōis necessarie. Et prima quidē earum est vniuersalis euacuatio materierum. Secūda vero est ipsarum distractio vl diuersio ad contrarias partes. Tertia est regiminis rectificatio. Quarta est ipsaruꝫ materierum conueniens digestio. Quinta aūt est ipsarum erradicatiua euacuatio. Sexta est mēbrorum magis patientium confortatio ⁊ rectificatio. 7ª ē vltimata materierum consumptio.

Primam autem intentionem cōplere debemꝯ per euacuationem vl'eꝫ per quaꝫ ego intelligo euacuationem a toto corpore. ⁊ adhuc euacuationem materierum que vniuersaliter peccant. Itaque ꝙ primū continget hunc vizum esse in sua māsione quietum vno sero clisterizetur cuꝫ clisteri facto cū zuchari rubei ⁊ cassie fistule ana. ℥.ß. ⁊ olei oliuaꝝ cyato. i. ⁊ salis cōmunis. ℥.ß. cum libr̄. i. decoctōis violarū blete ⁊ mercurialis. Sequēti vō mane apud ortum solis per horam flobotometur ei basilica dextri brachii. que inuenitur apud cubitum per quam educant sanguinis. ℥ v. ⁊ erit magnum iuuamentum principii sue curationis. Tertia vero sequenti die in aurora sūat potum hunc. ℞ medulle cassie fistule cum aqua viol. extracte. ℥.i. reubarbari electi. ʒ.i. spice nardi. g̃.vi. salis geme g̃.i. misce ⁊ totum accipiatur cum ciato medio aque lactis caprini calefacti. Cum g° assumpserit ipsum per horam vnā dormiat immediate post illud. deinde surgat ⁊ quiescat ⁊ non ambulet vsqꝫ ad. v. horas. tunc enim accipiat cyatum vnū aque ordei calide. ⁊ post ipsam per vnam horā prandeat. ⁊ hec sufficiant pro euacuatione minoratiua. Quātum enim conferat flobotomia basilice ad dispositiones pectoris collige p° regi. acutoruꝫ a Galieno comento illius sermonis. Et si passio ad furculam descēderit. Et ꝙ magnifice conferat reubarbarum ad conquassationes interiores. lege 4ª quarti tractatu 2° de flagellatis ⁊ verberatis et ab alto cadentibus. Secunda vero intentio mltis potest compleri instrumentis. Et primū est extremorum fricatio ⁊ ligatā fortis frequētate. Secundū est ventosarum magnarum sup domestica carnosa parte tibiarum ⁊ coxarum frequens appositio sine scarificatione. Tertium est frequēs appositio ventosarum super natibus cū scarificatōe.

Quartum est distractio materierum per vias ventris cum clisteri ante scripto in intentione pª cui addatur ieralogodion ⁊ yere hermetis ana. ℥.ß. Quintum est harum pillularum frequentata sūp°. ℞ agarici electi. ʒ.i. abluti aloes. ʒ.ii. ℥℥ diagridii ana. g̃.iii. fiant pillule de qi. ʒ. vi. cuꝫ succo

prassii ⁊ accipiatur vna ex eis in sero parum ante cenam. ⁊ distrahent materias a pectore iclinādo eas ad ventrem. Sextum vero diuersiuū bonū est ad vias vrine declinando materias. primū qdem in aurora accipiendo. ℥.iii. aque eupatorii calefacte. Secundū ⁊ fortius illo est. vt accipiatur aque apii ⁊ petrosilini calefacte ana. ℥.ii. Tertium ⁊ melius omni alio est hoc. ℞ syrupi cōpositi acetosi. ℥.i. aque capill. ven̄. ℥.iiii. hoc. n. potēt inclinat materias ad vrine vias. Septimū vō potens diuersiuum ⁊ facilius omni alio estꝫ apertio venarum emoroydaliū. Et si natura prouidissꝫ ei de hac euacuatione periodice non solum diuertē° sed etiā euacuan° materias ipsum feliciter curar̄ posset. Et si apte non fuerint naturaliter omnino aperiende sunt artificialiter multis instrumentis applicandis. Et primū quidem est vt freq̄nter sedeat in calidam decoctionē radicis apii ⁊ cucumeris asinini. post quā confricet emoroydas cum panno bisello aspero. Scd̄o cum foliis ꝯsolide ma. Tertio cū foliis fici. 4° cum radice arthanite recenti. 5° cum felle thauri. 6° cum succo flāmule. Et si per hec non aperirētur omnino melius est. vt postꝙ sederit in decoctione predicta. et fuerint facte tumentes tunc aperiantur cū flomo Ego enim in tali instrumento magnifice confido de curatione huius vizi. Postꝙ autē 2ª fuerit administrata intentio cum modis predictis intēdendum est ad regimē huius vizi. administratōe diete conuenietis. ⁊ qr electio diete sue pendet ex quantitate ⁊ modo cibationis. que fuerunt expedite in regimine qnte rei non natural' vꝫ replōnis ⁊ inanitionis. Et pendet etiā hoc regimen in electione qualitatum ciborum. que fuit expeditū i 6ª re non naturali. Idcirco solum hic tangā reglas x. in sua regulari cibatione seruandas preter predicta. Prima est. ꝙ nunꝙ cibetur hic nobil' vir nisi preeuacuata fuerit fecalis materia ab intestīs qd̄ si non fuerit a natura factum. fiat ab arte cuꝫ administratione clisteris ante scripti in ītentione diuersionis. 2ª regula ꝙ nec etiam cibetur nisi presenserit reliquias cibi ⁊ potus a stomaco iam esse dispositas. ⁊ si non cōtigisset hoc naturaliter fuisse factum. tunc fiat cum assūptiōe pillularum in antescripta intentione positarum. Tertia regula principalis est. ꝙ si in vizo isto apparet aliquis piodicus motus materierum. ipse nūꝙ cibet̄ nisi ab eo piodo distāter per quattuor horas ad minus. 4ª regula est. ꝙ neqꝫ etiam in secunda cibatione procedatur reliquiis caliditatis ī cōpore manifeste apparentibus. patēt iste due regule. qm̄ per applicationem ciborum cū reliquia supfluitatum in stomacho comprimitur diafragma ⁊ totū pectus nocetur. ⁊ materie humorales corrūpunt̄ aut saltem corruptioni disponunt̄. 5ª regula est ꝙ in sua cibatione obseruet suam ꝯsuetudineꝫ diu obseruatā non distanter ab ea spacio multo.

Sexta regula est ꝙ in tali cibatione subtrahenda est pars 3ª aut saltem 4ª a consueta mēsura cibi. patet qr egritudines eius sunt de repletiōe. cui succurēdum est cum inanitione sibi contraria

7ª regula est ꝙ nunquā cibetur aliq° vaporali ⁊ ventoso cibo. patet quia ex cibo ventositates generate comprimitur epar ⁊ diafragma ⁊ preparantur a nocumento anhelitus. que omīa euitanda sunt in dispositionibus eius. 8ª regula est vt

sũmopere caueat sibi a frequentata comestione ⁊
potus assumptione. patet quia nihil deterius q̄ i
digestum super indigestum ponere. sz in freq̄ntati
eduliorum assumptionibus primum non est dige
stum quando accipitur secũdum. nec secũduz q̄ndo
accipitur tertium. quare hec omnia euitanda sũt

Nona regula est vt si pp contingentias aliquas
reciperet hic potus aut cibus motus ad superiora
nauseãtes. tunc statim digito imposito in fine oris
cum agitatione infra vuulã prouocetur vomitus
ne materie stantes in stomacho corrumpantur ⁊
corrupte generent nouas egritudines. aut saltez
augeant preexistẽtes Decima et vltima est q̄ si
post assumptionem ciborum ⁊ potuum perciperet
hic vir grauedinem vel compressionem in regiõe
circa vmbl'icum superius. statim deponatur cibz
per inferiora cum hoc composito. ℞ turbith albi
canulosi et plani. ʒ. ß. ʒʒ. ℈. ß. zuccari duplum põ
dus oĩuz. bibantur cum brodio pulli vel cuz aqua
mercurialis et deponentur per inferiora cibus et
potus. et hec sufficiant pro intentione tertia ⁊ ced

At vero quia per intentiones tres antedictas
nõ possũt sufficienter abscindi egritudines huius
viri. Ideo oportet aggredi materias. Et quia ma
terie non obediunt virtuti nisi digeste et earum
digestio in iuuatiuo fieri non potest ita vt redu
cantur ad benignum. ideo oportet eas preparare
in nocitiuo. ita vt fiant obiectum expulsiue v̄tuti
conueniens. Cum autẽ he materie sint diuerse spẽ
qr flegmatice mucillaginose ⁊ aquose ⁊ fortassis
partim vitree ⁊ salse ⁊ acetose ⁊ sanguini cõmixte
cum aliquali extraneatione colere quã arguit calõ
preternaturam tactu perceptus ⁊ vrinaꝝ inclina
tio ad croceitatem remissam. idcirco oz materias
digerere cum istis instrumẽtis ⁊ced. Primum
est hoc ⁊ leue satis. ℞ aque absinthii pp stomachũ
⁊ epar. ℥. ii. aque apii et mellisse ana. ℥. i. ß. ꝓpter
pectus ⁊ flegma in eo. offeratur ante diem totum
hoc calidum per horam cum dimidia; super dor-
miendo. Secundũ ⁊ fortius illo est. q̄ in potu
assũat. ℥. iiii. vel. v. aque cucumeris asinini. Ter
tium adhuc fõtius ⁊ sublimius. accipiat. ℥. iii. aut
saltem. ii. succi prassii. ⁊ confido q̄ est secretũ istru
mentum sue sanitatis repatiuum. Quartuz de
cõmunibus est hoc. ℞ syrupi de prassio ⁊ d̄ ysopo
⁊ liquiricia ana. ℥. ß. aque mellisse ⁊ eupatorii ana
℥. i. ß. misce ⁊ hoc quidem gustui delectabilius est:
sed penultimum omni alio excellentius est. licet
amaritudinem habeat. Cum ergo assumuntur
hec digestiua continuentur tanto tempore. vt ap
pareat vrinam huius viri esse rectificatã in subã
⁊ conuersam de subtilitate quam vidi ad aliquãtã
grossiciem. ⁊ colorem eius citrinitati vicinuz esse
⁊ ĩmergatur in vrina sedimen album subsidens
equale coniunctum ⁊ perseuerans. tunc patet ma
terias esse conuenienter digestas. Hi eniz sunt ser
mones magni ypocratis. 2°. ꝓnosticorũ textu 26°.
⁊ Galieni cõmẽtatoꝝ ibidez probantis demõstra
tiue veritatem eorum. Similiter etiam quãdoqz
necessarium est per alia instrumenta digerere ma
terias velut cum iuleb aut p confectiones que sũt
instrumenta a medicis inuenta pro nobilibz deli
catis ⁊ potentibus viris. Idirco ꝓ ampliatiõe
operis describatur hoc iuleb. ℞ syrupi de ligricia
de prassio de ysopo ⁊ oximelle squilitico ana. ℥. i.
aque mellisse ysopi cucumeris asinini et absinthii
ana. ℥. iii. florum ysopi mellisse assari irigi radicis
eupatorii ana. ʒ. i. liquiricie rase ana. ʒ. ii. zuchari
al. lib. i. buliant simul lento igne ⁊ clarificentur.
⁊ aromatizentur cum. g̃. ii. musci. ⁊ de hoc detur
in potu. ℥. v. Quodcũqz igitur horũ digestiuoꝝ
accipiatur. assiduandum est distanter a presũpta
cena per horas octo ⁊ calidum actu. ⁊ post ipsum
dormiat per. ii. vl'. iii. horas. digeruntur etiã ma
terie conuenienter si in mane acciperetur. ℥. ß. ʒʒ
conditi. Item hec confectio est digestiuũ bonũ.
℞ granorum pinearum ⁊ phisticcrnm ana. ℥. ii.
infundantur per biduum bene mundata in aqua
ysopi. deinde vltimate conterantur. ⁊ cum. ii. lib.
zuchari albi coctis cũ aqua mellisse ⁊. ʒ. ii. cinamo
mi electi fiat confectio in rotulis vel frustris oblõ
gis in modo suo. De hac itaqz cõfectione ꝓ nobili
bus ⁊ diuitibus conuenienti accipiat patiens circa
ii. ℥. tardando cibum per. iii. horas. ⁊ melius ẽ vt
de ea acciperet circa. ʒ. i. semper ante oẽm cibatio
nem eius. Non enim est dubitabile per añscripta
instrumenta materias humores quãti: cũqz specie
diuersas ⁊ magne resistentie existentes posse dige
ri. vt patet ex virtutibus earum ex quibus compo
nuntur diligenter consideranti. Itaqz cũ appa
ruerit materias humorales esse conuenienter di
gestas intendatur ad eradicationem earum. Et
primum quidem instrumentum est hoc. ℞ aque
mellis. ℥. iii. agarici ⁊ reubarbari electorũ ana. ʒ.
ii. turbith. ℈. ii. medulle cartami. ʒ. i. zinziberis. ℈.
iiii. spice nardi. ℈. ii. salis gemme. ʒ. i. infundãtur
omnia puluerizata in aqua mellis calida ⁊ perma
neant ibi per totam noctem. mane vero calefiant
⁊ colentur cum expressione bona. ⁊ colatura calida
detur in potu cum. ℥. i. penidiarum ⁊. ℥. ß. zuchari
albi. Scd̃z vero ⁊ meo iudi° melius illo est. vt
accipiã tur. ʒ. vi. ieralogodion cuz vino albo dulci

Tertium ẽ hoc. ℞ electuarii indi. ʒ. ii. ß. agari.
ʒ. ß. ʒʒ. g̃. viii. salis gemme. g̃. i. misce ⁊ totum in
potu detur cum. iii. ℥. aque mellis. Quartũ solu
tiuuz in pill'ata sbã est hoc: ℞ pillularũ d̄ agarico
ʒ. ß. pillulaꝝ fetidarũ. ℈. ß. pillularuz d̄ sarcocolla
ʒ. ß. cum succo prassii formentur pillule. vii. ⁊ qd̄
cũqz horum in potu detur. post ipsum obseruent
regule i primo minoratiuo suprascripte. Nũc
autem veniendum est ad intentionem sextã vide
licet ad mẽbrorũz que magis lesa cõfortationem
⁊ rectificationem. pro qua premittendũ est p°. q̄
dato q̄ membra que lesa sunt per om̃ia predicta
euacuantia digerentia ⁊ diuertentia cõfortentur.
verũtamen quedaz appropriata ad membra illa
describenda sunt gratia decoris operis ⁊ vtilitatis
maioris. Sunt aũt membra lesa in hoc viro epar
stomachus cor ⁊ dyafragma immo totuz pectus.

Itaqz pro cordis confortatione scribantur hec
tria. Primuz est h°. ℞ croci. ℈. i. bheen al. ⁊ ru. flo
rum rosmarini florum eupatorii ⁊ enule ana. ʒ.
i. ß. ossis de corde cerui iacincti smaragdi ⁊ saphiri
ana. ℈. ß. florum mellisse. ʒ. i. ß. folioꝝ basiliconis
siccorum. ʒ. ii. ß. musci ambre ana. g̃. iii. fiat saccu
lus in syndone de grana retorta quadrangularis
qui semper portetur super regione mamille sini
stre. Secundũ vero ad eandẽ intentionem est
hoc. ℞ resine clare ⁊ electe. ℥. i. ß. laudani. ʒ. ii. mu
sci ambre ana. g̃. iii. ligni aloes. ʒ. ii. camphore. ℈.
i. dissoluatur resina cum vino aromatico subtili.
⁊ coquatur cum. ʒ. i. ß. propoleos et est cera alba.

ꝛ extendatur super panno de grana spezico sicut vitrum fenestrarū. Hoc igitur compositū semper portetur sup posteriori parte cordis ex opposito antescripti sacculi. Tertium vero ad hanc intentionem speciale est hoc. ℞ specierum letificantis Almans. descripti in 9° ca° de melancolia specierum electuarii de gemmis descriptione Mesue in antidotario specierum electuarii de lig° aloes descriptione Auicene qnto canō. ꝛ sūa pª ana. ʒ. i. ʃ. specierū electuarii diaprunis simplicis. ℥. iiii. granorum pisti corum ꝛ pincarū preparatarum vt supra in intentione digestionis materierū ana. ℥. ii. zuchari al. zuchari candi ana. ℥. iiii. ʃ. syrupi acetositat citri ℥. ii. foliorum auri numero. x. fiat electuariū. de quo hic vir accipiat omni mane coclear vnū per tres horas ante prandium: ꝛ coclear medium per horam ꝛ mediā ante cenam. Et pprie conferunt hec. quando hic vir percipit se in aiositate ꝛ viriū fortitudine deficere. At vero insuper lz pulmoni ꝛ pectori eius tria conueniant prescripta remedia. tamē si contigeret virum istum pcipe dispniā vel aliam speciem nocumenti anhelitus. tunc opōtunū instrm̄ esset vt acciperet. ʒ. i. antique tyriace Andromaci cū. ii. ℥. ydromellis antescripti i regimine potus. ꝛ eodem modo conferet ei. ʒ. i. ātiq metridati. Ego autem scio ꝙ pulmonem ꝛ pectus ab omni difficultate anhelitus defendit potenter frequens retentio in ore cum loch de pino facta recti. Iam autem oportet attendere ad rectificandum stomachum cui videtur mihi necessariū esse prouideri. v. instrumentis. Et primū eorū ꝛ nobile valde est vt hic vir assuescat deglutire coclear vnum xilobalsami conditi. qđ apportantur a nauigantibus orientales partes. virtute enim delectatione ꝛ operationum equalitate nullam parem inuenio medicinam. Secundū vero instrumentum est. vt bis in septimana comedat vnum mirobalanū conditum per duas horas añ cibū.

Tertium est. vt sepe in cibis suis vtat̄ puluere rosmarini ꝛ macis equalibus partibus commixti ꝛ prius per se puluerizatis accipiendo ex eis quantitatē medii corticis nucis. Quartū est vt post cibaria sua assuescat deglutire duo vel tria gña masticis. Quintum vero speciale ad stomachū est vt iste vir in septimana saltem ter in aurora bibat. ℥. iii. aque decoctionis pulueris ligni aloes calide. ita vt. ʒ. ii. pulueris illius coquātur ad vnā librā. ꝛ. ʃ. aque fōtis vsq; ad consumptionē medietatis. quanta enim sublimitate laudetur lignum aloes ad stomachi dispositiones frigidas potes ꝑpendere 2° canō. ca° de xiloaloes. Nunc at vltio ad epatis confortationem deueniendum est. ꝛ iā memorabo tria. Quorum primū est. ꝙ omēs ēdiuie species ꝛ partes earū conferunt epati ꝛ epar adip idest lupi ꝛ proprie assatum et caro limatiarum intelligendo de his que inueniuntur in dumetis quas nominauit Galienus codias alimentorū 3° in proprio ca° lege ibi: Itaq; non raro exptus sū hanc confectionem quā epati magno iuuamento conferre cognoui. ℞ trociscorū de ros. descriptōe maiori. ʒ. i. spodii de canna subtiliter puluerizati. ℈. ii. pulueris epatis lupi combusti vl̄ magnifice exiccati. ʒ. ii. ʃ. zuchari al. libr̄. i. cum aqua cicoree coquatur zucharum. ꝛ cum aliis fiat confectio solida de qua hic nobilis saltem in septimana quater per horam. ꝛ. ʃ. ante cenam comedat duo frustra bibendo postea. ℥. i. syrupi de ribes. cum. ℥. i. ʃ. aq̄ cicoree. ꝛ hec quidem videntur bene sufficere pro intentione sexta. Iam vero oportet peruenire ad intentionem septimā. videlicet ad vltimatam consumptionem reliquie materierū. Et licet plurima predictorum seruiant ad hanc intentionem velut dieta prescripta digerentia euacuantia diuersiones et confectiones. tamen hic memorabo quattuor. Et primum quidem est qđ memorauit Galienus videlicet trocis. escilos. gratia cuius Auicena descripsit hoc compositum. ℞ zurumbet et est zedoaria gariofil. vl'nen cinamomi masticis thuris omnium ana. danich. vel. ʒ. i. opii castorei ana kirat. i. ꝛ est pondus vnius seminis karubie aloes epatici. ℈. xv. formentur pillule cum succo absinthii. de qbus patiens in aurora accipiat. iii. ante prandium saltem per tres horas. Sedāt. n. agitationes stomachi ꝛ materierum in eo ꝯsumē° superfluitatem. Secundū vero instrumentum est hoc. ℞ specierum electuarii diacurcume ꝛ dia lacce ana. ʒ. i. spodii masticis corallorum ꝛ sandalorum amborum ana. ʒ. ʃ. sandarace. ʒ. ii. fōment̄ pillule cum succo rute de omni. ʒ. vi. de qbus eger omni sero ante cenam accipiat vnam continuādo eas per spacium. xv. dierum ad minus. Tertiū vero speciale confortatiuū epatis ꝛ stomachi etiā ꝛ proprie quando fluctuat vel euomit̄ sanguis est nobile compositū qđ scripsit Auicena ca° đ uoitu sanguinis hoc modo. ℞ acatie se. rosarum terre sigillate balaustiarum apii se. iusquiami al. gumi arabici ana. ʒ. i. formentur pillule cū succo absinthii ꝛ per qnque dies continuos exhibeat̄ in potu ex eis in aurora. ʒ. ʃ. ꝛ sunt medicamen optimū ꝛ proprie quādo subduplatur pondus opii. ꝛ erit medicina securior. Ego autem experientia īfallibili scio. ꝙ si patiens assumat per spacium. xx. dierum omni mane in aurora. ℥. ii. aque distillatōis sarcocolle. ꝛ tardetur post eam cibus horis ad minus tribus consumūtur per eam materie omnes corporis superfluentes ꝛ proprie frigide. vñ alleuiatis membris acquiritur sanitas. quam huic viro concedat altissimus ad laudes eius immortales Amen.

Consilium de his que prohibent venarum. apertionem.

Axime in paratis ad illud licet hic sit sermo in omnibus cōpibus Et primo. ℞ electuarii đ sebesten de quo talis paratus ad hoc omni septimana semel deglutiat parū ante cenā a. ʒ. iii. vsq; ad. iiii. gr̄a lenitōis vētris ꝛ si venter multum stipticus esset. posset augeri dosis vsq; ad. ℥. i. vel quasi omni die vl̄ tertia die accipiendo. Secundū remedium est hoc: ℞ trocis. đ carabe. ʒ. i. lapidis ematit loti. ʒ. ii. scorie ferri frixe. ʒ. i. ʃ. boli ar. terre sigillate ana. ʒ. i amili ℥. ʃ. seminum mirti. ʒ. ii. ʃ. fiat electuariū i mortario vehementi ꝛ longa contritione de q° patiēs per magnum tempus in omni suo exercitio teneat in ore vt paulatim descendat. Tertiū r̄medium vt omni septimana semel accipiat in aurora ℥. i. zuchari ros. antiqui cum. ℥. ii. aque decoctōis granorum mirti aut distillationis eius. Quartum remedium est hoc. ℞ ypoquistidos accacie

sandarace seminum plantaginis scariole ꝛ acetose ana.ʒ.ß. seminis poꝛtulace.℥.iiii.scoꝛie ferri pre parate.ʒ.ii.pulueris seminis lini toꝛrefacti.ʒ.i. anthere balaustiarum carabe ematitis ana.ʒ.v. pinearum.℥.iiii.granoꝛum mirti.℈.ß.infundant grana pini per duos dies naturales in aqua sub limationis mirti.deinde terantur ꝛ coquantur in.℥.iiii.zuchari ꝛ reliquis succis additis fiat elec tuariū de quo iste quattuoꝛ vicibus in die natali accipiat pᵒ in auroꝛa.ʒ.ii.ꝛ tantundē in mediis tertiis.per sex veꝛo hoꝛas post prādium accipiat ex eo.ʒ.i.ꝛ tātundem per hoꝛam post cenam. Cū hoc enim electuario multi preseruantur a ruptā vene immo venas fractas consolidat. Quintū remedium est hoc. ℞ troꝛiscoꝛum de spodio cum semine acetoso. Troꝛiscoꝛum de bolo ar. ana.ʒ.i. Troꝛiscoꝛum de carabe.ʒ.ii. incoꝛpoꝛentur cum glutine piscium dissoluto cum succo roſaꝝ ꝛ fiat ex eis pillule.viiii.pꝛo.ʒ.de quibus preparatꝭ acci piat.i.omni 4ᵒ sero cum vadit doꝛmituꝫ. Ista re media fiant ꝛ continuētur tempoꝛibus suspectis ad minus per duos menses continuos cum omis operaaio tēpus requirat.

Consiliū ꝺ doloꝛe pectoꝛis a mat'ia mista ex fleg mate ꝛ colera vincente flegmate.

Iste nobilis vir laboꝛat doloꝛe pectoꝛis a materia mixta ex fleg mate ꝛ colera dominante statē q̄ oppillationes fecit ꝛ dubiuꝫ est ꝙ apare inceperit.ꝛ nisi succurrat ei non dubito ꝙ apābit.quare regatur pᵒ per hūc modum. Iste vir pꝛecauere sibi debet a statione vel moꝛa sub flatu venti septētrionalis.habitacu lo camerarum terrenarum pꝛopinquis cursibus aquarum.ꝛ habitet in locis calidis ad notabilem siccitatem declinantibus.caueat a vestibus pectus stringentibus ꝛ coopertur is capitis valde gꝛauibus immo caput suum mediocriter munitum efficiat cum birretis. In cibis veꝛo teneat istuꝫ moduꝫ videlicet ꝙ effugiat omnia cibaria acria ꝛ acetosa saltem in multo vsu. Similiter dimittat cibaria acuta vl' cum eis composita vt sunt cepe alleum ꝛ consimilia. Et similiter res acutas cum salsedine mlta.4ᵒ iterū caueat sibi a rebus frigidis ꝛ humi dis vt sunt lactuce poꝛtulace spinachia bleta ꝛ cō similia. Item dimittat viscosa valde ꝛ ventosabi lia vt sunt lac ꝛ pisces elixi. Item dimittat ea que sunt pectoꝛis constrictiua vt pira multa ꝛ ꝓpꝛie acria mespila soꝛbas granata nuces castaneas et similes. Item dimittat pastilles cibos omnes. Itē effugiat multi olei cois vsum. Sed loco eius vtat oleo amigdalaruꝫ dulcium aut butiꝛo.recēti. Itē effugiat vsum omniū leguminū ꝛ pꝛoprie elixoꝝ ꝛ vsum lactis crudi.coctum cum ouis et aliis re- bus nō vitupeꝛo. vtatur pane recenti bene fermē tato non multum combusto.ꝛ carnibus castratis vitellinis de agno de capreto de cuniculo ꝺ lepoꝛ ꝛ de carnibus pullinis de gallinis ꝛ anatibus iu- uenibus. Et magnus vsus eius debet esse in come stione columboꝛum paruoꝛum elixoꝝ ꝛ assatoꝛuꝫ ꝛ auium minutarum turdoꝛum meruloꝝ pdicuꝫ fasiani ꝛ consimilium. Antiquas aūt carnes ꝛ sali tas omnes fugiat. In aliis autem cibariis habet licentiam preterꝙ in supradictis. Potus aūt eius

vinum albnm subtile dulce magis ꝙ bruscum ꝛ ponticum bene clarum ꝛ trāsparens qꝺ trī in esta te cōmisceat cum tertia vel 4ª parte aque decoc tionis radicuꝫ liquiricie rase.ꝛ in diebus frigoꝛis vinum cōmisceat cum aqua cocta cum mellis quā titate pauca. Effugiat etiā saltem per vnum ānū exercitia foꝛtia omni tempoꝛe ꝛ ꝓprie post cibū. Et caueat exercitari aliquo exercitio incuruatiuo pectoꝛis ꝛ capitis.ꝛ caueat a vehementia ꝛ frequē tia coytus vsq3 quo erit sanitati restitutus. Item non comedat vnꝙ nisi quādo natural' appetitus affuerit .caueat comedere nisi cum optima masti catione premissa. Et iteruꝫ non repleat stomachū cum cibo neque potu tante quantitatis ꝙ sentiat grauitatem ꝛ fluctuationem in eo. Doꝛmiat autē distanter a cibo semp duas hoꝛas capite eleuato. Et caueat quantū potest ne doꝛmiat super spina. immo prius iacendo super dextꝛo latere.deinde reuoluendo se super sinistꝛo. Et iterum dimittat doꝛmitionē diurnam si bene ꝛ conuenienter doꝛ mierit in nocte ita tamē ꝙ doꝛmitio sua sit per spacium octo hoꝛarū aut septem ad minus. Ul timo quantū ad hoc dimittat sollicitudinē et tri sticiam ꝛ contemplationem circa res melācolicas ꝛ timoꝛosas ꝛ consolato animo cum bona spe lete tur ꝛ gaudeat. Ad laudem dei amen.

Consilium de sputo sanguinis.

Illa venerabilis religiosa quesiit habere noticiam sputi sanguinis quo molestatur.ꝛ hec quide dispo sitio omnino periculosa est valde. Si eniꝫ hoc sputum ab īferioꝛibꝫ pꝛouenit per modumꝰ iclinatōis ad vomendum necesse est aut ꝙ vene panniculoꝝ stomachi dilacerate vel aperte vel rupte sūt. Aut ꝙ aliunde ad stomachum effundatur sanguis. Si itaque sanguis effundetur a splene erit niger opa cus ꝛ facile congelabilis cum grauitate ī sinistꝛo ypocūdrio percepta . Si autē hic sanguis pꝛoue nerit ab epate erit rubeus obscurus cum gꝛauitate intensione ī ypocundꝛio dextꝛo perceptis et erit multus ꝛ perseuerans magis. Si autē effunditur iste sanguis a matrice ad stomachuꝫ.tūc precedēt signa retentionis menstruoꝛū qꝺ facile ꝯtingere potest in ea. eo qꝛ quadragenaria est vt mihi scri bitur.ꝛ tunc erit grauitas ꝛ tensio in īferioꝛi pte spine ꝛ lateralibus partibus ossium anchaꝝ cum rugitu vel tensione in pꝛofundis locis īfra vmbi licum ꝛ signis coangustationis anhelitus.aut iter pollato euentu specierum prefocatōis m'icalium At veꝛo iterum si sanguis iste emittatur a pecto re ꝛ effūdatur a concauitate eius necesse est primū sanguinem esse coagulatū ꝛ nigrum ꝛ īterpolate expuitionis emissum.ꝛ cum tussi molesta ꝛ longa precedente emissionem predicti sputi. Si autem effundatur hic sanguis a panniculis pectoꝛis erit paucus cum molesta tussi rubedine ad claritatem tendente cum foꝛti mixtione cum altera sputali matrria cum doloꝛe in partibus pectoꝛis pcepto Si autem effunditur hic sanguis a pulmone ne cesse est ipsum esse multum rubeum clarum ꝛ spu mosum cum molesta tussi emiss.ꝛ pꝛoprie quādo pꝛoueit ab eruptione magnarum venarū pulmo nis. Ubi si vene erupte parue fuerit sanguis erit

paucus ꝛ cum predictis accidentibus emissus. Si autem educeretur ab arteriis. tunc sanguis ille multus esset rubeus vehemēti rubedine spumosus actu mixtum calidus cum pulsu cordis ꝛ īsepabilis se. emissus. Cum vero educitur sanguis p sputum a regione animatorum membrorum tunc si exit paucus leui rubedine coloratus per modū excreationis a capite attractus prouenit a panniculꝰ cerebri a mala complexione frigida per moď compressionis facient ipsum effundi. Aut a mala complexione humida predictarum partiū debilitāte contentiuam venarum per modum mollificatōis ꝛ accidit plurimū in nocte grauante caput mꝰtuꝫ dormientibus ꝛ capite inclinato in dormiendo tenentibus. Ex quibus omnibus concludit ꝙ qualitercūqꝫ ꝛ vndecūqꝫ predictis modis expuit iste sanguis omnino suspecta est eius terminatio magnum periculum superuenturum pronunciat ei. Hec sunt que considerari oportet i dispositionibus huius domine.

Consilium de sputo sāguinis emisso a pectore cuꝫ tussi et rascatione.

[E]gritudo huius generose domine sicut potest colligi ex his que mihi per scripturaꝫ plene satis oblata fuerunt est multiplicibus et variis egritudinibꝫ vel accidentibus cōplicata q̄ tamen ꝛ si propter earum magnitudīeꝫ particularem aduocarent ad se curationem. vidētur tamen ab vna egritudine velut radice omiuꝫ aliarum principium curationis assumere. Est aūt dispositio hec sputum sanguinis emissum a pectore cum tussi et rascatione. Huius quideꝫ licet plīme possint assignari cause ab auctoribus ānūciate et varietates eius. videt̄ tamen mihi omnino asserendum esse ꝙ sputum sanguinis istius domine ē propter rupturam paruaruꝫ venarum ī substātia pulmonis ipsius. Apparet autem hanc rem multꝭ argumentis posse probari. primo quia hoc sputū non videtur in ea prouenire propter resudatōeꝫ sanguinis a poris et orificiis venaruꝫ. primo qꝛ qr sanguis qui ita spuitur necessario ē subtilis subtilitate col'ica aut aquositate eius. Primum āt non videtur ita rōnale propter etateꝫ quia decrepita est mulier licet non foret impossibile in muliere decrepita sanguinem etiam valde colericum reperiri. omnes egritudines omnibus etatibꝫ cōplexionibus regionibus ꝛ temporibus āni accidere possunt. lꝫ quedā hn quedā maxime fiunt ꝛ acuuntur afforismorum 3ª. Etiam non videtur hūc sanguinem rōnabiliter esse subtilem subtilitate aquosa propter etatem ꝛ propter viscositatem in aquositate sanguinis decrepitorum inuentā. sed etas reddit sanguineꝫ frigidū. igitur non bñ mobilem. ꝛ viscositas eius prohibet penetrationem. igitur ꝛ resudationem. Adhuc etiam non videtur hoc sputum sanguinis exire a ruptura magnaruꝫ venarum propter plura motiua. Primū si exiret ab eruptione magnarum venarum. tunc emitteretur in maiori quantitate. Secunduꝫ quia emitteretur frequentius. Tertiuꝫ qr maior essꝫ anhelitus constrictio. Quartū qr tussis esset fortior. Quintū quia magna caliditas in pectore perciperetur. Sextū qr fōtis in pectore pciperetur ebulitio. Septimuꝫ qr pondus notabile perciperetur in parte collectōnis sanguinis effusi. Cum igitur talia accidentia fortia non appareāt videtur rationabilius esse concludendum hoc sputum sanguinis prouenire a venaruꝫ ruptura paruarum in pulmone existentium quod multꝭ declarari potest argumētis. primo quia a paruis venis parum effunditur de materia ꝛ consequenter ipā non multum constringit anhelitum. Secundo non vehementem efficit tussim. Tertio non magna percipitur caliditas et ebulitio in loco collectōnis Quarto nō multus neque frequenter emittitur sanguis. Et cum non cuētur patiens a caliditate ebulitione et aliquali grauitate in pectore pceptis significatur ꝙ materia nō valde multa nō cito nec frequenter in loco congregatur. ergo rara et pauca fit per sputum sanguinis emissio et cū leui tussi. At vero dolor agrauatiuus et parti extensiuus in fine costarum sub eis perceptus significat materiaꝫ ad dyafragma declinasse q̄ ibi grauitans et in vapores et ventositates conuersa cū subita etiam alteratione facta ī parte illa a mala cōplexione calida in sāguine effuso acquisita dolorem efficit in dyafragmate. qui iterum valde verēdus est ꝑpterea quia ibi perseuerans attraheret apostema quod in hac etate et tanta debilitate perniciosuꝫ est. Reliqua accidentia que ex defluxu materiarum a capite accidunt. et in stomacho etiaꝫ pcipiuntur et in ventre inferiori et febris et consimilia ab hac radice et fundamento dependent. si quis instructus diligenter cōsideret. Attento igit̄ hoc fundamento vt ad instanter rogitata descēdā septem mihi visuꝫ ē huic generose domine prouidendum esse remediis. Et primum quidē horū est presuponendo debitum regimen per celeberrimos doctores administratū ꝙ hec mulier vtatur hoc digestiuo omni mane ī aurora accepto. ℞ aq̄ plantaginis. ℥. ii. aque ros. ℥. i. mive citonioruꝫ. ℥. i. misce et tepidū accipiatur pluribꝫ diebus. Secūdum est hoc. ℞ margaritarum perforataruꝫ coral' ru. ematitꝭ se. portulace glutis pi ciꝭ vel carte ana. ʒ. i. trocis. de karabe. ʒ. i. ʃ. cuꝫ melle viollaꝶ fiant pillule ex omni. ʒ. viiii. de quibus hec domia accipiat tres per duas horas. post assumptionem potus predicti Tertium instrumentum ē. ℞ zucchari ros. antiq. ℥. ii. loch de pino. ℥. i. corallo. ru. subtilissime tritorum. ʒ. i. ʃ. foliorum auri numero . iii. cum sirupi modico de berberis. fiat electuariū de quo ista domina post cibum suum deglutiat q̄titatē nucismuscate et de ipso frequenter teneat in ore suo sine masticatione permittendo descendere. Quartum instrumentū est hº. ℞ ēplastri de mucillaginibus. ℥. i. sāguinis draconis acatie coral. ru. se. portulace añ. ʒ. ʃ. dragagāti dissoluti cum vino subtili albo ℥ i. mucilaginis sebesten. ℥. ii. fiat linimentum tenue quod extenď. sup panno leniter superponatur costis dolentibus de quibus supra. Quintum instrumentuꝫ est hoc. ℞ storacis calamite ligni aloes gariofilorum ana. ʒ. ʃ. sādarace corallorum rubeorum spodii ros ana. ʒ. i fiat puluis subtilis qui super pulueriʒetur capiti a principio capillorum incipiendo vsqꝫ ad summitatem ipsius per amplitudinem quattuor digitorum inter capillos. melius tamen esset ꝙ abrasis capillis superponeretur cuti. Sextuꝫ instrumētum est. ℞ spodii rosaꝶ carabe sandarace coral.

rubeorum acacie ana.ʒ.ß.dragagãti dissoluti cũ syrupo de mirto.ʒ.i.ß.coquantur simul ⁊ fiãt pillule de quibus hec domina accipiat.ii.vel.iii.per duas horas post cenam. Septimuʒ instrumẽtũ est vt vtat̃ electuario de sebesten de quo accipiat saltem.vi.vel.vii.ʒ.in aurora cuʒ decoc.passulaꝝ vel liquir.⁊ tardet comedere post ipsum per qnqʒ horas. Hoc enim electuarium alleuiabit fe.liniẽ° vẽtrẽ ⁊ mollificando pectus ⁊cet.

Consilium ad fracturam vene in pectore ɔiũctã cum febre et marasmodea etiam dispositione.

vii. vel. viii. horarum. Alio vero tempore toto vigilet diurnam vero dormitionem omnino fugiat saltē per totum mensem marcii nisi ꝓpter aliqđ accn̄s sōnum nocturnum interrupisset. Nō sit angustio sus ⁊ desperatus de īpossibilitate curationis eius. Neqȝ in aliis accidentibus animā multū tristāti bus inuolutus permaneat. sed bene ⁊ audacter ī-potentia saluatoris iesu christi confidet ⁊ ꝓperet qui sua remedia vigorabit in posterū. A coytu et q̄tum est possibile dicere vel scribere caueat vsqȝ quo perfecte virtutum integritati vł fortitudinī restitutus erit per ipsū enim in ethicā ⁊ periculū irremediabile perduceretur valde cito. Ciborum assumptionem multā omnino fugiat. cum enim sepe ꝓpter stomachi debilitatem aquisitam a lap su cordis quantumcūqȝ se bene regat in cibis ad huc sepe vomitum incurrat quāto magis si stōm superfluis oneraret cibis. Accipiat igitur potuuȝ ⁊ ciborum tantam quantitatem vt ad stomachi grauitatem exclusiue ducatur. Melior .n. cibatio num est que non efficit stōchi grauitatem ⁊ exten sionem. sicut melior potuum qui in stōcho sūt fluc tuat ⁊ natat tertia primi. Euacuationes aūt mul tas ⁊ frequentes effugiat q2 cōpaginem sui corpo ris debilem cito finirent. Inanitionem autem ex multa abstinentia a cibis ⁊ potibus fugiat. Cōpus enim eius aridū in siccitatē cēsu marcetur incura bilem. Bis igitur in die naturali comedat scđm ꝙ sibi datus est ordo. Si autem ꝓpter đbilitatē subuentione indigeret. accipiat mane in aurora ⁊ per horam ante cenam ciatuȝ vnum brodii pul li vel caponis cum zucharo calidum. vtatur pane recenti duorum dierum bene pinsato frumento cocto non assato ex puriori parte fāīne facto. Uta tur carnibus vitellinis agninis capretinis castrati porci domestici et siluestris teneribus non valde pinguibus elixis ⁊ assatꝭ non valde coctꝭ. caponum pullorum pdicum fasianorū turdoꝝ columborūȝ paruorum starnorum francolinorū lepoꝝ cunicu lorum gazellorum. i. caprcolorū. alias dimittat. Utatur piscibus fontalibus paruis lucis temalis ⁊ similibȝ Carnes salitas ⁊ pisces fugiat. Utatur ouis recentibus omni modo preparationis nisi frixis. Uti potest non multū sepe caseo recēti nō valde visco°o. ⁊ lactis vsus precocti placet. vtatur oleo bono citius q̄ butiro. licet q̄n̄qȝ accipe possit butirū. sed non frixum. Abstineat a lactucis spia chiis endiᵃ portul. cucur. bleta. Utatur caulibus libus carotis menta petro. borragine quantum potest feniculo ⁊ aliis hēr bis calidis. Utaᷣ multuȝ iuscuło ordei panico ciceribus rubeis ⁊ aliquando albis. Caueat ab vsu pomorum piroꝝ ⁊ vł̄r eiuȝ fructuum frigidorum ⁊ humidorū ⁊ crudorum. De piris autem coctis quandoque datur licentia. De fructibȝ siccis placent amigdale in cibis ⁊ phi stici ⁊ pinee licet in frequenti vsu non placerēt q2 nocēt stomacho. Auellanas assatas aliq̄do accipe potest. Castanee fugiantur. Passule placent omni modo. ⁊ vue nostrorū mōtiū sicce. Mel nullo mō placet. sed zucharo vtatur ad libitum. Aceti vsus quādoqȝ vtilis est. Succus granatorum arātioꝝ ⁊ agreste placet. ⁊ inter cetera limonibus vtatur sepe vt mūdificēt renes eius. pipere ⁊ aliis specie bus calidis vtatur cum temperamēto ne multum inflāmarent ⁊ exiccarēt ipsuȝ. Similiter ab aniso ⁊ cimino caueat. Rape condite conuenienter sūme placent. Oliue etiaȝ si non sint multum salite sūt bone sibi. De confectionibus vti potest confectiōe de amigdalis de pineis de phisticis ⁊ de auellanis Similiter citro confecto cum zucharo ⁊ corticibȝ arantiorum. de aliis non valđ curat. A pastillibȝ cibis caueat omnino ⁊ valde salsis. Potus eius sit vinum album clarum. subtile odoriferū boni sapo ris ad dulce leuiter inclinatum nullo modo brus cum vel ponticum vel acre. Nec debet esse nigruȝ obscurum grossum aut turbidum. Et si hȝ vinum valde fumosum limphetur cum aqua decoc. milii solis. Tēpore vero calo cū aq̄ sola precocta.

Capitulum tertium de cura p medicinalia.

In regimine vero medicinalium intendatᷣ semp confortationi cordis cū cibis ⁊ potibus quare vta tur aliqua q̄titate aque buglosse. Hec fuit aqua q̄ ipsum quasi mortuum suscitauit ex qua in vino ci bis ⁊ omnibus ipsuȝ vti faciebaȝ. Ponatᷣ ergo ex ea vel eius radice semper aliquid in cibis. et aqua sublimationis eius ponatur in potu. vel loco eius accipiatur borago vel de vno ad aliud pmutatio fiat. Secundū est ꝙ in ferculo ponatur de pul uere ligni al. quantuȝ est granuȝ ciceris ru. Ter tium est puluis smaragdi simplicitᷣ acceptus. Quartum est vsus enule in cibis. Quintum est vsus margaritarum in cis. Sextuȝ est vsus cō fectionis istius quā mitto đ qua vti potestis sēper ante cibum ⁊ post vt placet. Septimū ē portare anulum cum rubino electo. Octauuȝ ē portare corallum ad collum ⁊ vti eo in cibis. Nonū est comestio cordium animalium. Decimum ē odo rare muscum frequenter ⁊ crocum et basiliconeȝ. Confortatur etiam cor portando sacculum de sin done de grana. in quo conseruentur iste species quas portatꝭ. Item accipiendo aliq̄do vnam de istis pillulis quas ptatꝭ q̄n venter esset stipticus; 2° vero prouidendū renibus eius qui ex mlta caliditate adurendo hu. congregant ī se ipsis mł titudinem harenularum grossarum ⁊ materieruȝ multarum ex quaruȝ longa statione in eis ⁊ coica tione in eis facta per neruos orientes a spōdilibȝ renum ⁊ alcatin tanta facta est debilitas ī āchis genubus ⁊ pedibus. quantum partes ille in suo motu ⁊ sensu vigeant per spiritus sensibiles sibi delatos per neruos a predictis locis a nucha ori entes legatur pᵃ primi doc. 5ᵃ ⁊ primo Almanſ.

Pis igitur prouidendū deduxi primo cū hac vnctione quaȝ ptatꝭ ex qua a media spina inferius renes ⁊ tota spina vnguātur vsqȝ ad fitezi semel in die leuiter calida. Secundū ad eanđ inten tionem pro renibus est vt vtamini isto electuario quod solemniter mundificat renes ⁊ vesicam. et educit trumbos lutum ⁊ saniem. de quo accipiatꝭ omni die quantum est nux mus. p quatuor horas ante prandium. Et si tedet vos accipere ex eo oi die. accipiatis in septimana quater ex eo coclear pro vice. Tertium ad eandē intentionem ē vt omni sero per horas duas ante cenam accipiatis coclear međ hoꝝ seminū confectoruȝ masticando sicut coriandꝝ ⁊ deglutiendo ea. Quartum est recordami comedere sepe de lacte ouis cum aliis cibariis cocto. Attendendū insuper stomacho ma gna diligentia. Appetitum itaqȝ ⁊ digestionē ei9 conseruat confectio cordialis sepius nominata in confortatione cordis. Secundū est vsus mente cocte ⁊ crude etiam in cibis. Tertiuȝ ē đglutire

frequenter vnum granum masticis ante cibum vigorat enim digestiuam. Si vero accipiat post cibum confortat appetitum magis. Quartum est accipere aliquādo ciatum. ʒ. aque decoc. lignial. bene zucharate. Quintum est vti sup cibariis suis more aromatum puluere subtilissimo ameos.

Sextum est portare super stomacho puluaceolū factum de pillis leporis cum sua lana tota vel de pluma vulturis factum. Septimum est vnctio ista ex qua stomachus mane ꝛ sero ante cibū ūguatur. ꝛ superponatur ei pannus suffumigatus thure ℞ olei de menta de pulegio ana. ℥. i. olei de masticis de mirto ana. ℥. ʒ. galliemusc. storacis calamite lignial. laudāi ana. ʒ. i. ambre. ℈. iiii. cere q. s. fiat vnguentum leue. Octauum est cerotum istud ℞ resine clare. ℥. i. laudani storacis liquid ana. ʒ. iiii. ligni aloes ameos absinthii ana. ʒ. ʒ. foliorū ꝛ seminū basiliconis cardamomi maioris ana. ℈. ii. cere. q. s. fiat cerotū super panno de grana bene guti. osum in forma scuti ꝛ semper assistat stōcho. Balnea ꝛ lotiones totius corporis ꝛ capitis pro nūc non placent. Hec sunt que mihi vtiliora visa sunt pro dispositionibus vestris. Si aūt receptis supradictarū medicinarum indigebitis scribetis ꝛ mittam. Non enim eas curaui scribere qꝛ medicinas habebatis. Deus autem omnipotens ꝛ saluator Jesus christus hec oīa cito deducat.

Consilium ad motum cordis.

Gritudines cronice materialiter licet fixe remaneant in plurimis tamen istarum immo fere oībus videtur esse hoc accidēs īseparabile ꝙ reuoluuntur ad magis affligendum in vere ꝛ autūno vt clauditur in fīna ypo et ꝯmētatoris ʒª afforismorum ſmone illo. Uere quidē manie melācolie epilēsie apoplēsie ꝛcetē. Propter quod non est mirabile si motus pulsus cōdis ꝛ ꝗndoqꝫ tremulus motus eius in honorādo viro Simōe de rodigio infestat ipsum magis in vere ꝛ autūno ꝗ tēporibus aliis. Pro cuius quidem regimine licet alias consilium sibi erexerim satis conueniens ī quo premitto regimen ex parte sex rerum non naturalium ab eo obseruari debere. tamē preter illud quattuor remediis ī pītiarum videtur mihi ei prouidendū esse: Primū itaqꝫ istorum est vt ꝗ̄citius est possibile fiat huic viro flobothomia de basilica dextre partis posita sub cubito mane vētre lubricato ꝛ cibo iā a stomacho deposito et prope ortum solis per horam. i. ʒ. per quā extrahatur. ℥ iiii. vel. v. sanguis. Secūdū instrumentū est vt die immediate seqñti hic vir accipiat hunc potum. ℞ syrupi de corticibus citri reubarbari electi agarici ana. ℈. ii. succi ros. ʒ. vi. ʒʒ. spice ana. ℈. vi. sal gēme. ℈. ii. zuchari albi q. s. Accipiatur mane cum. ʒ. ciato aque decoc. florum boraginis calefacte ꝛ post ꝗ̄ acceperit tardet cibum suum horis ad minus. iiii. Tertium instrumentum est vt post ꝗ̄ fuerit euacuatus cū predicta medicina tunc omni mane accipiat. ʒ. iii. in frascripti electuarii ꝛ d' eod accipiat. ʒ. i. ʒ. p horā vnam ante cenam. ꝛ tantundem accipiat de eo in sero quando vadit ad lectum deglutiendo ipsum ꝛ si nō posset bene deglutiri ꝓpter abhominatōeꝫ stomachi tunc bibat ipsum cum. ʒ. ciato aq. bugl. calefacte. Cuius d'scriptio. ℞ dyamusci dulcis specierum electuarii de gemmis ana. ℈. iiii. ℈. phisticorum. ℥. ii. doronici se. basiliconis been al. ꝛ ru. croci ana. ℈. i. florū rosmarini. ʒ. iii. zuchari al. ℥. iiii. sy. de cōticibus citri. ℥. iii. infundāt' phistici in bonam maluasiam calefactam per dies. iii. deinde vltimate terātur ꝛ incorporentur cū syrupo ꝛ zucharo inuicem bene coctis ꝛ additis speciebꝫ fiat electuarium. Quartum instrumentum est vt quādo accipit electuarium predictū imo fere omni alio tempore accipiat de istis pillulis omni quarto sero vnaꝫ parum ante cenam. quarum descriptio. ℞ aloes. preparati. ʒ. ii. reubarbari electi ʒ. i. agarici. ℈. iiii. been al. ꝛ ru. croci macis sal' idi ana. ℈. iii. cum succo buglo'ꝫ fiāt pillule pro omni ʒ. vi Jstis quattuor remediis iam expeditis scribat de statu suo prouidebitur enim sibi successiue de applicatione remediorum ꝫ oportunitatē.

Consilium ad motū tremulū cordis cū discrasia fri. ꝛ hu. pectoris stomachi capitꝫ ꝛ dolorem in genu et caulla.

Jr honorandus ꝛ moralissimus Hugutio de lonico laborat tribꝫ dispositionibus quibus alias labore ingenti satis remedia adhibui que diuina spirāte gratia secura uerunt ipsuꝫ ab ingenti periculo. Erat eniꝫ ī toto pectore ꝛ corde eius mala complexio fri. ꝛ hūida tremulum motuꝫ cordis in eo efficiens. cuius materialis causa erat flegma mucillaginosum ꝛ aqᵒsum tante quantitatis ꝙ non raro perducebat ipsum ad disniam piodicaꝫ que sibi mortem subita minabatur per modum suffocationis. ab illa mā prouenienti prohibendo inspirationem ꝛ respirationem congruas. ꝛ licet hec dispositio inesset ei ī pectore per essentiam principaliter. secundum magnam tamen partem dependebat a capite materiam flegmaticam predictam ꝛ aliquādo salsaꝫ ad pectus effundente. cuius etiaꝫ materiei nō nulla pars descendebat ad stomachuꝫ nocumentū in digestiua notabiliter efficiens et stomachum suuꝫ multis ventositatibus replens. At vero nunc licꝫ dispositio capitis ꝛ pectoris notabiliter alleuiate sunt. remansit tamen predicte discrasie pars non modica in capite ꝛ stomacho eius. ꝓpter qd bene ficio virtutis ꝛ medicinarū auxilio nā mariā diriuauit ad inferiores partes scilicꝫ ad genu et cauillam pedis dextri. quādoqꝫ dolorem cum tūore efficit in cauilla eiusdem pedis que cum bene consyderantur minantur ei euentum doloris iuncturarum scilicet genu ꝛ cauille ꝛ tumoreꝫ ꝓtendūt coīcatione doloris ēt ad anchas ꝛ superiores iuncturas quibus omnibus eideꝫ prouidendū est. vii. remediis infrascriptē. Primum itaqꝫ ipsoꝝ est vt post minoratiuum per me sibi exhibitū padue cum erat in domo sua accipiat hoc digestiuum et continuet octo diebus. ℞ aque mellisse yreos et cupatorii ana. ℥. i. ʒ. misce ꝛ calidū accipiat' cum modico zuchari. Secundū remediū ē vt die ix immediate sequenti purgetur cum hoc electuario ℞ electuarii idi. ℥. i. electuarii succi ros. ʒ. ʒ. ꝛ accipiatur cum ciato. ʒ. vini montani cali. Tertium instrumentum est vt diebus quibus accipit digestiuū suprascriptū si vēter eius nō foret bene

largus adhuc etiam omni tempore vtatur pillulis istis accipiendo omni fine .vi. dierum vnā parum ante cenam. et de eis frequentius accipere potest si venter eius esset magis stipticus. quarū descriptō ℞ pillularū de sarcocolla descriptione Mesue in libro de consolatione medicinarum. ʒ.i. pillularū alefanginarū. ʒ.ii. cum succo rof. formentur pill. pro omni. ʒ.vii. quibus vtatur vt dictum est.
Quartum remedium vt vir iste omni septiana semel in aurora accipiat. ʒ.i. huius electuarii cum ℥.ciato huius vini albi montani calefacti post euacuationem cuius descriptio. ℞ tiriace hermetis ℥ ℥. metridati electi. ʒ.iii. incorporentur sil' diu cote rendo. Quintum instrumentū ē vt vir iste portet super stomacho suo sacculum istum quem quasi semper applicatum ibi habeat et proprie quando sentit stomachum infrigidatum nauseatum et vētositatibus plenum. cuius descriptō ē ℞ origani calamenti absinthii mente solii ana. M.i.℥. came dreos camepi. asari maiorane. ire [illegible] rosmarini ana. M.ii. macis. ℥.℥. galliemusc. ʒ.ii. puluerizētur omnia per se et misceantur et fiat sacculus i panno lineo magne densitatis. Sextum instrumentū est vt vir iste sepe accipiat saltem in die semel qn̄ vadit ad mensam post omnes predictas medicinas coclear. i. huius tragee. ℞ florum borragie buglos et rosmarini ana. ʒ.ii. been al. et ru. cortici doronici ligni aloes ana. ʒ.ii. liquiricie. ʒ.ii. se. basiliconis ʒ.ii. iacincti smaragdi saphiri ana. ℈.℥. zuchari al. triplū pōderis oīum et fiat tragea. Ultimū instrumentum est q faciat sibi fieri inunctionē īfrascriptam omni sero cum vadit ad lectum ex ea calida confricando genu et cauillam fm amplitudinem magnam ℞ olei onfacini olei rof. ana. ℥.ii. sandarace. ʒ.i.℥. salis torrefacti. ʒ.iii. rof. ciperi. ana. ʒ. ℥. terantur omnia simul minutissime et reseruetur i vase vitreo et calefiat vna pticula eius de q̄ fiat inunctio. cui superponatur stupa canapiā bene calefacta et densa cum decenti ligatura. Hec sunt q̄ mihi pro nunc vtiliora videntur ad sui sanitatem

Consilium de tremore cordis. de vertigine de debilitate digestiue stomachi.

Licet accidentia que remanserunt huic viro sei uo dei fratri Marco de ordine sancti Georgii de alega sint numero plura. tamen principalia sūt quibus adhibēda est cura completa. Primum quidem est motus tremulus cordis cōtinuus remissior tn̄ q̄ esse solueri t. Secundū accidens est capitis dispositio a materia flegmatica in eo contenta que vētosata et inter panniculos cerebri contenta vertiginosos motus cum aliquibus doloribus extensiuis in eo efficit. Tertium accidens est diminuta digestio in stomacho que prouenit a materia flegmatica i eo congesta et etiam fm partem a capite defluente. Et ex istis bene consyderatis colligi potest q̄ nō est mirabile si aliquando in hoc viro apparet lassitudo vel debilitas. Item multi⁹ sputi et aliq̄do rugitus in stomacho et in ventre. Quarto si q̄doque in eo apparēt scothomie et ventositates in auribꝫ. Omnia enim hec accidentia a predictis tribꝫ īmo a quolibet illorum per se prouenire possunt. quare necessariū est ei festinanter intendere ad eorum remotionem vt nunc sequitur. Attento igitur regie per res non naturales ɔuenienti scilicet q̄ hic vir euitet lacticineos pastilles cibos humidos et vētosos et q̄ in quacunq; cibatione pce magis q̄ vsque ad saturitatem comedat. et bibat vinum album vel rubeum mediocris fumositatis absq; aqua aut cum pauca aqua cōmixtum et caueat a superfluo motu et proprie post cibum et a longa et subita dormitōe post ipsum. Cum regimīe medicinali se regat cum qnq; remediis infrascriptis. Primum itaq; illorū est vt vtatur istis pillulis de quibus accipiat qnq; omni fine. xv. dierum vsq; ad medietatem mēsis Junii. tempore autem intermedio accipiat vnam ter in septimana parum ante cenam et ita post medietatem Junii continuet assumptionem eam ter in septimana vnā accipiendo vt dictum est. Deīn incipiat vti eis omni fine. xv. dierum incipiendo a principio septembris vsq; ad futurum ver inclusiue nisi fuerit īmoderata frigiditas cum niue et glatie vehementissimis. ℞ magdaleonis alefanginarum ℥.℥. lignial. spice nar. polii mōtani ana. ℥. v. zedoarie. ℈.℥. formentur pillule cum succo rof. pro ei ʒ. vi. Secundum remedium est vt vir iste vtatur hac confectiōe ex ipsa semper ante cibum accipiēs rotulam vnam. ℞ specierum dyamusci dulcis. ʒ. i. doronici ossis de corde ceruī se. basiliconis iacincti smaragdi ana. ℈.℥. zuchari al. ℥. v. cum aqua buglosse fiat confectio in rotulis. ʒ. iii. et cooperiatur foliis auri. Tertium remedium est electuarium hoc de q° hic seruus dei omni tertio mane i aurora per quattuor horas ante cibū accipiat ad quātitatem. ʒ. iii. deglutiendo ipsum. cuius descriptio ℞ trocis. de musco trocis. de croco descriptoꝝ a Mes. in antid. ana. ʒ. i. iacinti. ℈.℥. margaritarū ʒ. i. sy. de corticibꝫ cit. ℥. iiii. zu. cādi. ℥. iiii. coquātur simul sy. et zucharū et additis specieb; fiat electuarium. Quartum remedium est vt vir iste super corde suo continue portet istum sacculum aliq̄do tamen calefaciendo et exiccando ipsum. ℞ specierū electe de ligno al. specierum dyamusci specierum electe de iacinto omnia descripte Auicene 5° can. ana. ʒ. iii. fiat sacculus in syndone retorta ē orangulatus. Ultimum remediū est vt diebus intermediis in aurora persepe accipiat mixtionē istarum aquarum. ℞ aque buglosse aque mellisse ana ℥. i.℥. aque rorisma. ℥.℥. misce et calefiat et cū pauco zucharo bibat. Hec ad laudē dei.

Consilium ad motum tremulū cordis et difficultaté anhelitus cū mala cōplexione splenis et oppillatione epatis cum tensione et oppillatione canalis fellis descendentis ad intestina cū yctericia et mala cōplexiōe calida renum.

Dispositio huius venerabilis pris domini. N. de professione sancti Georgii alecie est difficilis. eo q2 ipsa minatur egritudinem aut lōgo tempore duraturā aut saltem verende tiatiōis. Est enim mala cōplexio diuersa diuersitate partim membrorum pl'ium que ab ea egrotant. partim vero q2 in quibusdam eorum est mala complexio frīa. in quibusdam aūt eorum est siccna et facta. Et licet hic sermo plurius necessarius esset tamen punctualiter discurrendo illud qd est huic rei necessarium non oꝫ premittere. Egrotat

enim in eo coꝛ cuius signū est motus ei⁹ t̄mulus
⁊ quādoqꝫ saltuosus eo magis verendus q2 pseue
rans est. Ille eni ī quo pseuerat tremulus motus
coꝛdis caueat ne subita arripiatur moꝛte. ⁊ licet
motus saltuosus vel pulsatiuus coꝛdis minoꝛis
malicie existat q̄ motus tremulus: neuter tamen
illoꝛuꝫ non euacuatur a suspitione ⁊ pꝛoprie cū ē
magnus vt patet ii^a tertii cap° de cura tremoꝛis
coꝛdis At vō iteruꝫ ostēdit hoc anhelitus eius dif
ficultas ⁊ diuersitas in pulsu percepta ex puitate
velocitate ⁊ frequētia que quando ipsū īterrūpūt
paruitate tarditate ⁊ raritate earum. Et ēt mala
cōplexio in splene huius viꝛi non precise simplex
immo complicata cum egꝛitudine complexionali
eius que facile mōstratur ex notabili tensione sub
ypocūdrio sinistꝛo que partiꝫ ab humoꝛali mat̄ia
⁊ partim a ventositatibus illic inclusis pꝛouenit.
In qua regione cum fit compressio pcipitur nocu
mentum ex doloꝛe aut tensiōe aut cōpressione ibidē
apparente. At veꝛo iterum hoc idem apparet ex
vrine contentis que non euacuant̄ a gꝛossitudine
opacitate ⁊ feculentia melācolica. Adhuc iteruꝫ ⁊
4° cōsimilis egꝛitudo cōplexiōalis ⁊ ꝯpositional̄
in eius epate pcipitur. primo ꝓpteꝛ tensionē eius
que arguit oppillationem et pꝛopꝛie in concauo
epatis ad quā manus tactu puenire potest. Ca
dit etiam nonnulla oppillatio in canali fell̄ descē
dente ad intestina ꝓpter quaꝫ causā feces eius vt
in pluribus remisse sūt tinct̄e. Unde ⁊ ꝓpter eādē
causā materia colerica regurgitante de concauo
epatis in gibbo. ⁊ recepta in chilli venaꝫ ascendē
tem sui subtilitate caliditate ⁊ leuitate fertur ad
faciē ⁊ ad oculos insepabilem in eis citrinitatem
ostendens. vnde ꝓpter hanc malam cōplexionem
⁊ cōpositionē epatis dubitabile est de nocumento
in virtute transmutatiua ipsius futura fieri. Et
siquidem hec mala complexio calida notabiliteꝛ
intenderetur minatur eidē suspitionē tympanit̄
⁊ asclicis. Si enim caliditas non naturalis mlt̄ū
exuberaret fieret transmutatio magne ptis chilli
in ventositates que esset materialis cā tympanit̄
Et similit̄ ex supflua iteruꝫ excoctione chilli fieri
posset in aquositates conuersio ꝓpter dbilitatem
transmutatiue potentie epatis ab īmoderata cali
ditate positiue facta cui succederet frigiditas pꝛi
uatiua. Et eodem modo si lapsus frigidus epatis
inualesceret ꝓpter diminutā digestionem ipsius
fieri chilli transmutatio in aquositatem que non
minus eiꝫ materialis causa asclitis q̄ ventositas
tympanit̄. Et colligūtur hi s̄mones 14^a. tertii ca°
de cura asclitis. Amplius iterum q̄ in renibꝫ ei⁹
assignetur egritudo facile conuincitur. Primo
ꝓpteꝛ vꝛine tincturam que multum perseuerat.
2° pp sedimen in ea apparens quod aꝛenosum
est et quantitat̄ multe iteruꝫ trumbosū ē trumbis
eius vergentibus ad coloꝛem rubeum cū opacita
te. Et sunt hec significata dispositionum renuꝫ vt
patet 4^a affoꝛismoꝛum ibi. Si sanguis ⁊ trūbos
migunt ⁊cet̄. Et iterum parū distanter ibi. Qui-
bus cūqꝫ in vis arenose substant supfluitates ⁊cet̄
Et sunt sermones comētatoꝛis in allegat̄ ꝯmēt̄.
Et hec omnia pulchre lege 18. teꝛtii ca° de causis
generationis lapi. in renibus ⁊ in fine illius sen.
ca° de mictu puris ⁊ sanguis. Unde diligenter cō
syderanti non dꝫ apparere mirabile si hec egritu
do suspitionem pꝛotēdit non leuem vt supra pre

missum est. Qđ veꝛo hec species male cōplexionis
diuerse sit ex fiente ⁊ facta cōposita facile ex mlt̄is
rationibus deduci posset. sed malam cōplexioneꝫ
factam satis pꝛobat tempoꝛis longitudo. Fiētem
veꝛo pꝛoprie demonstrat varietas afflictiōis eius
ex intensa ⁊ remissa diuersis hoꝛis apparēte. q̄ ēt
confirmat varietas accidentium que nūc intensio
ꝛa nunc ꝛemissiora apparent cōsiderāti diligēter
His itaqꝫ premissis regimen eius ex pte reruꝫ
non naturalium paulisper discurrenduꝫ ē prius.
Deinde ⁊ medicinalium regimen conscribendū est.
Pꝛo primi itaqꝫ expeditione. Hic venerabilis pr̄
euitare debꝫ mansionem ⁊ locum multe caliditat̄
⁊ humiditatis multe. Siccitas enim aeris aliq̄nta
conueniens est ei. vnde effugiat doꝛmitionem in
cella terrea multum humida ⁊ vapoꝛibus aqueis
refecta. Caueat etiam a strictura vestium sup pec
toꝛe ypocūdrio ⁊ super renibus facta. Caueat etiā
ab omni exercitio vel motu immoderato ⁊ ꝓprie
sup cibo facto. ⁊ oēꝫ mōꝫ exercitādi q° solēt caput
⁊ pectus incuruari effugiendum est ab eo. Et in sū
ma q̄ntuꝫ potest quiescere melius est ei. vsqꝫ q° erit
plene mundificatus. quoniam motus materias in
fluxu ponit vt patet affoꝛismoꝛum 5^a. Quoniam
autem motus coꝛpoꝛa pturbat declarat. nauiga°
⁊cet̄. Et q2 iterum in ipso virtus digestiua taꝫ sto
machi q̄ epatis nocumento diminutōis digerēdi
lesa est ideo caueat multa quantitate ciboꝛum et
potuum replere stomachuꝫ. Non enim sēper q̄ntū
per appetitum exposcit tantū accipiendum est et
ꝓpꝛie quādo īuenitur plenitudo magis cachochi
mica. i. mala q̄ euchimica. i. bona immo cōuenien
tius est ei a mensa recedere adhuc cum fame r̄ma
nente q̄ saturem fieri. iuxta illud canonicuꝫ t̄tia
pꝛimi. Quoniam a mensa discedendū ē reliquiis
famis adhuc in stomacho remanentibus. Idē etiā
de potu dicendū est. quoniam conuenientius ē ei
parum potus q̄ multum assumere. ⁊ erit laudabi
lis potus mensura limitanda taliter vt stōachuꝫ
replendo non extēdat ⁊ in eo fluctuet. ⁊ a dextꝛa
in sinistram aut ad aliaꝫ drāꝫ positionis regurgi
tando rugitum faciat. Post hec etiam dormiendi
mensura cogitanda est. licet enim naturalis com
plexio eius inclinat ipsum ad longam doꝛmitōeꝫ
quia coꝛpus eius vniuersaliter ⁊ ꝓprie caput hūi
dum est. tam humiditate substantifica q̄ infusiua
Nihilominus a mensura consuete doꝛmitiōis pa
rumpeꝛ recedendū est aliq̄ntulum minus dōmiē°
q̄ solebat: ⁊ in summa melius est ei a cōsueta dis
positione recedere parum magis per augmentuꝫ
in vigilia q̄ in dōmitione pꝛolixa. Sicut. n. vigi
lia consueta longioꝛ coꝛpus exiccat Ita dōmitō
consueta prolixioꝛ coꝛpus humectat. sed h° cōpus
lapsum est ad augmentum humiditatū multaruꝫ
Igituꝛ curandū est per exiccantia ⁊ non per hūec
tantia. In situ autem doꝛmitiōis euitet dcubituꝫ
ꝛesupinum ne materie congregentur in renibus
eo q2 talis decubitus multuꝫ est causa generatōis
lapidis ī renibus ⁊ augmentationis. sed in eo nō
raro generati sunt ⁊ iterum generantur lapides
quare taleꝫ decubituꝫ euitare debet. Amplius ite
rum non est concedendū decubitus super sinistꝛo
lateꝛe ꝓpter nocumentum cōdis supra assignatū
ne materie illuc desluendo congregentur ibidem
et esset timoꝛ non leuis. Et quia iterum vt supra
deductum est ⁊ pꝛobatum nocumentum nō leue

in epate ipsius assignatur. pari ratione decũbere non deberet super dextro latere. Ex quo apparet q̄ non est leue consiliũ ĩ medicina facere homini egrotanti tanta membrorum varietate. Non enim vir iste iacere potest super spina vt ex primo discursu probatum est. Neq3 super sinistro latere vt ex 2° ordine deductum est. Neq3 sup dextro vt parum ante probatum est. quomodo igit̄ quiescer̄ debet. Non enim conueniens est ei longo tẽpore fieri potest dormitio super faciem ⁊ ventrẽ. Igit̄ difficile videtur in tanta cõtradictionũ varietate posse conuenienter veritatem elicere. Et sunt ser mones q ⁊ eorum similes nõ raro faciũt medicũ anxiari ⁊ sudar̄ non leuiter. dicendũ itaq3 ad hãc ꝯtradictionem p° q̄ conuenientius est huic viro decumbere super parte super cuius decubitu mi- nus inuenit nocumentum aut nullum. Dicẽdũ 2° q̄ conuenientius est ei decumbere super parte que minori egritudine leditur ⁊ egrotat. Et hec indubitanter si bene comprehendit̄ est epar eius. Ex quo apparet q̄ ei conuenientius est iacere sup dextro latere q̄ super aliis. Et hic me nõ extendo amplius. licet esset locus speculationis ingentis.

Amplius iterum vir iste regat se regimĩe acci dentium anime omnino sollicitudinem tristitia3 iracundiam ⁊ furorem postponendo. quonia3 hec exterminant ⁊ mutant corpus ab ea que est ĩcõm nã3 consistentia tertio tegni. quare spei optime adherere debet. omne3 sue salutis viam altissimo cõmendare. Ultimo vero licet de re alia nõ na turali fiendus esset sermo prolixus eligendo ea q̄ conueniendo cordi nõ noceant epati. ⁊ ea q̄ epati forent vtilia non essent renibus nociua. ⁊ ẽuerso nihilominus longitudini pcens discurra3 per ea que mihi concessione diuina meliora visa sit. Eui- tet itaq3 cibaria omnia viscositate3 habẽtia mlt̃a ⁊ in substantia grossa. velut sunt pisces oẽs pastil- les cibi. Legumina omnia ⁊ proprie elixa ⁊ rixu3 inter alia ⁊ castaneas ⁊ xilocaratas ⁊ cibibũ. Auel lane vero ⁊ passule ⁊ ficus sicce ⁊ amigdale dulces ⁊ phistici. ⁊ vue montane sicce ⁊ poma aromatica ⁊ citranguli ⁊ limones conceduntur ei. Similiter ⁊ de oleribus vtiles sunt ei omnes magis ad frigi ditatem ⁊ humiditatem inclinate q̄ ad cal'itate3 ꝑpter qd̃ dedrolibanũ saluiam mentam s'pillum rutam ⁊ similes plantas omnino effugere debet. Bleta vero ⁊ spinachia lactuca põrulaca endiuia domestica ⁊ cicorea vel sponsa solis et relique frie ⁊ humide plante valde vtiles sunt ei ⁊ crude ⁊ coc te ⁊ omni preparationis modo preter q̄ p frixio nem. vnde etiam ⁊ oua frixa euitare debet. l3 apd̃ religionẽ sue professionis in maximo vsu habeat̄.

De plantis aute3 quibus in vere vescunt̄ hõies ⁊ proprie religiosi vtiles sunt ei sicut spagi ⁊ ext̄ mitates lupullorum ⁊ radices locuste ⁊ rapũculi ⁊ sibi similes. Si autem ex necessitate reuerẽtie legis ⁊ ĩpulsione professionis oporteret accipere pisces de fluuialibus eligantur sicut lucii torẽtie squali ⁊ sibi similes. de maritis vero conueniunt ei sicut rumbi orade menule aquatice. ⁊ ĩ summa omnes pisces paruorũ corporum euacuati a gros situdine ⁊ viscositate vt paulo ante tactum est. De aromatibus vero euit3 piper 33. ⁊ omnia aroma tica calida preter cinamomum ⁊ crocu3 q ambo bus membris vtilis est. et leuitate sua caliditate aromaticitate ⁊ stipticitate. De his vero quibus condiuntur suopere vtatur aceto in omni cibatõe sua. Similiter ⁊ agresta non multe salsedinis. Et limones iterum conueniẽtes sunt ei. Et omibus melior est ei succus citranguli. Item vsus olei et proprie dulcis ⁊ aromatici vtilis ẽ ei. ⁊ si haberi posset oleum de nucibus in hoc casu ess3 ei elegan tius. Cum autẽ in professione sua multũ habeatur in vsu caseus non video bñ motiuum persuadens mihi vsum eius. q̄tum autem rõnali iudi° deduci potest cum sentẽtiis veterum vti potest caseo etat vnius anni ab omni putredine mundificato q ad salsedinem magis q̄ ad dulcedinem inclinetur. ⁊ sit frangibilis omni viscositate denudatus. talem inq̄ laudare possem ⁊ non alium. De potu autem eius eligat vinum colore album subã tenue odor̄ aromaticum dulcedine priuatum. sed inclinet̄ ad ponticitatem aliquantam. ⁊ siquidẽ fuerit nõbilit̄ fumosum frangatur cum 3ª parte aque de bona ci sterna. Si autem poss3 hẽri purum non valdẽ fũo sum eligibilius ess3. Hec in summa de cibis ⁊ poti bus ⁊ p consequens de regimine per .vi. res no na turales s̄m q̄ ex professione sua obs'uanda scril̄ d3. Ubi autẽ propter instantiam dbilitatq vtutis coactus esset hic patiẽs assumere carnes ẽt ꝑpter ampliationem operis laudabile foret ei vti carni bus pullorum vtriusq3 sexus. Item carnes anatu lorum iuuenum pdicum fasianorum auicularum paruarum laudabilis castrati capreti ⁊ vituli. ⁊ eli quas autẽ carnes dimittat. Et laudabilius est ei assumere tales elixas q̄ assatas conditas cu3 succo arantiorum ⁊ similium supradictorũ. Regimen vero ipsius p medicinalia p multa instrumenta compleri d3. quorum omnium primũ est vt circa mediu3 huius mensis faciat sibi fieri flobothomi am d basilica dextri brachii posita sub cubito per quã extrahãtur sanguis. ℥. v. ⁊ fit per horam pro pinquam ortui solis vnam. Secundũ vero in strumentum est vt facta flobothomia iã predicta die immediate sequẽti soluatur vent̄ eius cũ hac medicina quã assumat in aurora ⁊ dormiat post ipsam per vnam horam immediate ⁊ hora q̄nta ab assumptione eius bibat ciatum vnum aq̄ ẽdei zucharate calide. ⁊ post ipsam per horam vnã prã deat. ⁊ est eius dscriptio talis. ℞ cassie nup extrac te de canna cum aqua cicoree. ℥. i. reubarbari elec ti. ℈. ii. sal'gẽme. g̃. ii. spice nardi. g̃. v. misce ⁊ totũ assumatur cum. ℥. ii. aque decoc. pauci tamarindi

Tertium instrumentum est vt die immediate sequenti post assumptione3 predictam accipiat h° digestiuu3 ⁊ continuet ipsum vsq3 quo videat vri nam in colore ⁊ subã equalẽ habentem sedimen ĩ fundo rar̄ vel dyafanũ couiunctum equale leue ⁊ album. ⁊ illius digestiui dscriptio ẽ talis. ℞ syru pi d bizanciis. ℥. i. syrupi d eupatorio. ℥. ſ. aq̄ cico re aq̄ scolopẽd ⁊ acetos̄ ana. ℥. i. misce ⁊ totum fia tur calidum in aurora. Quartum ĩstrumẽtum est euacuatiuũ hoc. qd̃ recipiat die ĩmediate seq̄ti post digestiuum. ⁊ est eius descriptio talis. ℞. p. d reubarbaro. ℈. ii. pillularum cochiarum. ℈. i. refo mentur pillule. viii. cum electuario succi ros̄. ⁊ ac cipiantur in aurora ⁊ omnia post ipsius acceptio nem obseruentur que dicta sunt in assumptione minoratiui suprascripti post flobotomiã. Quĩ tum vero instrumentum vt tempore q° assumit̄ digestiuum predictum omni tertio sero imediate ante cenam assumat vnam de istis pillulis q̄bus

etiam vt potest post purgationem omnez in toto tempore sui regiminis assumendo de eis vnā vel ii. omni sero vel alterno sero secundū maiorez vel minorem ventris stipticitatez que apparebit. Est aūt earum descriptio talis. ℞ aloes epatici. ℥. ii. reubarbari electi. ʒ. ii. agarici. ʒ. ii. salis indi. ʒ. ʃ. masticis croci absinthii scolopend ana. ℈. ʃ. infundantur omnia in succo endiuie p duos dies deinde exiccentur ad solem vel ad ignem leuem. et ita renouentur earum infusiones tribus vicibus. d illa ergo massa reformētur pillule. vii. pro. ʒ. Sextum instrumentum est. vt post euacuationem imediate precedētez procuret apparere venas emoroy. fricando fiteri eius cum foliis ficus vel consolide maioris aut cuz aspero panno vel pungendo eas cum setis porcinis et esset ei iuuamentū elegans i euacuādo eradicatiue omnē materiā egritudinū suaꝝ. Septimū instrumētū ē. vt si nō possz fieri prouocatio emoroyd. modis iam dictis q̄ excusaret ab aliis. tunc apponantur ei ventose in medio natum cum scaꝝ per quas extrahantur san. ℥. iii. vel quattuor. Octauum instrumentum est. vt tota spina post purgationem secūdā omni die bis vngatur mane et sero cum hoc vnguento. ℞ amili ℥. i. ʃ. t're sigillate. ʒ. ii. camphore. ʒ. i. croci. ǧ. iiii. o. rof. ℥. iii. omnia simul in mortario terantur et fiat linimentum Nonum instrumentū est vt circa regionem epatis in ypocūdrio dextro mane et sero faciat sibi inunctionez talem. ℞ olei de mastice. ℥. ii. sādaloꝝ al. spodii rof. croci ana. ℈. i. trocis. de spodio cum semine acetos. ʒ. i. ʃ. cere al. modicum et fiat vnguentum molle et in fine incorporationis eius aspgatur cum modico aceti albi.
Decimum instrumentū est vt post q̄ hec omia per dies plures administrauerit reuertatur ad faciēd aliam euacuationem. et primo quidē leuē cuz me^a tali. ℞ aque cicoree tamarisci et scolopend ana. ℥. i. mane electe. ℥. i. ʃ. succi rof. ℥. i. reubarbari electi. ʒ. i. ʃ. sal' indi. ǧ. iiii. infundantur omnia i predictis aqs deinde sequenti mane colentur et fortiter exprimantur et predicte colatur' addantur sy. violarum. ℥ i. et totuz in potu accipiatur hora predicta. Et obseruētur cau. q dicti sunt de aliis euacuationibus. Undecimum instrumentuz est vt post illud euacuatiuum iterum incipiat assumere digestiuū hoc. qd continuet. viii. diebus vt de primo dictum est. et est eius descriptio hec. ℞ sy. compositi acetosi sy. d eupatorio. de bizanciis ana. ℥. ʃ. aque scolopend. cicoree ana. ℥. i. ʃ. misce et calid accipiat vt supra. Duodecimū instrumentū est. vt post digestiuū illud accipiat mane immediate sequenti hoc solutiuū. ℞. pillularum de reubarbaro. pillularū aggregatiuarū descriptione maiori ana. ℈. ii. reformentur pillule. viii. cū succo rof. et accipiantur hora predicta obseruando post eas omnia que dicta sunt de aliis pillulis. Et iteruz memor sit q si in tempore huius digestiōis et an et post vēter eius esset stipticus vtat' pillulis supra dictis modo quo ibi dictum est. Decimūtertiū instrumentum est vt assuescat saltem omni alt'na die facere ablutionem extremoruz inferiorum a pedibus vsq3 ad inguia cum aqua decoct. foliorū saicis violarum camomille et foliorūz papaueris al vel mēte recentium per horaz ante cenam et sit. aqua hec conuenīēter calida. Decimūquartū instrumentū est vt si venter eius vel stomachus remaneret lassus tunc fiat inunctio ei cū hoc vnguēto. ℞ galliemus. ʒ. i. ʃ. masticis corallorū āborum rof. spodii gaꝝ ana. ʒ. i. resine electe. ℥. ʃ. olei citoniorum de mastice ana. ℥. i. ʃ. cere quantū sufficit fiat vnguentum bene viscosuz et applicetur vt dictum est. Decimumqntum instrumentum est vt post secundā euacuationem iam dictā vtatur hac mixtione de qua omni mane per tres horas ante cibum accipiat coclear vnum deglutiendo ipsum et est hec. ℞ conserue rof. et buglos ana. ℥. ii. oxizacare. ℥. i. ʃ. trocis. de spodio cuz semie acetos. ʒ. ii. spodii rof. sandalorum ru. ana. ʒ i. foliorum auri numero. v. fiat electuariū vltimate contritionis.
Decimumsextum instrumentuz est vt sepe post secundā euacuationem omni mane quater an prādium et totiens ante cenam epithimet cor suuz cū panno de grana quantitat semiss duplicato et infuso in liquore isto tepido vel paruz calido. Cuius descriptio. ℞ aque acetos aque mellisse ana lib. ʃ. aque buglosse lib. ii. croci. ℈. ʃ. specierum electuarii de gemmis. ʒ. i. ʃ. trocis. de camphora. ʒ. ʃ. aceti al. ℥. i. vini malnatici. ℥. iiii. misceantur omnia simul et leuiter bulliāt et fiat epithia vt dictum est.
Ultimum vero instrumentum est vt tempore quo facit epithia predictum et post illud ēt vtatur hac confectione de qua sumat parum ante cibum frustrum. i. Cuius descriptio est. ℞ granoruz pistiicorum. ℥. iiii. pinearum. ℥. ii. specierum tria sandalorum abs q3 camphora trocisorum de spodio ana. ʒ. i. foliorum auri numero. v. zuchari al. lib. ʃ. fiat confectio cum aqua absinthii et administretur vt dictum est. Hec sunt que mihi meliora visa sūt que interueniente diuina gratia eū ad sanitatem perducant. In noie ꝛcet.

Consilium de tremore cordis a mala cōplexione fri. et humida cuz asmate et vigilia superflua ablominatione cibi et arefactōe corporis.

Egritudines honorabilis viri Iohannis de sancto apponario m'te sunt et diuerse quas tamē mihi ad summam veritatis apparuit reducendas esse per hunc modū. Egrotat enim motu tremulo cordis prouenient a mala complexione fri. et humida cordis q̄ m'tiplicat vapores grossos et ventositates in tota regione cordis ad quā sequitur vniuersalis omniū virtutuz casus ꝑpter spiritus resolutionem et extinctionez que proueniunt ex suffocatione ipsoruz a multitudine materierum in predictis locis. 2^a vo principalis eius egritudo est mala complexio stomachi fri. et hu. multiplicatiua ventositatum in eo q̄ ado extendunt stomachum eius vt propter compressionem ab eo factam in dyafragmate et pulmone seqtur dispositio denominationis que est asma denominanda et ipsa quidem est egritudo pl'monis cum qua laborat patiens similiter labori quo laborat prefocatus aut festinatus aut currens vt x^a tertii ca^o de asmate in exordio colligendū. Et h^o quidem asma est primum accidens qd hanc dispōsitionem comitat. Secundū vero. accidens est marasmus et ē vniuersalis corporis consumptio et humiditat substantifice resolutio et in siccitatē euersio vt a Gal'o colligit' in libello de marasmo in prin^o quomodo eni non esset possibile vt cōpus

non consumeret eo qr tā appetitiua ꝙ digestiua nocita sunt nocumento diminutionis maximo. ⁊ iterum digestiua nocita est nocumēto corruptōis conuertit enim cibos ⁊ potus in ꝟerositates mltas vbi deberet cōuertere ipsos in chillum laudabilem quare necesse est macrescere corpus ⁊ ꝯsumi. Nō curo hic disputare que de numero duarū egritudinum scilicet cordis ⁊ stomachi fuerit prius ⁊ alterius causa. quoniā ambe ipse potuerunt esse egritudines per se dato ꝙ nulla earum dependeat ab altera. Credo autē ego ꝙ alias in hac materia cōsyderaui ꝙ egritudo stomachi fuerit egritudinis cordis causa licet ēt ecōtra contingere potuerit. scilicet tremor cordis cum sui mala dispositione fuerit nocumentorū cā efficiens stomachi. quicqd tn̄ fuerit veritas ē ꝙ he dispositiones iam facte nunc sunt per essentiam in predictis membris licet etiā per colligantiam ipsorum ab inuicem vna sit causa augmentandi nocumentum alterius aut econtra

Tertiū principale accidēs ē excessus ī vigilādo ⁊ potest prouenire ex triplici cā principalit̄. Et prima quidem est consumptio vaporum dulcium qui sunt causa efficiēs sōni oppillando vias primi sensitiui vel rethis mirabilis aut arteriarum subeticarum ex quarum oppillatione ꝯtingit somnus 2ª huius vigilie causa potest esse asmatis augmentum qđ vigilare cogit. Non enim videt̄ possibile stante vehementi motu diastoles et sistoles partium pectoris prolongari somnum. siue sit qr nocumento pectoris compatitur cerebrum siue sit qr motus pectoris est causa magni motus in toto corpore. sed stante magno motu resoluuntur vapores qui sunt causa somni vt dictum ē. 3ª causa vigilandi est ipsa egritudo cordis cū sui humidi substantifici consumptione. Cum itaqȝ ipsū ponat̄ principiū omnium sensuum ⁊ motuum īteriorum ⁊ exteriorum ꝓpter nocumentum eius impedit̄ operatio dormiendi ⁊ est responsio facilis apud tenentes viam Aristo. ⁊ sequatiū eius. Quartum accidens ad hanc dispositionem ꝯñā est abhominatio cibi per quam adeo stomachus cibum respuit ꝙ vno solo bolo satur existit. Unde oportet in assumptione cibi prolongationem facere magnam cum tamen omnia eius membra qr arida cibo indigerent multe ꝙtitatis. ⁊ hec est ratio formalis bolismi q est vehemēs appetitus omniū mēbrorū cum sacietate stomachi vt colligit̄ 13ª tertii capiª de fame vaccina. Ultimū accidens est vehemēs corporis stipticitas que consequitur ꝯsumptionē humidi qđ deberet intestinorum sbām irrorare ⁊ fluxibilem facere. ⁊ sequitur ēt immoderatā siccitatem totius corporis que impedit actum impellendi. Quia omnis immoderata discrasia deiicit actum. i. operationem proprie virtutis afforismo rum 2ª. Hec ī summa est dispositio huius viri ad veritatem reductā que adeo difficilis existit ꝙ nisi omnipotentis auxilium interueniat spem mortis magis ꝙ vite sibi minatur in proximo. Uidetur autem mihi huic dispositioni ꝙcitius est possibile prouidendū per hunc modum. Primo quidem ꝙ remoueatur ab eo ventris stipticitas. Scđo ꝙ attendatur restaurationi virtutis festinant̄. 3º ꝙ procuretur minoratio cordis tremoris. 4º ꝙ alleuietur anhelitus eius difficultas. Quinto ꝙ intendatur ad prouocationem sōni in eo. 6º ⁊ vltimo ꝙ prouideatur ne tanta multitudo ventositatis in stomacho ipsius generetur ⁊ ꝯgreget̄ Gratia primi sicut egritudines repletōis sanat euacuatio ita egritudines de in anitione sanat restauratio afforismorum 2ª. Itaqȝ omni mane apponat̄ sibi clistere hoc. ⁊ si virtus tollerare potest non est icōueniens eidem clistere etiam in sero applicare quoniam ipsum cum lenitione sua restauratiuum est. Cuius descriptio. ℞ foliorum maluarum viol. se. lini fenugreci ana. M. i. ſ. coquātur omnia ī situla vna aque cum vno capite castrati vel edi vel agni pinguium minutim inciso. Et huius brodii recipiantur. ℥. xii. olei violarum olei sisami o'li amigdalarum dulciū ana. ℥. i. medulle crurium vituli. pinguedinis anatis ⁊ galline butiri recentis ana ℥. iii. ſ. zuchari ru. ℥. i. misce ⁊ fiat clistere. Ad hanc etiam intentionem valet vt inungatur pars ventris ab vmbilico vsqȝ ad femur cum hoc linimēto. ℞ ol. amigdalarum dul. p. anatis butiri recētis ana. ℥. i. buliant omnia in simul in. ℥. iiii. succi mercurialis vsqȝ ad consumptionem ipsius et administretur vt dictum est tepidū. Gratia vō scđi teneatur modus iste in cibatōe eius. primo ꝙ nullum cibum masticalem recipiat. immo cibus eius sint vitelli oui ī aqua buglosse ⁊ mente partibȝ eqlibus cocti ⁊ deglutiant̄. Scđo vero det̄ ei aq sublimationis caponis vel galline pinguis. Ita ꝙ in sublimatione vnius pulli apponatur. M. i. mēte ⁊ tantūdem buglos. de qua sublimatione. x. vel xii. in die detur eidem cum octaua parte bone maluasie dulcis. 3º vero gr̄a cibatiōis detur sibi brodium decoc. pullorum gallinarum vel colūborum non bene complete pennatorum. Ita ꝙ de eorum carne complete dissoluatur in brodium cū. x. foliis mente ⁊ quattuor foliis buglos. ⁊ tribus. ʒ. cimi. 4º vero iterum detur sibi succus expressionis carnium predictarum que prius asse fuerūt cum predictis foliis ⁊ granis in eorum ventre positis. Quinto fiat ei iusculum de cerebellis ⁊ testicul. pullorum vel columborū in predictis brodiis cōtritorum. Sexto potest exhiberi contus. pulli decoctum cum predictis foliis. Et quocūqȝ horum ciborum sibi dato conueniens est superaspergere eidem aliquas guttas maluasie ⁊ vini citoniorum ℥. ſ. Potus vero eius sit vinum album subtile dulce ⁊ boni saporis. Et si oportuerit eidē adiungere aquam sit aq̄ decoc. gar. ⁊ in fiala vna vsque ad consumptionem quarte ptis tribianum vel zibolum. Tremori vero cordis subueniatur p hūc modum. ℞ florum recentium rorismarini. ℥. iii. florum saluie buglos. et boragis ana. ℥. i. ſ. croci ℈ i. coquantur predicti flores ī sufficiēti quātitate maluasie ⁊ contriti fiat emplastrū qđ calidū superponatur toti regioni cordis. Alleuiari autem potest anhelitus ipsius p predictum emplastrum confortando cor ⁊ facilitando organa anhelitus. Et conferunt eidem vt circa horam tertiā noctis ⁊ in aurora detur eidem hic potus. ℞ aque bugl. ℥. i. ſ. iacinti smaragdi saphiri margaritarum ossis de corde cerui doronici ana. ʒ. vi. vini maluatici coclearia duo. puluerizentur omnia per se. deide misceantur ⁊ calida vel tepida dent̄ sibi predicti horis. Prouocant ēt somnum hec īstrumenta. primum est vt partes extreme ipsius vt pedes ⁊ crura ⁊ manus ⁊ brachia ēt facies baluent̄ cū hoc. ℞ florum nenufar. foliorū violarum ⁊ papaueris al. recentium ana. M. iii. camomill. recent. M. ii.

coq̄tur sufficienti i aqua ex qua calˀa fiat vt decẽʒ ē.
Confert etiam huic intentioni vt plante pedu3 manuum frons ⁊ tempora ⁊ brachiorum pulsus inunguantur hoc linimento. ℞ se. papaueris al. ℥ ʒ. se. lactuce portul'. violarum ana. ʒ. ii. croci. ℈. i. olei nenufar' olei de seie lactuce vl' de floribʒ cucur. ana. ℥. i. cere al. q. s. fiat vnguentum molle ⁊ ipsu3 postea buliat in. ℥. iii. succi papaueris recent' vsq3 ad consumptionem ipsius. Congregationi autem ventositatum in stomacho iam aliqualiter videt' esse prouisum quia i decoctionibus oibʒ assump ta sunt velut cinamomū menta gaꝛ ⁊ crocus. At vero iteru3 medicamē vltimū est hoc. ℞ pul. enu le sicce. ℈. i. pul. cimi. ǧ. iiii. mi'ce ⁊ reiuo stoacho in potu detur cu3 modico sui vini supra d'scripti. Hec in summa est regula regiminis eius melior et securior et facilioris auxilii. supremus aūt om nipotens in sui salutē dirigat ea.

Cōsilium de tremore cordis.

Ic motus tremulus cordis huius religiosi prouenit a multitudine sanguinis colerici vaporosi et vē tosi circa partes cordis cuius va por vel ventositas cum mltiplica tur in predictis locis extendendo ⁊ comprimēdo conculcat partes cordis ⁊ sequitur hoc nocumētū in anhelitu ꝓpter necessitatem in corde auctā que cogit ipsum attrahere aere3 velociter. ⁊ mlˀte quā titatis. ⁊ q2 etiam multitudo illorum vaporu3 ⁊ ventositatum in partibus pectoris congregatur necesse est cor inniti ad expulsionem earū veloce3 ⁊ vehementem. Aliter facile vir iste icurreret dis niam asma vel orthomiam. Unde ꝓpter predic- tas causas apparet ꝙ non solum in arteriis verū etiam in corde crescit necessitas euentandi ⁊ mū dificandi ꝓpter qḋ diastole ⁊ sistole cordis ⁊ oiu3 partium seruientium anhelitui necessario fit ma gna velox ⁊ frequens. Et ex hoc fundamento in telligenti apparere potest que sit horu3 cā efficiēs q2 virtus necessitata vehementius agit. Et appet etiam que sit huius nocumenti materialis ca vl' sibi ꝓportionata q2 est vapor vel ventositas. Et sequitur etiam cognitio finalis cause et formalis facile intelligenda. Ex fundamento apparet ꝙ o3 virum istum sollicitum esse vt cito curetur ne per ducatur ad subitum virtutis casum aut salte3 ad aliquam spēm nocumenti anhelitus d' predictis.
Capitulum secundū de dieta.
Unde abstineat primo ab omni ciboru3 ⁊ potuu3 multitudine. caueat mansionem in aere frigido vaporoso ⁊ nebuloso. Et effugiat oē cibariū ven tosum sicut lac legumina mel fructus oēs ⁊ maxie humidos. euitet grossa cibaria ⁊ viscosa velut pa stillia pisces magnorum corporum panis azimus caseus antiquus castanee ⁊ similia. Effugiat etiam acuta ⁊ vaporosa simul velut cepe aleum raffanus porrum nuces ⁊ salsamenta omnia. Fugiat etia3 vsum vini grossi rubei pontici ⁊ acris. Euitet oio cuiuscunq3 aque potum nisi fuerit precocta cū qua radice liquir' bene mund'.
Capitulum tertiū de cura p medicinalia.
Pro regimine aute3 medicinali sex vident' mihi remedia pro nunc obseruanda. Primu3 quidē ipsorum est vt ventre existente mediocris fluxibi bilitatis q̄citius est possibile mane in mediis ter tiis flobotometur basilica dextri lateris sub cubi to ⁊ extrahantur san. ℥. iiii. ad educendu3 supflui tatem eius conuertibilem in vapores ⁊ vētosita tes. hec enim flobotomia omnium optima ē in al leuiando cor a repletione materiali xi^a tertii ca^o de canonibus curationis cordis. Post istam aute3 flobotomiam mane immediate sequenti soluatur venter eius cum hac infusione. ℞ aq̄ bugl'. ℥. i. ʒ. aque cicoree. ℥. ii. reubarbari electi. ʒ. i. ʒ. agarici ʒ i. succi rof. ʒ. ʒ. spice nardi. ℈. ʒ. ℥ʒ. ǧ. v. fiat oiu3 infusio per diem naturalem. Mane aūt calefiat ⁊ coletur cum expressione forti ⁊ collatura bibat' calida ⁊ tardetur post cibus horis. v. Et tūc bibat ciatum vnum aq̄ ordei zucharate calide. post quā per horam vnam prandeat. Post minoratiuum autem predictu3 mane immediate seq̄ti i aurora accipiat h^o digestiuum calefactum. ℞ syrupi d' po mis syrupi d' corticibus citri ⁊ oxizacare ana. ℥. ʒ. aq̄ buglosse mellisse ana. ℥. i. aq̄ cicoree. ℥. i. ʒ. mis ce ⁊ totum accipiatur diebus octo continuis.
Quartum remediu3 est vt si vir iste tēpore assū p tionis digestiui prescripti non haberet ventrem bene fluxibile3 tunc omi sero aut saltem oi alt'no sero accipiat ante cenam vnam de istis pillˀis. ℞ aloes abluti. ʒ. ʒ. reubarbari electi. ℈. i. salis indi ǧ. v. fiant pillule cum succo rof. ex omni. ʒ. vi.
Quintum remedium est vt post digestiuū predic tum 9° die sequenti soluatur cum preassūpto mi noratiuo ita tamē ꝙ si venter esset multū fluxibi lis subtrahatur ab ipso quarta ps ⁊ obseruet' post ipsum oia que de minoratiuo sunt dicta. Ulti mum remedium est vt post omnia predicta fiat si bi hoc epithima. ℞ aque buglos' libˀ. ʒ. aque cico ree lib. i. aque mellisse. ℥. iiii. specieru3 elˀii d' gēis speꝛ letificāt' Almāsˀ ana. ℈. i. specierū tria sadal' ʒ. i. ʒ. aceti albi. ℥. ʒ. maluatici ciatū. i. buliant sil' medicum ⁊ infūdatur in eis pānus de grana ma gnitudinis semiss' qui bene expressus superponat' mamille sinistre quinq3 vicibus ante prandiu3 et sex vicibus ante cenam ⁊ post cenam duabus vici bus apud somnum. Et ita ad laudē saluatoris op tinebit sanitatē vt spero. Si aūt non remaneret bene sanus rescribat.

Consiliu3 d' dispositione lipothomica que nō raro reuoluitur ad veram sincopim. Capl'u3 primū de inuestigatione causaru3.

autem aliorum est sicut piscium omnium vlue et leguminum elixorum et carnes antique et caseus antiquus et similia. Saluia vero ruta betoica menta absinthium serpillum caules pastinacha et relique tales omnes conuenientes sunt. Et de fructibus amigdale fistici auellane nuces et omnes fructus calidi et sicci cum apertione conueniunt eis. De potibus vero conueniens est ei inter omnes potus ydromell' et proprie quando cum eo coquitur mastix. Si autem pp virtutis debilitatem non posset ei negari uinum exhibeatur ei uinum album aromaticum non ualde aqueum immo mediocriter fumosum. Et potest iterum ei conuenire uinum subrubeum subtile et aromaticum. Et si in ipsa infuse steterint radices eupatorii aut spice nardi aut cinamomi. vel cassia lignea uel radix camepitheos uel urtice erit in vino tali intentio omnino conueniens et necessaria. Similiter etiam omne regimen ex parte aeris et loci habitabilis debet iclinari ad calefaciendum et exiccandum. Et similiter exercitium mediocriter calefactiuum et exiccatiuum conueniens est ei et proprie post euacuationes. Quid vero de regimine per alias res non naturales dicendum sit ex predictis apparet. Secunda vero intentio completur cum administratione medicinarum que educunt materias colericas diuersarum specierum. uelut est colera rubea uitellina et citrina. Et de appropriatis ad hoc est exhibitio yere pigre Gal'. Ipsa enim educit superfluitates predictas absque humiditatibus inatis 14ª tertii allegato capitulo. Et exhibeantur ex ea. ʒ. .x. uel. xii cum aqua absinthii uel eupatorii calefactis. Et gratia huius etiam conueniret medicina talis. ℞ electuarii diafiniconis. ʒ. ii. diagridii g. i. reubarbari electi. ℈. i. spice nardi. g. ii. exhibeatur ut prius. Et conferet etiam eis non minus exhibere pillulas istas. ℞ pillularum de reubarbaro. ℈. ii. pillularum de yera Gal'i. ʒ. ss. salis gemme grana. ii. reformentur pillule cum succo ro. et exhibeantur. Si autem contingat reperire materias uiscosiores predictis et grossiores. tunc conuenit eis exhibere. ℥. ss. electuarii indi aut. ʒ. iii. electuarii diafiniconis aut. ʒ. iii. diacoloquintidos quod melior est predictis aut dare in potu pillularum de agarico. ʒ. i. cum. ii. granis diagridii aut dare infusionem istam. ℞ agarici electi. ʒ. i. ss. polipodii .ʒ. i. diagridii. g. iiii. aque eupatorii aque absinthii ana. ℥. ii. anisi cinamomi ana. g. iii. salis gemme. g. ii. pulueris zuccari. ℥. i. fiat infusio per diem naturalem. deinde calefiat et diligenter expressa exhibeatur ut dictum est. Si autem contingeret reperiri materias cum m'lia commixtas exhibeatur medicina talis. ℞ agarici electi. ʒ. i. thimi folliculorum sene polipodii ana. ʒ. ss. elebori nigri. g. vi zinziberis. ℈. ss. anisi spice sc. feniculi dauci ana. g. .vi. Infundantur omnia in aquis buglosse et mellisse. ana. ℥. ii. deinde colentur et exprimantur et exhibeantur ut supra. Si autem medicinas maioris sublimitatis expeteres et proprie respicientes materias adustas. tunc exhibe. ʒ. iiii. ieralogodion descripte ab Auicen. v. canonis 5° summa pª tractatu secundo descriptione 3ª. Et melior illa secundum intentionem meam est yera Rufi et yera Archigenis descriptione uniuersitatis. Et optima etiam est yera Auicen. in illo tractatu colecta descriptione ultima quarum omnium doses exhibeantur cum aqua sublimationum predictis aut aliis que tibi placebunt. Minoratio vero cum flobotomia in hac dispositione fienda raro uidetur habere locum. aut propterea quia materia non permiscetur sanguini. aut pp debilitatem que iam inuenitur in epate contracta. de cuius additione magis quam de remotione timetur per flobotomiam. Possunt iterum adhuc materie minorari per clisteria que habent potentiam attrahendi materiam. sicut est clistere istud ℞ aque decoctionis maluarum radicis altee et urtice et foliorum blitis libram. i. yere simplicis et benedicte ana. ℥. ss. cassie fistul'. ʒ. vi. olei de absinthio olei liliorum ana. ℥. i. ss. salis gemme. ℈. iiii. misce et totum semel exhibeatur. Si autem desiderabis magis flegmaticam materiam et proprie grossam tunc predicto clisteri apponatur diacastorei. ʒ. iii. aut yeralogodion. ʒ. iiii. aut yera diacoloquitidos Et si persenseris adustionem in materia tunc ponatur in clisteri. ʒ. iiii. yere rufi et ab eo remoueantur benedicta et yera simplex. Et si iterum percipies in materia melancoliam esse commixtam tunc poteris prouocare emoroidas fricando eas cum foliis ficus uel felle thauri. Et si materias easdem cognoueris circa matricem esse dominantes. tunc prouoca menstrua exhibendo. ʒ. i. trociscorum de mirra cum decoctione croci integri. Reliqua autem per que euacuatio minoratiua fieri posset tanquam non ita utilia dimittantur. Tertia vero intentio que digestionem materierum efficit non minus conuenienter conspicienda est. Oportet enim digestiua qualitatibus primis aduersari materiebus calefaciendo et exiccando. et per uirtutes secundas incidere subtiliare et aperire. et per uirtutes tertias epati conferre ipsum confortando et uirtutem eius substentando. De numero quarum medicinarum multe a sapientibus scripte reperiuntur. sicut sirupus de absinthio sirupus de eupatorio sirupus de bisanthiis sirupus diarodon. oximel compositum oximel de leuistico sirupus compositus acetosus et sirupus squilliticus in materia fortis resistentie. Ex quibus potest fieri commixtio talis. ℞ sirupi de eupatorio sirupi simplicis acetosi ana. ℥. i. aque absinthii et cicoree ana. ℥. i. ss. misce et talis confert ad materiam non ualde frigidam. Si autem contingat cum materiebus inueniri admixtionem colericarum materierum exhibeatur hic sirupus. ℞ sirupi de bisantiis. ℥. i. sirupi de endiuia. ℥. ss. aque absinthii. ℥. i. aque cicoree. ℥. ii. misce Cum uero uolueris materiam aspicere maioris frigiditatis et uiscositatis et grossitiei. tunc. ℞ oximell' squilitici. ℥. i. sirupi de absinthio. ʒ. vi. aque eupatorii. ℥. .iii. misce. Et si uolueris hoc digestiuum efficere magis aperitiuum tunc ℞ secaniabim de leuistico. ℥. i. sirupi compositi acetosi. ℥. ss. aque eupatorii aque yris ana. ℥. i. ss. misce. Cum vero contigat materiebus inueniri mixtionem melancolie. tunc competit hic sirupus. ℞ sirupi de epithimo sirupi de isopo ana. ℥. i. aque mellisse capillorum veneris ana. ℥. i. ss. misce. Quod si perceperis materiebus esse mixtam melancoliam colericam tunc exhibe digestiuum tale. ℞ sirupi de fumo terre sirupi de endiuia ana. ʒ. vi. aque boraginis aque endiuie ana. ℥. i. ss. misce. Et cum uolueris digerere materiam cui esset commixta melancolia flegmatica tunc ℞ de epithimo. ℥. i. sirupi compositi acetosi. ℥. ss. aque melisse aque capill' veneris ana. ℥. i.

.ʒ.ß.misce. Et licet etiam raro cõtingat materiebꝫ cõmisceri melancoliã adustam ex naturali melan colia factam. quia tamen aliquando in iuuenibus apparet ⁊ proprie uehementer exercitatis ⁊ regimine supercalefactiuo utentibus. tunc ℞ sirupi de epithimo.ʒ.i. sirupi uiolacei.ʒ.vi. aque nenu faris aque endiuie ⁊ boraginis ana.ʒ.i. misce. hec quidē digestiua omnibus fere materiebus sũt appropriata. nisi quia si inueniretur materias esse commixtas cuꝫ sanguine. ex quo etiam aliqua particula adusta foret. tunc conueniret exhibere aq̄ fructuum que sanguinis ⁊ colere feruorem extinguit.ʒ.v. aut exhibeantur sirupi de bisantiis.ʒ.ii. cum.ʒ.ii. decoctionis prunorũ ⁊ tamarindorum. Et si quis ulterius mitiora digestiua vnicuique materierũ iam dictarũ appropriata desideraret tunc accipiat aquas sublimationũ predictis sirupis cõmixtas dimittendo sirupos illos ⁊ dando aquas illas augumentando dosim earũ vsque ad .ʒ.v. Et adde iterum sermonibus istis q̄ non solum fit materierum digestio per sirupos predictos. sed conuenientius digeretur materia si tempore administrationis eorũ aliqua de predictis plantis uel radicibus coquatur uel cõmisceatur ĩ cibis ⁊ potibus eorũ ut etiam pro parte superius tactũ est in intentione prima ⁊ tu recurre ad eã. ¶ Pro quarta uero intentiõe. s. materierũ diuersione contemplanduꝫ primo q̄ due sunt species diuersionũ principales que magis in hac dispositiõe a sapientibus collaudate sunt. Prima quidem est materierum diuersio per uomitum. Secunda uero est per administrationẽ clisteris materiam ab epate ⁊ a uenis educentiũ ⁊ inclinantiuꝫ eas ꝑ inferiores uias ⁊ aperientiũ oppillationes subtiliando ⁊ resoluendo materias. Aliquibus igitur sapientum placuit magis diuersio prima. eo quia ipsa fortius distrahit materias ab epate per superius educendo eas. maior enĩ uirtutis fortitudo requiritur ad faciendum ascendere materias sua grauitate multum resistentes. q̄ ad faciendũ ipsas descendere. Cum ergo ita diuertuntur per superius uidetur materias fortius a suo loco eradicari. Secunda ratio quia uomitus uidetur cõueniēter posse sugere materias uel extrahere eas ab epate per meseraycas que sunt in fundo stomachi. Et tertio quia uomitus uidetur esse bonus eradicator materierũ que in infimo loco posite sunt. Et 4° iterum quia per uomitum non solum materie que in stomacho ⁊ adiacentibus partibꝫ sũt posite que facile possunt transire in cõiunctas. Et traxit ista opinio fundamentuꝫ ex 14ª tertii pre allegato sepe ca° ubi inquit. Et ut utatur ante cibum uomitu est enim bonũ regimen eis. ⁊ oportet ut sit in principio rei cum rafano infuso in sirupo acetoso. Et in fine eius cum eleboro. sed eleborus non educit materias nisi uioleto tractu igitur ⁊ cet. ¶ Aliis uero magis placuit secunda diuersio per clisteria fienda ⁊ moti fuerunt rationibus pluribus. Et prima quidem est quoniam materia huius dispositionis secundũ magnaꝫ partem continetur in concauo epatis cuius ad intestina maior est propinquitas q̄ eiusdẽ ad fundũ stomachi. igitur materie in eo stantes poterunt ꝑ clisteria melius ⁊ facilius trahi q̄ per uomitum. Et secunda quidem ratio est. quia materie facilius inclinantur descensui q̄ ascensui. Et tertia est quia eductio per uentreꝫ est euacuatio minus preternaturalitatis includens q̄ uomitus. Et 4ª est quia cum clisteribus possunt melius perfici subtiliatio resolutio ⁊ consũptio materierum ⁊ apertio oppillationum cũ medicinis in eis positis q̄ ꝑ uomitũ. Et uidetur hec opinio traxisse sententiã suam ex serie preallegati capituli dum inquit. Et ĩ pluribus dispositionibus quas habent necesse ẽ ut euacues cum eis que educunt humores solutione uentris ⁊ aperiunt opillatões. ¶ Et clisteria subtiliatiua ⁊ resoluentia humiditates solutione educẽtia eas conferũt in ea ualde. propter quod tale potest describi clistere. ℞ foliorum blete mercurial' ana.ɱ.i.ß. furfuris.ɱ.i. radicis vrtice ⁊ yreos ana.ɱ.i. seminis feniculi anisi ⁊ leuistici ana.ɱ. .ii. g̃norum cartami contritorũ.ɱ.ß. coquantur omnia in libris.iiii. aque vsque ad consũptionem tertie partis. deinde ℞ huius decoctionis libraꝫ .i. yere simplicis.ʒ.i. olei uiol' ⁊ de sisamo ana.ʒ. .i.ß. sal' gemme.ʒ.i. ⁊ ponatur. Si autē uolueris ipsũ flegmati magis attractiuuꝫ loco yere ponat' benedicta. Et si adhuc uolueris ipsũ solẽnius eradicare materias appone in ipso.ʒ.iii. electuarii diacastorei ⁊ erit eligibilius. ¶ Si quis autẽ desiderarit eligere que duarum opinionum melior existat ⁊ soluere questionem illam. facile dicere potes q̄ si contingat in hac dispositione materias tales declinare magis ad stomachũ q̄ ad inferiora. quod cognoscitur per nauseã abhominatõem ⁊ subuersionẽ stomachi ⁊ per rugitum ⁊ tensioneꝫ ⁊ motum materierum in ipso. Tunc in hac dispositione conuenientior erit uomitus. Si autem pcipies materias magis ad inferiora rapere q̄ ad superiora. tunc conuenientius erit clistere predictum aut alia sibi similia. Et substentatur hec responsio super sermonibus ueteris astorissimorum prima. Que ducere oportet undecũqꝫ natura recipit ⁊ cet. ¶ Tertium quideꝫ ingenium diuertẽdi materias est cuꝫ prouocantibus vrinã. ⁊ proprie quando contigerit magis esse propinquas ĩ gibbo epatis. ⁊ facile quideꝫ hoc fieri potest coquendo in cibariis simplicia quedã sicut radix feniculi petrosill' dauci ⁊ brusci aut eorũ semina aut ante cibum exhibendo confectionem factam ex speciebꝫ electuarii de seminibus. aut dando pillulas aliq̃s factas ex trociscis de eupatorio de capparibus uel rubea tinctorum aut spica nardi. ¶ Quartũ autem ingeniũ diuertendi materiã iterũ est per ea que attrahunt materiam a fundo corporis ⁊ uniuersis partibus eius ⁊ proprie cum applicatione balnei sulfurati nõ aluminosi aut salsi cal'i actu aut salsi frigidi actu uelut in aqua maris. hec enĩ materias attrahẽdo resoluunt ⁊ cõsumũt. que si non fuerint presentia naturaliter talia. tunc artificialiter fieri possunt in dulci aqua coquẽdo alumen sulfur sal ⁊ alia similia. ¶ Quintum uero instrumentum diuertendi materiam iterum est per applicationem euaporationũ que applicent' stomacho ⁊ epati ⁊ proprie cum medicinis sua caliditate attrahentibus subtiliantibus ⁊ consumentibus materias uelut ẽet euaporatoriũ hoc. ℞ radicũ peucedani fu meu rubee tinctorum calami aromatici squinanti ciperi ana.ɱ.i.ß. cassie lignee gallie mus. storacis calamite ana.ʒ.ii. absinthii origani dauci cimini ana.ɱ.i.ß. terantur omnia ĩ simul forti contritione ⁊ calefiant in sar

tagine sicca. deinde imponantur sacculi qui actu calidi applicentur stomacho. ¶ Diversio autem cum ventosis absque scarificatione etiam convenire potest. ¶ Materias divertere per emoroidarum apertionem et appositionem ventosarum cum scarificatione. et per applicationem rubificantium medicinarum et vesicantium non videtur habere locum in hac dispositione. eo quia materie non sunt sanguinee neque eidem sufficienter commixte neque etiam sunt adeo subtiles quod per rubificantia et vesicantia convenienter educi possint. ¶ Licet plurima pro complemento intentionis quinte supra premisse. scilicet complete eradicationis materierum supra tacta fuerint tum de modo et instrumentis minorandi materiam dictum fuerit. alia tamen variis in locis ab auctoribus inventa et magis experientia comprobata ad hunc locum adducere est conveniens. Quorum primum est descriptio pillularum stomaticharum alkindi. quarum descriptionem ex Avicen. collige quinto canone summa prima et tractatu nono. Et vide ibi earum laudes et compositionem et dicit earum dosim esse aur. ii. licet nunquam dederim ex eis nisi .ʒ.i. et solemniter conferunt. ¶ Amplius eodem tractatu vide tres descriptiones successive positas ab eo. quarum prima incipit ibi pillule alie conferentes ad febrem cronicam et ad debilitatem splenis et epatis et inceptionem aque. Et iterum descriptionem sibi subiunctam cuius principium ad febrem cronicam ex humoribus commixtis et ad dolorem epatis et inceptionem aque. Et iterum collige ibi aliam immediate sequentem descriptionem cuius initium. Conferentes ad febrem cronicam accidentem ex humoribus commixtis et ad dolorem epatis et ad inceptionem ydropisis. Et omnium harum dosis per me data est a. ℈. ii. usque ad quattuor. licet descriptionem tertiam ex predictis magis conferentem videri. Si autem desideras habere composita leviora ad hanc intentionem et propria respicientia superfluitates colericas flegmaticas et melancoliam ex adustione genitam et fecalem. tunc ℞ hoc compositum ℞ mirobalanorum indorum citrinorum et kebulorum ana .ʒ.i. reupontici agarici electorum ana .℈.iiii. masticis spice nardi anisi squinanti florum eupatorii ana ℥.vi. croci ℥.iii. spodii sal' indi ana ℥.v. aque eupatorii aque capillorum veneris et aque sublimationis radicum yris ana .℥.i. zuccari rubei .ʒ.x. fiat omnium horum infusio per diem naturalem. deinde in aurora coletur et diligenter exprimatur et calida detur in potu observando post ipsam ut post omnia solutiva canones qui supra positi fuerunt in exhibitione minorativorum. ¶ Et si quis desideraret medicinam diversos humores educentem tunc poterit exhibere hoc compositum. ℞ yere Archigenis supra nominati .ʒ.ii. yere Hali .ʒ.v. aque decoctionis folliculorum sene. ℥.ii. misce. ¶ De domesticis autem solutivis et usitatis et proprie ad materiam mixtam ex flegmate et colera est exhibere. ℥. .ʒ. electuarii indi cum. ℥.ii. aque eupatorii et cetera. Et si velis respicere mixtionem notabilem colere adiunge predicto electuario .ʒ.i. electuarii succi rosarum et subtrahe de predicto .ʒ.i. Et si intendis cum hoc educere materiam melancolicam non habentem adustionem de qua curandum tunc exhibeantur .ʒ.v. de electuario dialene cum decoctione predicta. Si autem desideras materiam educere notabilis adustionis tunc exhibe .ʒ.v. vel .vi. electuarii hamec cum decoctione predicta aut .ʒ.i. pillularum de lapide lazuli vel de lapide armeno ubi fuerint adustionis vestigia notabiliter apparentia. ¶ Que vero epar et stomachum confortant cum iam notabiliter nocita sunt a mala complexione frigida et humida cum multitudine materierum frigidarum et humidarum plura sunt a sapientibus scripta. Quorum unum et laudatum est. ut exhibeatur in aurora electuarii metridati .ʒ.i. cum aqua decoctionis florum eupatorii vel spodii si magis exiccare velis. ¶ Et secundum est tiriaca Andromaci que exhibeatur ut supra. ¶ Tertium est electuarium de ambra faciendo ex speciebus eius cum zuccaro et aqua eupatori confectionem. ¶ Et quartum est confectio diacimini et proprie quando cum mala complexione fuerit ventositatum quantitas notabilis. ¶ Et quintum famosum est confectio dialacca. ¶ Sextum est confectio diacurcuma. ¶ Septimum est tiriaca hermetis quorum omnium descriptiones collige ab Avi. et exhibe ut dictum est. ¶ Et de usitatis communibus est trifera maior et trifera de scoria ferri et trifera persica et trifera sarracenica. ¶ De trociscis vero famosioribus sunt trocisci de absinthio trocisci de eupatorio trocisci de lacca trocisci de reubarbaro in dispositionibus frigidis et trocisci de rosis et berberis omnium descriptiones trocisci de spodio simplices aut cum semine acetose et trocisci de camphora secunde et tertie descriptionis legendarum ab Avicen. quinto canonis summa prima octavo tractatu. Et trocisci de spodio cum terenia bim qui omnes conferunt in dispositione calida et exhiberi debent cum aqua endivie vel cicoree vel alterius similis. ¶ De his etiam que confortant epar a specifica proprietate est comestio carnium codiarum elixatarum et caro adip. i. lupi comesta vel exiccata et in pulverem reducta ex qua fiant pillule vel confectiones vel electuaria. et sit usus eorum frequens in aurora et ante cibum. Omnes etiam endivie species a proprietate confortant epar in cibis accepte vel in potibus et proprie illa que amara est ad rubedinem declinans et est illa quam hodie cicoream nominamus. Aut etiam endivie species que dicitur armata eo quia folia habet in suis extremis et circumferentiis multum spinosa et emitit lac et producit florem qui similatur pilis leporis colore etiam pluma sua. ¶ Et de confectionibus vero famosis et usitatis in dispositione calida est confectio diarodon et confectio triasandalorum descriptione Nicolai in antidotario. Et diacitoniten Hali inventum a Serapione septimo breviarii. Et electuarium de xiloal' descriptum ab Avicen. quinto canone summa prima. Et alie multe similes que per te ab auctoribus collige et ce.

¶ Consilium de cacesia.

Egritudo nobil' viri dni Jacobi de oyoceli forliviensis est cacesia corruptio complexionis epatis et eversio ipsius ad frigiditatem et humiditatem. et sunt eius signa corruptio coloris ex albedine dominante citrinitati. unde color eius apparet sicut cadaverum color. ¶ Est etiam inflatio in toto corpore a materia flegmatica tenui in membris immersa proveniens. ¶ Tertio iterum venter eius est inflatus et multis ventositatibus plenus. ita quod

in eo quandoque apparet sicut utrital.i.dispositō similis utri uento pleno ꝛ aere. ¶ Et quarto iterum totum eius corpus graue est ꝛ proprie ī uirtute nutritiua uehemēter nocitum. ¶ Et quinto iterum extreme partes ut pedes ꝛ manus nō euacuantur ab aliquali inflatione a predicta flegmatica materia ꝛ eius uapore prouenientе. ¶ Et iteruз sexto solent hanc dispositionē quandoque cō comitari solutio uentris dyarica aut lienterica aut utraque simul que ꝓueniunt propter augumētum humiditatū que in corpore multiplicate sūt propter debilitatem uirtutis digestiue epatis pp quas etiā digestiua uirtus ꝛ retentiua intestinoꝝ debilitata est. ¶ Septimo iterum hanc dispositionē cōcomitatur longitudo in somno propter multitudinē euaporationū ad caput. ¶ Et adhuc octauo debilitas appetitus est accidens hanc dispositionē ut plurimum concomitans. ¶ Nono iteꝝ tremor cordis ad hanc dispositionē concomitatur ꝓpter malā dispositionē cordis ab epate cōicatam per colligantiā non absolutam immo uaporeaз ꝛ materialē. Et possunt hi omnes colligi sermones 14ª tertii tractatu quarto caº de cacesia ꝛ d̄ ascite ꝛ quarto breuiarii capitulo sexto ꝛ plures alibi. Et licet huius dispositionis ꝛ suorum accidentiuз plurime cause assignari possint. uelut omne genus egritudinū cōplexionaliū compositionaliū ꝛ unitatis in epate existentiuз ꝛ multitudo cibationum calorem innatuз suffocantiuз ꝛ usus ciborū sua grossitudine ꝛ uiscositate epar opillātiū ꝛ fortis motus super cibum consuetus ꝛ multus coitus ꝛ uentris fluxus immoderatus. ꝛ prolixe febres. ꝛ alie membroruз epati colligatoꝝ egritudines. nō uideo tamen euidentiorē causā que hunc uiruз ad hanc dispositionē perduxerit ꝙ immoderatus emoroidarum fluxus. ipse enī non solum ad hanc dispositionē immo ad deteriorē perducere potest corpus propter debilitatē euacuationū cōsequētē principaliter. Licet enim omnis alia immoderata euacuatio ad hanc egritudinē perducere possit magis tamen sanguinis exitus multus. Nis enī euacuatio fortis perseuerans corpora debilitat. maxie uero ista que est sanguis 14ª tertii prealle gato caº. Ex qbз oībз apparet ꝙ huius uiri dispositio per se est uerēda satis. quanto magis aūt difficilior estimari potest cum ipsa sit coniuncta pluribus predictorū accidentium ꝛ maxime tremoris cordis ꝛ preparationi ad ydropē ascitez aut ypolarcaз. Unde solicite multuз intendendum est ad totalē ipsius eradicationē ut nunc sequitur.

¶ Regimen itaque huius dispositionis pendet ex rectificatione cōplexionis epatis principaliter. Secundo uero ex remotione tremoris cordis. Tertio uero ex rectificatione habitudinis totius. Regimen tamen utriusque ipsorum sustentatū super conuenienti electione vi. reruз non naturalium ꝛ debita administratione reruз medicinaliū.

¶ Pro declaratione itaque regiminis rerum nō naturalium eligatur a viro isto ciuitas uel locus habitationis ad caliditatē ꝛ siccitatē notabiliter inclinatus. habitet itaque camerā a terra notabiliter eleuatam ꝛ elongatā a decursibus aquarū uel ualliū. ꝛ minime sit humida uetustate edificii immo satis nouiter constructa aspectū habens orientalē uel meridionalē in qua etiā frequenter notabilis accēdatur ignis ꝛ sepe in ea fiat suffumigium ex sandaraca storāce calamita laudano colofonia thure lignoal ꝛ similibus simplicibз aut commixtis. De ānexo uero aeri totū corpus ꝛ pro prie caput uestibus ꝛ infulis uel biretis de panno de grana constructis decenter muniat. Exercitiū uero conueniens est ei ꝛ proprie nunc quia fuit rectus regimine digestionis ꝛ conuenientis euacuationis materierum. Consulo igitur ꝙ mane p horā post ortum solis surgatur exercitetur pedester montē ascendendo ꝛ descendendo aut gradus scalaruз ꝙ plurimos aut pedester reuolutione ꝓlixa vsque quo corpus eius calefiat ꝛ ad sudorem mediocrē perducatur ꝛ si debilitas obstaret saltez equum gradarium uel sucrustariū per tria uel quattuor miliaria equitet. ꝛ si adhuc maior debilitas prohiberet exercitiū saltem beneficio uentris precedente fricentur eius extrema incipiendo a genubus vsque ad pedes ꝛ ab inguinibus vsque ad eos ꝛ a spatulis usque ad nates ꝛ ab humeris vsqз ad manus inferius trahendo cum fricatione vsqз ad rubedinem perducente. Reliquo autē toto tēpore quiescat. De modo uero somni ꝛ uigilie caueat a dormitione prolixa. propterea quia ipsa humectat corpora et generat reūatismos. Mensura itaque somni sibi conuenientis non excedat septez horas in nocte et unā in die et nisi debilitas repugnaret minor adhuc dormiendi mensura conueniret ei. reliquo tempore vigilandū est ut exiccentur superfluitates in eo congeste. ¶ In canone aūt assūptionis cibi et potus attentus esse debet ut nō accipiat cibum uel potuз usque ad completā saturitatē imo cibetur semper reliquiis famis adhuc in stomacho remanentibus. Similiter etiā nūꝙ cibum suum accipiat nisi conueniens appetitus incitauerit ad ipsum. neque etiā curet diuersitatem ciborum multā accipere immo uno uel duobus ferculis contentus esse debet. ¶ Caueat etiam ne cibum suum deglutiat absque masticatōe condecēti ne cibus remanēs indigestus sit materia congestionis multarū superfluitatū. Similiter etiā potū in quantitate cōtinua pauca. immo melius est ei sepe et paruз ꝙ raro et multum bibere. ¶ De passionibus uero anime euitet solicitudines et angustias tristantes et spirituз uel innatū calorem suffocantes et aīam suā dilatet in gaudio et spe sue sanitatis. Neque inconueniret ei aliquando licet raro aliquā iracundiam uel angustiam leuem incurrere. ¶ De ultima uero re scilicet cibo et potu. Dicendum primo generaliter ꝙ omne cibarium eius eligi debet ad ca. et sic naturaliter uel accidentaliter inclinatum. Particulariter uero descēdendo in cibis eligatur panis modicum furfuris habens bene coctus et fermentatus duorum aut trium dierum ad plus. Et caueat a pane azimo uel non bene fermentato parū cocto. et euitet oēs cibos pastiles uel de farina factos. De carnibus uero conueniunt ei carnes capreoline domestice et meliores sunt siluestres. uituline castratine ꝛ d̄ manzo unius anni. Item carnes animalium siluestrium ut leporis apri ceruí et similium conueniunt. Laudo etiam quandoque carnium salitarum vsum. Carnes uero pullorum gallinarum et caponum et anatulorum iterum bone sunt. Et iter reliquas meliores carnes sunt columborum et proprie siluestrium. Item minutarum auium degentium i nemoribus et dumetis carnes sūt utiles.

Carnes uero animalium in aquis uiuentium. ⁊ similiter pisces uituperandi sunt nisi fuerint sicut ca pedum uarioli torentine trilie ⁊ sibi similes. Alii uero non placent nisi parui pisces ⁊ morsiones ⁊ similes in fluuiis ⁊ petrosis locis inuenti. Cancrorum uero vsus spernendus est oio. Similiter lac ⁊ lacticinia cibaria omnia fugiantur. Caseus uero aliqualiter solidus mediocris salsedis ⁊ nō ualde mollis laudabilis est licet in multo usu non sit habēdus. Olei uero usus bonus est siue fuerit de oliua siue de nucibus siue de amigdalis dulcibus. Butyrum uero dimittatur ⁊ similiter brodialia omnia pinguedine porci multū artificiata. ¶ Oia etiā legumina dimittantur preter cicera rubea ordeum uel panicuȝ ⁊ similiter rizum fugiat. Lactuca uero ⁊ portulaca spinachia cucur. omnia dimittantur. Endiuia autē domestica ⁊ siluestri quādoque uti potest cuȝ oleo et aceto. Pepones auteȝ laudo. s. dulces ⁊ bene maturos ⁊ ante cibum acceptos. Citrullos uero et angurias dimittat. De fructibȝ aūt uti potest qūȝ piris muscatis ⁊ auellanis ⁊ amigdalis. Sed inter reliquos nullus est melior fructus q̄ ficus recentes ⁊ sicce. Pomis ēt ⁊ vuis albis bene maturis suo tempor̄ uti potest. Citonia uero ⁊ nespila ⁊ sorbas dimittat. Et similiter granata acria nisi propter magnum estuȝ. Dulcia uero et mediocria granata sūt sibi utilia. In iuiubis auteȝ nullo modo sit vsus. De plantis autē conueniunt sibi caules feniculus petro. saluia rosmarinus menta serpillum ysopus ⁊ relique plāte calide cum quibus cibi omnes condiri debent. De aromatibus placet mihi crocus piper zinziber anisum lignuȝ al' cinamomū ciminū macis galanga ⁊ nux muscata. Placent mihi cappares conditi ⁊ yringi conditi ⁊ oliue condite. et asparagi suo tempore. Aceti etiā usus ⁊ proprie cum aliis cibaris placet ⁊ quanto fuerit acutius tanto melius erit. Similiter ⁊ agresta cuȝ sale condita. Et limones etiam placent. Arancia uero ⁊ uinū granatoruȝ dimittat. ¶ De potu auteȝ eius dicendū primo q̄ omnino dimittat omnis aque vsuȝ siue simplicis siue cocte cuȝ ordeo uel similibus. ¶ Dicenduȝ secundo q̄ laudandum est sibi ydromel factuȝ ex decoctione. xxv. libraꝝ aque. ℥. i. pulueris eupatorii ⁊ libra. i. mellis que dispumentur ⁊ coquantur vsque ad consumptionē tertie partis duabus remanentibus. Uinum uero conueniens ei est album subtile claruȝ bene odoriferum nullo modo dulce. sed ab eo elongatuȝ ⁊ medium inter dulce ⁊ acre. Et si non posset haberi album accipiat cerasoleuȝ uel leuiter rubeū. Et si fuerit necessarium refrangere ipsum. ℞ cum aqua melisse. Melior enim est ei aqua cisterne prius tamen cocta apponendo de ea ad uinuȝ tertiā uel quartam partem secunduȝ discretionē rationalem ¶ De regimine uero per medicinalia sic procedā. ponaȝ enī primo remedia. viii. ad tremorē cordis appropriata. Secundo ponam quinque remedia malam complexionē epatis rectificantia. Tertio ponam tria remedia coloreȝ feduȝ corrumpentia. 4° loco subiungā tria uirtutis debilitatē respicientia. Primum igitur remediorū cordialium confortātium ipsum cum instat tremulus motus magnus est iste sy. de quo accipiat omni mane. ℥. ii. cuȝ aq̄ acetosi. ℥. iii. et est conueniens cum apparentia ul' signis caliditatis. ℞ se. endiuie scariol' cuscute se. qtuor cōiuȝ frigidoruȝ ana. ℳ. i. floꝝ borraginis ⁊ buglose dorونici se. acetosi et basilicōis ana. ℳ. i. ſ. coriandri preparati. ℳ. ii. florum nenufaris sandaloruȝ albo ⁊ ru. spodii been al. ⁊ ru. ana. ℳ. i. ſ. cinamomi ligni al' gari. ana. ʒ. i. coquant' oīa ī libris. x. aque vsque ad consumptionē medietatis et colentur cum forti expressione. deinde addat' zuccari libras. ii. ⁊ coquantur usque ad inspissationeȝ. Et si apparent signa frigiditatis cum tremore cordis tūc exhibeatur iste sy. cū. ℥. iii. aque melisse. ¶ Secundū remediuȝ cordiale est hoc ⁊ proprie conferens quando in pectore ⁊ circa cor inueniuntur uentositates multe uel uapores. ℞ syrupi de corticibus citri. ℥. ſ. syrupi de calamento. ℥. i. aque enule. ℥. iii. misce et exhibeatur hoc totum calidum pluribus mane. ¶ Tertium instrumentū conferens omni tremori cordis ⁊ proprie frigido magis est karabe de cuius puluere in potu dent' ℈. ii. cuȝ aqua melisse. Et si uelis ipsuȝ appropriare magis lapsui calido detur cū aqua acetosi. Ad idem ualet ⁊ est singulare pul. zedoarie. ¶ Quartū istrm ē hoc electuariuȝ de quo oī mane ⁊ in uesperis accipiatur quantitas medii coclearis ⁊ post ipsuȝ bibatur tertia pars ciati uini aromatici et bēne fumosi ad lapsuȝ frigidū cuȝ aqua acetosi ad lapsuȝ calidum. Cuius descriptio. ℞ speꝝ letificantis Almanso. ʒ. ii. specieruȝ electuarii de ligno al'. ʒ. i. foliorum auri numero. vi. yacinti smaragdi saphiri ossis de corde cerui. ana. ℈. i. margaritarum. ʒ. iii. conserue rosate ⁊ uiolarū ana. ℥. i. ſ. ambre nucis mus. ana. g̃. ii. fiat electuariū cum. ℥. i. ſ. zuccari candi ⁊. ℥. i. syrupi de corticibus citri ⁊ post hoc electuariuȝ buliat in libra. ſ. succi mastianorum ⁊ sunt poma siluestria parua in nemoribus inuenta. ¶ Quintum instrumentum speciale est buglosa de cuius puluere omni sero eger quādo uadit ad lectum accipiat pondus medii aurei ⁊ est pondus. ℈. ii. ⁊. g̃. iiii. quare. xi. tertii capitulo de cano. vniuersalibus curationis cordis. ¶ Et ex his quorum iuuamentum magnificatur in tremore est potare medii aurei de buglosa tempore somni noctibus continuis. Ipsa etiā recens sicca ī omni cibo ⁊ potu accepta aut eius aqua sublimata conueniens est. quar̄. xi. tertii capitulo d̄ cura tremoris cordis igt. ¶ Sup buglos. uero sis audax ⁊ non timeas malitiā eius. immo utere ea in omni quasi potu quod tribuis in cibo das. Et enī iā concurrit consuetudo ut in potu tribuatur ⁊ similit' aqua eius distillata. ¶ Sextum instrumentum speciale est unguentū hoc d̄ quo apponatur pānus rotondus latitudinis semiss'. super regiōe cordis ℞ floruȝ borraginis ⁊ buglos. ana. ℥. i. mellisse recentis uel sicce. ℥. ii. floruȝ rosarum nonduȝ complete apertarum. ℥. iii. ſ. florum salicis lambrusce foliorum basiliconis sicci uel recentis ana. ℥. i. croci. ʒ. i. been al. ⁊ ru. zedoarie karabe ana. ʒ. ii. yacinti smaragdi margaritarū zaphiri ana. ℈. i. corallorum ru. ℥. ſ. amili farine ordei ana ℥. ii. aceti. ℥. i. ſ. buliat farina ordei ⁊ amilum simul lento igne cum uino aromatico. deinde in mortario ponatur ⁊ cum inceperint tepescere superaddantur aliarum medicinarum pulueres diligenter coterendo et apponatur tepidū. ¶ Septimū instrumentū est sacculus iste qui semper portetur super corde et est facilius applicabilis q̄ unguentum primo scriptum. ℞ sperū letificātis Almās.

specierum electuarii d gemmis ꝛ d ligno al' ana .ʒ.ii.florum rosmarini rosa.nenufaris ana.ʒ.i.ʃ. pulverizentur omnia per se ꝛ commisceātur ꝛ ponantur in sacculo d sindone de grana retorta facto ꝛ applicetur. ¶ Octavum ꝛ ultimuz instrumētum est hoc. ℞ specierum electuarii in quarto remedio scripti.ʒ.ii.zuccari al.℥.iiii.cum aqua buglosse.fiat confectio in rotulis .ʒ.iii.ꝛ ex ea sēper accipiat ante cibum rotulā.ʃ.ꝛ tantūdem post cibum. ¶ Instrumenta vero que malā epatis dispositionem corrigere possunt ꝛ proprie quando lapsus est fri.ꝛ humi.sicut est in viro isto sunt hec.

¶ Et primū est sy. iste d quo accipiat.℥. ii.cuz.℥. tribus aque eupatorii calidi actu.℞ cuscute eupatorii foliorū apii absinthii florū rosmarini gario filoꝝ cinamomi ana.M.i.spodii scolop.epatice sādalorum amboruz se.cicoree ana.M.ii. coralloꝝ ru.andacoche radic.feniculi petrosellini lambru. ana.M.ʃ.coquantur omnia in libris.x.aque vsqꝫ ad consumptionē medietatis.deinde predictis addantur vini citonioruz.℥.ii.zuccari al.librā.i.ʃ. ꝛ lento igne coquātur vsque ad spissitudinē ꝛ aromatizetur cū cinamomo gar̄.ꝛ spodio de canna. ¶ Secundum instrumentuz speciale est confectio hec d qua semper eger accipiat rotulā unam ante cibum ꝛ post.℞ specierum dialacce ꝛ diacurcume ana.ʒ..i.se.taraxacon.ʒ.ii. ligni al' gar̄.croci ana.℈.ʃ.zuccari.℥.v.cum aqua eupatori fiat confectio in rotulis.ʒ.i.ʃ. ¶ Tertium instrumentum speciale est ut eger pluribus diebus accipiat.ʒ.i. aut.ʃ.de pulvere epatis lupi ī furno exiccati ꝛ ꝑprie cū.℥.i.aque eupatorii ꝛ tardet cibum suum saltem horis quattuor post. ¶ Quartuz instrumētum ex simplicibus rectificantibus epar ē ut eger assuescat comedere carnes codiarum ꝛ sunt limatie in dumetis invente que serpunt super spinas ul' rubos ꝛ proprie habentes testas parumper ad citrinitatem uel rubedinē tendentes. ¶ Quintuz instrumentū epati conveniens ꝛ proprie ad magnificandum ipsum ꝛ evacuandū ab eo materias diversas et corruptas est hoc.℞ succi eupatorii.℥ .i.ʃ.reubar̄ electi.ʒ.i.epithimi cuscute spice nardi ana.g̃.vi.salis gemme.g̃.i.exhibeatur hoc totū in potu ꝛ tardetur cibus saltē horis quinque post assumptionē ipsius. ¶ De his vero instrumentis que emoroidarū fluxum stringere possunt primū ꝛ expertum est hoc.℞ scorie ferri pulverizate ꝛ frixe in aceto rubeo.℥.i.mirobalanorū cōbustorū ossiuz dactilorū corallorū rubeorum corticū ovoruz omniū quattuor combustoruz ana.℥.i.pulve. gypsi.℥.ii.albumina ovorū numero quiqꝫ uel.vi. conquassentur omnia in simul ꝛ submergantur in ipsis stupe prius infuse in acetum extictionis calibis et bene expresse liniantur predictis medicinis et apponantur fitezi uentre prius mundificato a superfluitatibus. ¶ Secundum speciale instrumētum est descriptio pillularū d bdellio. ¶ Tertiuz instrumentū est descriptio pillularū d sandaraca que ambo duo collige i 7 tertii ca 7 de medicinis liquidis et embrocis emoroidarum. Et est modus administrandi has pillulas ut omni mane accipiat ex eis.ʒ.i.ꝛ tardet cibum suum horis ad minus quattuor. De his vero instrumentis que fedū calorem abscindere possunt iam patet ꝙ omnia predicta ad hoc capitulū serviunt ꝛ proprie illa q̄ cor et epar confortant sanguinē pacificādo ab aquositate flegmatica ꝛ ab aquositatibus colericis et aliis corruptis primum est hoc.℞ aque lactis caprini.℥.iiii.succi cuscute.℥.i.misce ꝛ accipiatur in potu diebus saltem.xv. ¶ Secundum est hoc. ℞ succi fumiterre ꝛ absinthii ana.℥.i.misce et accipiatur ut supra. ¶ Tertium instrumentū est hoc.℞ aque sublimationis radic.acori aque sublimatiōis naporū ana.℥.ii.ʃ.misce ꝛ totum accipiatur ī potu per.xv.dies.clarificat sanguinē diversim faciēdo materierum corruptarum simul cōmixtarum ꝛ est d medicinis acceptis ex 7ª quarti tractatu ꝛ capitulis secūdis. ¶ Specialia vero ī media tria debilitati uirtutis subuenientia sunt ista. ¶ Primū ℞ granorū fisticoruz libraz.ʃ.seminū cōium frigidorum.℥.i.ʃ.violarum se. endivie scariole lactuce ana.ʒ.ii.cinamomi electi.ʒ.i.ʃ. corallorū ru.spodii ana.℈.ii.margaritarum.ʒ.iii. carniuz perdicum d aliis acceptarum.℥.v.terantur simul carnes ꝛ fistici cocti in vino dulci vsque ad ultimam contritionez .deinde incorporentur cum libra.i.zuccari al.cocti cū aq̄ buglose ꝛ ī fine apponātur species ꝛ fiat confectio ī frusta.℥.i.De hac itaque confectione ī omni cibario accipiatur vsqꝫ ad ℥.ii. ¶ Secundū speciale instrumentuz est ut vir iste assuescat in cibis suis ponere aquam sublimationis perdicum uel caponum proprie distillatam cum foliis basiliconis recentis uel sicci. Tertium instrumentum vt vir iste gratia confortandi īnatū calorē saltē in septimana ter accipiat singula vice.ʒ.i.electe tiriace Andromaci ꝛ tardet post eam cibū ad minus horis.vi. Si autē ī temporibus in quibus vtitur prefatis remediis venter eius stipticus redderetur.tunc accipiat ante cibū semper coclear unū huius electuarii. ℞ medulle sebesten pulpe tamarindorum cassie fistule ana.℥. .iii.se.endivie acetose se.comuniū frigidorū oiuz ana.ʒ.i.cinamomi electi.ʒ.i.ʃ.zuccari al.cocti cuz .℥.iiii.aque sublimationis foliorum volubilis minoris librā.ʃ.incorporentur simul et fiat electuarium quo vtatur vt dictum est. Hec sunt meliora que eligere potui in dispositionibus huius viri.summus autē opifex omnia ipsa in salutem eius dirigat. Amen.

¶ Capitulum d tremore cordis ꝛ mala' complexione stomachi.

℞ vnguēti cordialis cōpleti cū resina librā.i.de hoc unguento mediocriter grosso extendat sup pāno de grana qui sit figure circularis ꝛ latitudinis semissis ꝛ ponat super mamilla sinistra in mane qn̄ surgit de lecto ꝛ sero qn̄ uadit ad lectum actu tepido.℞ pul.odoriferi.℥.i.quem ligatum habeat in panno de sindone d grana retorta ī forma pili facto quem maiori parte temporis odoret. ℞ aque buglose libram.i.aquarū cuscute et cicoree ana.℥.iiii.misce . De istis aquis mediocriter calefactis cum pauco zuccaro accipiat omni mane in aurora ciatum vnum parvum ꝛ hoc distanter per nouem horas post cenā et post ipsas tardet cibum horis.iiii.℞ confec.de fisticis cum speciebus trisandalorum.℥.iiii.de hac confectione accipiat vnum vel duo frusta omni die ante cenaz et post ante prandium.℞ pul.de polipo.pul.preparati ana.ʒ.i.et partientur in quinque partes equales de quibus sumat omni sero immediate ante cenam.℞ pill'am vnam de aloe abluto immediate ante cenam postquā consūpti sūt pulveres.

℞.electuarii de epithimo.ʒ.v.ʃ.⁊ distemperent cum vino in mane ⁊ sumat calidū. ℞ zuccari al. librā.ʃ.turbith bene mundati hermoda.ana.ʒ.i. .ʃ.pulueris anisi dulcis.ʒ.i.⁊.℈. ii.sc.rute.℈.i.coquatur zuccarum cum aqua rute ⁊ fiat confectio ī rotulis magnis ⁊ cooperiatur foliis auri de q̄ accipiat quantitatem.℈.ii.uel.℈.i.℞ anisi spice matis seminū leuistici ⁊ rute ana .ʒ.i.cimini.ʒ.ii.pulueris sene.℥.i.tartari.ʒ.ii. mellis rosa.co. libras .ʃ.zuccari perfecti.℥.ii.coquatur simul zuccarum ⁊ mel et fiat electuariū de quo accipiat omni sero ante cenam per horam uel.ʃ.ʒ.ii.uel.iii.℞ diacimini dulcis.℥.ii.⁊ accipiat de ea ante cibū ⁊ post quantitatē.ʒ.ii.⁊ eam continuet per plures septimanas.℞ confec.de fisticis simplicis librā.i.⁊ eatur ut supra.℞ electuarii de epithīo.ʒ.xviii. de quo sumat ante cenā immediate quātitatez nucis musca.℞ unguenti glutinosi.℥.ii.quod applicetur stomacho.⁊ cet℈.

¶ Tractatus decimusquartus de dispōibus splenis.

¶ Consilium ad malā dispositionē splenis ex qua propter infectū sanguinē generabantur pustule ⁊ scabies.

Vir clarissimus et eximius utriusq̧ iuris doctor dominus Sublimanus laborat dispositione splenis non sufficienter mūdificati pp melācolicuz humorē ab epate ⁊ a uenis.quarē melancolicus humor in epate ⁊ in renibus eius recipit caliditatē magnā per quam inficit sanguinez et reddit ipsum corruptum ⁊ obiectū virtuti nutritiue inconueniens q̧ dato q̄ apponatur membris resolutis non tamen vere vnitur ⁊ assimilat eis qui etiam latus ad membra inficit ea corrūpit et mortificat faciendo pustulas acutas ⁊ vlcerativas.⁊ dato q̄ ista abscindatur a membris p unctiones et ablutiones.tamen milies recidiuaret nisi perfecte complexio membrorū rectificet.

¶ Propter quod vir iste abstineat a cibis ⁊ potibus omnibꝫ acutis.ut cepe raphano alleo et similibus.⁊ a rebus valde pinguibus ualde salsis ab eruca a caulibus ⁊ similibus.et a vinis valde fumosis acutis.Et preter hec iam dicta accipiat cibum omnē libito suo.¶ Pro regimine uero medicinali vtatur istis tribus quorum descriptiones infra posite sunt.¶ Prima est descriptio pillularum de quibus saltem omni sexta die parū añ cenā accipiat vnam.⁊ sic semper continuando eam nisi fluxus uentris immoderatus acciderit.℞ aloes abluti.ʒ.ii.ʃ.lap. ar.⁊ lazuli ana.℈. .i.fiāt pillule ex omni.ʒ.vi.cum succo rosa.¶ Secundum remedium est istud electuarium de quo saltē omni mense bis in aurora accipiat .ʒ.iii.ʃ. cum medio ciato aque lactis.reliquo autē tēpore vtatur pillulis subscriptis.℞ electuarii de psilio de epithimo ana.℥.ii.electuarii rosa.℥.ʃ. misce.¶ Tertium remedium speciale est descriptio quarūdā specierum que debent in aqua coqui ut īfra apparet.de qua aqua quādo instat necessitas magni pruritus ⁊ multitudo pustularum corrumpentiū iste dominus madefaciat corpus suum totuz aut saltē partes illas que magis lese sunt a scabie.℞ radic.serpentarie enule ⁊ lapatii ana.℥.i. elli nigri.ʒ.ii.coquantur simul in.viii.fialis aque vsque ad consumptionē quarte partis ⁊ fiat vt dictū ē.

Ad idem.℞ aluminis iameni.℥.i.argēti sublīati .ʒ.ʃ.buliāt in tribus metretis aque usque ad consumptionē tertie partis ⁊ fiat ut supra.

¶ Pro scabie.Accipiat hoc electuariū in aurora cū medio ciato aque lactis calide et post dormiat p unā horā ⁊ tardet cibū assumere horis.v.⁊ post p unam horā prandeat.℞ electuarii de epithimo electuarii de succo rosa.ana.ʒ.ii.misce ⁊ sumat ut supra.¶ Secundo accipiat istas aquas in aurora ⁊ post dormiat per vnam horā et tardet cibū horis quattuor ad minus.℞ aque de fumo terre acetose et enule ana.℥.i.misce.¶ Tertio quando accipit digestiuum per aliquot dies si venter eius fuerit stipticus accipiat omni tertio die parum ante cenam pillulā vnā de aloe abluto ⁊ post comedat īmediate.¶ Quarto accipiat octaua die.ʒ.i.ꝺ pillulis istis infra scribēdis hora supraascripta ī minoratiuo ⁊ post dormiat per unam horā cum dimidia ⁊ tardet cibum horis.vi.in quaruz quinta accipiat cyatuz vnuz aque zuccarate calide.℞ pillularuz aurearū ⁊ ꝺ yera composita ana.℈.ii.lap. ar.et lazuli ana ℥.vi.fiant pillule ex omni.ʒ.vi. Quinto post euacuatōem eradicatiuā inungatur corpus totum bis in die.s.in sero quando uadit ad lectum ⁊ in mane quando surgit aut saltem in sero usque ad quattuor dies ul'.vi.cum hoc unguēto.℞ unguenti ꝺ succo enule.℥.iii.unguenti al.℥. .i.misce.¶ Ultimo uero factis omnibus supradictis remediis abluat corpus suum cum decoctione radicum ⁊ foliorū lapatii ⁊ enule tribus vicibus quā ablutionē ɔtinuet per mediā horā ⁊ cet℈. Hec sunt que succinte sentio meliora de huius viri dispositione.uelit omnipotens ut per hec sanitatem consequatur.

¶ De duritie ⁊ oppilatione splenis.

Ista venerabilis domina religiosa sicut apparet egrotat duplici egritudine principaliter.Prima est mala complexio frigida splenis ipsius notabilit̄ et aliqualiter sicca .licet non tantum sicca quantum frigida.et ad ipsam secuntur oppilationes in ipso splene prouenientes a materia mixta a flegmate ⁊ melancolia.Et quando dominat̄ materia melancolica super flegmatica tunc inuenitur tensio cum duritie et rugitu in splene suo. Si autem dominatur flegma super humore melancolico tunc inuenitur in splene eius tumefactō sine duritie ⁊ uentositatum multitudo in splene suo propter que omnia comprimitur diafragma et alia mēbra anhelitus.unde necesse est fieri tussim molestam et fortem.Et hec dispositio potest communicari capiti et leditur cerebrum per colligantiā eius ad ipsuz.Et quia domina ista mediocriter carnosa est ut scribitur rationale in ipsa colera inueniri debet qui commixta cum flegmate reddit ipsum salsum et est causa efficiens ⁊ materialis sputi predicti salsi ¶ Pro regimīe eius quinque uidentur mihi principaliter obseruanda ⁊ necessaria.¶ Primum est q̄ hec domina abstineat a cibis fri.⁊ humidis ⁊ uentosalibus sicut a leguminibus omnibus a lacte et lacticiniis cibis. a multo vsu blete spinachiaꝝ lactuce portulac.cucu.cucur.⁊ consimilium actu et patētia fri. ⁊ hu. Abstineat a vino dulci cuiuscunque coloris et con

ditionis existat ⁊ a multo vsu ciborum conditorũ cuz zuccaro ⁊ melle. licet mellita cibaria ⁊ ꝓprie quando condiuntur cum aceto ei cõueniunt ⁊ olo euitet vsum aque frigide simplicis uel cuz aliis cõ mixte. Secundum principale obseruandum in ipsa est ut hec domina in presenti mense aut saltẽ xª. die futuri mensis faciat flobothomiã de salua tella sinistre manus inuenta inter ãnularẽ digitum ⁊ auricularẽ ex qua educantur sanguis.ℨ.v. uel.iiii. Tertium principale est ut hec domina per totuz mensez iunii futuri accipiat infrascriptas aquas in aurora calefactas absque aliqua alia mixtione zuccari uel alterius rei. ℞ aque tamarisci ⁊ kolop. ana.ℨ.i.ſ. aque mellisse .ℨ.i. misce.

Quartum principale est ut cum acceperit predictas aquas per.vi. dies continuos. tunc septima immediate sequenti die prefata predicta hora accipiat.v. de infrascriptis pillulis post quas non comedat nisi transeãt hore quĩque. ℞ epithimi polipodii folliculorũ sene ana.ʒ.i. lap. lazuli preparati.℈.iiii. aloes abluti.ʒ.ii. dyagridii.g̃. iiii. agarici electi.℈.ii. formentur pillule cum succo salvie ꝺ omni.ʒ.vi. Quintum principale est ut hec dña vtatur infrascripto puluere ꝺ quo super prora capitis tota ubi homo efficitur caluus omni quarta die spargatur ad quantitatẽ.iiii. granorũ frumenti ipsum spargendo inter capillos. Et attendat insuper ꝙ omni tempore vite sue ꝺ hoc puluere potest vti cuius descriptio. ℞ rosa. spodii corallorũ alboꝝ ⁊ ru. ana.℈.i. macis.℈.iiii. garioſiloꝝ .ʒ.ſ. pulverizentur omnia subtiliter per se. deide commisceanur superaddendo ligni al' subtiliter pulverizati.℈.ii. in fine. Et memoret isuper ꝙ su prascriptis pillulis in quarto capitulo potest vti toto tempoř vite sue accipiendo ex eis vnã omni quinta die paruz ante cenã si percipiet grauitatẽ stomachi aut unam ex eis per duas horas post cenam dum percipiet grauitatẽ capitis. Et nullum dubium est ꝙ si hec domina vtetur regimine tali preseruabitur ab incursu deterioris nocumenti ⁊ sanitatẽ suam recuperabit ad melius ualde.

¶ Consilium de quibusdam accidentibus euenientibus capiti cordi ⁊ stomacho prouenientibus a debilitate ⁊ oppilatione splenis et frigiditate eius ⁊ cet.

A Ccidentia huius omnino venerabil' serui Dei domini nostri Iesu christi radicaliter proueniunt a debilitate ⁊ oppilatione splenis ipsius qui non est potens ad expellendum superfluitates in ipso congestas. remanent ergo ibi et i uentositates conuertuntur que ascendunt ad cor ⁊ capu. uehementer ledendo ea. Et ex eodem fũdamẽto pp malã complexionẽ frigidam ipsius splenis stomachus per colligantiam leditur in digestiõe sua. hec est in summa huius viri dispositio. Ita ꝓuidendum est ei cũ remediis infrascriptis. Primo vt vno mane hora electa fiat sibi flobothoĩa ꝺ saluatella posita inter annularem ⁊ auricularem digitos sinistre manus per quã extrahantur sanguinis.ℨ.iiii. uel.v. Sequenti die mineret' materia cum hac medicina. ℞ aque scolopendrie.ℨ.ii. electuarii diasene ⁊ hamech ana.ʒ.iii. calefiat totũ et accipiatur in aurora non multum dormiendo post ipsum ⁊ tardet prandium sex horis. Tertio de pluribus diebus in aurora accipiat .ℨ.v. aque scolopendrie calefacte ⁊ tardet cibum post eam per horas tres. Quarto diebus inter mediis ⁊ quasi per vnum annum vtatur pillulis ĩ frascriptis de quibus accipiat vnam uel duas ante cenam immediate. ⁊ poterit ex eis.vii. accipere omni fine.xv. dierum obseruando post eas ea que dicta sunt de electuario. quarũ descriptio est hec. ℞ aloes preparati cum succo endiuie.ℨ.i. tamarisci cortic. capparorũ scolopendrie ana.℈.ſ. armoniaci moll'.ʒ.ii. lapidis lazuli lap. armeni preparatorum ana.ʒ.iii. fiant pillule cũ succo foliorum agni casti. Quinto frequenter inungat regionez splenis sub costis sinistre partis cũ hoc linimento. ℞ olei nardini olei de capparibus ana.ℨ.i.ſ. se. agni casti scolopendrie ⁊ tamarisci armoniaci cortic. capparorum ana.ʒ.ſ. pulueris ameos.℈.ii. terantur ultimate simul ⁊ ex eo calido fiat iunctio.

Ad prohibendũ uero nocumentum in corde sequens portet semper super mamilla sinistra hunc sacculum infra interulam consutum. ℞ specierum electuarii de ligno aloes specierum letificantis Almansoris ana.ʒ.v. pulverizentur omnia ⁊ fiat sacculus quadrangulatus in sindone de grana.

Ad prohibenduz vero euaporatiõe ad caput ⁊ ad confortandum digestionem simul utatur hac confectione de qua semper post cibum accipiat rotulam vnam. ℞ masticis.ʒ.i. rosarum spodii mẽte ana.ʒ.ſ. coriandri preparati.ʒ.ii. conserue citoniorum libram.ſ. cum vino citoniorum calefacto fiat confectio ĩ rotulis.ℨ.ſ. his factis si sanus erit offerat perpetuas altissimo laudes. sinautem scribat ⁊ prouidebitur ei ꝺ aliis. Ad laudem dei omnipotentis. Amen.

¶ Consilium de duritie apostemosa splenis.

D Uritiei apostemosa splenis huius nobilissime domine causam habet ⁊ habuit sui ipsius rationabiliter productiuaz. febres enim prolixe ꝓpter continuã quasi resolutionẽ quã faciunt in spiritibus ⁊ alterationem uel corruptionem quam faciunt in materiam nutrimenti euertunt corpus ad corruptionẽ humorum ⁊ totius substantie membroruz. Unde ꝓpter modum resolutionis ducentis ad priuatiuaz siccitatẽ ⁊ per uiam exiccationis positiue que prouenit essentialiter ad febrẽ in quantum est motus siccus ⁊ credo prouenisse a materia huius febris domine quam credo fuisse colerã notam vitellinam a sapientibus nuncupatam corpus ⁊ materia eius perducte sunt ⁊ in cineratõem ⁊ acquisitõem terrestritatis propter quod nõ ẽ mirabile si splen ipsius apostemat' ⁊ induratus est. Unde et hec mulier egrotat duplici genere egritudinũ .s. complexionalium vt est frigiditas ⁊ compõali sicut ẽ duritiei aut apostema splenis. Et hi sermones facile colligi possũt prima quarti ca° de tertiana nõ pura. ⁊ ibidem ca° de quintana ⁊ sextana. ⁊ secundo de differẽtiis febriuz. ⁊. xi. terapẽtice ⁊ primo ad Glauconez. At vero hec egritudo accidenti satis tremendo complicata est. Scribitur enim ꝙ fere omni quarta aut quinta die superuenit ei fluxus sanguis a naribus copiosus valde qui proue-

nire potest a fortitudine virtutis laborantis ad euacuandum materiã antecedentẽ illius apostematis creticis permutationibus. quod si ita contingeret bene sperandum esset de terminatione eius Si autem huius sanguis euacuatio associaretur debilitati virtutis perseueranti hic fluxus sang. malam terminationẽ argueret in ea futuram.

Quacunque tamen contingat ei prouidenduz decreui quinque remediis infra scriptis Angustia enĩ temporis non concedit mihi modum subtilius ampliãdi scripturam. sed applicari possunt remedia conuenientia. Et si succedet ei bonum erit. sin autem fortassis vberius ĩ hac materia cõtemplabor si concitus ero. Primum itaque instrumentorũ istorum est potus iste quem hec dñã per vnum mensem continuum omni mane in aurora accipiat. ℥. iiii. calido existente actu. ℞ aq̃ distillationis scolopendrie tamarisci ⁊ cuscute ana librã. i. bibatur ex ea omni mane. ℥. iiii. cum. ℥. ß. aceti squillitici ut dictum est. Secundũ instrumentum est ꝙ omni sero per horam ante cenam hec domina deglutiat tres de istis pillulis. ℞ armoniaci molliores. ℥. ß. puluerũ seminũ agni casti cuscute ⁊ plantaginis ana. ℈. ß. cuz succo matrisilue fiant pillule de omni. ʒ. vii. Et si contingeret ꝙ venter huius domine non esset bene solutus. tũc recipiatur. ℥. ß. predictarum pillularuz aloes epatici per quinque dies macerati in. ℥. iii. succi matrisilue quam Dyascorides vocauit splegmonem. ℥. i. fiant pillule de omni. ʒ. vi. de quibus omni sero accipiatur vna immediate ante cenam. Tertium instrumẽtũ est vt hec mulier omni mane ante prandium immediate accipiatur rotula. i. huius confectionis. ℞. trocis. ð capparibꝫ. ʒ. i. trocis. de spica. ʒ. ß. pul. radic. liquir. ℈. ß. zuccari secunde coctionis. ℥. v. cum aqua scolopendrie fiat confectõ in rotulis. ʒ. iii. Quartuz instrumentũ est ut accipiantur aceti al. libras. xv. in quibus quinq̃ vicibus extinguatur frustum vnũ calibis ponderuz libre vnius quod sit bene candens. accipiatur igitur frusta bisselli panni amplitudinis duarum spãsaruz ⁊ infundatur in predictũ acetum ⁊ superponatur toti ypocondrio sinistro bene calefactũ ⁊ superligetur loco illi mane meridie ⁊ sero ante cibũ permutando ipsũ ⁊ fiat hoc octo diebus cõtinuis.

Ultimũ instrumentum est cerotum hoc ꝙ alteris diebus octo sequentibus immediate applicetur ypocondrio ubi ponebatur pannus ⁊ ibidem continue appositum permaneat cuius descriptio. ℞ armoniaci pinguis et electri. ℥. i. ß. dissoluendũ seminis plantaginis ⁊ agni casti scolopendrie ⁊ tamarisci ⁊ corticũ capparorũ ana. ʒ. ß. fiat cerotuz lunaris figure tante amplitudinis ⁊ paulo maioris quante extensionis est apostema uel durities splenis ⁊ ibidem permaneat octo diebus. post hoc autẽ remoueatur ⁊ fiat reuolutio ad appositiõem panni infusi in acetum ut predictũ est. Et sic circulariter fiat transitus in curatione de pãno ad cerotũ ⁊ econtra continuando hoc ⁊ suprascripta remedia. ut iã dictũ est. hoc autem ad laudẽ dei. Amen.

Tractatus decimusquintus de passionibus ventris inferioris ⁊ intestinorum.

Consilium de doloribus existentibus circa regionem vmbilici tã superius ꝙ inferius ⁊ extẽduntur etiam ad latera quibus etiam quandoque succedit vomitus satis magnus ⁊ solutio ventris nõ minor isto qui etiã dolores extenduntur vsque ad renes et spinam.

d Dolores quos patitur vir nobilis Nicolaus perundus secundum ꝙ mihi narratum est perseuerãt circa regionem vmbilici tam superius ꝙ inferius. ⁊ extenduntur etiam ad latera quibus etiam quandoque succedit vomitus satis magnus ⁊ solutio ventris non minor isto qui etiam dolores extenduntur vsque ad renes ⁊ spinam. Et licet existimari possit ꝙ isti sunt dolores renũ ꝓuenientes ab arenulis uel trumbis uel lapillis in eis indicatione sumpta ab extensione doloris per partes predictas. tamen aspiciendũ est ne hec dispositio reducenda sit ad dispositionẽ colerice passionis quam alias in ipso vidi ⁊ curaui molestissimam intensiue ⁊ extensiue quo ad tempus ⁊ membra. aut saltem hi dolores yliaci cõicari possũt cũ colica. Credo ego ꝙ hec dispositio magis ad spẽm colerice passionis deduci debeat. propter quod q̃litercunque contingat reponi egritudinez in altera predictarum denominatõum uel in pluribus earum apparet. quoniã intentio curationis satis cõicat in omnibus illis. ⁊ proprie principaliter ĩ sedando dolores quorũ intentionẽ ⁊ perdurationem iste vir nobilis multo tempore tollerare nõ posset. Pro quorum curatione premisso debito regimine per sapientissimos doctores ordinato ĩ rebus non naturalibus. videtur mihi prouidẽdũ esse ei quinque remediis infrascriptis. quorũ primũ est. ut huic viro sepe applicentur uentose sicce magnorum orificiorũ. quandoque inter umbilicũ et os stomachi in media regione illius quandoq̃ permutẽtur ad ylia. quandoque ad sumen in q̃bus inueniet iuuamẽtũ singulare. Secũdũ remedium est hoc. ℞ olei de camomilla ⁊ olei de aneto ana. ℥. iii. olei de croco. ℥. ii. farine orobi farine fabarum ana. ℥. i. ß. coquantur lento igne super cineribus calidis absque flamma ⁊ cũ ceperint inspissari addantur eis vitelli ouorum numero. x. croci. ʒ. i. trociscorũ stelle. ℈. ii. coquantur omnia inuicẽ usque ad debitã cõmixturã. Et de hac medicina totus venter eius a scuto oris stomachi usque ad ĩguina ⁊ ylia omnia emplastrẽtur actu calido. Et placent etiam mihi summe ut de eodem medicamine ẽplastrentur renes ⁊ tota spina eius. Tertium remediũ est ut fiat sibi mane ⁊ sero clistere hoc. ℞ brodii decocti galli antiqui preparati secundũ artem. ℥. iiii. olei de viol' citrinis de camomilla et de aneto ana. ℥. ii. olei vulpini. ℥. i. ß. croci. ʒ. ß. uitellos ouorũ numero. iii. sal' gemme. ʒ. i. imponantur itra ⁊ cet. Quartũ remedium est hoc. ℞ electuarii quod sibi transmitto. ʒ. iiii. ß. aque sublimationis camomille. ℥. ii. calefiat aqua et cõmisceatur predicto electuario post quod tardetur prandium per septem horas. in hoc enim electuario maximum est iuuamentũ in similibus dispositionibus in mundificando totum uentrem a materiebus corruptis carminando et expellendo ventositates omnium intraneorũ membrorũ Et si de eodem electuario acciperet bis in septimana vtilissimum esset ei. Et si nollet isto modo accipere bonum esset ꝙ omni sero per. xii. partẽ hotem hore ante cenã deglutiret de hoc electuario

quantitatem vnius nucis mus. descriptio electua-
rii est ista. ℞ cubebarum xilobalsami carpobalsā
bacca. lauri ana. ʒ i. ani. liquir. ana. ʒ. ii. se. ?nte le
uistici ⁊ feniculi ana. ʒ. i. macis. ʒ. iii. cinamomi ele
cti. ℥. ii. thimi epithi. polipo. cartami ana. ʒ. iii. sy
rupi conseruationis zinzibezis viridis. ℥. viii. sal
indi. ʒ. ii. zuccari al. ℥. ii. coquātur simul cū syrupo
reliquis superadditis fiat electuariū. Quintū
remedium est. vt iste vir omni mane post prādiū
per horam cū dimidia deglutiat vnā de istis pil
lulis quas sibi transmitto. ⁊ spero ꝙ felicitabitur
dispositio sua cum istis que nūquā scripsi ꝙ credā
aut uelim superaddere instrumentis ⁊ pruden-
tie tantorum doctorum qui procurant hunc virū
sed oportet amicis complacere ⁊ ad rogamina cō
descendere. Descriptio est hec. ℞ magdaleonis pil
lularum alefanginarū Mesue. ℥. ß. polipodii epi
thimi salis indi ana. ℈. ß. diagridii. g. ii. forment
tur pillule cum succo ro. de omni. ʒ. vi. Ad laudē
dei omnipotentis. Amen.

Consilium de immoderata stipticitate uentris ab intestinorum frigiditate dependens simul ⁊ a ꝓ hibitione transitus colere ad intestina.

dispositio que ultimate remansit ī viro nobili triuisino cognomine a vulpe nomiato. est immoderata ventris stipticitas propter quam difficulter aut quasi nunquam naturaliter habet ventris beneficium. immo etiā cū applicatōe medicinarū lenientium ⁊ soluentiū uēter eius difficulter moueri potest. Cuius quidē accidentalis causa principalis est debilitas expulsiue virtutis proueniens a mala complexione frigida ītestinorum omniū. Secunda vero huius stipticitatis causa est prohibitio transitus colerice materiei a canali fellis ad intestina. flegmatica enī materia multa per viam indigestionis multiplicata in stomacho ⁊ in venis sua viscositate oppilat viam chistis fellis per quam colerica materia ad intestinū ieiunū descendens sua acuitate stimulat expulsiuam. Efficiens vero causa huius stipticitatis ē debilitas expulsiue iā dicta. prohibitio vero transitus materiei colerice tenet locū materialis cause. Et ex hoc fundamento apparet via curatōis huius dispositōis que consistit in quattuor principalibus considerationibꝫ ⁊ instrumētis. Primū est fortificare virtutē expulsiuā. Secundum ē aperire viā transitus colerice materiei ad ipsa.
Tertium est abscindere causas oppilationis predicte. Quartum est conseruare vias illas lenificatas ⁊ apertas bene secundum ꝙ oportet. Primū itaque horum completur per debitam applicationē sex rerū nō naturalium. Itaque euitet iste moram ⁊ habitatōes in locis frigidis ⁊ siccis multum ventosis. Item dimittat omnia cibaria infrigidantia ⁊ inuiscantia ⁊ oppilantia. uelut pastiles cibi ⁊ lacticinii neruose ⁊ pelliculose animalium partes ⁊ casei omnis vsum ⁊ legumina omnia ⁊ ꝓprie elixa ⁊ multum cocta ⁊ carnes ātiquas ⁊ ualde duras ⁊ cibaria omnia salita multum. Itē dimittatur piscium omniū vsus saltem frequens. Et euitentur fructus stiptici. uelut granata citonia sorbe mespile ⁊ similia. Effugiat etiam omis vini vsum grossi uel oppilatiui. ⁊ proprie nigri ⁊ con turbati. dimittat etiā vsū panis azimi aut ualde torrefacti. preter hec āt cibaria ⁊ potus utat᷑ oibꝫ aliis ad placitū. Ad hoc etiā effugiat motus oēs ⁊ exercitia laboriosa. ⁊ proprie post cibum. ⁊ iclinetur in regimine suo ad dormiendū parumper amplius consueto. ad hoc ut digestio melius pficiatur ⁊ sequatur ad illud substantifica intestinorū humectatio amplior ꝙ̄ si nō bona fieret digestio. Similiter etiam euitet ciborum ⁊ potuū assumptionem in quantitate multa. iā enim dictum est ꝙ digestiua eius est debilis pp frigiditatē ⁊ humiditatē stomachi sui. mltitudo itaqꝫ ciborū obtundendo calorem innatū stomachi ⁊ intestinorū ēēt causa renouandi ⁊ confirmandi oppilatōes iā dictas ⁊ augumentandi frigiditatē in stomacho ⁊ ī intestinis. Accidētia uero anime parūper excitantia ⁊ acuentia calorem essent sibi conuenientia quia mobilitarent intestina ⁊ materiā in eo contētā ⁊ augumentarent expulsiuā eius. ⁊ tu scis si bene consideras. Secunda vero intentio ⁊ instrumenta curationis premisse dispositionis fundanī in administrando medicinas aperitiuas. ⁊ securius commiscendo eas cū cibis gratia cuius cōplende quinqꝫ ponam instrumēta ut nunc sequitur.
Primū ut semper in cibis suis buliant radices .ii. uel. iii. dauci aut feniculi aut petrosel. sed primuꝫ est melius apud me semper. Secunduꝫ est ut hic vir assuescat sepe modicū ante cibū masticare. x. uel. xii. grana milii sol. bonū enī est. Tertiū vero est vt iterū ante cibū sepe utatur rotula .i. ʒ. iii. confectionis de seminibus descripte a Mesue in antidotario distinctione prima. Quartū vero est. ut in aurora sepe accipiat. ℥. iiii. aque cuscute calefacte cū modico zuccari. Ego autē experientia scio ꝙ si oppilati uel apti ad oppilationes. deglutiant. ʒ. ß. uel pillulas tres factas de puluere rubee tinctorū cū succo limonū quod est secretuꝫ magnuꝫ in aperiendo oppilationes ⁊ in aperiēdo futuras fieri ⁊ cet. Quintuꝫ vero speciale ē. ut iste vir vtatur sepe linimento facto mane ⁊ sero super toto ypocondrio dextro etiā vsque ad inguia actu calido. cuius descriptio. ℞ olei nardini. ℥. i. . ß. olei de aneto. ℥. ß. salis indi rubee tinctorum orobi ⁊ eupatorii radic. asparagi ana. ʒ. i. cōmisceantur omnia simꝉ in ampulla que pendens ī aquā bulientē diligenter cooperta coquatur usque ad medietatē ⁊ fiat ut dictum est. Tertia vero intētio abscidēdi cās euētus oppilationū p duo premissa facile obtineri potest. Et vero iterū debilitatē ītestinorū ⁊ proprie expulsiue facile tollit frequens vsus clisteriorū cū oleo amigdalarū amararū factorū Itē ad istud confert frequens vsus intestinorū omniū animaliū iuuenū. Item cōfert ad istud usus brodialiū mediocriter pinguium ⁊ lenientiū compositorū cū pinguedinibus recentibus absque sale Quarto iterū ad illud confert potus. ℥. i. aut medie olei de kerua actu calidi in mane frequenter exhibiti post quē tardetur cibus horis ad minus q̄ttuor. Scio etiā ego ꝙ frequēs inunctio totius ventris superioris ⁊ inferioris cū oleo calido decoctionis radicū enule vsque ad medietatē fcō frequēter uigorat expulsiuā stomachi ⁊ intestinorū ⁊ prohibet oppilatōnem in eis effici ⁊ confirmari. ⁊ hoc signuꝫ est notandū. Pro cōplemento uero intentionis ultime scribebantur īstrumenta quinque. quorū vsus alternatim omnem

debilitatē expulsiue intestinorū auferre potest. et uentrem totum leuem efficere ac etiam leuē cōseruare. Primū est puluis iste. ℞. polip. bene mundati. ʒ. ii. liquir. ʒ. i. pulueris gratiole que est persicaria minor secundum quosdam. ʒ. i. ſ. farine silsami. ℈. ii. zinziberis. g̃. vi. macis. g̃. viii. salis idi modicū torrefacti. ʒ. i. ſ. fiat omnium per se puluis ⁊ cōmisceatur de quo frequenter ante cenaʒ uel prandium. ʒ. i. accipiatur cū media scutella brodii carniuʒ recentiū. hic puluis educit flegmata ⁊ superfluitates melancolicas ⁊ viscositates in intestinis inuentas. Secundū vero instrumentū est ut sepe patiens accipiat unā pillulaʒ factā ex aloe succotrino cuius. ʒ. ii. ifuse steterit. in. ℥. v. succi corticū radic. sambuci vsque ad consumptōem ipsius factaʒ sub radiis sol' ul' tegula calefacta. Tertiū istrumētū ē puluis iste cuius usus col'ical educit superflutates ⁊ flegmaticas carminat ventositates in concauitatibus intestinoꝝ repertas ⁊ educit ēt superfluitates melācolicas ab eis. cuius descriptō ℞ foliculorū sene electoꝝ. ℥. i. diagridii. ʒ. i. salis indi. ʒ. ii. liquir' uel succi eius. ʒ. i. anisi cimini dauci ana. ℈. ii. reupō. electi solidi. ʒ. ii. macis. ʒ. i. pl'uerizentur omnia per se ⁊ cōmisceantur ⁊ accipiat' ex eo. ʒ. i. uel. ℈. ii. cū aqua decoctionis zuccari uel brodio pingui parū ante cenam. Quartum instrumentuʒ est potus iste. ℞ aque decoctionis mercurialis facte vsque ad medietatē. ℥. v. zuccari ru. ℥. i. ſ. dissoluatur totū ⁊ bibatur āte cibū. Ultimū vero instrumetum est quod est valde vtile ⁊ securū est hoc. ℞ medulle cassie extracte cū aq̄ sublimationis mercurialis librā. ſ. electuarii de psillio diasene ana. ℥. iii. zucca. ru. ℥. ii. ſ. conquassent' simul hec omnia cū. ʒ. i. pulueris diagridii. deinde buliant in libra. ſ. aque sublimationis florū violarum lento igne usque ad ipsius aque consumptionez. de hoc igitur electuario oppilati ⁊ stiptici p sepe accipiant ab. ℥. ſ. usque ad vnam ante cibum deglutiendo ipsum. Est enim medicamen vtile ad lenificatōem ⁊ oppilatōem satis expertuʒ. Ad laudem dei omnipotentis amen.

Consilium de stipticitate ventris complicata cuʒ saltu ⁊ tremulo motu cordis cuʒ vertigine scothomia cum imaginibus ⁊ corruptione operationuʒ sensuum interiorum.

Quinque sunt egritudines uel accidētia que ingenter molestant litteratissimuʒ virū dominū Leonardū de Leramo. Quorū cuilibet prouidere nō nisi cū magna anxietate videtur ēe possibile. tū propter essentiam istorum accidentiū in suam formam bene considerātoruʒ. tuʒ etiā q̄ talia accidentia sunt passiones mēbrorū corporis principaliuʒ aut valde nobilium. Et tertio quia talia valde cronica. Et quarto iterū quia ipsoruʒ aliqua contrarietateʒ videntur habere inter se tā ex parte causarū efficientium q̄ ex parte diuersitatis lesionū prouenientiū ab eis. Est autē horuʒ accidentium primū in ordine multitudo melācolie partim naturalis m'tiplicate in mesenterio ⁊ mirach a splene eius predictis locis materiaʒ talē effūdente. Altera vero ps huius melancolie in predictis locis aduritur. siue illius adustionis cā sit ut credo oppilatio facta in predictis locis ab hac materia propter quam per prohibitam euētationē intenditur calor illius materiei adustius in pluribus absque putrefactione illius talis materiei. licet ēt nō raro cognouerim ego taleʒ materiam in eo putruisse ⁊ febres melancolicas continuas proportionales in eo efecisse. Adhuc ēt illius materiei melancolice adustiua causa coadiuuatiua siue completiua potuit esse itensa caliditas epatis ⁊ renū eius. sed quia vsque nunc non habui manifesta signa caliditatis in istis membris. ideo amplius non protendo sermonē. Et ex hac causa adustionis harū materierū in mesenterio ⁊ mirach plurium accidentium in eo apparentiuʒ pulchre reddi potest causa. Primo quia vēter eius vt in pluribʒ est excellenter stipticus. positiua enī frigiditas concurrit ad immobilitandū materiā Siccitas vero ipsius iuuat ad cōsumēdum humidum ipsoruʒ intestinorum per cuius irrorationē in eis acquiritur fluxibilitas uentris. Similiter illa siccitas exiccat humidū ipsarū fecum. vnde et expellibile quod est ipsa fex ⁊ intestina expellētia ad expellendū sunt inepta. Ad hanc etiam stipticitatē efficiendam concurrit caliditas adustiua predictarū materierum per modū sue resolutionis exiccando materiam ⁊ priuando intestina ab irroratiua materia predicta. Et fortius ⁊ pulchre quia cum materia talis secundum multaʒ sui quantitatē teneatur in mesenterio concurrit per modū sue frigiditatis naturalis constringendo ⁊ sue siccitatis consumendo humiduʒ roridum quod gratia finis a natura reconditum est in glandosis partibus mesenterii. Inde necessario consequit' stipticitas raro bene a medicis cognita ⁊ scita. Et colligitur hec sententia. xvi. tertii de signis stipticitatis. Et iterum caº de causis colice tractatu quinto ibidem contemplando. Secunduʒ vero accidens principale est multitudo rugitus ⁊ vētositatū in intestinis multiplicatarum in splene ⁊ ī stomacho etiam. hoc autē verificatur a multa melancolia ⁊ a caliditate ventosatiua ipsius. Tertium iterū accidens ē corrupta digestio prouenięs a ventositate mobilitante cibos in stomacho ⁊ a frigiditate diminuente operatōem caliditatis in cibo. Quartū vero accidens adhuc sequens est eructuatio frequenter accida ⁊ fumosa. Quintū vero quod sequitur ad ista est latio harū vētositatum ad caput eius ledentium modis tangendis ī ferius.

Secundū capituluʒ prime particule.

Pro cura itaq; huius dispositōis q̄nq; pricipalia succincte tangendo mihi obseruanda videntur. Quorum primum ē ut hic vir euitet comestioneʒ ciborū acutorum inflammantiuʒ ⁊ comburentiuʒ materias. sicut alleum cepe rafanus porrum sinapis caro salita ⁊ similia. Item dimittat cibos itrī sece melancolicos. sicut panem azimuʒ ⁊ valde cōbustum ⁊ multi salis ⁊ furfuraceum lentes fabas carnes valde salitas pisces carnes bubali ⁊ antiquorum animalium ⁊ magni corporis ⁊ multitudinem aceti et acrium ciborū omnium. Et vinuʒ rubeum grossum ⁊ nigrum acre conturbatū acre et ponticum. Secundum principale remediuʒ ad hanc intentionem ē vt vir iste utatur medicinis lenientibus et proprie colerāʒ nigrā naturalem et adustam mediocriter educentibus. sicut ē electuarium hoc. ℞ medulle cassie fi. mucillaginis

sebesten nuper extractoꝶ ana.ʒ.iiii.thimi epithi. ana.ʒ.i.lap.lazuli lap.armeni preparatorum secundũ artem.ana.ʒ.ß.salis indi.ʒ.ii.macis.ʒ.i.cimini anisi succi liquir ana.℈.iiii. zuccari ru.ʒ.iii. Coquatur zuccarum cũ aqua sublimatõis violaꝶ ⁊ incorporentur cũ ea reliqua ĩ forma electuarii. De hoc igitur omni quarta uel quinta die paruz ante cenam accipiat patiens a.ʒ.vi.usque ad.ʒ.i.ß.deglutiendo ipsum aut cũ aqua decoctionis violarũ siccarũ dissoluendo ⁊ actu calidũ bibendo.

Tertiũ remediũ est.ut si vir iste abhorreat electuarium istud accipiat de isto puluere hora iam predicta a.ʒ.ß.vsque ad.i.cũ modico brodii pulli

Quartũ remediuz ẽ.ut iste viz frequentet iunctionẽ inferioris ventris ⁊ ypocondrii sinistri cuz hoc linimento actu calido.℞ olei de croco olei de radice enule ⁊ amigdalarum amararuz ana.ʒ.ß. pulueris cimini in aceto infusi p duos dies ⁊ exiccati.ʒ.i.ß.ar istolo.ro.gẽtiane se.rute ana.℈.i.acori radic.enule.ana.ʒ.ß.uiolarũ.ʒ.i.ß.conquassentᷣ omnia diu in mortario absque alia cera.⁊ fiat ut dictum est. Quintũ remedium est electuarium istud,cuius iuuamentuz sublime repertũ est cõtra omnes impressiones melancolicas taz in corde ꝙ̃ in cerebro factas ⁊ est eius vsus ut accipiatur ex eo coclear unũ in aurora iam completa digestiõne prima.⁊ iterũ post septẽ horas ab assũptione prãdii accipiatur ex eo coclear mediuz.⁊ tardetᷣ post ipsũ cibus saltem duabus horis. Cuius descriptio ℞ floꝶ boraginis buglosse mellisse corticuz citri karabe zedoarie ana.ʒ.i.se.basiliconis.ʒ.ii.macis capillorũ veneris ana.ʒ.i.ß.cimini anisi feniculi succi liquir ana .ʒ.ii.foliorũ auri numero.vii.yacinti smaragdi zafiri corallorũ ru.ossis ð corde cerui ana.℈.ii.doronici.ʒ.ß.lapidis armeni lapidis lazuli preparatorũ ana.ʒ.i. zucca. al.librã.i.mellis infusionis aut decoctionis emblicorũ librã.ß. coquantur simul zuccarũ ⁊ mel vsque ad condecentem spissitudinẽ.⁊ postquã infrigidata fuerint sup adiungantur species omnes per se contrite contritione longa ⁊ vltima.Ultimo vero hoc electuariũ leui ebulitiõe buliat in libra.i.succi pomorũ apiorum vsque ad consumptionẽ ipsius. seruetur ergo in vase vitreo uel lapideo.Et in hoc clauditur sũma itentionis curatiue suaꝶ dispõnũ que sũt dicte ⁊ dicende.

Secunda particula ponit cãs ⁊ varietates saltus cordis ⁊ tremuli motus eius cuz signis eiusdez.⁊ cõtinet duo caᵃ. In primo hec In secundo instrumenta curatõis eius.

Secunda vero principalis dispositio huius viri ẽ debilitas cordis cũ motu tremulo ipsius ⁊ qñz saltuoso.Primũ autẽ contingit a mala complexione cõicata cordi a materia melancolica uel a vaporibus ipsius qui quandoque commixti spiritui cũ infectione etiã sanguinis cordis ⁊ partiuz etiã adiacentium facta a materia melancolica nõduz buliente uel putrente causa excitãdi cor ad expulsionẽ predictorũ uaporũ ⁊ materierũ. Quatuz ergo virtus motiua cordis partes cordis mouet ad diastolandũ .tantũ materia illa ⁊ vapores mouent ad oppositũ.perseuerante igitur motu cordis ad vna differentiã positionis a virtute facta ⁊ motu ipsius ad differentiã opposi az prouenien te a melancolia ⁊ uaporibus eius acquiritur motus tremulus.Et si contingat materia illam uehementer calefieri aut putrere.ita ut ĩ corde ponat malam complexionẽ calidã preternaturalẽ .tunc sequitur motus saltuosus pp necessitatem in corde uehementer auctã. Patet igitur ex predictis ꝙ̃ necesse ẽ cor notabiliter debilitari. vnde valde facile reddi potest causa.quare accidit esse pusillanimum ⁊ timentẽ.Patet ẽt secundo causa quare huic viro superueniunt quandoque species casus virtutis aut lipothomie.Seqtur ⁊ tertio iueniri cãs pp quas hic viz quandoque incurrit timorẽ ⁊ cõturbatõem magnã tempore somni . Et cognoscitᷣ ex hoc fundamento iterum quarto.quare huic viro accidunt non raro diaforetici sudores pectori faciei ⁊ toti capiti eius. Pro cura igitur huius dispositionis quattuor singularia obseruanda describã ut nunc sequitur. Quorũ primuz est ut iste vir tempore quo molestatur a nocumento cordis omni die in aurora ⁊ per decẽ dies accipat.℈.ii. pl'ueris zedoarie cũ.ʒ.ii.aque mellisse calefacte et proprie quando magis apparent signa frigiditatis ꝙ̃ caliditatis. Secundũ vero simplex ⁊ proprie cũ signis caliditatis est hoc.℞ spodii de canna.ʒ.ß.karabe camphore ana.ʒ.iiii.misce ⁊ accipiatur ut dicuz ẽ. Tertium vero remedium est hoc.℞ speꝶ letificantis Almãsoris.ʒ.ß.trociscoꝶ de rosis descriptione ma.trocisco rũ de spodio ⁊ ð croco ana.ʒ.ß.conserue rosa.⁊ buglosse.ʒ.i.ß.vini citonioꝶ zuccari candi ana.ʒ.i.fiat electuarium ⁊ accipiat ex eo toto tempore lesionis cordis omni mane hora predicta a.ʒ.iiii.usque ad.vi.deglutiẽdo ipsum. Quartum remediuz est sacculus iste quem semper teneat super mamilla sinistra aliqñ exiccando ipsũ ab actuali humiditate quaz recipiet a membris.cuius descriptio.℞ se.basilicõis se.endiuie acetose lambrusce.ana.ʒ.ii. karabe ossis de corde cerui doronici cãphore ana.ʒ.ß.se.acetose.ʒ.ii.florũ mellisse buglosse ⁊ capillorũ veneris ana.℈.ii.macis .ʒ.i.ß.ligni aloes.ʒ.i.pulueriʒentᷣ omnia per se ⁊ fiat sacculus quadrangularis lõgitudinis semissis de sindone de grana retorta.memorando insuper ꝙ̃ huius electuarii descriptio ĩ precedẽti caᵒ nõ minus cõfert ad hoc secundum capitulum ꝙ̃ illa q̃ hic scripta sunt.

Tertia particula ponit capitula duo.primuz ĩ uestigat cãs ⁊ varietates vertigis ⁊ scothomie cũ signis ⁊ accidẽtibus eius.secũdũ vero ponit curam eorum.

Tertia principalis dispositio huius viri scothomia ⁊ vertiginosa dispositio. Accidit autez scothomia in eo que est corrupta uisio a vaporibus melancolicis a spiritu al'i in panniculis cerebri cõmixtis ⁊ in medulla eius.nullo tamen nocumẽto adhuc in oculis inuento per essentiã.propter eniz animalẽ spiritum cerebri alteratũ in motu eius ⁊ secundũ aliquam partẽ eius etiã effectum tenebrosũ representantur potentie uisiue spẽs motus uel apparitionis muscaru uel pulicũ in aere uolantium.Cum ergo in tali spiritu circularis motus ĩ ponitur a vaporibus motis per medullã ⁊ panniculos cerebri potentie sensitiue sensus tactus.representatur motus circularis.quia motus ẽ sensibile commune sensu tactu ⁊ visus perceptibile. Et hec ẽ dispositõ quaz vertiginez vocant sapientes. visu enim sensu ⁊ tactus apparetᷣ res mundi circularis ⁊ giratiue moueri. Et hec dispositio nõ ẽ uerenda leuiter.quoniam si materia illius multi

plicaretur aut vapores illi converterentur ī materiam spē consimilem ei a qua geniti sunt. tūc faciendo oppilatōem incōpletā ad epilensiaȝ aut cōpletā ad appoplesiā terminarentur. Pro cura igitur huius dispositōis quando ipsa apparet ꝛ ꝓprie quando perseuerat et ē fortis omnio festinandum est sex modis curatōis qui nunc sequuntur. et tu vide ipsos. Primum itaque horum est ut vir iste uno mane in aurora soluatur cuȝ istis pillulis post quarū assumptōem per horā integram dormiat ꝛ post quinque horas accipiat ciatū vnū aque ordei cū zuccaro calide ꝛ sexta sequenti hora accipiat prandiū suum. ℞ pillulaꝝ fetidaruȝ pillularum de sarcocolla ꝛ cochiarum ana.℈.i.fiant pillule.vii.cū sy.rosa.ꝛ nō multū excitetur post earum assumptionē ꝛ calefaciat ventrē suuȝ cū pannis calidis freqn̄t. Secūdū instr̄ȝ est ut ī die sequenti post solutōem predictam aut salteȝ die tertio ad ipsā flobothometur ei vena post aurē sinistri lateris et educantur sanguis.℥.ii.aut.iii. hec enī flobothomia est optima in cura vertiginis cuiuscūque materialis.ut prima tertii tractatu quīto de cura uertiginis. Tertiū instrumentuȝ est ut post illā sequenti mane accipiat hoc digestiuuȝ calidū in aurora ꝛ tardet post ipsū cibū horis ad minus quattuor ꝛ cōtinuet ipsū ad minus octo diebus.cuius descriptio est.℞ sy.d̄ calamēto oximellꝰ compositi sy.de sticados ana.℥.ʃ.aque radicum yris ꝛ ypericonis ana.℥.i.ʃ.misce et accipiatur ut dictum est. Quartū instrumētū est ut post syrupū istū nona sequenti die purgetur cū istis pillulꝰ ℞ pillularū de sarcocolla pillularū de yera cōposita ana.ʒ.ʃ.boni pon.reformēt pillꝰe septē cū succo rosarū.et post eas obseruentur conditiones dicte de minoratiuo supradicto. Quintum instrumentum est ut post completam purgatōnem vir iste in sero dū vadit ad lectū per duas horas post cenam omni tertia die accipiat.ʒ.ʃ.auree alexandrine bene fermētate cuȝ.℥.i.aque saluie calefacte ꝛ est in ea operatio magni iuuamenti in simili.

Sextum instrumētum ē puluis iste de quo omni sero cū uadit ad lectū iste vir quantitatē.v.ğ. ordei pulueriȝet super proram capitis sui a fine capillorū usque ad summitatē capitis per latitudinem quattuor digitorū.Cuius descriptio.℞ ligni aloes.ʒ.i.ʃ.macis.ʒ.i.ʃ.calamēti origani folii ameos amomi ana.℈.i.rosarū corallorū ꝛ sandalorū ru.ana.ʒ.ʃ pulueriȝentur omnia per se.deinde commisceantur.

Quarta particula inquirit causas imaginationum ꝛ diuersitatis earum ꝛ ponit canones ꝛ instrumenta curationis earum.

Accidens vero quartum principale huius viri est imaginatio que est corruptio in sensu visus.ꝛ ipsa quidem sue verificationis fundamentū facile ostēdit.pars enī materierū in capite abūdantiū ꝛ uaporū qui commiscentur spiritui visibili sunt causa vt uisiua potentia percipiat in aere aperitionem coloris ꝛ figurarum q̄ nequaquam in aere reperiuntur.eo quia species obiectorum uisibilium recipiuntur in spiritum qui iam habet speciem corruptionis predictam.Ex quo apparet ꝙ si materia fluxibilis ꝛ aquosa multiplicaretur in cerebro et vapor etiam qui conuerteretur in aquositatem d̄ corruptione visionis perueniretur ad descensum aque que oppilatōem faceretꝰ in pupilla. Et si diminuta esset oppilatio fieret nocumentum diminutionis sensus visus.ubi si oppilatio completa foret.esset iam acquisitus pannus cuȝ siccitate simlꝰ.

Itaque huius dispositiōis cura ex his que ī precedenti capitulo posita sunt principiū vere curationis acciper̄ uidetur.veꝝ pro manifestiori operationis complemento ꝛ vtilitate laborātis tria hic approptiata remedia describā.Quorum primum ē descriptio pillulaꝝ de quibus eger hic accipere debet unam paruȝ ante cenam ꝛ alteraȝ p duas horas post cenam alternatim permutando eas.quarum descriptio.℞ florū eufragie ligni alꝰ folii se.celidonie siluestris rute siseleos radic.peonie ana.℈.i.maiorane salꝰ indi ana.ğ.v. aloes isuſi p.viii.diel ī succo feniculi exiccati.ʒ.i. informentur pillule ex omni.ʒ.vii. Secundum remediū ē hoc.℞ succi maiorane succi rosaꝝ ꝛ verbene ana.℥.i.succi feniculi.℥.ii.ligni alꝰ.ʒ.ii.fellis piscis sabboth ꝛ est lutius fluuialis.ʒ.i.terantur omnia silꝰ in mortario eneo saltē decies in die vna. deinde ibidem residere permittantur usque quo clarescāt cum spongia itaque bene munda recipiatur subtilior pars ꝛ coletur bis per pannum spissum.deide ponatur etiam in ampulla vitrea que sub radiis solis diu teneatur.de hoc igitur liquore ponatur vna gutta in singulo oculo saltē omni alterna die capite seu corpore diu recumbente sup spina.Istō enim ē remediū sublime ad principium imaginationū ꝛ tenebrositatē uisus ꝛ expertū est. Tertium remedium est hoc. ℞ ambre.℈.i.musci.℈.ʃ. cardamomi ma.ꝛ mi.ligni alꝰ ꝛ peonie ꝛ maiorane ana.ʒ.i.macis.ʒ.ii.fiat omnium per se subtilis puluis ꝛ ligetur in sindone retorta ꝛ odoretur sepe ꝛ multum.confortat cerebri substantiā aperiēdo oppilatōes eius ꝛ consumendo materias ꝛ vapores melancolicos ꝛ flegmaticos in ipso abundātes.

Quinta particula laborat ad inuestigandum diuersitates corruptionis operationū sensuum interiorū.ꝛ continet duo capitula.primum capitulum ponit causas horū accidentium cum signis eorū.secundū capitulū ponit curam ipsoꝝ per .xii.instrumēta medicinalia.

Quintum principale accidens huius viri ē corruptio in operationibus sensuum interiorū frequenter molestans ipsū ꝛ non leuior predictis imo grauissima.Cuius quidem cause ꝛ species licet magno ingenio ꝛ fundamento inuestigande forent secundum diuisionem specierum suarum prouenienteȝ ex multitudine sensuum interiorū.s.sensus communis fantasie imaginationis cogitationis ꝛ memoratiue.Similiter etiam oportet extendere s̄monem in speciebus lesionum uenientibus in operationibus horum sensuum.s.diminutōis corruptionis ꝛ ablatōis.Hic tamen in talibus non multuȝ curo dilatare sermonem propter plura. primo quia raro inuenies a sententiis veterū quācunque illustrium aliquid bene particulariter declaratū de nocumento operationis sensus communis ꝛ fātasie.ac etiaȝ adhuc de nocumentis aduenientibꝫ in operationibus memoratiue potentie a veteribus famosissimis a Galieno parū ꝛ bene declaratum inuenies.sicut patet tertio interiorum de nocumentis memoratiue potētie.vbi redarguit Archigenē cum famositate sua parum de lesionibus memoratiue potentie fuisse locutum ut patet in

q. illo In necessitate igitur positus cuius deperdi tam restaurare memoriã. Ideo de nocumentis i operationibus harũ trium potentiaꝶ modicum hic dilatabo calamũ. ⁊ potest hoc iterum auctori bus ⁊ mihi contigisse. quia nocumenta in operationibus sensus communis ⁊ fantasie contingẽtia clarius comprehenduntur per nocumenta imaginatiue ⁊ cogitatiue potentie. sicut enĩ fantasia recipit ⁊ detinet species a sensu communi sibi delatas. Ita ꝙ fantasia fuit imaginatiue potentie et preparando ⁊ deferendo species. Similiter ⁊ imaginatiua potentia componẽdo ⁊ diuidendo deseruit cogitatiue potentie. ita vt ipsa eliciendo iudicium afferat sequendi illud ⁊ fugiendi alteruꝫ. ita ut ipsa velut alter intellectus in homine ponatur a ꝗ̃pluribus. pp hoc igitur videtur rationale auctores cum maiori solicitudine pertractauisse nocumenta imaginationis ⁊ cogitatõis sensus cõmunis ⁊ fantasie. Contingit autem huic viro frequẽt ipsũ corrupte imaginatum fuisse. ita ꝙ aliquando imaginatus fuerit rem delectabilẽ odiosam amicalẽ inimicam ⁊ albam fuisse nigrã ⁊ letantẽ fuisse tristantem ⁊ ipsũ frequenter in somno ⁊ in vigilia timuisse rem de qua bene sperare ⁊ letari debeat. Nam ex vaporibus melancolicis naturalibꝫ contingit quandoque cor eius fuisse infectũ ⁊ spũꝫ uitalem ab eis fuisse corruptũ corruptione mobilitatis ingrossationis ⁊ conturbatõis. Et cum hic spiritus sit materia spiritus animalis in quẽ trãsmutatur a forma cerebri cum suo temperamẽto. non est mirabile si ex corrupta materia. s. ex spiritu uitali corrupto corruptus generetur effectus. s. aĩalis spiritus ex eo. Et confirmatur quia forma cerebri cũ suo temperamento debilior est ad perficiendũ animalẽ spiritum ex uitali spiritu iã corrupto ꝙ sit forma cordis cũ suo temperamento ad prohibendum corruptionẽ in spiritu uitali fieri a uaporibus ⁊ a materia melancolica. sꝫ cor non potuit prohibere corruptionẽ uitalis spiritus quod tamen est fortius. ergo neque cerebrum poterit uitalẽ spiritũ perficere. ita vt ex eo fiat animalis spiritus imaginatõis ⁊ cogitationis operationũ sufficienter productiuus. Et confirmat̃ iterum quia iam complexio cerebri huius viri notabiliter est nocita a uaporibus ⁊ ab humore melãcolico. Igitur cũ sua discrepantia spiritum uitaleꝫ etiam corruptum rectificare nõ poterit. ut ex eo fiat animalis spiritus instrumentaliter operationum imaginatiue ⁊ cogitatiue perfectiuus. Cum igitur materia animalis spiritus que est spiritus uitalis ⁊ organum quod est cerebrũ infecti sint. sequitur ꝙ necessario operatões imperfecte ⁊ corrupte producentur. Necesse est enim corrupto instrumento ⁊ organo ad operationes deputato corrumpi operatões ab eo producibiles. Cõtra quia corruptio in operationibus sensuum interiorum proceder̃ potest ex augumento caliditatis ⁊ diminutio ⁊ ablatio ex frigiditate procedũt. ut prima tertii tractatu primo. ita has omnes operatões ingreditur lesio colũna prima. sed supradictũ est vaporem inficientẽ uitalem spiritũ decisum esse a melãcolia naturali que frigida est. ergo in operationibus sensuuꝫ interiorum debet assignari diminutio ⁊ ablatio et nõ corruptio. Huic motiuo dupliciter respondendũ est. dicendũ itaqꝫ primo ꝙ ab excessu cuiuscunqꝫ qualitatis calide uł frigide aut sicce contingit ledi operationes interiorum sensuum lesione corruptionis. Uerũtamen frequentius lesio corruptõis prouenit a calor̃ uel calido ꝙ a frigore ⁊ sic intelligitur auctoritas Auicẽ. ⁊ aliorum in hac materia loquentium. ⁊ ipse exprimit illic in littera si bene aspicis. Dicendũ secundo ꝙ supra non assumebatur uapor precisus a melãcolia naturali aut ipsa eadẽ infectiua cordis ⁊ sãguinis etiam ⁊ uitalis spiritus. sed dicebatur ꝙ ipsa sub forma naturalitatis humoris melancolici aut ebuliens aut putrefacta illud efficere poterat. Et ex hoc fundamento facile deducuntur correlaria quedam aliquorum apparentium in hoc viro declaratiua. Primum est quare hic vir facile ⁊ frequenter mobilis est i opinionibus. Secundũ quare cum hic vir in studio accurate circa actũ imaginationis attendit facile permutatur d̃ recta ad corruptam imaginatõem. Tertiũ quare magis persistit in corrupte ꝙ recte imaginãdo

Quartum quare quãdoqꝫ dicit corrupte desistendũ esse a studio ⁊ aliquando male operandum eligit. Quintum quare memoratiua potentia non seruit ei conuenienter ad thesaurizanduꝫ species quibus exeat ad actum bene memorandi.

Sextum quare quandoque in caput suum percipit calidum quandoque frigidũ. Septimum quandoque caput grauatũ percipit ⁊ quandoqꝫ leuificatum. Octauum quare tinnitus ⁊ varii sonitus auditiue potentie sue representantur. Nonũ quare aliquando distensiões ⁊ grauatiuos motus percipit circa occiput ⁊ gulã eius. Decimũ ⁊ ultimũ quare frequenter vigilias immoderatas habet. Hec enim omnia facile solui possunt secundum diuersitatẽ humoris melancolici ⁊ substãtie ipsius que mutiplicatur ĩ cerebro. ⁊ aliquãdo a materia melancolica fecali decisa. aliquãdo uero materia illa inflammata uel putrens substantialiter miscetur cum sanguĩe cordis ⁊ cerebri aut uapor ipsius inflammatus miscetur spiritui vitali ⁊ animali qui est instrumentum operationũ sensuum ĩteriorum. unde varie fiunt impressiones ⁊ permutationes operationuꝫ secundũ varietatem corruptionũ in spiritibus et organis factam a materia fecali melancolica aut tali etiam preternaturali facta ut patet intelligenti. Et horũ plurima legi possunt tertio interiorũ ca° de melancolia. ⁊ tertio colliget ca° de nocumentis accidentibus ĩ operationibus sensuum interioruꝫ et pluries alibi ut nono theorice que particulariter allegate dimisi et tu recurre illuc et uidebis. Ex quibus omnibus vltimate concluditur ꝙ huic viro necessaria ẽ magna sagacitas et cautela grandis in regimine suo.

Capitulum secundum.

Pro cura igitur regulari dispositionis huius. xii. instrumentis videtur mihi eidem prouidendum esse prius tamen memorando duoꝝ. Quorum primum est ꝙ flobothomia post aures iã premissa et electuaria duo cordialia descripta superius non leue auxilium huic ca° exhibere possũt. Secundum est ꝙ omnia instrumenta medicinalia ꝗ̃ imposterum tangenda sunt includer̃ debent intentionẽ aduersandi melancolie cum omnibus qualitatibus et confortando cerebrũ et defẽdendo ipsũ ab impressionibus illius non solum per qualitates communes sed etiaꝫ per appropriatas. Primũ

itaque de instrumentis medicinalibus ē.ut postq̄ sedata fuerint accidentia iam premissa ꝛ remanserit infestatio maioꝛ in opeꝛationibus inteꝛiorū sensuum.sicut ut in pluribus fieri solituz est in eo. tunc statim hoꝛa electa.s.post oꝛtū solis per hoꝛā vnā cibo in stomacho iam predigesto ꝛ ventre ipsius iam bene mundificato flobothometur eidem saluatella sinistꝛe manus inteꝛ annulaꝛē ꝛ auricularē digitos posita.ꝛ educantur ex ea sanguis.℥.iii.uel.iiii. Secundū veꝛo instꝛumētum est ut sequenti mane administretur ei hoc minoꝛatiuum materiei melancolice paꝛtim eductiuū i auroꝛa ꝛ obseruentur post assumptionē conditiones que superius in aliis solutiuis tacte sunt.Cuius descriptio.℞ cassie nuper d̄ canna extꝛacte cū aqua lupuloꝛum.ʒ.vi.pulueris lapidis lazuli.℈.i.lapi. armeni.℈.ß.misce ꝛ detur in potu calidū cum.℥.iiii.aque lactis caprini ꝛ erit sublime. Tertiuz veꝛo instrumentum est vt vir iste accipiat hoc digestiuum quod continuet diebus saltē.xv.in auroꝛa ipsum calidum accipiendo ꝛ taꝛdetur per.iiii. horas post ipsū cibus.Cuius descriptio.℞ aque lactis caprini.℥.v.pulueris lapidis lazuli.g̃.ii.succi buglosse.℥.i.misce ꝛ accipiat ut supꝛa. Quartū instrumentum est hoc.℞ aloes abluti cuz aqua endiuie.ʒ.i.lapidis armeni epithimi polipodii ana.g̃.v anisi dauci liquiritie ana.g̃.ii.cuz succo rosa. foꝛmentur pillule ex omni.ʒ.vi.ꝛ si uenter eius tēpoꝛe assumptionis digestiui foꝛet stipticus accipiat ex eis vnam uel duas paruz ante cenam omni quarta die ꝛ etiam tempoꝛe sue sanitatis eisdem uti potest. Quintum instꝛumentū pꝛincipale ē ut postq̄ receperit digestiuum pꝛedictum diebus limitatis.tunc euacuetur materia iaz digesta hoc solutiuo.℞ pillularū de lapide lazuli pillulaꝛum de lapide armeno ana.℈.i.exhibeantur ei horis ꝛ conditionibus tactis in aliis solutiuis. Et nō mireris si post digestionē materieruz solutiuum hoc exhibeatur in parua dosi.eo quia in cronicis egritudinibus canon rationalis est sepe ꝛ paulati eꝛadicando euacuare cū medicina debili foꝛti secundum q̄ mateꝛia pluribus digestionibus frequentatis etiam digeri debet.Et colliguntur hi ſmones quaꝛta primi ca° tertio ꝛ quarto de quando ꝛ qualiter euacuare opoꝛtet ꝛ de regulis communibus solutioni ventris ꝛ vomitui. Sextum instrumentum est ut postq̄ euacuationes administꝛate fuerint huic viꝛo fiant uesicatoria in domestica ꝛ caꝛnosa paꝛte tibie ad diuertēdū ꝛ ad inferioꝛa inclinandum materiam a splene ꝛ meseterio cum hoc composito.℞ saponis nigꝛi.℥.i. pulueris anacaꝛdi ana.ʒ.iß. vitrioli viꝛidis cꝛudi.℈.ii.arsenici cimini ꝛ est auꝛipigmentum.℈.i.incoꝛpoꝛētur omnia simul et extendantur super panno latitudinis vnius palmi ꝛ applicentur calidū pꝛedictis partibus.In hoc enim sepe reperi sublime iuuamentum laborantibus a melancolia. Septimum instrumentuz est ut summo ingenio pꝛocuretur ꝛ intendatur pꝛouocationi emoꝛoidarum huic viꝛo.est enim in eis sublime iuuamentum in hoc casu sententia ypo.affori.vi. ibi Maniacis ꝛ melancolicis emoꝛoides innate bonū.Est autem multiplex ingeninm pꝛouocandi eas. Primo quidez q̄ eger impellat extꝛa fiteri. deinde fricētuꝛ emoꝛoides cum rugoso coꝛtice alicuius aꝛboris. Secundus modus et cōis est fricatio eius cum foliis fici recentibus. Tertius modus cum foliis consolide maioꝛis. Quartus modus cum forti fꝛicatione cū felle thauri aut alterius aīalis facta. Quintus cū fricatōe leui cū modico puluere eufoꝛbii. Sextus finaliter illis non ualentibus ut aperiantuꝛ leuiter cū flōmo ꝛ permittatur exire sanguis usque ad debilitatē exclusiue. Et si iterum contigerit eas ꝛetineri fiat īgressus ad earū apertionē saltē in duobus pꝛimis mensibus veris ꝛ vltimo mense autūni. Octauum ueꝛo īstꝛumentū est vt iste vir super regiōe splenis poꝛtet cerotum vnum ex hac materia factū.℞ bdellii mollis ꝛ subalbidi.ʒ.iß.galbani.ʒ.i.aꝛmoniaci electi.ʒ.ii.tamarisci scolopēdꝛie se.agni casti ꝛ plātaginis coꝛticū cappaꝛorū ana.ʒ.ß.rosarū seminis cuscute et acetose ana.ʒ.i.dissoluantur gūme cum acuto aceto ꝛ bene colentur a superfluitatibus et cū ceperint infrigidari superaddantur species et extendantur super corio figure semilunaris ꝛ portentur super regione splenis.Tali modo ad sanitatē antiquas oppilatōes ꝛ duritiē ꝛ debilitatē splenis.ut supꝛa dictū est.sepe ego reduxi. Nonum instrumentuz et non minus efficax predictis est. ut isti viro super regione splenis dum predicta iā nō ualueꝛit apponatuꝛ coꝛdula una cū ignito feꝛro amplectente spaciositatē sinistꝛi ypocondrii p̲ tres digitos et poꝛtetur ibi lōgo tēpoꝛe. Et si cōtingeꝛet in hoc viꝛo conueniēter rectificatū fuisse splenē inuento tamen nocumento in capite eius fixo notabili.tūc laudarē q̄ seton pꝛedictus magis administꝛaretuꝛ sup collo in loco distante ab exitu nuce peꝛ tꝛes digitos. Decimum instꝛumentum est hoc.℞ uiolarū floꝛū nenufaꝛis se.endiuie acetose cuscute cicoꝛee ana.ʒ.i.ß. lābruˢce.ʒ.ii.ß. macis.℈.iii.folii ligni al' gar̄ ana.℈.i.ambre musci ana.ʒ.i.partē teꝛtiam fiat puluis ꝛ ligetur in sindone retoꝛta ꝛ feꝛe cōtinuo odoꝛetur ꝛ erit ceꝛebri sui notabiliter confortatiuus. Undecimū instrumentum est ut omni seꝛo post cenam per horam vnam ꝛ mediam viz iste deglutiat duas de istis pillulis.℞ stoꝛac.calamite spodii kara.ro. corallorū al.ana.℈.i.sādarace.℈.ii.ambꝛe musci g̃.ii.fiant pillule cū succo maioꝛane ꝛ sūt efficaces multū. Ultimū ueꝛo instꝛumentū est ut iste vir assuescat assumere post cibum omni die.ʒ.ii.confectionis de ambꝛa descꝛipte a Mesue distinctōne pꝛima ꝛ fiat cū ꝛucca. albo ꝛ aqua ꝛosa. muscata. et inueniet ex hoc remediū excellens ad oēs pꝛescriptas dispositiones.cuius quidem eidem sui misericoꝛdia concedere dignetur omnipotens deus qui viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ.Amen.

Consilium de doloꝛe ventris a ventositate.

Vir commendatissime fame Bartholomeus de serico in quadam sua dispositeꝛia doloꝛem passus ē cum tumore et rugitu satis gꝛandibus ab inguine sinistꝛo usque ad medium lumis et ventꝛis et quasi usque ad regionem splenis ascendentem.Et hic quidem tumoꝛ ꝛ dolor non eꝛat i eo pꝛoueniens ab apostemate.quoniam sensu tactus cum manu compꝛimendo ventrem uersus posteriora.nullus in aliqua particula percipiebat colisiōis motus.Neque enim soliditas neque tēsio manifesta ibidem apparebant. Ab umbilico uer

sus os anche descendendo uersus inguen . sed ru-
gitus notabilis percipiebatur qui proueniebat ex
fractione ventositatis a compressione cū manu fa
cta. Quod etiam declaratur eo quia ventositatis
exitus ad exteriora percipiebatur. ⁊ tertio quia ī
tali cōpressione dolor alleuiabatur. quoniā uento
sitas que ibi congregata erat minorem extensio-
nem faciebat post sui compressionē quia frangeba
tur ꝙ ante compressionē quia vnita permanebat.
Oportet autē gratia huius dispositiōibus sex pri
cipaliter inuestigare ⁊ idagare. Primū que sit
causa efficiens. Secundū que sit illius materia
lis causa. Tertiū ubi talis ventositas congrege
tur. Quartū que accidentia posset hec dispositō
adducere. Quintum quale sit eius remediū p
res non naturales obseruandū. Sextū qs per
instrumenta medicinalia sit curationis motus.
Et prime quidē cause declaratio est ꝙ mala com
plexio frigida illius partis est causa generatōnis
ventositatis in intestinis ⁊ in venis meseraicis et
in toto mesenterio intestina suspendente ad dorsū
uel ad posteriores partes. Nam quando superflui
tates prime digestionis a stomacho deponuntur
⁊ recipiuntur in intestinis. tunc causatur natural'
colon ⁊ mirach qui debilis est non potest conueniē
ter sugere neque rectificare humiditates in ista su
perfluitate inuentas. agendo igitur debiliter ī eas
eleuat fumum uel ventositates ab illis superfluita
tibus qui continue ⁊ successiue congregantur aut ī
concauo ītestinorū uel meseraicarū aut ī venis il
larū partiū. Aut quia talis fumus vadit per po-
ros intestinorū ad concauū sifac uel zirbi. Quod
autē fieret si calor debilis ex cibo quantūcunque
equali in quantitate ⁊ in qualitate generat vento
sitates si calori debili exhiberetur cibus actu ⁊ po
tentia uentosabilis. sicut lac allium cepe ⁊ similia.
Ex quibus apparet ꝙ causa efficiens istarū disposi
tionū est debilitas innati caloris predictarū par
tium. Declaratio secundi. Ex predictis etiā ap
paret ꝙ materialis causa remota horū nocumē
torū potest esse cibus ⁊ potus qui quantūcunqꝫ eq
lis existat non potest conuenienter in chilū trans
mutari quin maior pars eius trasmutetur in uen
tositates uel vapores. Et potest iterū cibus esse cā
materialis huius nocumenti omnis qui in substan
tia valde humidus ē licet potentia sit siccus. ut al
lium cepe ⁊ similia. aut cibus omnis qui in substā
tia ⁊ potentia ⁊ non substantie valde uentosabilis
ut lac citrulli melones. ⁊ vniuersaliter omnes fru
ctus recentes actu ⁊ potentia humidi debilem cō
mistionē habentes partiū miscibilium. Propi
qua causa materialis huius egritudinis est vento
sitas in concauo intestinorū uel inter ea ⁊ mirach
retenta que extendendo dolorē facit in eis. De
claratio tertii. Iam ex predictis apparet ꝙ vēto
sitas illa que ē immediata causa materialis huius
egritudinis aut stat in concauitate venarū mese
raicarum que disseminantur per substantiā intestio
rum. ut colon ⁊ recti. ⁊ etiam in concauitate mesa
icarū que plures ⁊ maiores in mesenterio reperi
untur. tertio loco potest hec ventositas stare ī con
cauitate monoculi ⁊ recti itestini. quarto inter cō
cauū eorū ⁊ superficiē ⁊ concauū mirach. Quare
aūt hec ventositas in globū colligitur magis apud
inguē sinistrū causa ē. quia ille locus spaciosus ē et
amplior. ⁊ non tanta fit ibidem ab intestinis com
pressio. eo quia intestina declinant magis ad ante
rius ⁊ non ita appodiantur super inguina per os
femoris ⁊ proter sifac annexum ossi femoris quod
sustentat intestina superius ⁊ etiam propter mu-
sculos ventris transuersales ⁊ ligamenta eorū ad
os ancharum. Declaratio quarti. Iam facile vi
detur intelligere ad que accidentia uel egritudi
nes hec dispositio hunc virū perducere possit. ven
tositas enim in venis meseraicis multiplicata ex
tendendo istas perducere potest ad dyariam san
guineā a ruptura vel debilitate venarū mesera
icarū prouenientem. ⁊ si materia in eis contenta
cum hoc ꝙ ventosatur esset acuta multum. tūc ad
intestina delata perduceret ad dissinteriam eorū
⁊ talem credo fuisse dissenteriam quā paulo ante
passus ē hic vir. Si dispositio ventris iam predi
cta per dies ante precessit dissenteriam efficiendā
concurrit penultima causa ventris ⁊ mirach eius
offensi aut quasi casus aut compressio ab equo fcā
⁊ aliis ut et mihi testificatus ē. Tertio iterū lo
co hec uentositas inter intestīa ⁊ mirach cōprehen
sa transiens uel retenta in inferioribus apud in-
guina immergi posset in dimidiū qui est ī inferio
ri substantia sifac. ⁊ per ipsum pelli ad oseum ⁊ fa
cere ei ramicem ventosam uel herniam fixionem
in loco isto finaliter erumpit sifac ⁊ ex ruptura il
la exiens uentositas colligitur in inguine ⁊ faciet
rupturam uel herniam inguinalem. sicut si vento
sitas in aliqua anfractuosa parte prope vmbilicū
diu fixa permaneret faceret eruptionem sifac in
ista parte ⁊ ligamētorū vmbilici ⁊ ēet hernia vm
bilicalis. Similiter ⁊ quarto cadē ventositas
in aliqua intermedia parte ventris retenta ⁊ mul
tiplicata finaliter erūpe potest sifac per cuius ru
pturā intestinum ylion uel zirbi egredi possūt uer
sus mirach ⁊ erit ruptura intestinalis. Ultimo
si hec ventositas in concauitate colon congregata
molam contrahit sine transpiratōe necessario con
ducet ad colicam ventosam. ⁊ tu considera qā oia
ista demonstrabilia sunt verificanda sunt ex sexta
.xxii. tertii in capitulis apostematis. quorum me
moriā ⁊ litteram scribere non curaui ne legentes
afficiātur tedio. sicut est fere omniū modernorum
usus abhorrentium sententias ⁊ litteras peritissi
morum veterum allegari. Declaratio quinti.
Uir in scientia medicinali mediocriter eruditus
faciliter intelligere potest quis sit modus regimi
nis huius viri per administrationē sex rerum nō
naturalium. Neque enim conueniens ē ei locus ha
bitationis aeris frigidi ⁊ humidi ⁊ uentosi caligi
nosi et proprie existens circa decursus aquarum.
Et caueat etiam vehemēter a frigiditate capitis
⁊ pedum ac etiam ventris pricipaliter. Ideo lau
do ꝙ tota futura hyeme iopulam habeat usque
ad medium coxarum uel dipploidem pellibus
agninis bene suffultā. De motu vero uel exercitō
⁊ principaliter de equitandi exercitio sibi caueat
immo melius ē eidem exercitium motus progres
siui satis longi mane et sero ante vesperas facti et
proprie cum fuerit bene fortificatus. Loco autē
exercitii usque ad. xx. dies melius ē ei fricatio ab
inguibus incepta ad pedes trahendo inferius et
post illam mediocris fricatio super uentre facta ī
feriori cum raro sacculo pleno furfuribꝫ bene cri
bratis actu calidis. Dormitio conueniens ē ei
ad meliorem efficiendam digestionem ciborum

q humorum ꝛ etiam quia vigorat innatū calorē conuertendo materiam cibalē in chilum ꝛ humores conuenientes ꝛ maxime in sanguinē laudabilē cuius vapor laudabilis temperatus est materia spiritus colligitur xi.tertii ꝛ nono de iuuamētis membrorum propter quod ꝛ longa uigilia debilitando innatum calorē esset causa augumēti uē tositatū Accidentia aīe tristantia ꝛ melancolicalem complexionem etiam facientia sunt euitanda.quoniam per ea extinguitur et sepelitur spiritus ꝛ coartatur in profundo coartatione prohibente eius expulsionem ad membra que indigent illo.Quare a talibus aīe solicitudinibus recedendum est ꝛ adherendū delectationibus ꝛ bone spei passionibus aīe.Cibi autē ꝛ potus sibi disconuenientes iam tacti sunt superius vbi causa efficiēs et cā materialis uentositatis declarabatur qui omnes euitandi sunt sicut pisces lac pastiles cibos.fructus omnes fri.et hu.ꝛ maxime eorū multitudo allium cepe porrum bulbus mel ꝛ legumina omnia ꝛ proprie elixa.uinū dulce in substantia grossum.aqua frigida lactuca spinachia bleta cucur. que omnia oportet euitari.Et preter hec in omnibus aliis cibariis a quibus generetur stomachus eius ita ꝙ calor naturalis opprimatur ꝛ suffocatur propter quod per indigestionē cibus ꝛ potus in stomacho et in toto corpore in uentositates conuertuntur.

Declaratio sexti. Pro sexto aūt pricipali declarādo scilicet ꝓ regimine medicinali.x.uidentur mibi instrumenta pro cura huius dispositionis necessaria ꝛ conuenientia quorum applicatio esse debet.ut infra nunc scribetur. Primū itaque horum instrumentorum est clistere istud quod accipiat oī sexta die in mane in mediis tertiis secundū hunc modum.℞ foliorū rute absinthii betonice serpilli ana.M.ß.blete malue furfurū ana.M.i.ß.zuc.ru.ʒ.iiii.salis gēme.℈.iiii.totū misceatur diligenter ꝛ imponatur. Secundū instrumentū principale est ut intendatur diuersiōi materierū.ꝛ ex diuertentibus conuenientibus in hoc casu tria videntur mibi sufficientia.Primum diuertens materias ad inferius absque sensibili euacuatione est ut omni mane ꝛ sero ante cibū per horā fricetur inferiora a genu usque ad cauillā ab inguinibus usque ad eandem inferius trahendo forti fricatōe per quam membra rubescant.Secundū diuertēs est ut in inferiori parte natū frequenter applicentur ventose sine scarificatione. Tertiū diuertēs ꝛ omni alio melius materiā sensibiliter educēs ē ut intendatur prouocationi venarū emoroydarū fricando eas cum panno aspero uel cum foliis fici uel consolide maioris aut cum re altera aspera.

Tertium instrumentum uentositates carminās ꝛ educens ad inferiora ē suppositoriū hoc.℞ arthanite se.rute baccarū lauri castorei galange staphisagrie yreos piretri ana.ʒ.ii.salis indi .ʒ.iii. salis communis parum torrefacti ꝛ puluerizati.ℨ.ß.mellis bene cocti.ℨ.iiii.fiant suppositoria minora ꝙ̄ digitus inūctus ꝛ de eis semel in die aut bis ante cibū per horā accipiat vnum ꝛ supponat.

Quartum instrumētum principale est hoc electuariū de quo ter in septimana accipiat cocleam ß.ante cibum per.iiii.horas deglutiendo ipsum. ℞ specierū dyamusci.ℨ.ß.specierum dyacimini.ℨ.i.ß.sy.de calamēto libram ß.zuccari.ℨ.iii. granorum phisticorū.ℨ.ii.infundantur phistici in aquā lauri tribus diebus.deinde contērātur ꝛ cocto syrupo cum zuccaro fiat electuariū secūdum artem.

Quintum instrumentū conueniens ē hec confectio de qua accipiatur rotula vna per horā vnam cum dimidia ante prandium ꝛ ante cenā ꝛ bibat post ipsā parum boni vini aromatici ꝛ fumosi.℞ specierum diagalange specierum diacimini ana.ʒ. ri.zuccari al.ℨ.iiii.cum aqua laudani fiat confectō in rotulis.ʒ.ii. Sextum instrumentū sunt pillule de quibus in fine sex dierū accipiat vnā immediate ante cenā.℞ aloes per triduum infusi ī aq̄ lauri.ℨ.i.cinamomi se.rute baccarū lauri se.aneti ameos salis indi ana.℈.ß.formentur pillule cum syrupo de calamēto ex omni.ʒ.vi. Septimum īstrumentum est ut omni sero per horā ante cenam in mane cum surgit a lecto accipiantur pulueres infrascripti ꝛ calefiat in caldario super cineribus calidis absque flamma ꝛ ponantur in sacculo qui sacculus applicetur calidus super locū patientem tribꝫ uel quattuor vicibus.℞ se.aneti ameos amomi ana.M.ß.se.rute baccarum lauri galāge ana .ℨ.i.ß.furfuris bene cribellati libram.i.misceant omnia et diligenter conquassentur. Octauum īstrumentum est ut si ventositas adhuc fixa permaneret loco patienti applicetur mane per duas horas ante cibum ventosa magni orificii absque aliqua scarificatōe ꝛ ibi permaneat per spacium horē unius uel.ß. Nonum instrumentum est ut omni septimana semel in aurora accipiat.℈.ii. tiriace Andromaci bene fermentate cum.ℨ.ii.aque sublimationis foliorum lauri bene calefacti ꝛ tardet cibum post horis quinque. Ultimum instrumentum est postquam rectus erit per instrumenta supraścripta ꝑ mensē.i.ß.fiat sibi cerotū quod continue applicatum teneat super loco patiente quem amplectatur ꝛ partes circūferentiales per tres digitos.Cuius descriptio est hec.℞ resine electe.ℨ.i.oppopona.ℨ.ß.ameos carui baccarum lauri sticados ana.℈.ii.calamenti artanite ana.ℨ.i.ß. picis naualis.ℨ.ii.cere.ℨ.i.dissoluantur simul gūme cum aceto ꝛ pice ꝛ diligenter coquantur cum cera ꝛ cum inceperint tepescerē addantur species ꝛ fiat cerotum spericum uel alterius figure.Hec ī sūma sunt meliora que eligere potui.

Consilium de fluxu ventris humorali.

[E]x his que mibi oretenus prolatā fuerunt ꝛ que etiam ex signis vrinarum et aliis colligere potui videtur ꝙ fluxus huius viri complicatus ē ex debilitate epatis et stomachi propter quam epar eius ad lapsum siccum per viam inanitionis resolutionis est deductū propter cuius epatis debitatē etiā in stomacho eius notabiliter vis digestiua prostrata est adeo ut nocumentum corruptionis assumpserit.quoniam obiectum ut cibū et potum secundum magnas partes transmutat ī ventositates.Magna igitur harum ventositatum pars communicatur inferiori vētri et in magna parte mirach fixa continetur inter superficiē conuexam intestinorum et concauam sifac cooperientia illa.quare vir iste omnio videtur esse paratus ad ydropem tympanitem ad quam etiam naturalis complexio colerica cum aliquali adustione uel permutatōne melācolicū videtur reddere ipsum

promptum.ꝙ autem talis fluxus ex debilitate ꝓ ueniat uel prouenniunt epatis ⁊ stomachi declara ri potest ex multis signis ⁊ auctoritatibus.sed hic sufficit solum adducere testimoniū Auicē.xvi.ter tii capitulo de signis fluxuū oīum modoꝝ in fine dum inquit.Et sciat ꝙ i isto qui assellat i die plus ꝗ̄ i nocte accidit ei ut assellet quotiēs supralit ap petitus eius in die causa est debilitas stomachi ⁊ Et cum in nocte est plus.tunc causa est debilitas eius epatis ⁊ quod remittit aīalium uel alimentū .i.chilum ꝗ propter sui debilitatē transmutarī nō potest.Si autē adhuc cōtingeret rectificari epar ipsius ⁊ remaneret uentositatū multitudo in inte stinis.tunc hec dispositio non leuiter minatur ei ⁊ pronosticat colicā.quare allegato loco inqt Auic. Et scias ꝙ multotiens succedit assellatoēm propē hoc ꝙ ipsa extrahit subtile ⁊ dimittit spissū colica uehemens.Ex quibus diligenter intellectis appa ret esse concludendum ꝙ vir iste indiget precura tione festina ne fiat tympanicus aut incurrat co licā malā. Pro cuius qdē dispositiōis curatiōe premittendū ꝙ vir iste abstineat ab oī cibo ⁊ po- tu solutionis ⁊ lubricitatis inductiuo.Exemplum primi ut spinachia blete malue mercurialis cau- les non bene cocti ⁊ similes eis. Exēplū secundi vt vinuꝫ nouum ⁊ proprie dulce ⁊ non bene digestū. Caueat ab acutis ⁊ salsis et ab acutissimis aceto ra phano cepis alleo ⁊ similibus propter dubiuꝫ ex coriationis.Caueat etiam a cibis difficilis digesti onis.ut pane azimo ⁊ non bene cocto pastilibus et leguminibus ⁊ sibi paribus.Caueat etiam a fru- ctibus ⁊ proprie lenitiuis ⁊ solutiuis.ut ficubꝫ pru nis vuis ⁊ aliis similibus. Preter anteꝫ vtatur ci bis omnibus ⁊ proprie laudabilibus in quanto et in quali.Caueat a multo ⁊ forti exercitio ⁊ ꝓprie post cibum.Euitet coytū ⁊ proprie frequenteꝫ ve hementem uigiliam ⁊ iram magnam stomachi re pletionem a multitudine cibi ⁊ potus. Iste po sitis vtatur istis.xii.remediis que nunc scribo.

Primum est ꝙ oīa cibaria sua conficiantur et condiantur cum pinguedine renum hyrci siue sit frixa siue elixa siue assata. Secunduꝫ est ꝙ cui tet multitudinem ferculorum ⁊ proprie in nocte.

Tertium est ꝙ semper ante cibum ⁊ potum om nem accipiat aliquod de istis ut citonium assatuꝫ mespila uel sorbas quattuor uel.v. Quartū est ꝙ sepe vtatur lentibus coctis in aceto post primā elixationem earum.ita ꝙ dum coquuntur secūda coctione in duabus partibus aque ⁊ tertia parte aceti ⁊ proprie nigri. Quintum est vt vir iste omni sero ante cenā accipiat.iii.de istis pillulis. ℞ dragancti gummi arabici torrefactorū ana.ʒ. .i.sumac granoꝝ mirti cupularum glandium spo dii squinan.rosa.ciperi ana.℈.ii.reformentur pil lule cum succo consolide minoris. Sextum est ut oī mane āte prandiuꝫ accipiat vnū uel duo fru sta huius confectionis.℞ dyacitonitē sine speciebꝫ .℥.iii.coriandri preparati masticis ana.ʒ.i.cum vino citoniorum fiat confectio in rotulis.iiii.ʒ.et vtatur vt dictū est. Septimum est ut omni ma ne per.x.dies accipiat.ʒ.iii.ex hac mixtione.℞ aq̄ arnoglosse aque consolide minoris sublimatiōis gal.cipressi ana.℥.ii. misce ⁊ accipiat eas calidas cum.℥.ſ.zuccari candi. Octauum est ut i omni fine.viii.dierū post predictas aquas accipiat.℈. .ii.istarū pillularū.℞ trocis.de spodio cum semie

acetose.ʒ.ii.reubarbari cōbusti.ʒ.ſ.spodii draga ti torrefacti ana.℈.i.coaguli leporis uel capreti .ʒ.iſ.formentur pillule et accipiantur vt prius.

Nonum est ut portet super vmbilico suo vnuꝫ emplastrum huius descriptionis.℞ resine clare ⁊ electe.℥.ii.gallarum cipressi.ʒ.i.ſ.se.plantaginis acatie spodii rosa.scorie ferri preparate ana.ʒ.i. macis.℈.ii.coquatur resina cū aceto nigro ⁊ addi tis speciebus.℞ cerotum spericum amplitudinis spanse vnius ⁊ apponatur a fine ventris usque ad umbilicum ita ꝙ semper ibi adhereat. Decimū est ut quotiens assellet suffumiget ventrem p infe rius cum puluere tali.℞ colofonie gallie mus.sto racis calamite ana.℥.ſ.ligni al.ʒ.i.corallorū ru. spodii sandarace ana.℈.ii.fiat pluis ⁊ superasper gatur prunis non multe inflammationis.ita ꝙ fu mus per inferius ventrem ingrediatur. Unde cimū ē ut in cibariis suis faciat bulire radicē vnā cōsolide maioris quātitatis digiti indicis. Duo decimum est ut super stomacho suo in nocte semp teneat sacculum plenum puluere huius descriptio nis ⁊ bonum esset ꝙ istum sacculum etiam porta- ret in die.℞ granorum mirti coriandri prepa- rati origani calamenti ana. M.i. macis.℥.ſ.ma sticis gallie mus.storacis calamite corallorum ru. sandarace ana.ʒ.ii.ligni al.ʒ.i.ſ.cimini torrefa- cti.ʒ.ii.fiat sacculus ⁊ portetur ut dictum est.Hec sūt que ī hac dispositione utiliora apparuerunt.

Consilium de fluxu epatico.

Pro matre vero patris huius pueri sibi prouideatur pluribus remediis infrascriptis cum quibus tamen cuꝫ magno labore poterit perfecte cura ri a fluxu epatico quo ipsa laborat ⁊ prouenit in ea a mala complexione calida ⁊ sicca epatis eius cum furia ⁊ abundantia colere rubee ebulientis cum sanguine.propter quod non est mi rabile si ipsa febrit ⁊ proprie febre colerica conti nua quaꝫ nō dubito talē esse.si tamen continuaret remedia notabili tempore satis ē rationale ipsaꝫ posse sanari.Ipsa tamen vtente pro regimine ex parte potus et cibi ordinato pro alia muliere ꝗ habet ulcus in aure cum hoc tamen ante misso ꝙ omnia cibaria que comedit ista domina sint co- cta in aqua fontali in qua frustuꝫ calibis inflāma ti bis uel ter fuerit extinctum cum qua etiā aqua lymphare etiam debet vinū quod ipsa bibit ponē do tertiā uel quartā ptē si ꝓprie fuerit vinū bru scum uel rubeum. Sunt auteꝫ remedia hec pri mo.℞ trociscorū de spodio cum semine acetose.ʒ. .i.ſ.florum nucū sumac granorum ribes exiccato rum ana.ʒ.ii.zuccari secunde coctionis .℥.iii.fiat confectio cuꝫ aqua acetose de qua hec domina per quartam partem hore ante prandium ⁊ cenam comedat.℥.ſ.bibendo post ipsam vinum cū aqua calibis ut dictum est. Secunduꝫ remedium.℞ granorum mirti se.plantaginis coriandri prepa rati ana.ʒ.ſ.spodii gummi arabici dragaganti omnium trium torrefactorum ana.℈.ii.pulueris granorum ribes uel crispini exiccatoruꝫ.ʒ.ii.for mentur pillule cum succo foliorꝫ crispini de qbꝫ dicta domina omni mane in aurora deglutiat.v. aut.vi.⁊ tardet cibum per tres horas ad minus.

Tertium remedium principale ⁊ ultimum est

℞ olei de mastice ⁊ ꝺ mixto ana.ℨ.i.olei nardini .ℨ.ʃ.trocis.de rosis spodii torrefacti coral.alborꝫ ⁊ sandalorum amborū ana.ℨ.ʃ.cere albe quantum sufficit fiat unguentum molle de quo calido bis ī die tota pars dextra ab ore stomachi usq; ad anchas diligenter inungatur ⁊ posterior etiaꝫ pars a furcula spatularum usque ad nates exclusiue et superponatur pannus duplicatus calidus ⁊ sanabitur diuina gratia.

Tractatus xvi.de dispositionibus ani.

Consilium de emoroidibus continens lectōnes duas. Sectio prima capitulum singulare de dispositionibus quibusdam sequentibus ad emoroidas ⁊ de omnibus speciebus emoroidaꝝ.

Ir egregius dominus Uincentinus de nobili progenie ꝺ scledo ex ciuitate Uincentie oriundus multis ⁊ granibus accidentibus molestatur ingēter. Quorū primuꝫ est debilitas stomachi a mala complexione frigida ⁊ humida ipsius proueniens. propter illud etiam multarū uentositatū in stomacho ⁊ in ventre inferiori cōtinua fit generatio ⁊ multiplicatio. Secundum accidens est corruptio forme ipsius que ꝓuenit a corruptione complexionis epatis frigida ⁊ humida. ex qua formositas corporis ⁊ pulchritudo coloris in palliditatē ⁊ albedinem permutate sunt. Et ex eadem causa ēt generatur in eo sanguis aquosus satis que omnia Asclitē sibi minari uidentur si perseuerabunt. Tertiū accidens est vniuersalis corporis debilitas ⁊ laxitudo quā a predictis causis prouenire facile cōsideranti uideri potest.

Quartum uero accidens est ventris stipticitas superabundans. que licet a mala complexione fri. ⁊ humida materiali vel immateriali stomachi et epatis per se prouenire non debeat. per accidens tamen pp debilitatē aduenienteꝫ expulsiue intestinorū contingit vltra solitum detineri feces ⁊ materias omnes que euacuari deberent per intestia. Omnis enī immoderata discrasia deicit actuꝫ ꝓprie ⁊ cet. Adhuc etiaꝫ predicta ventris stipticitas aliā habet causam sui ipsius ⁊ veriorē que est emoroidarū tumescentia notabilis in intestino recto intus ⁊ extra existentiū. que qualiter stipticitatis ventris effectiue sint cause paulo inferius aperietur magis. Hec etiam emoroides per ipsarum colligantiam ad stomachū ⁊ epar cause sunt ⁊ fuerunt accidentiū prescriptorꝝ primarie. licet etiaꝫ pp longitudinem egritudinis tam in stomacho ꝙ in epate mala complexio frigida ⁊ humida materialis acquisita sit. egritudines enim per colligantiam non perseuerant tempore multo quin associent egritudines per essentiaꝫ. ut ex theoria medicine facile demonstrari posset. Quare ex ōibus his congregatis in unuꝫ concludi potest. talia accidentia non bene remoueri posse et eradicari sine recta curatōe emoroidaꝝ predictarū. In curationibus enim egritudinū canonicis oportet prius unāquāque causam abscindere. deinde ad illā que facta est egritudinem peruenire tertio tegni colligendum est litteraliter. quare liqde apparet paulisper istarū emoroidarū inuestigatōnem esse premittendam. Sunt igitur emoroides bene in intestino recto immerse apud circulū āni īnuente natura ad expellendum sanguinē melancolicum ⁊ superfluitates cū ipso cōmixtas in corpore multiplicatas. ut colligi potest ex sentētia Auicē. xviiii. tertii ⁊ primo et secundo ⁊ tertio capitulis ⁊ .vi. afflo. comento. xii. ⁊ plures alibi. Species autē emoroidaꝝ multe sunt. s. verucales que in substantia ⁊ duritie ⁊ quantitate verucis. i. poris simillime sunt. ⁊ eaꝝ materialis causa est sanguis melancolicus. Alie vero nominātur vuee que vue nigre similantur in eius figura multū ⁊ pendent a materia sanguinea cum melancolia aliqualiter commixta. Tertie vero ab auctoribus morales sūt nominate. eo quia ī substantia aliqualiter comparate in colore ex rubeo et nigro apparentes ⁊ in figura moro semimaturo propinque sunt. Et est earuꝫ materialis causa sanguis melancolie dominans notabiliter. Quarta vero species sūt emoroides uesicales nominate in quaruꝫ concauitate aquositas flegmatica continetur ⁊ propter illud flegmati tanquam materiali causa proportionantur. Harū autem omnium alie ꝓfunde sunt in intestino interius existentes. ut nullo modo manifeste visui. nisi cum notabili expressione ⁊ euersiōe intestini recti. Alie uero sunt in fiteri. s. in circulo ani uel tactui ⁊ uisui oīo manifeste ⁊ quelibet earū tam exterior ꝙ interior uel media inter eas pōt esse vuealis moralis vesicalis ⁊ verucalis. licet ut in pluribus verucales ⁊ vesicales accidāt in circulo ani. sicut morales ⁊ vueales plurimū interius ⁊ rarius exterius sint euenientes. Tertia principaliter diō emoroidarū ē ꝙ earū aliq̄ sūt apostemose siplices et alie apostēose ⁊ ulcerose sū'. alie uero ī fistulas conuerse sūt. Nonnulle vero frequēter ī cancrenas estiomenū al' ka kilon conuertuntur. et non multū longe ab hac scriptura in Euganea ciuitate inuentum est in Manno ftore in quo emoroides ex cancrena ī estiomenū ⁊ finaliter ī as ka kilon conuerse fuerunt. adeo ꝙ non soluꝫ intestinum. immo nates ⁊ usque ad ossa comedebāt ⁊ magna angustia paulo post expirauit. Alia diuisio et ultima emoroidaꝝ alique sunt fluentes uel apte nominate. alie uero sūt restricte cece ⁊ surde nominate eo quia nihil emittunt. Ex quibus emoroidum diuisionibus quattuor sollēniter ītellectis facile perpendi potest ad quam speciem emoroides huius viri reduci debēt. sunt eniꝫ in eo alique morales. alique verucales. nonnulle vero vueales et pauce ⁊ rare usque nunc fuerunt uesicales. Et eaꝝ alique intus et extra sunt. Alique vero sunt apostemose alique simpliciter tales. Nonnulle vero emoroides vlcerose. neutra tamen adhuc in fistulā cōuersa est. ut uidenti tangenti ⁊ bene ītelligenti apte patere potest. Qual'r autem ex emoroidibꝫ istis tanquam primariis causis saluari possint oīa accidentia in principio numerata rationabiliter contemplando videri potest. Cum enim in viro isto sint emoroides surde nō aperte. quia nihil aut parum ualde ⁊ raro sanguinem emittentes et cōtinuo sunt tumentes. quarum tumor etiaꝫ frequenter notabiliter magnificatur. quod arguit multitudinem materiei et non euacuatur materia illa necesse est ipsam multiplicatam redundare p chilis venam ascendētem ad epar. et ibidem tali materia multiplicata necesse est extingui calorē epatis. quare generatur in eo aquosus sanguis hoc ar

gumento vtitur comentator.vi.affo.comento.xii. Si enī sanguis naturalis fit a calore naturali eo extincto necesse est sanguinē generari supple non naturalem in quanto ⁊ in quali.sed aquosū ⁊ paucum.sed idem calor epatis necessario extinguitur uel suffocatur a materia ibidem multiplicata.qr̄ et cet. Et ex hoc fundamento cum premissis facile concludi pōt iuuamentū quod corpori affertur ex apertione venarum emoroidarum nō immoderate fluentium.sed mediocriter.Consueuerunt enī ab auctoribus numerari ⁊ nominari.xvii.species egritudinū a quibus corpus humanū securatur per cursum emoroidalē.sicut ipse eedē egritudines earum plurime aut alique per emoroidarū restrictionem generari ⁊ multiplicari solent.quare xx^a.tertii secundo ca°. Ex sanguine currente ex ano est securitas ab egritudinibus istis.s.estiomeno mania ⁊ melancolia ⁊ epilensia multiplicata ⁊ erisipila et aliis que sunt sicut milium ⁊ cancro ⁊ excoriatōe ⁊ scabie ⁊ galabie.i.tinea et lepra ⁊ pleuresi ⁊ piplemonia ⁊ frenesi ⁊ infrascriptarum. Et quando retinetur sanguis ex eis consuetus timetur aliq̄ harum egritudinum ⁊ timetur etiam ydropisis ex apostemate malo ⁊ corruptione complexionis epatis ⁊ ptisis ⁊ dolore pulmonis. ⁊ cet.lege ibi.

Itaque in summa ex omnibus superioribus colligendo sententiā.videtur oīo asserendū esse q̄ regimen sanitatis recuperatiuum in hoc viro nobili pendet ex apertione emoroidarū per quas euacuatur sanguis melancolicus ⁊ corruptus per cōmixtionē flegmatis q̄ cōgregatur in ipso per uiā indigestionis prouenientis a suffocatione innati caloris.Iterū etiā regimen eius pendet ex consūpti one quarūdā emoroidarū que dolorose sunt.⁊ pp earū magnitudinē constipatōem continuam ⁊ ualidā in eo efficiunt.adeo q̄ nunquam uenter eius fluxibilitatē habet naturaliter.nisi cum medicinis interius uel exterius applicatis prouocetur ventris fluxibilitas.Propter quod prius in ordinando regimen eius ponentur ingenia aperiēdi emoroides in vno capitulo comprehensa. In secūdo vero capitulo ponentur modi ⁊ instrumenta cōsumentia ⁊ exiccantia emoroides intumescentes.

In tertio capitulo ponentur instrumenta sedādi dolorem emoroidalē. In quarto uero capi° ponentur modi et instrumenta leniendi uentrem.

Quintum vero et vltimū capitulum subiungetur in quo regimen huius viri per administratione sex rerū non naturalium succinte narrabitur ⁊ sic apparet q̄ tractatulus iste in sex terminabitur capitulis.

Capitulum primum sectionis secunde de ingeniis aperiendi emoroidas.

Pro materia itaque presentis capituli aperiēda premittendū primo q̄ si fuerint emoroides fluentes mediocriter sine dolor̄ saltē notabili ⁊ absque pruritu ⁊ apostemate magnis.nō debet medicus earū curam intromittere.immo ipsas nature taliter operanti dimittere.quare 17^a.tertii capitulo tertio.Si non fuerit dolor neque apostema nec inflatio non erit plurima tunc necessitas curatōis earū.nam curatio earum quandoque perducit ad fistulas ⁊ ad ragadias.⁊ uocatur dispositio talis disruptio venarum ani.Cum autē contingit in intestio recto ⁊ circulo ani existentes intumescere cum dolore grauatiuo plenitudine intestini magna et p

hibitione debite dilatationis eius ad officium egerendi.et accidit in spina ponderositas ⁊ ypocōdri is utriusque et in capite grauitas.⁊ i visu nocumētum uel scothomia et in sensu tactus.et simili' vi sus apparet vertiginosus.tunc tales sunt emoroides ad se vocantes medicū earum apertōi istructū.

Multa autem sunt ingenia ⁊ instrumenta qbus ab auctoribus hinc inde legendo possunt aperiri emoroides.quorum omniū sententiā in vnum colligendo quantum ingenio meo ⁊ usu longo cōprehendere potui octo modis cecas emoroides aperire solitus sum.ad quos modos licet oīa uolumina medicine perlegeris non iuenies modū pret̄ istos Aperiuntur igitur primo cū instrumentis oībus que motum inundatōis ⁊ fluctuatōis in sanguinē efficere possunt ⁊ maxime in sanguine venarū que sunt iuxta anū ut in fricationibus fortibus coxarum natiū ⁊ iuxta genitales partes. Secundo etiā aperiuntur cū ventosationibus factis in domestica parte coxarū appositis in loco inter anum et radicem genitalium membrorū ⁊ sint ventose ex uitro cornibus uel ere notabiliter ignite.delicatis autem ⁊ nobilibus apponere soleo eis non apponendo ignem in concauitate uentose.sed condecenter applicando uentose orificiū super cute ⁊ exterius cū ignita candela tamdiu calefaciendo uentose fundū q̄ applicabitur parti cōdecenter et poteris eius attractōem secundū uoluntatē tuam magis moderate et minus calefaciendo ventosam postquam fuerit applicata secundū q̄ magis ⁊ minus attrahere cupis. Tertio aperiūtur emoroides flobotomando saphenam. Ipsa enī quandoq̄ aperit eas ouiatione sui ipsius.i.in tempore actualis exitus sanguinis 17^a tertii capitulo 5° i fine. Itē flobotomia que est i posteriori parte calcanei que est sciatica confert etiam ad hoc. Adhuc etiam flobotomia uene almibit est fortior utriusque in aperiendo eas.Et crediderunt quidā talē venam esse illam que inuenitur super calcaneū que est ramus saphene.Ego autem credo talem esse venam curuature poplit de qua quarta primi capitulo secundo scribitur ita.Et ex eis est vena curuatur̄ poplitis que tantum efficit quantum et saphena in prouocatione mestruorum et doloribus ani et emoroidibus. Quarto principaliter iterū aperiuntur emoroides uene in flōmando ipsas. Et modus quidem est faciendo eas eminere et sensui visus et tactus manifestas fieri.primo quidem in iungendo egrotanti ut forti compressione exprimat fiteri ad extra ac si vehementer egerere vellet.et si hoc mō nō sufficit apponatur vētosa fiteri magni orificii conuenienter ignita.Et melius est cum igne exterius q̄ interius apposita.ne flāma ignis ledatur fiteri.ut sepe contingit et prohibet operationem tuam quam itendis.eo q̄ locus apostematur.Cum ergo siue per compressionem aut ventosam euersus fuerit ani circulus aspice ipsum et non uerecunderis aut saltem doce flēmatorem ut aspiciat et tangat venas illas que magis tumētes facte sunt.et sanguine purpureo plene et non sunt attrite uel dure.sed sesu tactus percipitur in eis fluctuatio sanguinis.Igitur flōma de numero illarum que maior erit et permitte sanguinē exir̄ usque quo color eius niger permutetur in splendidum et usque ad debilitatem uirtutis expulsiue.

Si autem vena nō apparuerit tibi notabil' una

per quam flobotomatam sperare possis sanguinē sufficienter euacuari. tūc flobotometur due ul' tres secundū q᷑ tibi decenter consideranti apparebit. Ingenium enī naturale adiuuat artem ꝛ naturā regentem. contraria vero contrariū Damascenus in afo. Cum igitur vna uel plures fuerint flōmate. si perseuerat eaꝝ apertio tot diebus quibus sufficienter corpus euacuatur non est aliter in opere procedendū. Si autem vene iam flōmate claude rentur. ut sepe solet fieri propter uiscositatē ul' pinguedinis multitudinē aut aliis ex causis: tunc sequenti die fiat flobotomie secundatio tot diebus continuata quibus euacuetur sufficienter corpus. adhuc etiam si euerso ani circulo per ingenia predicta lateret sensus tuos venaꝝ apertio. ut sepe contingit in melancolicis ꝛ in valde timidis et similibus. Tunc euerso intestino capiatur cū tenaculis pars ipsius que tibi videtur colore opaco colorata magis ꝛ parū exterius suauiter trahendo ligetur cum cordula condecenter secundū q᷑ ī aliis fieri solet. Et postq̄ per ligaturaꝫ tibi cognita fuerit vena que prius fuerat occulta ꝛ tunc flobotometur ꝛ inde de omnibus procedatur. ut supra dictum est. Quinto aperiūtur vene emoroidales pungendo cum acubꝫ aureis aut argēteis aut aliis. ꝛ solet hic modus obseruari ī mulieribus delicatis ꝛ timidis ꝛ in his in quibus sanguis valde subtilis inuenitur. Sexto aperiuntur emoroides supponendo eis aut confricando eas cum medicinis rubificatiuis acutis nō tamen excoriatiis sicut cum puluere calamenti origani plicarie apii ranini cum ciclamie ꝛ nitro ꝛ pipere. Et fortiora illis sunt fella oīum aīalium ꝛ ꝓprie rapaciuꝫ uolitantium ꝛ peditantium. licet communius fit fel thauri apud auctores. Septimo aperiunt̄ emoroides cum medicīs excoriatiuis ꝛ de cōmunibꝫ ē fricatio eaꝝ cū foliis ficus que siue asperitate sua ac siccitate siue acuitate sua lacticinea hoc efficiāt solēniter ꝛ in breui tempore aperiunt eas. Aperit enim eas fricatio cum cepe narcisi ꝛ cū flāmula ꝛ est pes coruinus. Iteꝫ pulurizatio super illis facta cum puluere cantaridarū. Item linitio eaꝝ cum lacte titimali ꝛ folioꝝ ficus uel cum aqua capitelli Octauus ꝛ vltimus modus apiendi emoroidas ē cū cauteriis. ꝛ licet ad hāc seruire possēt actualia cauteria. nō est tamen corū vsus a cōmuniter operantibus exercitatis neque ab auctoribus plurimū inuentus. Utuntur igitur in apertōne earum potentialibus cauteriis medici plrimi secundum ordinem quem apud vsuꝫ meum continuo habuerunt. Primo quidem applicando leuiora qualia sunt succus ciclamis succus plantaꝝ acutarum sapo mollis semper leniendo cum eis emoroidales partes. Item super pulurizādo eis species omnes attramenti. i. uitrioli. ut viride albū rubeum ꝛ cet. Et primo quidem crudum. Et fortius illo est utrunque combustū. Et earū fortior medicina est. sicut anacardus solus. s. pulurizatus uel cum reliquis medicinis. ut arsenico ꝓprie auripigmento ꝛ arsenicū etiam solum ꝛ sulfur et lacca 17ª tertii 5º capitulo colligenda. Reliq̄ vero cauteria fortiora non curaui scribere propter suspitionē loci ꝛ passibilitatē eius ꝛ aptitudinem eius ad corruptionem et propter ineptitudinem applicationis earuꝫ. hec enim sunt satis efficacia. immo leuiora de numero ipsarū semper applicare consueui fortiorā euitando propter predicta. Cum igitur applicatur horum cauteriorū aliqd̄ fulciatur intestini pars omnis cuꝫ linimentis fri. ꝛ siccis vel humidis actu ꝛ potentia que uiscositatem habeant ut prohibeatur penetratio ꝛ transitus cauterii ad partes laterales ꝛ stet eger eleuatis posterioribus ꝛ coxis apertis usque quo a cauterio facta fuerit escara. Cum igitur facta fuerit ipsa superponatur butyrū aut alia pinguedo mollis absque sale ꝛ acuitate omni ꝛ permisceatur cū succo solatri lactuce violaꝝ uel cū oleis predictorum usque quo ceciderit escara. Ita ut sāguis apire possit. Cum igitur exiuerit donec eius exitum consequatur alleuiatio notabilis ita procedatur. Deinde curetur locus cum medicinis mundificatiuis regeneratiuis carnis ꝛ incarnatiuis et finaliter cum consolidatiuis vsque ad perfectam sanationem. De quarum medicinaꝝ numero melior ꝑ me inuenta est ista. ℞ unguenti basiliconis maioris ℥. ii. olei de crisomilis terbentine lote cum aqua recenti tribus vicibus ana. ℥. i. cere albe. ʒ. iiii. camphore. ʒ. ii. fiat vnguentum ꝛ apponatur.

Capitulum secundum de exiccatione ꝛ consumptione emoroidarum ꝛ restrictōe immoderati cursus eaꝝ.

Uidetur igitur in hoc capitulo duo pertractāda esse. Primo quidem aperire ingenia ꝛ instrumenta exiccandi ꝛ consumendi emoroidas apostemosas. Secūdo uero exprimēdi modū ꝛ remedia īmoderatum cursum ipsarum auferentia.

Et primum quidem completur diuersis opandi modis. ut incisione ipsaꝝ emoroidaꝝ totaliter facta ꝛ modus est. ligentur apud radicem earum cum filo et totiēs dietim constringantur donec ꝑ stricturā deficiente materia nutritionis earū per se cadant. ꝛ est operandi modus securus valde aliquando per me exercitatus. licet operatio tal' fieri non possit nisi in tempore prolixo. Secūdus modus est cauterizandi eas cum actuali cauterio diuidente eas in longitudinem quod cauteriuꝫ sepe ꝛ superficialiter debet poni. post quod procuretur casus escare cum suppositōne rerum pinguiuꝫ non salitarū ꝛ totiens fiat talis applicatio cauterii ꝛ escare casus quotiens totaliter apostemosa substantia consumatur. Tertius iterum est ꝑ applicationē cauterii potentialis. de quorū numero securiora ab auttoribus inuenta sunt species oēs attramenti combusti arsenicū citrinum ꝛ siml'ia. Et hi duo ultimi modi non debent fieri nisi a viro in scientia et experientia bene trito ꝛ in egrotante moraliter obediente medico. Et de numero horum trium ingenioꝝ neutrum fieri potest. nisi cum euersione intestini de qua scriptum est in precedenti capitulo. In ficubus autē ꝛ emoroidibus extra existentibus. hi tres modi facile satis ad optatū sanitatis finem perducunt. Quarto principaliter fieri potest consumptio ꝛ casus emoroidarum cum medicinis superappositis que sūt diuersarum specierum. Alique eniꝫ sunt pulueres alique linitiones uel vnguenta. alie uero emplastra. Nonnulle uero liquores decoctiões vel suffumigationes. Alique vero suppositorū appositōes materiam partim diuertendo partim consumendo finientes. De harum medicinarum numero. alie sunt leues. alie fortiores. alie simplices. alie composite. Quedam vniuersaliter emoroidibus

appropriate. Nõnulle vero determinatis emoroidibus proprie magis. Et quedam earũ exterius ⁊ quedam interius applicande. Ordine igitur securiori secundũ consuetudinẽ meã. primo pquiram ex eis leuiores simplices. secundo compositas omnibus uniuersaliter emoroidibus. tertio vero exprimam aliquas quibusdã emoroidibus magis appropriatas. Pulueres itaque leues simplices indifferenter omnibus emoroidibus appropriati sunt sicut litium de puluere flor̃ uel radicũ cuius si detur in potum. ʒ. ſ. cũ vino stiptico pluribꝫ diebus confert ualde. ⁊ est medicina ab antiquis felu zaragi nominata. lege de hoc cañ secundo ꝑprio capitulo in areola membroꝝ expulsionis ubi dicit ꝙ confert fissuris ani ulceribus ⁊ emoroidibꝫ

Confert etiam ad hanc intentõnem puluis radicum pentafil' de quo pluribus diebus. ʒ. ſ. cum aqua frigida in estate calida in hyeme. Itẽ tãtũdem pulueris floꝝ uel extremitatũ squinanti sil'r confert. De expertis vero potabilibus confert ut sumãtur galbani sicci. ʒ. ii. cũ aqua de quo dixit Auicẽ. 17ª tertii sexto capitulo. ꝙ ipsum e mirabilis experientie ⁊ remouet emoroidas. ⁊ si detur ĩ potu tribus vicibus non redibũt. ⁊ cet'. Ad hãc eandem intentionem laudatur puluis foliorum ⁊ granorum mirti. hec de simplicibus a communi q̃litate ualentibus meliora sunt ut experientia testatur. ⁊ cõmuni auctorũ sententia probari põt.

De aliis vero que ab occulta qualitate conferr̃ dicuntur duo pulchra solemnia scripsit Auicẽ 17ª tertii preallegato capitulo sexto. Et primum ẽ ut accipiatur puluis capitis piscis saliti ⁊ pl'uis casei antiq eodẽ mõ preparati ⁊ misceãt' adiuicẽ eq̃liter. Secũdũ ẽ ut accipiat' cinis caude piscis saliti ⁊ supponatur. ⁊ intelligo ego ut talis cinis sit ꝺ ipĩa predicte caude piscis. De cõpositis võ ad emoroidas expertis cõsumẽtibꝫ eas ⁊ m'lta iuuamenta facientibus duo meliora ab auctoribus et ab experientia comprobata sunt. Primum est electuariũ de scoria ferri cuius descriptionem et meliorẽ inuenies nono Almansoris ibidem capiº 68. Secundũ est pillule de bdellio quarũ descriptio est ibidẽ capitulo 80. has duas descriptiones inter alias que ab auctoribus inueniũtur coꝝ pace salua meliores inueni inter alias. De linimentis vero post predicta commune approbatuꝫ est oleum de crisomilis ⁊ sunt fructus parui persicis aliqualit' similes coloris aurei cũ maturescũt ⁊ ideo nominantur crisomila a cris grece qđ ẽ aurũ ⁊ milõ malũ vñ crisomila quasi aurea mala. Ex quorũ nucleis tale perficitur oleuꝫ. lege ab auctoribus. Secũduꝫ fortius illo est oleuꝫ ꝺ pice.

Tertium ⁊ omnibus fortius est oleum de euforbio. Et si velis hoc ultimum uehementioris exiccationis efficere ei superadde subtriplum ponderis pulueris anacardi ⁊ mirabile inuenies. Unguentum bonũ exiccans emoroidas omnes est. ℞ mellis. ℥. iii. aceti. ℥. ii. vitrioli viridis floris eris ana. ʒ. i. tucie preparate litargiri plumbi usti ana. ʒ. i. ſ. mel ⁊ acetum lento igne buliat usque ad coagulatõem conuenientẽ ⁊ cum ceperint tepefieri effunde in mortario ⁊ superadde pulueres alios ⁊ diu agitentur ⁊ vtere eo. est enim efficacissimum.

De emplastris vero has egritudines consumentibus est hec descriptio. ℞ radicum yari a cortice mundatarũ. ℥. iiii. radicũ lilioꝝ alborũ. ℥. iii. pulueris panis porcini panis opiri. i. furfuracei ana. ℥. iii. pulueris gallarũ cupressi. ℥. iii. granorum mirti se. plantaginis thuris sandarace ana. ℥. i. farine fabarũ. ℥. iii. olei de lauro de crisomi. ana. ℥. i. ſ. croci. ʒ. ſ. fiat emplastrũ ⁊ loco prius fomentato cuꝫ spongia madefacta in vino rubeo calido ⁊ expressa supponatur hoc emplastruꝫ mediocrit' calidum. Est enim efficax eo quia repellit materiam dolorẽ sedat resoluit ⁊ exiccat. De liquidis vero medicinis quoruꝫ vsus est ad emoroides sũt balnea. quorũ aliqua sunt naturaliter talia inuenta. et aliqua artificialiter talia. De naturaliter vero talibꝫ sunt sicut sulfurea quedã aluminosa q̃ tamen meliora ad repellendum ⁊ stringendũ fluxum. licet etiam consumptiua similiter. sunt etiaꝫ ex aqua ferrea minerali. Item aque cineritie calcee minerales que ambe magis sunt consumptiue q̃ꝫ repercussiue. Et de numero mineraliuꝫ melior est aqua attramentĩa in exiccando ⁊ consumendo ⁊ partes fiteri uigorando. De his sunt aliq̃ artificialiter talia. ut aqua cineris uel lixiuium aqua decoctionis radicũ philipẽdule granorum mirti et mirre simpliciter uel coniunct' accept'. Et fortior illis est aqua decoctionis radicũ yari. Hec oia ad resoluendũ ⁊ consumendũ materias. sicut aqua decoctõis gallarũ cupressi confert ad predicta. licet magis ad repellendũ q̃ꝫ ad resoluendũ. De fortioribus vero est aqua capitelli ex q̃ fit sapo et ꝑprie illa que tertio distillatur. est enĩ leuior ĩter alias duas. Item aqua vitis. i. ex vini sublimatõe facta. Et possunt omnes hi liquores applicari faciendo encatismata. i. sessiones in eis uel applicãdo eos cum coto spongia lana uel similibus secunduꝫ peritiam exercitati viri. De his vero que ꝑtim diuertendo partim consumendo materias supposita iuuant plura solẽnia inueniuntur. Primuꝫ ⁊ leuius est suppositoriuꝫ factũ ex radice peucedani recentis. Secundũ ex radice gẽtiane Tertium ex radice yreos. Quartuꝫ ex radice yari uel serpentarie minoris quod idem est. Est enim notabilis experientia in Auicen. littera inuenta cum qua sepe consumũtur notabiliter emoroidas ut ex radice serpentarie suppositoria fiant paruꝑ oblonga ⁊ infundantur in vino per diem naturalem ⁊ imponantur ano ⁊ teneantur ibidem quãtũ est possibile lege ut supra. viº caº. Ex predictis autem fere medicinis omnibus fieri possunt suffumigia que sunt instrumẽta utilia. Et si fuerĩt emoroides attrite vel verucales dure fiant ex eis decoctiones in aquis et suffumigetur patiens cũ eisdem immergendo in predictis lapides ignitos. Et si emoroides exterius eminentes sunt facilius conferunt suffumigatões tales. Si autem interius fuerint suffumigentur cum emboto ano immisso ꝑ cuius concauitatẽ fumus interius recipiatur aut saltem comprimendo intestinum euertatur exterius. De suffumigationibus autem siccis laudatur leuior ⁊ bona est facta cum foliis mirti ꝑiectis ad carbones ignitos. Et fortior est suffumigatio facta cum stercore vaccarum sicco. ⁊ cet'.

Compositum bonũ ad suffumigandũ est hoc. ℞ anacardi. ℥. ſ. galbani. ℥. i. stercoris colũbini stercoris vaccini puluerizatorũ ana. ℥. ii. fiat puluis et superaspergatur carbonibus ignitis ut supra.

Et de suffumigationibus vero ab occulta proprietate valentibus laudatur illa que fit cum spo

lio serpent. Medicine vero composite a pprietate et a qualitatibus communibus emoroidibus appropriate sunt iste. Unguentū bonū ad emoroidas verucales duras et attritas. Rx olei amigdalarum amararū.℥.ii.vitellorū oui numero.ii. croci.℈.i.ceruse.ʒ.ii.fiat unguentū molle in mortario. Descriptio secunda efficacior prima Rx olei vulpini.℥.i.ſ.bdellii dissoluti cū modico aceti.ʒ.vi.pinguedinis renum vituli.ʒ.x.croci.℈.i.fiat unguentum molle. Descriptio tertia fortior predictis.Rx olei amigdalarū amararū olei sisami ana.℥.i.ſ.pinguedinis anatis et galline butyri recentis medulle cruriū bouis ana.℥.i.vitellos oui numero.ii.croci.ʒ.ſ.galbani dissoluti cum modico uini al.℥.i.fiat unguentum molle.Et inueni q̄ hec unguenta oīa infrascripta efficacius operātur.si conficiuntur cū pistello plumbeo in mortario plūbeo q̄ in aliis vasis.hec unguenta efficacia sunt in cura emoroidarū predictarū.quoniam indigent lenificatōe digerente materias et sedatōe doloris et medicinis duritiē et compacitatem a membro auferentibus. In ragadiis vero moralibus uel vucalibus necessarie sūt medicīe leui caliditate resolutiue ne inflamment materiā earū q̄ satis ad hoc parata ē et necessarie sūt in eis medicīe fortis exiccationis.Et si medicīe iste quandoq; cōfrāgantur cum frigidis repellentibus in toto principio uniuersali et medietate augumenti vniuersalis bonum erit.tunc enim necessaria est repulsio materiei parua resolutio et maior exiccatio eius.

Compositum bonū ad hanc intentionē est hoc. Rx foliorum solatri recentium.M.iii.rosarū foliorū plantaginis ana.M.ii.pulueris coriandri preparati cū aceto.℥.ſ.camomille mellilotι se.aneti ana.ʒ.iii.croci.℈.ſ.fiat emplastrum cū.℥.ſ.farie ordei.aut fiat ex eo unguentum cū pauco oleo ro. et tunc erit conueniens in principio et post illud.

Unguentum bonum et fortius predicto est hoc. Rx absinthii recentis foliorum apii ana.M.iii.camomille mellilotι ana.M.ii.se.aneti granorū mirti ana.M.i.yreos.ʒ.iii.radicū serpentarie.ʒ.i.olei amigdalarum amararū.℥.iii.fiat unguentum molle uel emplastrū multiplicata farina ordei respectu descriptionis precedentis. Unguentum tertium et efficacius scriptū supra descriptione illa.Rx yari et cet. Ad emoroidas vero vesicales multum cōfert linitio facta cū metridato aut tyriaca. Itē descriptio illa.Rx cerusē plūbi litargiri tucie crude ana.ʒ.i.ſ.antimonii.ʒ.ſ.olei de costo olei liliorū alborū ana.℥.i.croci.g.vi.cere quantum sufficit fiat unguentum molle.Et si maiorē exiccatōem velles fortius illo erit hoc.Rx scorie ferri frixe in aceto usque quo cōuenienter puluerizari possit.ʒ.iii.se.anacardi.℈.ſ.radicū serpentarie gentiane piretri ana g.vi.olei de crisomilis.℥.i. olei uiol purpurearū.℥.i.ſ.cere quantū sufficit.fiat vnguētum molle. Ad ragadias autē que sunt emoroides siue emoroidales fissure in circulo ani et intestino recto.regimen conueniens est ut fiat flobotomia basilice que confert omnibus speciebus emoroidarū et proprie quando adest febris.deinde emplastrentur cū uitellis ouorū et oleo de crisomilis et croco cū modico bdellii ex sententia Rasis in diuisionibus Almansoris capitulo 79. In ragadiis autem cū quibus non est febris conferunt pulueres linimenta superius tacta. Linimentum bonum ad ragadias ani et proprie quando cum eis est vehemens inflammatio et punctio.Rx olei nenufarini.℥.i.coriandri non preparati.ʒ.ii.amili.℥.i.croci.℈.ſ.fiat vnguentum molle in mortario et sedat dolores et inflammationes.Et fortius illo ē hoc Rx succi iusquia.℥.i. succi nenufar.℥.ii.cerusē.℥.i.litargiri.ʒ.iii.camphore.ʒ.i.uitellos oui numero.ii.fiat vnguentum molle in mortario. Et si velis unguentum hoc fortius facere in sedando dolores et inflammationes et punctiones adde sibi opii croci ana.℈.i.Et postq̄ totū confectum fuerit buliat in.℥.iii.succi violarū recentiū usque ad consumptōem illius.cōicant vnguenta hec cū iuuamēto ad ragadias omnibus etiā speciebus aliis emoroidarū.Neque hesitare debes ex eis quia narcotica recipiant.sunt enī refracta condecenter.neq; est narcoticorū nocumentū in aliquo membrorum corporis minus q̄ in ano.et tu considera causas. Et hec de prima particula principali capituli huius. Pro secunda uero principali huius memorandum primo sententiam positam in principio precedentis capituli q̄ cursu emoroidarum ente moderato in quanto quali et in tempore restringi non debet. Item memoriæ habeatur sententia ypo.vi^a^ affo.comento xii. Et si plures fuerint emoroides ex quarū euacuatōe conuenienti iuuamentum notabile corpori consequatur non debet totaliter curari neque constringi.quin una earum aperta remaneat propter nocumenta ibi numerata. Cum uero sanguis ab eis emanat distillādo exuberando aliter q̄ ab eo virtus non cadat. siue continuus fuerit fluxus siue interpollatus cōstante virtute.fiat flobotomia de basilica dextra uel sinistra secūdū q̄ cadit in coniectura tua supsignis stabilita.q̄ materia sit sanguis colericus uel melancolicus. Facta flobotomia sequenti nocte detur in aurora in potu.ʒ.i.ſ.trociscorū de karabe cū aqua decoctionis sumach. aut detur in potu in aurora.ʒ.i.pillularum de bdellio que scripte sunt supra cū aqua decoctionis granorum mirti aut dentur in potu.℈.ii.pulueris mumie et.℈.i.lapidis ematitis inuicem commixta cū aqua plātaginis. Super loco uero exterius superponatur albumen oui cum pilis leporis et tela aranee inuicem conquassatis.aut fiat puluis iste et conquassatus cum albumine oui superponatur natibus siteri et extremitati spine.Rx thuris mirre sarcocolle aloes ana.ʒ.i.dragagāti gummi arabici torrefactorum corallorum et ossium dactilorum amborum combustorū ana.ʒ.i.ſ.uitrioli combusti.℈.i. pulueris fuliginis inuenti ante faciem furni.℥.i.fiat ut dictum est.Et hec de capitulo secūdo dicta sufficiant et cet.

Capitulū tertium principale est instrumentum sedandi dolorem.

Contingit frequenter pp emoroidas in fiteri dolor intensus aut propter multitudinē materierū qui dolor frequenter ad maiora nocumenta pducit q̄ propria egritudo cuius ipsa est accidens. Ideo igitur oportet medicū promptum et solicitū esse in sedatiōe doloris illius ne perducat ad spasmum per colligantiam partium illarum ad nucham et cerebrum et ne etiam pp multitudinē materierum et qualitatem malam ipsarum extincto uel corrupto calore naturali perducat ad cancrenam uel estiomenū cancrū uel as ka kilos ut sepe

contigit me vidisse viros tali martirio extinctos fuisse. Igitur pro sedatõne doloris talis. licet multa eorum que tacta sunt medicamina conferrẽ possint. ut illa que in ragadiis tacta fuerunt. seri osius tamen plurima sedantiũ dolorẽ medicamina in hoc vno capitulo colligentur a leuioribus ĩ cohando semper ut mei moris est. Igitur freqñter dolorez talem sedat embrocatio uel fomẽtatõ uel sessio facta in aqua decocta cũ croco. Secundum ⁊ fortius illo est ĩ sapa facta. Tertiũ ⁊ anodinum magis est emplastratio facta cum sapa vitello oui croco camomilla ⁊ puluere aneti inuicez conquassatis. Quartũ ⁊ mirabilius predictis ẽ ut recipiãt vitelli ouoꝝ quattuor olei rosa.℥.iii. croci.ʒ.i.⁊ applicetur loco. Quintũ ⁊ fortius õibus est.℞ olei nenufarini de aneto ⁊ de camomilla ana.℥.i.croci.ʒ.i.uitellos oui numero.iii.farie ordei.℥.i.conquassentur in simul demũ buliant in .℥.ii.succi lactuce vsque ad consumptionem illius ⁊ sepe applicetur. Et si volueris hoc vltimũ sicut ⁊ oĩa precedentia doloris sedatiua velocius efficere addantur ei opii iusquiami uel mandragorẽ.ʒ. .i.uel.ʃ.secundũ coniecturam tuam. Ego autez instante necessitate magis tales dolores sepe sedaui emplastrando locũ cũ filonio tarsensi tepido õ scriptione Auicẽ 5° cañ summa prima lege ipsuz ibi. Unguentum bonum narcoticũ ad hanc itẽtionem.℞ olei de nenufare ⁊ de floribus lactuce ana.℥.i.olei de mandrago.℥.i.ʃ. croci.ʒ.i. cerule litargiri tutie preparate ana.ʒ.ʃ.amili terre sigillate ana.ʒ.ii.opi.ʒ.ʃ.vitell' ouorũ numero.iii. fiat vnguentum molle in mortario plumbeo ⁊ est efficax valde. Emplastrum bonuz ad hanc intẽtionem.℞ radicũ altee diligenter coctarũ librã .i.radicũ liliorũ alborũ.℥.iii.foliorũ maluarum ⁊ iusquiami recentium ana.ʒ.iii.camomille.℥.ii. mellilotı se.aneti ana.℥.ʃ.farine fenugreci se.lini ⁊ ordei ana.℥.i.ʃ.olei de sisamo recent.℥.iii.opii .ʒ.i.ʃ.fiat emplastrũ cum decoctione foliorum suprascriptorũ. Dolores etiam istos non raro sedaui accipiendo materiã huius emplastri.⁊ postq̃ cocta fuerit in sappã impleatur ex ea sacculus magnus ⁊ super eo calido diu sedeat patiens ⁊ ẽ medicamen nobile valde. Solent etiam dolorez illũ aliquando sedare fricationes ⁊ ligature facte ĩ adiutoriis brachii ⁊ in pedibus ⁊ ventosatões spatularum ⁊ superiorũ partium natiũ. Et flobotomia basilice que omnia tacta sunt supra. Et usus clisteriorum puluerũ quoꝝ memoria sequẽti capitulo inuenietur.

Capitulum de modis ⁊ ingeniis leniendi ventrem.

Considerandu post hoc q̃ in egritudinibus talibus tanquam accidens inseparabile semper cõplicatur uentris stipticitas ⁊ raro contingit oppositum fieri que quidem multis causis cõicari potest dispositionem illam. Aut quia pp talem egritudinem que cronica est debilitatur expulsiua uirtus intestinorũ. Aut quia materie frigide in cronicis abundãtes grossitudine sua ⁊ multitudine prohibent intestini dillatatõem debitam. Aut quia in fuso ani circulo multitudine matericrum.non potest in eo fieri dillatatio debita que ad exitũ secũ necessaria est. Aut quia propter malam complexionem calidam aut siccam consumentez humiditatem fecuz ipse etiaz conuertuntur in squibalas. Aut propter motum contractiuum talium partium uersus principium suum. Aut propter causas alias ad has reducibiles.⁊ qualitercunque contingat stipticitas talis non precipue grauat intestinum patiens.imo ⁊ toti corpori nociua est.

Pro cuius constipatõis amotione clisteriorum vsus a nonnullis auctoribus vitupezatur non qui dem per se sed per accidens. eo quia sepe contigit clisterizantem imperitum cuz impositione canule dolorem maximũ facere aut presentem augmẽtare. Igitur presupposita peritia operantis clisteria nonnulla describentur que iuuamẽtũ magnũ cõicant omnibus aut pluribus causarum stipticitatis que superius enumerate sunt. Clistere bonũ ad hoc.℞ folioꝝ mal.M.iii.folio.blete.⁊ mercurialis ana.M.ii.fiat hoꝝ decoctio ⁊ post expressionẽ accipiantur.℥.xii.eius vitelli ouorũ numero.iii.olei de sisamo recentis.℥.iiii.salis gemme .ʒ.ʃ.⁊ imponatur totũ. Fortius illo ⁊ anodinuz magis est hoc.℞ brodii pinguis carniuz castrati pulli uel vitelli librã.i.butiri recentis pinguedis anatis ana.℥.i.croci.ʒ.ʃ.olei de aneto ⁊ liliorum ana.℥.i.ʃ.salis indi.ʒ.i.misce ⁊ pone tepidũ actu. Et si volueris hoc uel primum fortiora facere adde eis zuccari ru.mell' viola.ana.℥.ii. Hec enĩ clisteria leniendo resoluendo ⁊ sedando dolorem cõuenientia sunt. Et si uolueris magis doloris esse sedatiua adde de filonio ⁊ oleo de mandragora parũ secundum coniecturam tuam. Soleo autem in his casibus lenitionẽ ventris efficere cum oleo viol' dissoluto.ʒ.i.bdellii cuz libra.i.predicti olĩ.

Etiam suppositoria facta cum pinguedine galline uel anatis uel butiro ⁊ modico pulueris scamonee exterius emplastrata conferunt supponendo calida. Sessio facta in aqua decoctionis caulium cum excorticatis seminibus pentadactili mirabiliter iuuat. Pillule bone ad hanc intentõnem.℞ bdellii al.mollis ⁊ bene pinguis aloes infusi per tres dies in lacte ouino.ʒ.ii. incorporentur simul ⁊ fiãt pillule ⁊ detur a .ʒ.ʃ.vsque ad.℈. .ʃ.ante cibũ ⁊ ualde confert. Delicatis autez et timentibus cõsueui dare.ʒ.iiii.aque lõge decoctionis maluaꝝ cum.℥.i.zuccari ru.uel mellis viol' et bene confert. Electuarium bonũ ad hanc intentionem esse post electuarium de psilio. Electuariũ de cassiafistula ⁊ sebesten ⁊ diaprunis et diacatolicon que omnia ab auctoribus hinc inde legantur ⁊ proprie quando excluduntur a scamonea aut in eis ponitur parum de ea. Non enim curaui talia scribere ne fastidium inferam audientibus. In talibus autem egritudinibus soleo vti compositione tali.℞ polipodii recentis abluti ⁊ bene minutim incisi librã.i.mirobalanoꝝ indoruz numero .vi.prunorrm sebestenn ana numero.x. seminum malue ⁊ altee ana.ʒ.iii.infundantur omnia in libras .x.aque fontis precalefacte per quattuor dies ⁊ diligenter singulo die manibus confricentur in eadem. Quinta uero die calefiant omnia simul ⁊ bene coquantur et exprimantur postea accipiatur colatura ⁊ superaddantur eidẽ mucillaginis psilii sapiẽter extracte librã.i.ʃ.zuccari ru. librã.i.pulueris scamonee in sindone ligati.ʒ.i.coquãtur omnia simul lento igne usque ad medietatem.tunc auferatur a decoctione sindon cum scamonea ⁊ superaddantur zuccari cãdi libras.ii.ʃ. ⁊ coquantur vsque ad electuarii spissitudinem et

detur ex eo coclear vnū ante cibationē. ⁊ qua vis hora. est enim delectabile medicamen suaue et se curū ⁊ ventris bene lenitiuū. De compositis aūt meis ad hāc etiam intentionē confert puluis iste. ℞ viol. ℥. ß. folliculorū sene. ℥. ii. medulle cartami polipo. tartari ana. ʒ. i. ß. cimini anisi dauci mac. ana. ʒ. ß. salis indi usque ad. ℈. i. cum modico brodii uel aque vel vini ante cibum. hec de capitulo tertio ⁊ cetera.

Capitulū quartū de regimine per dietam.

Si diligenter considerent materiales cause emoroidarū que rarissime sūt flegmatice ut in vesica libus fieri contingit. frequenter autē materie earū sunt sanguis dominans melancolie commixtus ut contingit in his que sunt morales ⁊ venales. Frequentius autem earū materie sunt melancolia dominans. ut contingit in verrucalibus ⁊ attritis rarissime autem inuentum est earū materias esse colericas naturaliter tales. licet inueniri possint materie melancolice ex adustione colerarū genite que frequentius efficiunt cancrum cancrenas estiomenum assa kilon. Uidebitur itaque taliter cōsideranti vnicuique taliū specierū ꝓprium regimen per sex res non naturales esse notabiliter et differenter. Uerū quia in hoc cōicant omnes materie emoroidarū. s. quia sunt commixte ex sāguine ⁊ melancolia theorice considerando unicum regimen eis omnibus per sex res non naturales administrari potest. Igitur omniū predictorum regimen qualitatis ⁊ effectus inclinari potest ad caliditatē leuem ⁊ siccitatē minorem per quem due predicte materie conuenienter minorari possint ⁊ conuenienter digeri. Et per hoc prohibetur augmentū generationis talium materierū in corpore patientis. Igitur eligatur aer climatis ciuitatis camere ⁊ omnis habitaculi parumper ad caliditatē eleuatus ⁊ siccitatē mediocrem. ut habitando cameras habentes aspectum orientalē meridionalē. licet etiā occidētalis aspectus non sit in hoc capitulo valde malignus. Et si non possit aer naturaliter haberi talis preparetur ad qualitates tales artificialiter. ut sint camere bene munite et igne conuenienter calefacte ⁊ proprie quando in eis terme sicce fuerint artificialiter facte. Corpora etiam talia vestibus conuenienter calefacientibus debent esse munita: ut suo tempore pellibus agninis vulpinis ⁊ similibus bene tecta capita eorum ⁊ extremis a frigore bene defēsis. ⁊ si quādo in eorum cameris fiant suffumigatōes alique aut sint modice aut non transeant medicinas que sunt primi gradus aut secūdi. ut thus lignum aloes storax calamentū ⁊ similia ut laudanum. Cibi autem ⁊ potus eorū consimiliter eligi debent in suis qualitatibus graduati. ut sunt panis recēs trium dierū ad plus. Carnes agnorum ⁊ uitulorum aīalium capretorū porcellorū iuuenū ⁊ castratine consimiliter ⁊ carnes pullorum perdicū fasianorū ⁊ columborū aliqualiter adultorū non in multo tamen vsu ⁊ auium minutarū ⁊ aīalium omniū carnes in aquis degentium siue sint de peditātibus domesticis vel siluestribus uolantibus dūmodo eorum nutrimentū non sit melācolici sanguinis augmentatiū. ut sunt carnes porcorū siluestrium antiquorū ⁊ vaccarum ⁊ similium. Idem intelligendū est de oleribus. quare dimittantur caules lentes caseus legumina ⁊ carnes salite. In sūma oīa que grossum ⁊ multū chimū sunt generatiua. Et omnia etiam que sanguinē adurunt. sicut cepe allium piper. In illo enī in cuius sanguine est acuitas emoroides necessario generantur. In habētibus vero sanguinē dulcem ⁊ carnes teneras ⁊ humidas non generantur emoroides. ut Rasis in diuisionibus 79° capitulo in talibꝫ pp alias causas emoroides generari possunt propter aīe passiōes melancolicas ⁊ similia. Uino vero utatur albo diafano subtili claro aromatico ⁊ notabiliter dulci. vina uero grossa turbida nigra pōtica uel acerba oīo dimittat. Et melius esset ei uti aqua cum zuccaro cocta ꝙ tangere vina talia. De saporibus fructibus ⁊ alimentis omnibus aliis dimittātur omnia acerba pontica ⁊ acetosa saltē in multo vsu. Lactis autē vsus recocte ⁊ colostre ⁊ recentis casei leuiter saliti conueniens est ei. De motu ⁊ quiete conuenit ei exercitiū naui factū ⁊ manibus mediocriter absque magna corporis agitatione. Equestre autem exercitium ⁊ sessionem supre dura oīo dimittat. In summa itaque quies longa conuenientior est ei ꝙ parua. Et exercitiū breue ⁊ paucū magis ꝙ longum et magnum. Sōno vti debet magis prolixo ꝙ breui ut corpus cōuenienter humectet. vigilias vero effugere debet multas ne propter siccitatem que sequitur ad eas corpus in melancolicam dispositionē inclinetur ⁊ dormiat super latere dextro magis ꝙ super sinistro. imo raro super sinistro decūbat ⁊ rarius sup spina. quoniā dormire super spina superfluitates ad posteriora declinare facit. secunda primi cap° de eo quod venit ex somno ⁊ vigilia. Ciborum etiam ⁊ potuum repletionē oīo dimittere debet ne calor naturalis eorū quantitate suffocetur. Et in sūma tantū comedere et bibere debet ut ex quātitate cibi stomachus non grauetur ⁊ anhelitus comprimatur neque ex potus quantitate fluctuatio rugitus et similia in stomacho causentur. Cuꝫ autem plenitudinē a cibis et potibus factam esse contigerit prouocetur vomitus cuꝫ. ℥. i. ß. sy. ace. et portione dupla aque q̄ ābo bibātur tepida. Et per mediā horam post imponatur digitus in os agitationē faciēdo circa guttur ut euomat uel saltem has repletiones cum clisteribus supra tactis. 5° capitulo de lenitione vētris procuret educere.

Accidentia vero anime melancolicis impressionibus assiduam tristitiā solicitudinē rerum cōtristātium oīo fugiat et omnia accidētia que fortibꝫ motibus in spiritu factis calorē accendere possint a quo materie in adustionē conuertantur. Nanqꝫ omnes tales impressiones tristes permutant corpus ab eis que est secundum naturam consistentia tertio tegni. Hec in sūma uidetur vniuersalis 2ō et particularis regendi corpora in emoroidibus laborantia. Si vero speciale regimē preseruatiuum administrari potest uidetur esse perficiendum cum predictis omnibus in quibus ipsum inclusum est etiam cum euacuationibus vniuersalibus et vere et autūno factis. corpus conuenienter mundificantibus que nunc sequuntur et cetera. De scriptio purgationis vernalis. Igitur a medietate mensis februarii usque ad medietatem martii corpora totaliter mundificari poterunt accipiendo primum minoratiuum hoc. ℞ mirobalanorū indorum numero. vi. mirobal. kebulorum numero. ii. prunorum sebesten ana numero. iiii. infūdāt

per diem naturalem in libra.℥.aque. Deinde cō fricentur cum ea ⁊ buliat vsque ad medietatem ⁊ illius colature cum debita expressiōe. ℞ ℥.iii.pul ueris folliculorū sene epithimi ana .ʒ.℥. cimi.ani si ana.ℨ.iii.salis indi.ℨ.i.misce ⁊ totum calidum in aurora in potu accipiatur.tardetur post illud cibus sex horis. In qua quinta accipiat ciatū unū aque cū zuccaro cocte ⁊ calide. In sexta sequēti hora prandeat. Sequenti mane accipiat digesti uuȝ hoc et continuet ipsū octo diebus. Et si in hoc īteruallo stipticus eēt vēter utatur sparsiȝ his que tacta sunt supra 5° capitulo de linitione ventris.

Digestiuum est hoc. ℞ sy.viol' sy.de epithimo ꝺ bisantiis ana.℥.℥.aque buglosse.℥.ii.aque cuscute ⁊ scolopendrie ana.℥.ii.misce. Sūpto digestiuo ut supra purgetur cū his pillulis. ℞ pill'arū ꝺ lapide lazuli pillularum indarum ana.℈.ii. refor mentur pillule octo cū sy.viol' accipiātur ⁊ obseruetur post eas totū ut supra ꝺ minoratio scriptū est. Minoratiuum vero in estate ⁊ autūno potest esse hoc. ℞ electuarii diaprunis epithimi folliculorū sene ana.℈.i.macis cinamomi ana.ℨ.iii. accipiatur totum cū decoctione passularū calida.

Digestiuum bonū quod accipi potest a medietate septembris vsque ad medietatē octobris est hoc ℞ sy.rosa.℥.i.sy.de epithimo.℥.℥.aque cicore.℥.ii.aque buglosse.℥.i.℥.misce. Eradicatiuū post digestiuum est hoc. ℞ catartici imperialis.ʒ.℥.lapidis armeni.ʒ.℥.accipiatur cū medio ciato decoctionis folliculorū sene ⁊ in omnibus istis tribus tam in minoratiuo ꝙ digestiuo ꝗ eradicatiuo obseruentur oīa que in purgatione veris precedētis scripta sunt. Ad laudē dei Amen.

Consilium ad fluxum emoroidarum cum dolore ibidem.⁊ ꝺ formicha miliari in intestino recto.⁊ etiā de ficu in ano.

Ex his que mihi per scripturam innotuerunt apparet dispositioneȝ huius viri complicatam ex pluribus egritudinibus ⁊ accidentibus que in siteri eius apparuerunt.⁊ primo quidē fuit fortis ⁊ perseuerans fluxus sanguinis a veis emoroidaꝝ in primis etatibus a pueritia usque ad augumentuȝ adolescentie ⁊ fuit fluxus a sāguine melancolico cōmixtione materiei aquose perseuerans.quod quidem demonstratur ex eo qa dolor in partibus illis erat satis mediocris. Et iterū quia proueniente etate eius a 18.usque ad 32. annuȝ conualuit a dolore.cuius conualescentie cā propria fuit minoratio rei frigide ⁊ aquose ꝗ p augumentum caloris etatiue acquisituȝ consūpta fuit post illius consumptionem.s.aquositatis materia transibat in siteri.⁊ hoc propter maiorē fixionem melancolice materiei in loco illo. Cum enim erat materia illa coniuncta aquositati lubricatiā magis ⁊ mollior efficiebatur. Quod etiam dolor ille in posterum remāserit fortior a materia melancolica proueniens facile demonstrari potest eo quia augumentabatur tempore expulsionis.virtute enim voluntaria expulsionē temperante necesse est intestini recti inferiorem partem dilatari ⁊ extendi.sed materia melancolica ibi retenta extēsionem illam prohibet ⁊ sua ponderositate nocet. Igitur tempore conatus superfluitatum necesse ē dolorem intendi consequentia ⁊ minor videntur habere necessariam ueritatē. Ex quibus iaȝ apparet ꝙ dispositio illius fuit duplex.⁊ prima quidem emorosagia venaꝝ emoroidaruȝ.secunda vero doloris instantia in inferiori parte intesti recti ⁊ circulo illius. Tertia vero principal' egritudo ipsius erat multitudo pustularum in intestino recto ⁊ circulo ipsius que quidē pustule oīo erāt formice miliares quod quidem ostenditur ex vehementi inflāmatione ⁊ punctione in partibꝫ percepta. Amplius ex eoruȝ albedine concludit' presentia flegmatice materiei que commixta cum colerica materia salsedineȝ acquirit a quibus facile predicta signa rectificari possunt.pūctio eni mordicatiua ⁊ inflammatio attestantur materiei colerice ⁊ albedo attestatur flegmatice materiei. Salsedo autem in materia potest esse ⁊ punctōis ⁊ pruritus causa. Et colligi potest eorum sentētia 17ª tertii capitulis secundo ⁊ nono. Et iterum septimo Almansoris ⁊ plurie albi.⁊ confirmat quia talia apostemata erunt surda nihil emittentia immo neque virus ut scribitur.sed hoc ē signū materieꝝ calidarum ⁊ acutarum.igitur ⁊ cet.

Quarta vero ipsius dispositio ut scribit' erat eminentia apostemosa extra circuluȝ ani pendēs que quidem est dispositio ab antiquis illustribus ficus nominata.quod fuit eo quia magnam conuenientiam habet cum ficu.s.immatura quantuȝ ad soliditatē eius. Iteruȝ in figura eo quia tenui appendiculo annectūtur siteri uelut ficus arbori.et quia a pyramidali parte que substentatur a siteri figura rotunda in latum figuratur uelut ficus. Est autē huius apostematis materialis causa san. melancolicus commixtus alicui flegmati facienti fluere materiam melancolicā que sui grossitie cōstans ⁊ fixa difficulter mobilis existit.sed flegma facit ipsum liquiduȝ ⁊ viscositas ipsius facit ipsaȝ esse glutinosā.quare non est mirabile si hec apostemata tali figura figurantur. Hec in summa videtur esse dispositio quadruplex huius nobilis viri .s.fluxus emoroidalis licet interpollatus doloꝝ perseuerans in eisdeȝ partibus ⁊ miliares formice in locis eisdeȝ.4ª est emorois que ficus dicitur ⁊ cet. Ex quibus omnibus cum diligenter considieratur clare videri potest ꝙ dispositio ista est multum verenda.primo quidem quia ipsa est ex pluribus egritudinibus complicata. Secundo quia argui dominiuȝ materierum genere et specie diuersarum in partibus illis dominantium.

Tertio quia iaȝ facta est diuturna ⁊ habituata.

Quarto quia paruuȝ iuuamentum ex applicatione medicinarum inuentum est. Quinto propter icōuenientiam applicationis medicinaruȝ que essent oportune ⁊ necessarie ad dispositiones fixas. Sexto ⁊ ultimo quia raro reperiuntur viri in opere manuali bene periti qui conuenient cum scientia ⁊ ratione operari deberent qualiter iste locus expeteret.unde quantum ē possibile opere ad huius curationē succurrendum est.

Capitulum secūdū de cura per dietā. ⁊ primo de cibis ⁊ potibus.

Itaque pro curatione harum dispositionuȝ recurrendum est ad regimen ex parte sex reꝝ non naturalium. Et pro conuenienti mensura ciborum ⁊ potuum ⁊ electione qualitatis eorum. Dicendum primo ꝙ difficile est mensurare et eligere

cibos ⁊ potus utrique harum dispositionum conuenientes. Nam cibi medicinales qui iuuarent ad stringendum sanguinis cursum imoderatum ut stiptici glutinosi fri. ⁊ sic. nocerent dolori ⁊ apostemati. licet sint conuenientes formice miliari iam predicte. Medium igitur oportet tenere inter excellentias qualitatum ciborum ⁊ declinare magis ad aliqualem remissam caliditatem. refractam tamen cum temperatis uel frigidis magis quam declinare ad frigiditatem ⁊ humi. aut siccitatem intensas. licet igitur cibus ⁊ potus omnes debeant esse aliqualiter calidi ad leuem exiccationem inclinati debent tamen esse conuenienter nutritiui ut fiat restauratio sanguinis in eis euacuatione deperditi. Tales erunt igitur omnes cibi cibales nominati quorum est in corpus operari humanum a materia ⁊ non ab aliqua qualitate. sunt omnes exclusi ab alterutroque quattuor graduum in medicinis assignatorum ut sunt laudabiles carnes pullorum iuuenum vituli aut castrati ⁊ agnorum iuuenculorum ⁊ omnium aliorum animalium volatilium natatilium que carnes habent odoriferas conuenienter molles viscositate ⁊ melancolicitate priuatas. Et post perdices fasiani auicule minute capreoline ⁊ porcine tam domesticorum quam siluestrium animalium. Conueniunt etiam oua calcus mollis recens ⁊ non antiquus. Item butyrum ⁊ reliquae pinguedines temperate non excellenter calide. De leguminibus uero possunt ei conuenire raro tamen usu cicera alba ⁊ rubea pisa dorella ⁊ iuscula de ordeo. Lentes autem ⁊ fabas ⁊ fasioles ⁊ panicum ⁊ milium euitare debet. Panis vero eius sit recens notabiliter fermentatus bene coctus duorum aut trium dierum etatem habens ad plus. pastilles autem omnes fugiat. De piscibus autem placent cancri maiores ⁊ minores varioli torentine lucci capedani temali ⁊ omnes alii fluuiales pisces preter tencas ⁊ anguillas. De oleribus autem conueniunt bleta spinachia borago petro. attriplex portula. cucur. ⁊ sibi similia. melancolicas autem plantas euitet ut caules ⁊ acute calidas ut ruta abrotanum apium petro. ⁊ sibi similes. effugiat etiam acrumina omnia ut cepe alleum porrum sinapim raphanum ⁊ similia. olei autem oliuarum dulcis recentis non valde saliti usus conueniens est ei. De fructibus autem placent mihi uue ⁊ ficus recentes poma dulcia amigdale passule plica ⁊ iuiube. castaneas vero ⁊ citonia ⁊ pruna non valde dulcia sorbas ⁊ mespila euitet. De saporibus autem utatur sapa agresta non ualde salita succo aranciorum ⁊ limonum recentium et vino citoniorum simplicibus uel inuicem confractis. Usus autem lactis conueniens est ⁊ proprie cocti. Colostra autem ⁊ recocta bene placent. cibis vero aromaticis uti non est sibi conueniens. neque etiam his qui commixti sunt ex aperitiuis ⁊ proprie calidis. quoniam aperiunt orificia venarum cum nocumento magno. eo quia tam imoderate aperiti sunt. Non enim est possibile ut accidat emoroides nisi apiantur orificia venarum que sunt in ieiuno ut scribitur. xi. tertii capitulo secundo auctoritate Gali. Eadem autem ratione dicendum quod non appetit ei usus vini ualde vinosi subtilis et penetratiui. tale enim vinum materias coliquando inclinaret ad partes inferiores etiam inflammando loca predicta augeret dolorem ⁊ apostemata ibidem existentia. Eligatur igitur vinum colore medium inter rubeum ⁊ nigrum odore conuenienter aromaticum substantia medium inter subtile ⁊ grossum. sapore vero suo ad mediocrem dulcedinem inclinatum magis quam ad acredinem punticitatem uel dulcedinem excellentem. Sed melius est sibi ut refrangatur cum aliquali portione aque. magis tamen ⁊ minus secundum fumositatem eius et consuetudinem patientis. Hec de regimine per cibos et potus.

De motu ⁊ exercitio.

De motu autem et exercitio dicendum quod quies conueniens est ei in maiori parte suarum occupationum eo quia potentior est virtus ad digerendum ⁊ resoluendum materias istarum egritudinum tempore quietis quam econtra. Exercitium autem ⁊ proprie equitandi aut super currus vehendi aut sessio diuturna ⁊ proprie super sedilibus duris ⁊ actu frigidis est sibi nociua. ista enim duo materias fluere faciunt ad loca. Tertium autem est causa fixionis ⁊ immutationis materierum ex predictis. Exercitium vero ⁊ nauigatione factum ⁊ motus progressiuus mediocris conuenientia sunt ei. Spatularum autem ⁊ natium brachiorum crurium et pedum fricationes sunt ei conuenientes et locum exercitii tenentes. De aere vero ciuitate loco uel camera quas incolit iam ex predictis apparet quod non oportet commorari in locis valde calidis neque frigidis. ⁊ propter hanc causam apud meridionales multiplicatur euentus emoroidarum propter caliditatis incrementum. et etiam apud septentrionales propter nimiam compressionem a frigiditate continentis in eisdem locis factam. Aer autem sibi conueniens est ad caliditatem mediocrem inclinatus et siccitatem notabiliter eleuatus. Et si non poterit taliter qualificatus inueniri naturaliter. rectificetur cum suffumigiis in camera factis ex his que potentia sua aerem exiccatum redderet sicut cum thure mastice tucia laudano ligno aloes et ambra pro ditioribus et cum igne facto ex incensione lignorum aromaticorum ut lauri iuniperi abietis pini et similibus.

De somno et uigilia.

De somno vero et uigilia etiam tangendum aliquid et aliorum imaginata paritate conuenientius est ei parumper exceder in ampliori mensura somni quam vigilie. sicut enim somnus amplior naturali et meliorem facit materierum digestionem et ciborum et virtutis animalis restaurationem. ita vigilie digestiuam notabiliter impediunt materierum et ciborum et animalium virtutum ut alias et alias resoluunt ⁊ debilitant. At licet somnus amplior debito corporis humiditates adaugeret. Curationi tamen harum dispositionum conuenientius est excessus ad humiditatem aliquantam quam ad siccitatem. Amplior enim humiditas pronas et habiliores facit materias ut in eis operentur medicine omnes quam faciat siccitatis augmentum. Est autem mensura somni conuenienter limitata a sapientibus ab horis sex usque ad septem secundum tamen diuersitatem complexionum et etatum. Sicut enim in colericis et iuuenibus minor somni mensura competeret Ita flegmaticis et senibus amplior dormiendi mensura concedatur. In figura uero dormitionis euitet omnino decubitum resupinum. eo quia materias ad posteriora declinare facit et maior pars sui decubitus fiat super dextro latere quam sinistro et super ventre magis quam spina iacendo. Plurima horum collige secunda primi capitulo de his que

proueniunt ex somno et uigilia. De inanitione at ꝛ repletione que sunt ex parte alimentorū intelligenda. euitet abstinētiā multā ꝛ ieiunia longa ꝓpter eius nocumentum. s. debilitatis ꝛ inflammationis. Neque etiam multa repletione ciboꝝ vtatᷣ propter suffocationē innati caloris ꝛ augumentū superfluitatū que duo sunt effectus immoderate mensure ciborū ꝛ potuum. Melius itaque est ei adhuc parum vigente appetitu a cibatiōe secedere q̄ vsque ad complementum se replere. Mensura itaque cibi sui conueniens est que in stomacho nullam tensionē facit ꝛ omnē grauationē excludit sic potus conueniens mensura est ut ī stomacho nō fluctuet ꝛ ad eius superiora regurgitet. qualitates vero in cibis ꝛ potibus expetende videātur supra in regimine per cibos ꝛ potus.

Sequitur de accidentibus aīe.

De vltima vero reꝝ nō naturaliū a medicis uocata. s. accidentibus aīe omnino euitare debet accidentia per que uehementes fiant in spiritibus et humoribus agitationes. tales enim passiones uelut iracundia furor promptitudo ad velocē irā ꝛ fortē īflāmādo adurēdo materias pduceret ad materieꝝ adustionē ꝛ fortasse ad permutatōē ɔ̄ formica ad cācrenā uel ask̄ilos ꝛ vehemētiā doloris efficerent. Anime vero passiones angustiose ꝛ tristantes per quas innata caliditas suffocatᷣ facile perducunt ad augumentum sanguinis melācolici ꝛ possunt esse causa conuersionis emoroidaꝝ ad acutas ꝛ sephiroticas dispositiones quarum curatio frequentius ē īpossibilis aut ualde difficilis Hec itaque ɔ̄ regimīe per sex res nō naturales succincte sint posita.

Regimen p medicinalia. ꝛ est capitulum tertium.

Regimen autem harum dispositionū per intentiones medicinales dupliciter partiendum est. ꝛ primo quidē ī vniuersale respectu eaꝝ. secundo uero in particulare ipsarum. Primum autem regimē vniuersale quattuor completur intentionibus.

Prima quidem est vniuersalis corporis euacuatio. Secunda materierū diuersio. Tertia partialis materieꝝ subtiliatio. Quarta fluxus materierū ad predicta loca interseccatio. Et prima quidem intentio completur euacuando corpus cum flobotomia ꝛ proprie de vena saphena si fuerit magna corporis repletio que cum hoc qd̄ a toto corpore euacuat mediate uel īmediate etiā materias a superioribus ad īferiora diuertit. Si autem fuerit repletio minor q̄ predicta. fiat flobotomia de basilica dextre partis in apostematibus fiteri que sunt in dextra parte eius ꝛ saluatelle eius que sunt in sinistra ꝛ proprie quelibet haꝝ colligitur i7ª tertii capitulo tertio in exordio dū inquit. Oportebit ut in hac intentione rectificetᷣ corpus ꝛ euacuetᷣ sanguis malus. ita ut flobotometur saphena ꝛ vena que est in posteriori parte calcanei. ꝛ est ista que sciatica nomīatur. de cuius situ lege quarta primi caº secūdo. Et si velis maiorē et meliorē diuersionē ꝛ euacuationē a parte patiente. flobotometur vena alinbid ꝛ est vena que reperitur ꝓpe calcaneum in domestica parte eiusdem. Raro tamen inuenies virum qui harum venarum flobotomiā exequi possit q̄ fortasse cōtigit propter īconsuetudinem aut quia raro inueniuntᷣ viri scientia ꝛ opere triti quantum oporteret.

Secunda vero flobotomiā de predictis colligitᷣ i7ª tertii capitulo quarto ubi dicitur flobotomādam esse basilicam ꝛ proprie cuꝫ retinetur sāguis qui per emoroidas fluere solebat. licet basilice flobotomia etiam melius ꝛ citius a toto corporē euacuet q̄ flobotomia saphene que videtᷣ ꝓpius euacuare a parte lumis ut quarta primi secundo iam allegato capitulo colligendum. Taceo hic flobotomiam vene nigre uel cōis cum fortassis iuuamētum eius in euacuatione materierum a toto ꝛ a patiente particula non est eque conueniēs sicut flobotomia trium venarum iā predictaꝝ. Hec autē omnia intellige vbi sanguis in toto exuberet. aut alie materie sanguini sufficienter cōmixte uideantur et ad naturā eius inclinari. quod cognoscitur colore sanguinis rubicundo claro ꝛ substantie eius subtilitate si fuerit sibi commixta materia colerica. Signis vero apostematis ut grossitudine eius turbulentia ꝛ opacitate si fuerit secum commixta melācolia. Remissa uero sui rubedīe fluxibilitate ꝛ aquositate si fuerit ei flegma commixtum. paritᷣ enim a sapientibus dicitur hu. nature sanguiē ē vitiosū. Cum autē cōtingit hu. esse sanguini cōmixtos per contactum nullo modo in talibus dispositionibus flobotomia concedenda est. esset enim causa magne periclitationis. Euacuentur igitur aliis euacuationum modis. Dominante itaque colerica materia naturali uel adusta aut vtraque simul euacuetur corpus minoratiue cuꝫ hoc farmaco. ℞ electuarii dyasene. ʒ. iii. electuarii hamech descripto a Mes. ī antido. ʒ. ii. ʃ. aque decoc. mirobalanoꝝ indorum. ℥. iii. detur hoc totū calidū in potu in aurora ꝛ super dormiat hora vna et expectet eius operationem absque cibo ꝛ potu per quinque horas. Et si velis habere euacuatiuum familiarius isto. ℞ reubarbari electi. ʒ. ʃ. electuarii de psilio. descriptiōe Mes. ī ātido. ʒ. iii. misce ꝛ totum detur in potu cum aqua cuscute vel capi. ve. Si autem fecalis materia melancolica sanguini cōmiscetur euacuetur cum hoc solutiuo multe securitatis. ℞ thimi epithimi folliculoꝝ sene mirobalanoꝝ indorum ana. ʒ. i. aut. ℈. iiii. Potes etiam hanc materiā euacuare familiarius dando in potu. ʒ. iiii. katartici imperialis cum aqua capi. ve. aut lupulorum. Si autem sanguini commisceretᷣ flegmatica materia soluatur hoc solutiuo. ℞ turbith electi agarici ana. ʒ. i. pulpe coloquint. ℈. iiii. zinziberis anisi dauci ana. g̃. viii. lapidis armeni. ʒ. ʃ. folii. g̃. vi. diagridii. g̃. v. fiāt pillule cum succo boraginis. Et detur ex eis a. ʒ. i. usque ad. ℈. q̃tuor. Et si apparerent tibi materias plures ꝛ diuersas confusa mixtione cum sanguine dominari. compone ad inuicem hec farmaca altero dominā te alteri secundum q̄ rationali iudicio medici percipietur dominiū materierum in mixtione tali. De mixtione vero materierū equali cum sanguine hic taceo. quoniā illa ē fātasiabilᷣ magis q̄ a posteriori verificabilius. Hec de intentione prima superius premissa. Pro executiōe secunde intentionis que erat materierum diuersio. siquidem a toto aut a pte ad venas emoroidales defluat materia que sit fluxus earum aut doloris aut formice ibidem existens uel ficus effectiua uel augumētatiua cā. hec quidem pluribus ingeniis diuerti potest. Primum quidē est per flobotomiā vene nigre aut basilice dextre aut sinistre partium re

spectu q̄ pcipit medicus ab epate uel a splene ma teriam ad emoroidas effluere. potest etiam i hoc casu non stante plectorᷓia fieri flobotomia vene sa phene aut aliarū de quibus in precedenti sermo precessit. sed hec diuersio harum partium non est mihi adeo grata. eo quia cū diuersione tali etiam materie ad inferiora trahuntur a superioribus ⁊ maxime cū in eis fuerit repletio notabilis. Se cundum vero ingenium diuertendi est ventosatio in spatulis ⁊ natibus facta. licet prima sit melior ex predictis. Similiter ⁊ appositio earum super carnositate domestice partis tibiarum. Tertiū ingenium est prouocatio sanguis narium ⁊ pro prie in corporibus consuetis ⁊ in his in quibꝫ sub tilis aut mobil' ad superiora materia sāguini cō misceturꝫ ⁊ fiat prouocatō cum titillatione in pro fundo nasi facta cū frustro carthe pergameni aut cum alio nerulo sicco aut cū setis porcinis uel ra mis herbe sanguinarie quam poligoniam uocant. ⁊ est in rei ueritate corrigiola. Quarto iteruꝫ diuerti potest materia in cōsuetis ⁊ in his ad quo rum stomachos repit materia prouocādo sibi uo mitum cum. ℥. duabus sy. acetosi simplicis ul' con positi ⁊. ℥. iii. aque ordei tepefactis post quaꝝ assū ptionem per horam vnam aut mediā commotio fiat i principio gutturis cum penna inuncta oleo aut frustro carte papiree retorte. Quinto iteꝝ diuerti potest materia ipsa educendo per ventrē ⁊ proprie cum inclinatur ad ipsum. Pro cuius complemento ex precedenti intentione elige far maca colere naturalis aut aduste sanguini cōmix te eductiua. ⁊ similiter lege ⁊ vide que educeř pos sunt flegma aut melancoliā que cōmiscentur sāgui ni clarificando ipsum. Taceo hic de diuersione in melia facta per. M. cum egrotans ad quem s̄mo dirigit' sit vir ⁊ non mulier. Sed si in muliere cō tingeret hec dispositio. tunc per. M. ⁊ conuenient' materia diuerti posset dando in potu. ʒ. ii. antido ti emagogi cum. ℥. ii. decoc. radicuꝫ rubee tinctoꝝ aut dando in potu. ʒ. i. pillulaꝝ que fiant ex troci scis de mirra cum aqua decoctiōis pulegii aut cas sia lig. Neque etiam hic curaui tangere textū mo dum diuersionis materiei per sudoreꝫ. eo quia ra ro tales materie per illā curari possunt propter grossitudinem uel viscositatem. aut quia materie tales multuꝫ remote sunt a viis pectoris. Si aūt contingeret has materias a virtute potenti ad su dorales vias diuerti ⁊ materie ita cōplete uel cō uenienter curarentur. tūc prouocari debet sudor eo quia medicus debet sequi opus nature natura liter operantis iuxta preceptum veteris ypocra tis affo. prima. Que ducere oportet undequaque ⁊ cet. Igitur accipiatur aque sublimationis feni culi. ℥. viii. vini aromatici ⁊ fumosi subtilis albi. ℥. i. misce ⁊ calidum detur in potu eger pānis ca lidis inuoluatur ⁊ bene cooperiatur. hec de inten tione secunda. Tertia uero intentio fuit partia lis materieꝝ subtiliatio. ⁊ hanc quidem materiaꝫ dupliciter intelligere possumus. Primo q̄dem quia materia antecedens parata de propiquo flu ere ad loca patientia. ⁊ ad hanc quidem euacuati onē non intendo cū hac intentione tertia. eo quia satis sufficienter huic materie promisuꝫ est in intē tione prima. Secūda vero partialis materia est illa que in patienti particula contenta est ⁊ cir cūstanter ad ipsam que iam a venis effusa est ⁊ in

poris dictaruꝫ partium contenta. Et ad hāc qui deꝫ materierum partem subtrahendo ab emoroi dibus a parte dolente ⁊ ab illa que egrotat milia ri formica uel ficu soleo multiplicibus attendere instrumentis. Et primum quidē illoꝝ est applicā do sanguisugas partibus iam predictis secunduꝫ canonem collectū quarta primi capitulo secundo eligendo sanguisugam non valde magnam que sit collecta in aqua non ualde fetida ⁊ careat maculis vel lineis uiridibꝫ ⁊ sit i aqua diu cōseruata i ua se vitreo vbi furfures positi fuerīt pauci. madefi at igitur locus cum aqua frigida abundāter. dei de famelica superponatur sanguisuga ⁊ facile ad herebit. Cum vero plena fuerit per se cadet. ⁊ si n̄ pcute ipsā cū uirgula lignea aut cuꝫ accēsa cādela tāge ipsā ⁊ cadet. Et si post eius casū emoroiagia magna contingeret suppone ei hoc medicamen. ℞ amili farine uolatilis molendini ana. ʒ. i. boli armeni san. dra. aloes sarcocolle thuris ana. ʒ. ß. conquassentur cum albumine oui ⁊ coto uel stupa in eis infusus locus emplastretur. Secundū ve ro ingenium subtrahendi partialē materiam est hoc per appositionē cornuum aut ventosarum ha bentium stricta capita que cū scarificatōe applicē tur partibus patientibus. Tertium ingeniū est scarificādo partes illas cuꝫ subtili rasorio aut cū flobotomo solutiones continuitat' multi numeri ibidem efficiendo. Quartuꝫ instrumentum est applicatio emplastroꝝ que sunt sua virtute mate rias a ptibus attrahēt' ⁊ consumenť sicut est em plastruꝫ hoc. ℞ armoniaci. ʒ. vi. galbani. ʒ. iii. ra dicum yreos aristologie ro. se. piretri ameos ana ʒ. i. farine orobi. ℥. ii. olei de crisomilis. ℥. iii. fiat empl'ꝫ conuenienter tenax ⁊ administretur medi ocriter calid uꝫ. Materiā etiā ptialem conuenien ter subtrahit pulue rizatio super pticularibus lo cis fcā cum puluere sādarace. ⁊ fortior illo ē pul uis fcūs ex stercore columbino. mediuꝫ uero inter illas est pulue rizatio fcā cū pulueř corticū cappa rorum. Exiccat etiā pticularē materiā illarum egritudinum suffumigatio fcā cum puluere yreos ⁊ anacardi ana cōmiscendo alia. Adhuc etiā exic cat eos encatisma fcūꝫ in aq̄ sulphurea pricipaliť deinde in ea sedeat et etiaꝫ in aluminosa. Hec de intentione tertia. Quarto intersecatur uel iter cipitur materieruꝫ fluxus ad particulas patiētes ingeniis multis. Primū est applicatio medicina ruꝫ super particulas passibiles distanter ab eis p duas uncias que medicine sunt frigide ⁊ stiptice q̄ conclusione quadam mēbroꝝ poros ⁊ vias alias constrictas reddant. ita ut materie per easdeꝫ ad loca principalia fluere non possint. de quoꝝ nume ro esse potest hoc vnguentuꝫ. ℞ boli armeni san. dra. terre sigil. sandarace ana. ʒ. iii. thuris ypoqui sti. ana. ʒ. ii. farie volatilis molēdini. ℥. i. succi plā taginis q. s. incorporentur simul in mortario plū beo usque ad conuenientem glutinositateꝫ. Se cundum instrumentū est cerotū istud. ℞ picis na ualis bene cocte. ℥. iii. colofonie. ℥. i. glutinis pisci um. ℥. i. draganti gummi arabici thuris sarcocol le ana. ʒ. i. ß. scorie ferri. ʒ. iiii. cum aceto nigro fi at cerotum bene tenax ⁊ est de medicinis fere po tentibus que inueniri possunt. Tertium instru mentum est applicatio cauteriorum actualium q̄ applicantur inter partes mandantes ⁊ recipien tes. Quartuꝫ instrumētum pōt esse applicatio

cauteriorum potentialium.sicut que fiunt cuz spe ciebus uitrioli cum melle anacardi cū auripigmē to ꝛ similibus. Quintū instrumentū est applica tio ligature in intermediis partibus adherent facte. Sextum instrumetum ē applicatio fomē tationum uel balneoꝝ exiccantium partibꝫ inter mediis applicatoꝝ.sicut cum aqua aluminosa uel ferrea naturaliter talibus aut cū decoctione in il lis facta. Ultimum instrumentuꝫ restrictiuum cursus materieꝝ interceptiuuꝫ est exhibitio trife re facte cū scoria ferri secunduꝫ intentionē Auicē. 13ª tertii in fine capituli de restrictōe emoroida rum de qua soleo dare omni mane.ʒ.ii.cum aqua decoctionis uel confricationis scorie ferri cuꝫ ea. Hec quidē sufficiant de intentione quarta. Pro regimine vero particulari harum dispositionum ꝛ proprie fluxus emoroidalis qui tn̄ interpollatus est.ut apparuit supra premittendū primo ꝙ talis fluxus cohiberi non debet nisi quando per i moderatam quantitatē eius reduceretur ad debi litatem modicam que cognoscitur calu pulsus defi cientis sub cutaneis partibus corporis. Demum de curuatione ad inferiora apparente scotboie vꝉ vertiginis defectu sicitatis aut lippothomie uel sincopis.his aūt ex aliquibus apparētibus ꝛ pro prie cū perseuerant statim oportet non solum iter cipi verūctiā omnino retineri fluxus. Si autem fluxus notabilis quantatis presentatur cum debi litate non valde notabili actualiter apparente.sꝫ cum grandi suspitione ne amplius augumentum debilitatis increscat talis fluxus intercipi debet. Et hec est differentia inter intercipiendum et re stringenduꝫ fluxum que clauditur in sententia vi rorum illustrium.Cum aūt post fluxus intercepti onem fuerit fortificata virtus oportet redire ad eius prouocationē ꝛ ita sapienter intentionē iter cipiendi fluxum reuoluere ad intentionē prouo candi ipsum ꝛ econtra.taliter eni procedendo cō seruatur virtus ꝛ materiei reliquia complete cu ratur.Quoꝝ quidē gratia primum quidem qbus ꝛ qualibus instrumentis immoderatus fluxus re stringi debeat dicenduꝫ est.Deinde que auxilia re stringendi fluxum aut interceptum prouocantia subsequent ordinate sunt tangenda. Primū q dem immoderati cursus restrictiuum simplex est hoc.s.pul.karabe.Item lapis ematit. Item pul. coral.combustoꝝ Adhuc etiam terre sigillate uel san.dra.aut boli ar.seu pilorum leporis minutim incisoruꝫ pul.stercoris asini combusti puluis folio rum basilicōis sicci que tam a proprietate magis ꝙ̄ a qualitate cōibus hoc operatur. De cōposi tis vero famosis sunt trocisci de karabe de coral: de bolo ar.de spodio ꝛ similes. Compositum bo num ad eandem intētionē est hoc.℞ pul.ossiū cru ris bouis combustorum coral.al.ꝛ ru.ossium dac tilorū ꝛ ostracorum oīuꝫ ana.ʒ.ii.atramenti viri dis.ʒ.i.ʃ.spodii karabe ematit ana.ʒ.iii. sāguis draco.acatie pul.arillorū granatoꝝ acetosorum draganti gummi arabici torrefactoꝝ ana.ʒ.ii.ʃ. puluerizentur omnia per se subtiliter ꝛ superasp gatur locus ex eis diligenter ꝛ superponatur cotū infusum in aceto ru.ꝛ expressis superligetur par ti stricte ꝛ adherent.hic quidē pul.potent strigit sanguinem undecunque manantem cū quo quideꝫ restrinxi emoroidalem fluxū qui durauerat ānis quattuor in spectabili milite domino Nicolao de senatis ciue Neapolitano .cū quo etiaꝫ puluere si mul cum farina volatilis molendini ꝛ succo plan tagis aut consolide maioris aut succo burse pasto ris soleo emplastra facere ꝛ patientibus partibus adherent circumligare. Et si uelis remedium leuius illo.℞ pul. Auicē.17ª tertii capitulo nono Cuius descriptio.℞ aloes thuris san.dra.balau stiarum sief memithe ana partes equales. Ego iterum cum volo pauperibus expensam euitando facile subuenire infallibili experientia.scio ꝙ pul. gypsi conquassatus cū albumīe oui mirabiliter re stringit sanguinē undecūque mananteꝫ ita ꝙ mē struales ꝛ emoroidales fluxus detineri vidi in tē por breuiori ꝙ̄ quarta pars hore. Si uero flu xum istum cū ebibitis non fallentibus retinere ue lis memora quod supra dictum est de trifera cuꝫ scoria ferri ꝛ troci.de karabe ꝛ ematitis. Am plius lege que scribuntur remedia in nono Almā sor is ꝛ pillulas de bdellio ꝛ pillulas factas cū mu mia ꝛ similibus.Cum quibus quidē medicinis sim plicibus ꝛ cōpositis diuerso modo procedere po tes in restringendo fluxum istum.nunc quideꝫ fo mentando.nunc vero suffumigando aliquando fa ciendo encatisimata balneationes euaporationes linimenta epithimata ꝛ reliqua talia tuo iudicio rationali applicando.Hec de intentione partiali restringendi fluxum quecunque dicta sufficiāt.

Partialis vero intentio curatiua doloris me dicum ad se vocat prudentē scientia ꝛ experiētia non mediocriter eruditum. Inuenitur enim a sa pientibus modus sedandi dolorem fieri diuersis remediis sub occulta satis doctrina traditus. Ut autem mihi facile magis satisfacere potui collegi ex sententiis auctoruꝫ intentionē sedandi dolorē sub istis intentionibus esse comprensam. Et pri ma quidem est euacuatio cum diuersione materie rū simul. Secūda vero ē refrenatio materierū ad loca predicta fluentium. Tertia est doloris sedatio cum medicinis anodis tēperate caliditat Quarta est cum resolutiuis ꝛ consumptiuis ma terierum. Quinta est cū applicatione narcoti corum.ꝛ propter hanc causam ꝛ varietatē non ē leue colligere veritatē ꝛ conuenientē compositio nem medicinarum que ab auctoribus in hoc capº collaudantur.Sed cuꝫ hac premissa distinctione facile intelligere poteris coruꝫ quod hinc inde p legitur. Prime igitur intentioni sedandi dolorē esse satis factum uideo ex his que scripta sunt su pra i generalibus duabus intentionibus euacuā di materias ꝛ diuertendi eas. Secunde vero I tentioni refrenandi eas prouisum est per intentō nem tertiam supra premissam. Tertia vero in tentio mitigandi dolorem completur administrā do ea que sunt caliditat primi gradus.ut camo mil.mellilo.ꝛ reliqui flores radices ꝛ folia plāta rum consimilium.Et de partibus aīalium sicut vi tellus oui.p.anatis galline castrati ꝛ dabaon ꝛ re liquorum similium.Et de mucillaginibꝫ sicut mu cilago se.citoniorum ꝛ se.malue ꝛ psilii in disposi tione calida ꝛ mucillago radicis altee fenugreci se.lini ꝛ similibus.Et uinum dulce ꝛ sapa ꝛ crocus qui ingreditur in sedatione doloris tertia quarti capitulo de cura flegmonis ꝛ oleū ro.ꝛ oleuꝫ uio. ꝛ de floribus cucur.nenufarinum in dispositione calida.ꝛ oleum de camomilla de mellilloto de tri folio de enula de croco in dispositione frigida et

reliqua quorum memoriā tibi dimitto prolixita tem effugiens. Et compositū hoc. ℞ pin. anatis galline ꝛ dabaon ana. ℥. ſ. olei roſa. ℥. iii. vitellos ouorum numero. v. croci. ʒ. i. farine ordei. ℥. i. ſ. incorporentur ſimul in mortario ultimata cōtri tione abſque tractu ab igne ꝛ calida applicentur parti. Hec duo ſolēnia ſunt ut inuenies. Adhuc etiam ſedatur dolor cum medicinis operantibus reſoluendo ꝛ exiccando materias ꝛ eſt medicamē mirabile in hoc deſcriptū ab Auicē. i7ª tertii caº octauo quod. ℞ ſapini bdellii ana. ʒ. ii. ſtoracis. ʒ. i. expone ſtoracis calamite olei de nucleis criſo milorum. ℥. i. ſ. olei oliuarum. ℥. ſ. diſſoluantur gumme in oleis tandē in fine ſuperaddatur. ℥. ſ. pul. caſtorei ꝛ fiat vnguentum molle quod calidū ſuperponatur partibus. Ad hanc etiā intentio onem mirabiliter confert emplaſtrū deſcriptum ab Auicē. xvii ª tertii capitulo de operatōnibus ſi teri quod quidem cum caliditate ſua conuenientē habet exiccationem ꝛ areſactionem in calido ꝛ eſt eius deſcriptio. ℞ merdaſēgi. ʒ. v. ematitis ceru ſe ana. ʒ. ii. mirre. ℥. iii. ſumach. ℥. ii. pulpe colo g n. ℥. i. olei de ſiſamo ꝛ cere. q. s. ꝛ fiat unguentū mol le. licet melius exiſtat ſi fiat ex eis emplaſtrū cū ℥. ii. farine orobi ꝛ triplicate vini. tu lege ibidē ꝛ intellige. Inſuper iterum quia propter doloris inſtantiam adeo debilitantur membra ut nō poſ ſint conuenienter actuari medicine ſedatiue dolo ris iam predicte. ideo neceſſe eſt pertranſire ad adminiſtratonē narcoticorū que ſūt ſedātia dolo rem per accidens. ꝛ non quidem quia delitiam in mēbris inducant que eſt oppoſita triſti ſenſationi per quam ꝛ proprie ſedantur dolores. Neque eti am narcotica dolorem auferunt materiā a toto uel a parte ſubtrahendo cū talia ſint frigida quo rum ē in membris conſtringere materiam ꝛ non educere ipſam ab eis. Neque etiam talia dolorem abſcindunt reſoluendo aut exiccando materiam. Sed dolorem a mēbris auferunt per accidēs. eo quia priuat ſenſationē a membriſ. Ita ꝙ neque de litioſa neque triſti ſenſatione ſentiunt membra. Sed propter inſtantiā uehementie doloris ope rator cogitur eadem adminiſtrare frequenter. li cet adminiſtratio ipſa uehementer noceat. eligibi lius enim eſt aliqualiter nocendo dolorem a mē bris auferre ꝙ propter vehementiā eius permit tere egrum reſolui aut ad ſpaſmum perduci. Cū igitur coacte oportebit te adminiſtrare narcoti ca memora has regulas in adminiſtratione eius. Prima eſt ꝙ narcotica exhibeantur compoſita nō ſimplicia immo ſuis correctoriis diligenter con fracta. que licet plura eſſe poſſunt famoſa tamen ex eis ab auctoribus inuenta ſunt quinque. ſ. camo milla crocus vinum caſtoreum ꝛ piper. Et iterū omnia aromatica calida. Secunda regula ē vt talia compoſita nunquā adminiſtrētur niſi fuerit bene fermentata. Cuius quidem regule verificati onem memora ex principiis theorice. Tertia regula ut talia narcotica actu calida applicentur ꝛ non frigida. Quarta regula eſt ꝙ eadem ad miniſtrentur in pauca quantitate ꝛ nō in magna.

Quinta regula ut permittantur diu membris applicata. Sexta regula ut eadē exterius ma gis ꝙ interius applicentur. Septima regula ē ut ſi adminiſtrentur magis homine iam cibato ꝙ ieiuno exiſtente. Octaua regula leuiora ex eis applicentur ꝙ fortiora que infra dicentur. No na regula ꝙ ipſa conueniētius eſt applicare in ſero ꝛ apud horam ſomni naturalis. dare enim narco tica in ſero ꝛ ante ſomnum ē melior horarū quoni am inducunt ſomnū. Et tu ſciuiſti ꝙ ſomnus agi tationes ſedeat. ut Meſ de conſolatione medicina rū capitulo de retentione fluxus a catartico ſup fluente. Decima regula ut parum ex eis detur magis ꝙ multū. Iſtis igitur preattētis exhibe antur ſecurius narcotica domeſtica. ſicut eſt papa uer albū quarta primi capitulo penultimo. ꝛ poſt ipſum cortices mandragore ꝛ 3º ſemen iuſquiami al. quod eſt fortius omnibus predictis. Et ultima te exhibeatur opiū quod eſt ſuccus papaueris ni gri ꝛ proprie cum cautela ꝛ timore ex predictis accipienda. Ego uero talia narcotica cōmiſceo anodinis ſuprascriptis ꝛ operatonē inuenio feli cē ex eis. ꝛ libentius adminiſtro ea cū decoctioni bus fomentando loca ꝙ emplaſtrando conuenien ter cū ēplaſtris factis ex illis. ꝛ tu elige modum qui tibi conuenientior videtur. Cura uero par tialis puſtularum multarū que circa ſiteri appa rent fieri debet ex canone curationis formice mi liaris. licet enim formica abſolute prolata impor tet apoſtema paruum in cute ambulatiua a mate ria colerica ſanguini commixta ſcdm̄ ut patet ex Auicēna ſecunda primi capitulo quinto. tamē fre quenter conuenit tales puſtulas fieri ex colera ali cui flegmati commixta. Et cum ita contingit ta les erūt puſtule ſicut granū milii colore ad albe dinē citrinitate refractā. ſicut in cortice milii ap paret ꝛ punctiones ꝛ mordicationes in membris efficiēt. eo quia flegma illud cōmixtū colere ſalſe dinē acquirit ab ea que mēbris punctionē efficit ſiſem puncture facte a formica ſtature ſaltē no tabilis. Pro quorū etiā ſententia lege tertia quar ti tractatu primo capº 5º. Igitur curetur formi ca talis. premittendo euacuationes colerice mate riei cōmixte flegmati de quibus ſupra dictum eſt ī prima itētōe vniuerſali huius diſpoſitiōiſ. Pre miſſis autem euacuationibus in principio admi ſtranda eſſent repercutiſſima primo in augumen to eadem commixta cum lenitiuis. De quibus duobus nihil ad preſens hec egritudo iam tran ſiuit ad ſtatū ꝛ ſuperficialiter vlcerat membra. Cuius quidem cura perfici debet cū exiccatiuis acuitatē habentibus. ex quibus fiat materiei reſo lutio ꝛ vltimata conſumptio. Et de numero iſtru mentorū meliorū quinque ſunt ab auctoribꝰ exi mie prelaudata. quorū primū eſt emplaſtrū fa ctū cū ruta recēti ꝛ nitro ꝛ lixiuio īcorporatis

Secundū fortius illo eſt epithima factū cum pipere ꝛ nitro cōquaſſatis cū vrina pueri. Ter tiū eſt ſuccus cucu. aſinini cū ſale. Quartum et fortius omnibus eſt fel hyrci ex quo ſepe epithime tur locus cū panno in ipſo infuſo. Quintum et ultimū eſt admiſtratio trocīſ. andaron conquaſſa torum cū vino rubeo ꝛ ſtiptico. Et ſunt flores me dicinarū quas colligit Auicē. a Galieno ꝛ ab ali is. Ego autē experientia ſcio ꝙ non fallit imitato res hec compoſitō. ℞ fellis hyrci. ℥. i. ſucci rute. ℥. iii. plumbi uſti litargiri ſpumificati ana. ℥. ii. in corporentur ſimul in mortario cū. ℥. i. amili uſꝗ quo habeant conuenientē glutinoſitatē. Infunde ergo in ipſo cotū uel pannos ꝛ paſſibili loco ſup pone quater in die ꝛ uidebis effectum bonum. Et

Si velis hoc compositū efficere fortius adde ei pul legii.ʒ.ii.⁊ placebit tibi. Iaȝ aūt in hoc vltimo ui detur esse hora conueniens ponendi curā additio nis apostemose carnose quam non dubito esse ficū ut supra deductum est. Cuius quidē curatio perfi citur cū eius abscissiōe ⁊ proprie quando magnifi cata est. Et proprius modus abscissionis eius ē ut cū rasorio deponatur uel flobotomo. verū quia ad operationem talē sepe solet succedere emorosagia fortis. soleo hic facere ipsā deponi cuȝ cauterio no uaculari ignito ⁊ est cura melior ⁊ securior. Si militer apud plurimos deponitur hec eminentia cū cauterio potentiali quod fieri potest ex puluerē anacardi auripigmento arsenico citrino ⁊ colco tar ⁊ similibus. post quorȝ administrationē atten datur mitigationi doloris cum his que posita sūt superius in intentione sua. Et attendatur similit̄ ad deponendū escarā cuȝ butiro ⁊ aliis pinguedi bus non salitis partem combustā putrefacientibȝ ⁊ cadere facientibus. Tertius vero modus de ponendi hanc superfluitatē est quē semper secutus suȝ ⁊ est ut cū filo serico stricte ligetur apud prin cipium ⁊ appendiculuȝ eius. ⁊ totiens ligatura re nouetur ut nutrimento careat ⁊ naturali spiritu ⁊ corrumpatur ⁊ cadat. post cuius casuȝ usque ad perfectam mundificationē ⁊ exiccationē admini strari facio unguentū apostolorū. ⁊ post ipsū vlti mate apponitur consolidatiuum hoc. ℞ plūbi usti gallarum cipressi litargiri spumificati ana.ʒ.i.re sine clare ⁊ electe.℥.i.olei de mastice.℥. ʒ.cere.ʒ. .vi. dissoluatur cera cum resina simul ⁊ cū tepefa cta fuerint omnia ⁊ bene colata diligenter incor porata addantur ei pulueres predicti ⁊ fiat un guentuȝ bene glutinosum ⁊ est conueniens ⁊ utile. Applicetur igitur loco vlcerato cū modico pulue re resine corrigie ⁊ permutetur secunduȝ oppor tunitatē ⁊ ut apparebit discreto cyrurgico usque ad conuenientem eius consolidationē quaȝ non so lum huic ulceri sed ⁊ omnibus aliis supra tactis egritudinibus ⁊ langoribȝ altissimus omniū con ditor sua magnifica pietate concedere dignet̄. ad laudem eius sempiternam.

Consilium ad emoroidas.

Primum quidem euitare debet cibaria omīa difficilis digestionis. sicut antiquum panē azimuʒ ⁊ grossum. Et carnes aīalium antiquoruʒ ⁊ olera ⁊ plantas grossum humorē generātes ⁊ bletā caules tubera ⁊ similia. Secundo effugiat cibaria omnia multam uiscositatē habentia. ut sunt pisces anguille tinche cefali ⁊ similia. ⁊ pastiles cibi ⁊ cutes ⁊ neruose aīalium partes. Tertio effugiat cibaria oppilantia. uelut sunt caseus proprie antiquus ⁊ pastiles cibi. Quarto euitet cibaria mlt̄um calida ⁊ acuta. uelut sūt salite carnes cepe allеum porrum rafanus ⁊ similia. Quinto effugiat continuum diureticorum usum. sicut sunt se. petrosellini apii ⁊ similium. Sit igitur panis eius ex pura simila factus etatem habens duorum uel trium dieꝝ ad plus. parum plus recipiens salis ⁊ fermenti ꝙ cōis panis ⁊ sit per coctionem non induratus neque torrefactus. Carnes uero laudabiles ei sūt. ut pullorū anatulaꝝ ⁊ aliquādoque columborum iuuenū fasianorū perdicum ⁊ similium uolantium preter ꝙ in aquis degentiuʒ Et de siluestribus quadrupedibus ⁊ domesticis eligat carnes capreti suis temporibus vituli lactentis ⁊ annualis agni ⁊ iuuenis castrati ⁊ gazelline que proprietatem habent in hoc. ⁊ carnes ericioꝝ que mirabiliter laudantur in hoc casu. ⁊ cuniculi ⁊ lepores ⁊ siluestres omnes porci placent mihi. De ferculis eligantur ptisana ordei ⁊ far ⁊ panicum ⁊ brodium caulium blete spinachia olus bianenum cucur. cucumis melones batecha olus benedictum ⁊ crisomila ⁊ feniculum recens ⁊ bethonica que singulariter operatur in hoc ⁊ saluia ⁊ similes plante ut polium montanuʒ ⁊ maxime scolopendria ⁊ cressones ⁊ proprie sassedinem aliquā habentes ⁊ vniuersaliter omnes plante quaruʒ caliditas non transcendit secundū gradū ⁊ apertionem habent usque ad illum eligende sūt in usu sue cibationis. De fructibus uero conueniunt ei cerasa omnium specieꝝ tam dulcedine ꝙ ponticitate participantia. ⁊ proprie medull̄ eoꝝ singularē habent proprietatē mundificandi renes ad frangendum lapidem. Et etiā eidē sunt utiles auellāe amigdale recentes ⁊ ficus recentes bene pepanse. vue uero non placent propter reuerentiā Auicē. qui secundo canone in fine capituli ꝺ vua. dixit ꝙ omnis vua nocet uesice. passule tamē eidem laudātur. ut ibidē scribitur. Uti etiam pōt pomis non multam dulcedinem habentibus. ⁊ similiter persicis bene maturis. pira dimittātur nisi fuerint bene. i. ualde dulcia. ⁊ excludatur ab eis exterior pslapidosa substantia participāl. De his vero fructibus qui in secunda mensa solent concedi laudātur grana pini ⁊ grana phisticoꝝ. eis enim inest virtus qua diminuitur lapis qui est ī renibus ꝗª tertii capitulo de cura lapidis renum. possunt etiam ibi quandoque concedi nuces propter apertioneʒ earum quam habent. Castanee vero et mespila et sorbe dimittātur. De partibus autē animaliuʒ et que sumuntur ab eis sūt omīa genera lactis cōuenientia et proprie ouini. Lacti enī ouino non ē medicina compar in debilitate renū. ꝗª terti sexto capitulo. Laudatur etiam sibi lac caprinū post predictū. et serū lactis et recocta iterum bona sūt Colostra uero omnino dimittatur nisi fuerit ex duabus speciebus predictis confecta. Butyrū aūt dimittatur aut saltē rarissimo usu accipiatur. sed melius est oleum de oliuis bene maturis. Calei vero usus omnino dimittatur. quia lapidem in renibus generat materialiter et est causa oppilatiōis uiaꝝ et inuiscationis materierū. Si auteʒ indicādo a consuetudine posset aliquando eidem cōcedi caseus eligatur ille qui est etatis vnius āni odore satis suauis non omnino salsedine priuatus nullā corruptionem putredinalem in substātia eius habens et sit substantia frangibilis. ita ut cū incidit̄ excluditur ab eo uiscositas. omnino autē usus eius ante cibum abhorreri debet. De conditis vero laudantur oliue condite et napi conditi et secacul conditum. et citonia condita post cibum assumpta. Et nuces condite in hoc casu sunt laudabiles et zuccarum boraginatum et uiolaceum et rosaceum recens et zinziber conditum. De saporibꝫ autem laudatur ei acetum et succus citrangulorū et proprie limonum in quo magna fere intentio curationis eius substentari potest. Uinum autem granatorum murorum sibi laudari debet propt̄ apertionem et prouocationem quam habet. agreste uero vsus omnino dimittatur. De aromatibus vero laudabilior est vsus cinamomi electi et anisi et piperis et non in multa tamen quantitate et zinziber et karui et semē leuistici et ameos et semē rute et crocus et similia aromatica. quoꝝ tamē exigua quantitas cibariis est apponenda.

De potu autem eius eligatur vinuʒ color̄ albū

uel subrubeum sapore mediocre non ponticū uel acre substantia tenue ⁊ diafanuꝫ odore notabilit̄ aromaticum uinositate sua non ualde aqueum. sꝫ melius est q̄ aliqualiter declinet ad aliquantam potentiam q̄ ad debilitatem. si tamen tale vinuꝫ haberi non potest. sed fumosuꝫ ut est illius patrie consuetudo. tunc frangenda est eius fumositas cū portione aque ab electo fonte accepte qui sit aeri ⁊ celo detectus plantis putridis ⁊ multitudine ranarum denudatus. ⁊ sit substantia eius diafana corpusculis ⁊ superfluitatibus expurgata. ⁊ si tal' haberi non potest cribretur per arenam. uel fiat eius coctio simpliciter uel sit aqua cisterne. ⁊ talis sit aqua coctionis ⁊ preparationis omniū ciborū eius. mensura uero eius cum uino cōmiscenda sit tertia uel quarta pars ipsius secundum mensurā discretionis moralis actus ⁊ nō appetitus.

Capitulū tertiū de cura p medicinas.

Pro regimine uero medicinaliū ita procedendū est. Modus enim regiminis eius substentatur sex intentionibus. Et prima quidem intentio ē abscindere materiam generationis lapidis ⁊ arenarum in renibus. Secūda uero est ꝓhibitio generationis lapidis a materia que iam in corpor̄ inuenitur esse congenita. Tertia uero est rectificatio uel digestio materierum talium. Quarta vero est eradicatiua ipsaꝝ eductio. Quinta uero est lapidis cōminutio fractio ⁊ eductio ⁊ renuꝫ mundificatio ab arenulis in eis inuentis. Sexta vero est sedare accidentia lapides ⁊ arenulas consequentia. In istis enim sex intentionibꝫ substentatur regimen non solum curationis harum dispositionum quando iam euenerint. sed etiā preseruationis a noua recidiuatione uel euentu huius egritudinis postquā curata fuerit. Et omnes isti sunt sermones principis 18ª tertii tractatu secundo ⁊ sexto capitulo dum inquit. Intentiones quidem quas medici in curatione lapidū intendunt sunt. s. sex. Prima est abscisio materiei eius supple postquam genita fuerit. Secunda uero est prohibitio generationis materiei cū abscisiōe cāe. s. generatiue illaꝝ materierū. Tertia uero est rectificatio. i. digestio eius. s. materiei. Quarta vero est mundificatio. i. euacuatio materiei iam genite. Quinta intentio est cōminutio ipsius. s. lapidis ⁊ fractio eius et cōpressio. i. expulsio eius ⁊ eradicatio eius ex suo suspensorio cum medicis que illud efficiunt. s. cōminutis fractiuis ⁊ cōpressiuis. Deinde eius extractio supple completa et subtiliatio in ipso. s. regimine administrandi medicinas successiue conuenientes cuꝫ ordine eius. i. cum ordinata applicatione uniuscuiusque medicine que alteram precedere debet Et illud. s. regimen ordinate precedens completur cū prouocatiuis medicinis. deinde cum comminutiuis. tertio cuꝫ fractiuis ipsius lapidis. quarto cū compressiuis. i. expulsiuis. quinto ⁊ ultimo cuꝫ extractiuis ipsius. s. totaliter. Et prima quidem intentio complet̄ per ea que materiam flegmaticam aptam conuerti in lapidem ⁊ arenulas educunt. deinde cum his que caliditatē intensam ipsoꝝ renum ad tēperamentum ducunt conuenienter. Et primū horum instrumentorū cōpletur per euacuantia materiam flegmaticā minoratiue. de quorū numero est hoc medicamen. ℞ electuarii indi. ʒ. iii. agarici electi. ℈. i. boni ponderis zinziberis. g̃. v. incorporentur simul ⁊ detur in potu cum modico uini albi subtilis ⁊ aromatici calidi. ʒ. i. ⁊ tardet̄ post illud comestio horis ad minus. v. i q̄ꝝ quarta accipiat cyatum vnum aque ordei calide cum zuccaro albo. Et si quis desideraret medicamen delectabilius illo. tunc ℞ electuarii dyasiniconis. ʒ. ii. turbit electi. ʒ. i. zinziberis. ℈. i. salis indi. g̃. i. misce ⁊ detur in potu cū aqua decoctionis g̃noꝝ milii solis dulcorata ⁊ calefacta ut prius dictum est. Secundum uero ⁊ adhuc leuius illo esse potest hoc. ℞ turbit electi. ʒ. i. ſ. hermodactiolorum ʒ. i. diagridii. g̃. vi. salis indi. g̃. ii. ziziberis. ℈. ſ. anisi dauci masticis ana. g̃. iii. penidiarū. ℥. i. pl'ueris zuccari. ℥. ſ. infundantur omnia in. ℥. iii. aque apii ⁊ milii solis uel capilloꝝ vene. ⁊ totuꝫ detur in potu cū diligenti colatura ⁊ expressione. ita q̄ sola uirtus medicine suscipiatur ⁊ non substantia ⁊ obseruentur post ipsius assumptionem ea que de primo minoratiuo dicta sunt. Et si appareret flegmaticam materiam notabiliter sanguini esse cōmixtam bonuꝫ esset predictis minoratiuis preadministrare flobotomiaꝫ. eo quia vniuersal' euacuatio particularē sēper precedere debet in operatione canonica. Si autē percipit medicus materiam inclinari ad stomachū per nauseam ⁊ signa supradicta. tunc conueniens esset vomituꝫ ꝓuocare ⁊ proprie cū hoc vōitiuo leui. ℞ aque decoctōnis granorum rafani uel carnositatis eius. ℥. iii. sy. simplicis acetosi. ℥. i. ſ. detur hoc totum tepidū ⁊ post illud per horam digitum imponat ori titillando uersus principiuꝫ meri ⁊ prouocabitur uomitus qui multa affert iuuamenta in prohibendo generationem materiei. ⁊ abscindendo materiaꝫ genitam ⁊ alleuiando renes. quare. 18ª tertii caº allegato. Et de prohibitiuis generatōis eius est uomitus post cibum ⁊ multus usus eius. Ipse eniꝫ expellit superfluitates grossas per uiam contrariam uie cuius motus est ad renes ⁊ facit latus renum uacuum et mundū. Adhuc iterum et tertio hec intentio cōpletur per administrationē clisteriorum et proprie lenientium. lenificatio enim est plurimum aleuiationem faciens. Clister̄ tamē non debet esse ualde acutuꝫ nec multa debet ex eo poni quātitas que renes comprimat et aggrauet Et propter hanc causam multis sapientuꝫ magis fuit dilectum suppositoriuꝫ q̄ clistere. eo quia suppositorium non peruenit ad grauandum intestina implendo ipsa. Et sunt sermones Auicē. loco preallegato dum inquit. Et si fuerit constrictio nature maior tunc de rectioribus rebus est extraher̄ fecem cum suppositorio aut cuꝫ clisteri nō magno quod coartet ⁊ dolorem faciat. immo suppositorium est amicabilius. vnde et in lenificatione q̄dem nature est alleuiatio plurima ⁊ sedatio doloris.

Tertium ingenium euacuandi materiam ⁊ iterum diuertendi eam esse potest admīstrando diuretica incipiendo primo a leuioribus. sicut ē vsus liquiritie seminum comunium frigidorū in dispositōe calida et vsus asparagi uel aque eius et feniculus recens et altea et flores. deinde procedēdo ad fortiora. sicut apium feniculum daucū semen milii solis leuisticuꝫ et apiū siluestre. Et ulterius transeundo ad ea que in electione fortiora sunt p tertiam operationē aut proprietatem operātia sicut capillus vene. scolopendria poliuꝫ montanū vsus phisticorum semen rafani uirga pastoris et

similia sicut cinis vitri cinis leporis ⁊ cauda tremula ⁊ sanguis hyrci preperatus ⁊ lapis spongie ⁊ iudaicus. quorū usus potest esse ex predictis faciendo decoctiones syrupū iulep confectiones trageas pillulas ⁊ ex eis exterius inungendo balnea faciēdo ⁊ similia. Hec sufficiant de primo instrumēto materiei iam inuente. Causam aūt lapidū generatiuā. s. caliditatē incensam corrigunt plura predictorum. ut semina cōia frigida ⁊ ea que temperata sunt que respectu caliditatis intense sunt infrigidatiua. velut asparagus capillus ve. ⁊ similia. Secundo frangunt caliditatē syrupi infrigidatiui incisiui ⁊ aperitiui. ut sy. simplex acetosus syrupus de acetositate citri aut de citrangulis uel syrupus de limonibus appropriatus magis qui sunt incisiui infrigidatiui ⁊ aperitiui ⁊ oximel cōpositum ⁊ fortius illo est oximel squilliticū qui omnes debent dari cū aqua scolopendrie uel aliis iā predictis. Frangunt etiam caliditatē linimenta unctiones ⁊ emplastra exterius administrata. Et cum hoc unguento ualde notabiliter operante. Rx olei nenufaris uiolarum ana. ℥. i. ʒ. sandal' al. ⁊ ru. ana ℈. i. camphore. ℈. ʒ. cere al. q. s. fiat unguētū molle quod postea buliat in libra. ʒ. succi semperuiue usque ad consumptionem illius succi. de hoc igitur unguento spina tota condecenter iungi debet ter uel quater in die naturali. ⁊ de materia precedentis unguenti possunt fieri unctiones ⁊ emplastra superaddendo super succum foliorum maluarum uiolarum uirge pastoris semperuiue solatri atriplicis ⁊ similium. Ex quibus etiam in aqua decoctis fieri possunt euaporationes ⁊ balnea fomētatiōes ⁊ epithimata. Et tu elige quod melius est et leuius apparebit iudicio tuo extimatiuo. Et de communibus etiam remittentibus caliditatem auctam est confectio triasandal' ⁊ zuccarū uiolaceum ⁊ tragea de uiolis ⁊ de berberis ⁊ reliqua similia que elige per te. ⁊ hec de intentione prima.

Iam supra apparet qualiter abscinditur materia propter prohibitionem generationis eius in corpore ex his que posita sunt in precedenti intentiōe. At uero secunda intentio differentiā habet a prima in hoc q̄ hec quidem supponit materiam in corpore nundū esse congenitam. quare laborat hec intentio ad prohibendum ne generet materia harenarū et lapidis subiectiua causa. Et etiam ut non precedat calor qui est predictarum materierum generationis causa. Et primum quidem horū duorū corrigi potest ex his que in precedenti capitulo posita fuerunt de debita mensuratione sex rerū non naturalium. non enim ad alid laborat sermo ille. nisi ut prohiberet tales materias generari rectificando cibos ⁊ potus. ex quibus generari potest flegma aptū conuerti in lapidē ⁊ arenas. Etiam per regimen aliud apparet qualiter calor qui est efficiens causa lapidū ⁊ harenarum sufficienter corrigi potest per ea que in intentione precedenti de alteratiuis digerētibus et caliditatem remittentibus scripta fuerūt. Pret hec autem plura inueniuntur. quorum usus rectificādo complexionem renū ⁊ mundificando epar ⁊ uenas ⁊ uias vrinales a sapientibus collaudata sunt. sicut est usus medicinarū aperientium ⁊ aduersantium flegmati. quarum alique sunt solutiue simplices. uelut agaricus hermodactili turbit se. croci ortē ss polipo. ⁊ odor elebori alicuius radicula aliquā

infundatur per diem naturalem in aquam. ⁊ quis bibatur parum ex ea in aurora tepefactū. De his etiam quedam sunt solutiua composita. uelut benedicta cuius virtus est ad mundificandum a flegmate renes uesicas ⁊ vrinales vias. Et sicut ē electuarium indum quod superfluitates expellit a toto corpore ⁊ a renibus. velut est yeralus et multe similes medicine hinc inde colligende. Non nulle vero harum medicinarum sunt simplices aperiendo mundificando ⁊ precipitando materias a corpore ante q̄ ex eis generetur lapis. de quarū numero sunt sicut ysopus centaurea mi. apiū siluestre ⁊ domesticum petrosellinum ⁊ betonica polium mōtanum ⁊ scolopendria et radix pentafilois ⁊ uniuersaliter omnes que ab auctoribus in hoc collaudate fuerunt. De his alique sūt composite. uelut tiriaca Andromaci metridatū. descriptione Auicē. quinto canone distinctiōe prima. Et medicamen al'ke'kengi ⁊ iustinum electuarium ducis ⁊ litontripon descriptōe Nicolai in antidotario. ex quolibet quorū dari potest. ʒ. i. cum aliqua de aquis statim dicendis. Et compositum optimum ⁊ leue laudatum ab Auicē. quod sepe exhibitum oīo preseruat corpora a generatione noue materiei ex qua generari solent lapides ⁊ harene. ⁊ est descriptio eius talis. Rx lapidis spongie scolopendrie capill' ve. se. altee ⁊ petrosell' ana. ʒ. i. misce ⁊ detur ex eo pluribus diebꝫ. ʒ. i. cum aqua sublimationis apii aut decoctione quinque radicū calidorum aut aqua tribuli aut aqua rafani. lege Auicē. ibidem. Et iterum collige ibidem compositū immediate sequens quod est agregans operationes diuersas ad intentionem predictam. Et adhuc collige inde medicamen nobilis operationis. s. illo Medicamen ultimum sedans dolorem ⁊ extrahens lapidem ē aq̄ ciceris nigri. Et scio etiam ego q̄ si fiat puluis ex partibus equalibus scolopendrie ⁊ milii solis ⁊ patiens vtatur eo mirabiliter preseruat a generatione materierum prescriptarū. hec de intentione secunda. Apparet theorice contemplanti q̄ intētio tertia. s. equatiōis materierū iā facile compleri potest ex his que in intentione predicta declarata sunt. neq̄ uidetur aliquod quasi opportunū esse. nisi q̄ scribantur quedam simplicia ⁊ composita tales materias digerere solentia. De quorum numero sunt aque sublimationis ysopi calamenti origani utriusque apii ⁊ petrosell' betonice pulegii milii solis ⁊ similium. Et de his que ego experior hoc ultimum inueni uidelicet administrare aquam sublimationis radicum altee. Et scio etiā q̄ aqua sublimationis radicum yreos potentior est predicta ut experientia quotidiana doctus sū. Et q̄ aqua sublimationis foliorum ⁊ fructuū cucume. asinini in hac dispositione confert. eo quia soluendo prouocando aperiendo ⁊ abstergēdo materias educit quibus obuiat ⁊ lapides comminuit et frangit. De compositis uero digerētibus sūt omnes syrupi quorum uniuersa scola quotidianū habet usum. sicut syrupus de ysopo syrupus de calamento syrupus compositus acetosus oximel compositum secaniabim de 'kesim. i. leuistici et omēs oximell' species et proprie squilliticum et oximel Juliani et compositum hoc quo uti soleo. Rx oximell' squilliticī. ℥. i. syrupi de ysopo. ℥. ʒ. aque scolopendrie cucumeris asinini ana. ℥. i. ʒ. et det' hoc et continuet pluribus diebꝫ. Et si uelis digestiuū

Nordis qui molestatur dolore spine et proprie in loco spondilium et renum cum quo quidem dolor perseuerat mictus vrinarum habentium trumbos et mucos flegmaticos multis harenulis minutis et grossis commixtos. Et licet per continuam euacuationem horum superfluitatum corpus alleuietur tamen dispositio ista minatur eidem euentum lapidis et confirmationem eius in renibus suis et fortassis lapis ille genitus est. licet ex signis non apparuerit ipsum esse magnificatum. Omnis enim vrina arenosa significat lapidem qui consolidatur aut consolidando procedit aut qui resoluitur secunda primi summa ultima et capitulo sexto. Si ergo lapis apparet consolidatus aut est in uia ut consolidetur iam apparet difficultas dispositionis. Si autem lapis ille resoluitur. i. comminuitur non tamen deficit quin magna sit habenda suspitio. eo quia iam inueniuntur in uiro isto quattuor cause. quarum alique sunt necessario concludentes aptitudinem confirmationis lapidis in renibus eius. alie vero perducentes ipsum adhoc. Et enim uir iste licet a generatione sanguineus existat ut facile aspicienti ipsum apparere potest. habet tamen renes comparatione ad medium generis notabiliter calidos. et iterum in eo inuenitur multitudo flegmatis in uiis vrine abundans quod apparet ex trumbis et petaloidibus iam supratactis ergo in ipso inuenitur utraque dispositio generationis et confirmationis noui lapidis. Et prima quidem ex parte agentis quod est calor excoquens.

Secunda uero ex parte materiei que uiscositate sua a calore excocta conuertitur in arenas. deinde in lapides. Et iterum eadem materia arenulas iam inuentas in renibus sua uiscositate conglutinando ad inuicem est causa generationis lapidis ut dictum est. Tertia uero causa est dispositiua et est uiarum strictura in eo que apparet ex naturali compositione et habitudine ipsius. Et quarta iterum est dispositiua et est pinguedo respectu temperamenti notabiliter acta. sed ille cui plurimum aduenit lapis renum est pinguis et habet uias angustas naturaliter uel accidentaliter. Igitur in viro isto inueniuntur quattuor cause ad lapidis generationem concurrentes. s. intensa renum caliditas multitudo rerum flegmaticarum que satis grosse sunt uiarum angustia et pinguedo notabilis et etiam apparet ex unctuositate quadam persepe in superficie urinarum eius emissa. Amplius et hoc satis leuiter deduci potest ex fixione doloris in locis renum. licet enim dolor ibi permanens possit esse accidens ad presentiam lapidis arenarum et multitudinem flegmatis in eis existentium. ipse tamen dolor non est leuis causa generationis noui lapidis aut confirmationis inuenti in eis siue sit quia dolor debilitando partem est causa attractionis materierum ad renes. eo quia dolor fortis et perseuerans acuit flegma 3° tegni. siue sit quia dolor debilitando uirtutem expulsiuam materias confirmari faciat in renibus. Ex quo apparet quod licet dolor sit accidens alicuius dispositionis. ipse tamen potest esse causa augumentationis eiusdem aut confirmationis. Quod autem iterum in eo inueniatur aptitudo generationis lapidis in renibus omnia motiua iam adducta demonstrant. Et etiam aliqualis ardor. quandoque presentatus in capite membri genitalis. Cum enim non inueniatur in eo argumentum concludens uesice nocumenta neque epatis. et iam sit ardor predictus aliquando apparens oppositinum habet effectum reducere in causam ipsius productiuam. sed nulla uidetur esse causa in aliquo partiali membro. s. in epate uel poris uritidibus neque uesica. ergo necessario prouenit a nocumento renum. consequentia tenet a sufficienti diuisione membrorum que sunt causa ardoris vrine ut colligendum est. 18ª tertii tractatu secundo et 3° capitulo. Et confirmatur quia licet arenose ypostases prouenire possint ex adustione materierum in uenis. ut 2ª primi summa ultima et sexto ca°. et 3ª quarti tractatu 3° cap° de lepra. In hoc tamen viro apparet causa generationis arenarum in viis eius ex parte cause caliditatis adurentis et materiei generationis earum in uenis. Igitur omnino oportet necessario concludere hunc ardorem prouenire ab arenis expulsis a renibus que sui asperitate dolorem illum faciunt in extremitate pudibundi quod fuit deducendum. Et ex omnibus istis colligendo facile apparet que et qualis sit dispositio huius nobilis viri. Est enim mala complexio calida et sicca renum cum qua propter debilitatem generantur flegmatice materie in renibus aut saltem aliunde propelluntur ad eos cum multitudine arenarum et fixione doloris in spondilibus renum et aliquando in extremitate genitalis membri. Ex qua descriptione correlarie concluditur quod in ipso iam genitus est lapis aut est in uia generationis uel confirmationis et dispositus est ad excoriationem uesice que multitudine et magnitudine arenarum et lapis facile subsequi potest. Ex quibus tandem ultimo concluditur quod in eo est magna necessitas festinationis ad curationem. Et propter hoc oportet rectificare regimen eius ex parte sex rerum non naturalium. deinde explicare regimen per medicinalia declarandum.

Capitulum secundum de regimine sex rerum non naturalium.

Pro expeditione vero mensurationis sex rerum non naturalium. hic ordo obseruetur. Sit habitatio eius in ciuitate uel camera habente aspectum orientalem minime uero meridionalem. sed potius aquilonarem quam occidentalem. Et locus eius sit a terra et ab aquis notabiliter elongatus ad aliqualem siccitatem et nullo modo ad humiditatem inclinatus. Et in diebus caloris sit magis ad frigiditatem quam ad caliditatem declinans. In diebus uero frigoris ad caliditatem leuem eleuatus. Et de annexis aeri. caueat habere uestes notabiliter stringentes super spinam et lumbos eius. Similiter euitet omnem modum calefaciendi spinam et proprie cum frequenti coitu qui est res inter alias nocibilior. quare utatur ipso adeo moraliter ut non expedat materiam amplius quam bis in septimana. De exercitio autem eius euitet omnes laboriosos motus et proprie equitandi equos fortes et incommodi incessus et proprie post cibum et frequentem ascensum montium et scalarum. Temperatum uero exercitium peditandi aut gradarium equum equitandi omnino sibi conueniens est. Et in summa aliqualiter exercitari mediocriter melius est ei quam ociosam uitam agere et cetera.

Similiter etiam in accidentibus anime euitet illa que uelocem et fortem motum in humoribus et spiritibus efficere possunt. anime etiam accidentia tristitiam suffocatiuam spirituum inducentia euitanda sunt. Neque enim circa continuam meditationem circa suam dispositionem tristantur eger

necesse est non solum congruis immo etiã celeribꝫ subuenire remediis. Quibus si diligenter fiat ad uertentia uidebitur ꝙ ipsi sunt dolores intrinseci renibus pricipaliter appropriati. Alii uero sũt dolores uel accidentia partium extrinsecarũ. Et primum quidem horum pluribus signis uel accidentibus declarari potest. Primum est ꝙ hi dolores subito ipsum inuadunt nulla precedẽte ipsorũ causa manifesta. Dolor enim ⁊ repente eueniẽs subitam ostendit solutionem continuitatis aut male complexionis permutationeꝫ. Cum igitur nec solnens ab extra nec malam complexionẽ subito īducens ab extra occurrant ⁊ doleant partes ille iliorum ⁊ spine quarum dolorem ⁊ sensus tactus exterius non inueniat. Igitur dolor in mẽbris erit interioribus. ⁊ ab interiori causa prouenient. consequentia secundum utranque partem necessaria est intelligenti terminos. Quoniam in antecedente excluditur omnis exterior causa ⁊ dolent partes. ergo necesse est ꝙ doleant ab interiori cã uel causis. Etiaꝫ in antecedente assumebatur iteꝝ ꝙ exteriores partes non dolent. quia tactus non ĩuenit ibi dolorem. ergo necesse est partes interiores dolere. Quod autem hic dolor in renibus existat multis motiuis demonstrari debet. Primum est ꝙ dolor subito euenit huic in partibus iliorũ intrinsecus. igitur uidetur ꝙ talis dolor sit ĩ renibus. eo quia ibi non inueniuntur partes alie ꝙ̃ renes que tam ingenti dolore dolere possit. quia siphac cooperiens renes non adeo excellenter dolere potest. Nec etiam uena chilis aut arteria adorti descendens tam ingenteꝫ dolere possunt. quoniam earũ sensatio est obtusa propter substantiaꝫ ipsarum esse ligamentalem. Amplius etiam hic dolor non est in ilion quod est tertium intestinum ꝺ gracilibus propterea quia hunc doloreꝫ non cõcomitatur frequens mictus punctio in urina ⁊ reliqua que significant nocumentum in renibus ⁊ uiis vrinalibus. Cum enim aliquis mingit urinam ꝑ quã multotiens ad mingendũ ⁊ multũ surgit. tũc in renibus est eius egritudo 18ª tertii tertio capº Subitus etiam ⁊ repentinus dolor eueniens ĩ renibus fieri potest propter subitam alterationem aut solutionem continuitatis que dolores facere possunt in colatorio panniculo renum ⁊ in altero uestiente eos.

Capitulum secundum de diuersitate horuꝫ dolorum ex parte causarũ efficientiũ. ⁊ ꝙ hi dolores renales magis ꝙ̃ lumbales uel spinales denominandi sunt.

Iam uero nunc oportet horũ dolorũ inuestigare diuersitates que quidem a materiali causa efficiẽte eorũ originem capiũt. dolor itaque in uiro isto potest consequi fortem alterationem ĩ renibꝫ eius factam a mala complexione calida in renibus ex ebulitione sanguinis circa eos. Et ĩ uena kili ⁊ arteria orti que lateraliter in renibus substernunt quod apparet eo quia pulsus huius viri per me tactus magnus erat uelox ⁊ frequens plenus cum tẽsione arterie notabili. Secundo quia vrine ipsius erant rubicundo colore colorate cuꝫ sallsedie satis grosso. Tertio quia erant acute imprimẽtes in sẽsum tactus que arguunt malam complexionẽ calidam. Et quarto quia cum acuitate comprimendo in collum uesice ⁊ extremitatẽ pudibundi. Et causa acuitatis in his duobus signis potest esse duplex quia ⁊ si talis caliditas magis a sanguinis ebulitione proueniat. ei tamen potest commisceri colera propter propinquitatẽ kistis fellis ad renes ⁊ arterias predictas. Et secũda causa potest esse ꝑ acuitatẽ vrine in se ipsa quoniam salsa est. Secunda uero causa huius doloris esse potest solutio continuitatis non uere dicta imparis solutio. sed distractio uel extensio facta in panniculis renũ a materia oppilante eos. que potest esse flegma cum uẽtositatũ multitudine ⁊ harenularum multaꝝ ⁊ lapillorum eius. Et hec est uera huius viri egritudo. s. dolor renum proueniens a materiebus humoralibus flegmaticis uiscolis ⁊ grossis cum multitudine harenularum ⁊ lapidum in eisdem. Et si quandoque contingat ꝙ hi dolores cũ punctione ⁊ acuitate misceantur iaꝫ est assignata causa ex parte alicuius acuitatis a colerica materia prouenientis. Ne autẽ gratis uideatur dictum hunc esse dolorem renum ex multis aperiri potest. Primo ex loco quoniam dolet eger in parte posteriori ubi substẽtant renes ⁊ extenditur usqꝫ ad anteriores partes. Secundo quia talẽ doloreꝫ concomitatur uarietas in vrina quantum ad appetitum. quia sepe appetit quantum ad multitudinem. quia parum mittit ⁊ quantum ad tempus. quia frequenter inclinatur ad ipsam emittendã. Similiter etiam quia dolorem istum concomitatur nausea ⁊ uomitus per colligantiam renum ad stomachum. Qꝺ uero dolores isti proueniant ⁊ augeantur a uẽtositate apparet propter velocitateꝫ cõicationis eorum ad propinquas partes. neque eniꝫ humor nꝫ harena neque lapis tamcito mouerentur. Similiter apparet ꝑ rugitum gurgulationẽ ĩ loco renũ perceptas.

Capitulum tertium ostendit hos dolores renũ prouenire a lapidibus uel harenis. ⁊ probatur per decem signa dolores lapidosos concomitãtia.

Dolores uero istos ab harenis ⁊ lapillis prouenire multa declarant signa. Primum uelocitas euentus doloris in eis. Repente enim dolor renũ eueniens lapidis renum aut uiarum vrine signuꝫ ẽ demonstratiuum interiorum sexto capitulo tertio. Secundum signum mictus vrine grosse et conturbate post mictum vrine aquee ⁊ tenuis pluribus diebus ante factum. licet quandoque in hac dispositione in principio emittatur vrina grossa. deinde tenuior fiat. ⁊ horum quidem cause cõtemplando reddi possunt. Cum enim neque lapis uel harena generari possint ex materia nisi grossa. cõtingit materiam grossam illam in renibus reperiri ⁊ nondum erit uiarum tanta facta oppilatio: quin educi possit materia talis ⁊ uirtus est fortis. Igitur expelletur materia grossa prius tempore ꝙ̃ generetur lapis uel harena ⁊ est signum bonuꝫ prohibitionis aut saltem tarditatis generatiõis lapidis in renibus. quare 18ª tertii capitulo de signis lapidis renum inquit princeps. Et generatõ eius in principio grossa ẽ magis significatiua sanitatis uirtutis ⁊ dilatationis meatuuꝫ. Causa uero propter quam in generatione lapidis prius tẽpore emittuntur vrine tenues ⁊ aquose assumitur ex parte clausionis viarum a materiali causa generationis lapidis ⁊ harenarum que est flegmatica mucillaginosa grossa. deinde angustas vias ual de facile claudere potest. Et ad hoc iuuat sixio ul·

retentio talis flegmaticis in ꝑdictiſ. que ꝑuenit a uiſcoſitate eius.Cū ergo a ꝑdictis materiebus emulgentium uenaꝛum rami ⁊ panniculus collatoꝛius renum ⁊ vꝛitides poꝛi notabilit̄ obſtruantur non poteſt inde uirtus expellere mateꝛiam niſi ualde ſubtilem ⁊ fluxibilem.unde urine minguntur tenues ⁊ aquoſe elemento aque in ſubſtantia ⁊ odoꝛe ſil'ime.Et eſt ſignum harenaꝛum ⁊ lapidis iam genitoꝛum.Collige hoꝛum ſententiam pulcheꝛꝛime 18ª tertii capitulo ꝑallegato dum inquit.Et eſt cum vrina eſt gꝛoſſa in pꝛimis .ſ.de qua iā dictū eſt.deīde incipit conuerti ad tenuitatem ⁊ cum attenuantur ꝓpter retentionē turbidi.tunc extima eius.ſ.lapidis. generationez quāuis quādoque in principio rei mingatur tenuis.Quod iteꝛum tales doloꝛes in hoc viro proueniant a lapillis uel harenis ex multis aliis.iterū ⁊ teꝛtō declaraꝛi poteſt. Primo quia vir iſte pinguis eſt ⁊ caꝛnoſitate pluſꝗ̄ mediocri abundans. Et iteꝛum conſtipationem uentris notabilem hēt vnde 18ª tertii capitulo de cauſis geneꝛationiſ lapidis in renibus. Ille nanque cui plurimum euenit lapis renum eſt pinguis ⁊ ſiccam habens naturam.Quarto iterum hoc declaꝛari poteſt ab efficiente cauſa generationis lapidis.virtus eni agēs illius eſt caliditas ab equalitate egreſſa. Quintū ueꝛo ſignum doloꝛis renum eſt demonſtꝛatiuum cui refragari non poteſt.ſ.frequens mictus vrinarum.Et cum contingit cuz inſtantia doloꝛis emitti lapillos ⁊ harenas remouetur doloꝛ. Sextum ſignum eſt ꝙ talis doloꝛ intenditur tēpoꝛe uacuitatis.Et quia hic paſſus a pluꝛibus dubitatus eſt ideo aggꝛediamuꝛ paꝛum ipſius ſententiā. Supponendum itaque primum ꝙ doloꝛ renalis fortioꝛ fit in hoꝛa uacuitatis. Secundo ꝙ colicus dolor alleuiatur in uacuitate ⁊ foꝛtioꝛ fit cum aſſūitur aliquid.Supponendum tertio ꝙ per uacuitatez intelligi debet cibi abſētia a ſtomacho. Et hec ſuppoſitio neceſſarie ueritatis eſt.eo quia colicus alleuiatur ī ea.ſ.vacuitate ſtomachi ⁊ fit foꝛtis cū aſſumitur aliquid.i.cuz cibatur eger.Unde ex his ſermonibus Auicē.collectis 16ª terti tꝛactatu 3° ca° de differētia inter dolores colicos et renales colliguntur iſte concluſiones. Prima doloꝛ colicus ⁊ ſi magnus exiſtat tempoꝛe famis ⁊ uacuitatis ſtomachi leuioꝛ fit.Secunda concluſio dolō colicus aliquante intentioniſ foꝛtioꝛ efficitur poſt aſſumptum cibū.Tertia cōcluſio doloꝛ renalis aliquante intenſionis tempoꝛe cibati ſtomachi extrīs foꝛtioꝛ fit poſt deſcenſum cibi a ſtomacho ꝗ̄ priuſ eſſet.Ex qua concluſione apparet ꝙ renalis doloꝛ poſt cibationem leuior eſt ꝗ̄ ante cibationē. Supponendum quaꝛto pꝛo ueritate iſtarum concluſionum ꝙ intelligantur alia paria taliter ꝙ poſt cibationem non generetuꝛ uel pꝛoducatur aliꝗ̄ mala qualitas in inteſtinis que fuerit reperta ī cibis. Et ſimiliter ꝙ aliqua mala qualitas non ſit repta ī cibis dum actu ſūt in ſtomacho que poſſit cōicaꝛi renibus aut inteſtino colon. Supponendū quinto ꝙ cibus cum corpulentia ſua in ſtomacho exiſtens ⁊ ab eo depoſituſ membꝛa ſibi uicina dolentia per ſui coꝛpulentiam comprimendo ⁊ aggrauādo pōt doloꝛem facere. Iſtis poſitis pꝛobatuꝛ prima concluſio tempoꝛe quo hō iaz cibatus ē.⁊ dū cibus in ſtomacho peꝛmanet.minoꝛi gꝛauitate gꝛauatur colon ī infeꝛioꝛi ⁊ ī ſiniſtꝛa paꝛte ſitus eius a ꝑdicto cibo ꝗ̄ gꝛauetur duz cibus iam deſcenderit a ſtomacho.eꝛgo ſequitur ꝙ minus dolet paꝛs inferioꝛ colon.dū cibus ē in ſtomacho.patet cōſeq̄ntia.quia minus gꝛauatur tunc.ſed ad minorē grauitatem minoꝛ ſequitur cōpreſſio.eꝛgo minoꝛ doloꝛ.hec conſequentia tenet quia talis cōpreſſio nō ē niſi doloꝛis ſpecies una.ut patet ſecunda pꝛimi capitulo de cauſis ⁊ ſpeciebus cuiuſcunque doloris Antecedens aꝛguitur quia minoꝛi compꝛeſſione comprimi poteſt colon a comprimente magis elōgato ab eo ꝗ̄ ſibi pꝛopinquo ⁊ econueꝛſo.ſed cibus in ſtomaho exiſtens magis elongatur ab inferiori paꝛte colō cuius magna paꝛs locata ē ī ſiniſtꝛa parte.igitur ex predictis patet ꝙ colicus dolor .ſ.in paꝛte inferioꝛi colon minor ē tempore cibationis ꝗ̄ depoſitionis cibi a ſtomacho.Et per rationem adueꝛſam probatur alteꝛa concluſio.ſ.ꝙ colicus dolor intenditur tempore aſſumptioniſ cibi ⁊ plenitudinis eius.Eo ꝙ tali tempore cibus exiſtens magis propinquus ē colon ꝗ̄ dū iaz a ſtomacho deſcendit.ergo ſequitur ꝙ tunc poteſt magis comprimendo dolorem in colon augumentar̄.minor pꝛobatur apud intellītes experimētale indicium ex anothomia ſumptum.quoniā colon ſupeꝛ appodiatur fundo ſtomachi. Cum ergo in fundo ſtomachi colligatur cibus ergo extendet̄ eius ſubſtantia uerſus anterius.igitur neceſſe erit colōci ſuppoſitū cōprimi īter ipſū ſtōachū ⁊ mirach.ſ3 per talem compreſſionem augumentatur doloꝛ. ergo poſt aſſumptionem cibi ⁊ preſentiā eius ī ſtomacho dolor colicuſ intenditur quod fuit ſecunda pars ſuperius premiſſa et nunc probata. Ecōuerſo autem arguendo poteſt pꝛobari ſecunda cōcluſio.quia tempoꝛe uacuitatis ſtomachi uel deſcēſus eius ab eo minor fit in colon compreſſio ꝗ̄ dum cibus eꝛat in ſtomacho.ergo minor dolor. cōſeq̄ntia tenet ut prius. ⁊ antecedenſ patet.quia cuz deſcenderit cibus a ſtomacho iam recipitur in ilion a quo non poteſt tanta ipſi colon fieri compreſſio. quanta fiebat dum cibus erat in ſtomacho.ergo n̄ poteſt colon a cibo dolere tantum poſt uacuitatez ſtomachi ab eo cibo.Et antecedens manifeſtum ē intelligenti per anothomiam ex ſenſu uiſus ſitum inteſtini gracilis.Et nota ꝙ he due concluſiones diſpariter parteſ colon intelligendo uerificantuꝛ illa enim pars colon que a dextra paꝛte incipit a fine monoculi parum aſcendendo in dextra parte traſuerſaliter fundo ſtomaci ſuperappodiatur.ergo illa pars colon aſſumpto cibo.tunc poteſt comprimi inter ſtomachum ⁊ mirach.quare tunc ītēditur doloꝛ.Ex quo apparet ꝙ aliis paribus in hoc tempore.ſ.plenitudinis ſtomachi pars inferior colon minus dolet.quia cibus ē elōgatus ab ea notabiliter.quoniā ē in fundo ſtomachi qui magiſ in dextra ꝑte ſituatur.colon ueꝛo maioꝛ ps ſituatur in ſiniſtra ut iam dictum ē.Ex hoc iterum apparet ꝙ dolor colicus.ſ.ſuperioris partis eius alleuiatur.ſ.in uacuitate ſtomachi. ſicut ipſe idez ītenditur in repletione eius. Cōtra tamen concluſionem ſecundam uidetur apparens argumentuz inſtare.eo quia dum deponitur cibus a ſtomacho recipitur in inferiori parte et in ilion.ſed iliō ps notabilis ſuperappodiatur colon.ergo cibus ī ilion receptus grauabit colon.ergo tunc intendetur dolor in colon cuius contradictorium ſupra tactum eſt. Huic motiuo reſpondendum ē concedēdo

maiorē.s.q̄ cibus a stomacho descendēs recipitur in inferiori parte.⁊ concedendum est iterū q̄ tal' cibus recipitur in ilion. Et ad maiorē cū dicitur q̄ ilion superappodiatur colon.dicitur q̄ illud verum est de quadam parte ilion inferiori.Et dicit' ulterius q̄ cum cibus iam a stomacho depositus ē recipitur in parte ilion dextra que maioris ē extensionis.secalis ergo cibi pars recipitur in illa ⁊ talis est que elōgatur notabiliter a colon.ergo tūc minus comprimendo ipsum apparet doloz leuis ⁊ tenet consequentia.eo quia agens a passo elongatum non agit aut saltem parum agit in ipsuȝ.quoniam omnis actio fit per contactū agentis ad passum primo de generatione. Et ex hoc fundamēto ualde facile probari potest tertia iaȝ premissa cōclusio.quia cum cibus post descēsuȝ ipsius a stomacho recipiatur in ilion ⁊ renes substernantur iliō igitur superfluitas cibalis comprimit eos.sed ex compressione augumentatur doloz in eis.ergo renalis doloz intenditur tempore uacuitatis stomachi a cibo.Et ex cōclusione correlarie concludi potest.quare uomitus multū confert in doloribȝ renum ⁊ maxime post cibum factus. Ideo quia p uomitum educitur materia que in intestino ilion posita grauabat renes. Ex agitatione enim per motum uomitus facta materie frequenter euacuātur per inferius.⁊ iterum diuertuntur de inferius ad superius.ergo tunc remanet alleuiatū ilion a materiebus in ipso contentis.vnde non potest dolorē grauitando in renibus intendere. Et aduerte q̄ iste conclusiones superius probate veritatē continent solum de dolore sequente compressionē a corpulentia cibi in fundo stomachi existentis factam. Uarie autem alie conclusiones ad hunc locum adduci possunt de intentione doloris colici tempor' cibationis ⁊ alleuiatione renalis doloris in hoc tempore si prouenirent doloz propter qualitates primas ⁊ secundas.Quis enim dubitaret q̄ si tēpore colici doloris prouenientis a mala complexione colon fri.⁊ hu.aut frigida ⁊ sicca materiali uel immateriali acciperetur potus aliquis non multe quantitatis actu ⁊ potentia calidus ⁊ hu.aut calidus ⁊ siccus quod conferre posset in colico dolore sedando uel minorando ipsū per uiam corruptionis male complexionis illius doloris factiue ⁊ sic de aliis conclusionibus circa quas ardue difficultates hinc inde ab auctoribus ⁊ doctoribȝ moueri possent ⁊ tu considera. Septimū uero signū significans in renibus prouenire dolorem a lapillis est fixio doloris i posteriori parte spine ac si esset clauus ibi ifixus.⁊ proprie quando hunc dolorem precessit mictus barenaꝝ multus. Octauū vero signum est q̄ dolorem renalē precedit grauatiuus doloz in dorso ⁊ difficultas urinandi.

Nonū uero signū a posteriori sūptū ē q̄ renal' doloz alleuiatur aut eius euētus ꝓhibetur ex applicatione medicinaꝝ aperitiuaꝝ frangentiuȝ et educentium barenas ⁊ lapillos.hoc autē non uerificatur in dolore renum prouemente ab apostēate uentositate grossa solutione continuitatis et similibus. Decimum uero ⁊ ultimum signum licet iam pretactum fuerit est quoniam dolorē renalem a calculo prouenientem uel barena concomitatur uehementia appetitus vrinandi.⁊ appetergo ut in quacunque mictura magnam quantitatem aquositatis emittere debeat.licet de ea parū ⁊ cum magno dolore emittat in capite uirge peppro ⁊ guttatim emittitur urina ab eo.sicut a patiente stranguriam.Hec itaque sunt signa quibus consideratoz comprehendere poterit dolorem in renibus prouenire ab barenis uel a renibus. Nolo tamen hic molestari ut ex predictis cōcludi possit q̄ non credam predictos dolores renales etiā prouenire ⁊ augeri a materiebus inuentis in renibus ⁊ partibus sibi adiacentibus.quoniam si nō esset propter aliud maxime hoc contingere pōt q̄ materie ibidem propter debilitatē renum prouenientem a doloribus generentur ⁊ multiplicentur.sed ueritas est q̄ dolores illi magis dependēt ab barenis ⁊ lapillis q̄ a materiebus humoralibȝ Et ideo ad curam predictoꝝ in subsequentibȝ dicendum est discurrendo primo regimen reruȝ nō naturalium.deinde tangendo regimen medicinalium.

¶ Diuisio secunda principalis de regimine rerū non naturalium unico capitulo comprehēsa ut infra sequitur.

Conuenit itaque huic viro regimen per sex res nō naturales inclinatum ad caliditatem ⁊ siccitateȝ per quod regimen uie aperte ⁊ mundificate conf' uentur.in quo etiam uis comminutionis lapilloꝝ ⁊ eductionis barenarū simul cum eis contineatur Locus itaque habitationis eius laudabilis ē.quare non multum insisto.sed si contingeret ipsum a domo elongari euitet cameras humidas terraneas uel testudinales ⁊ propinquas fontibus uel decursibus aquarum ⁊ expositas flatui uenti septentrionalis ⁊ occidentalis ⁊ renes suos conuenieter tectos conseruet.In cibis uero euitet omnia lacticinia pastilia cibaria carnes antiquas neruosas ligamentales ⁊ panniculares ⁊ dimittat panem azimum aut non bene coctum etiam non multum cōbustum.Similiter effugiat omnium leguminum vsum ⁊ maxime ciceꝛum.brodialia tamen eoꝝ et proprie cum decoctōe petrosellini feniculi dauci ⁊ similium sunt sibi bona . Carnium etiam salitarum immo ⁊ omnium aliorum ciborum misti salis vsus uituperandus est.quia duplici qualitate eorum preparant ad generationem barenarū ⁊ lapillorum ⁊ augumentum eorum . Similiter etiam res constipates uias reddentes barenas et reliquas materias ineptas motui euitare debet . sicut sunt pira citonia sorbe granata mespila iniube ⁊ consimiles.Effugere etiam debet eorum uētosabiliū in stomaho ⁊ in renibus ⁊ in uenis vsuȝ.uelut sunt lacticinia cibaria omnia mel fructus multum humidos corruptibiles ⁊ uaporosos . Cibi etiaȝ excellenter ualde unctuosi non sunt ei laudabiles.tamen melius est inclinare ad mediocriter vnctuosa q̄ macria.acuta etiam cibaria humores exiccantia uel incinerātia dimittenda sunt.uelut alle. cepe bulbus por. ⁊ similia.nisi i talibus acutis inueniretur uis attritionis ⁊ comminutionis lapillorum ⁊ barenaruȝ.sicut dicitur esse in rafano utroque in capparibus ⁊ consimilibus ⁊ cet'. De saporibus uero non placet mihi agresta nisi bene salita ⁊ vinum granatorum adhuc deterius est.Succus uero aranciorum citrangulorum et granatorum acetosorum sunt ei bona. Olera etiam frigida ⁊ humida saltem in multo usu dimittenda sunt.uelut lactuca bleta portula. spinachia cucurbi.cucu.nisi predicta artificialiter regreref'

cum calidis aperitiuis ut feniculo petro.et similibꝫ
uel cū calidis aromatibus.ut cū croco cinamomo
pipere cinamo zinzibere ⁊ similibꝫ moderato tñ
usu. Caules aut rape napi pastinace anisū daucus
⁊ cōsilia in cibariis eius sūt cōueniētia. Vino aūt
utatur colore albo substātia subtili ⁊ diafano odo
re aromatico sapore leuis dulcedinis fumositate
uel potentia sua potentiori ꝙ mediocre. Quod si
purum haberi potuerit melius est ꝙ commiscere
ei aliquam aquam. Si autem opus esset audaciā
vini frangere.fiat cum aqua cisterne ⁊ conuenien
tior esset ei aq̄ mellis pauci.aqua uero ordei nul
lo modo placet mihi nisi febris contrariū psuade
ret. Laudarem etiam ꝙ in principio ueris ⁊ hye
mis saltem per quindecim dies iste vir abstineret
a potu cuiuscumque uini ⁊ loco eius uteretur ydro
melle facto fm hunc modum. ℞ mellis albi ul' ci
trini electi librā.i.aque fontis libras.xxv.coqua
tur simul usque ad consumptionem quarte partis
deinde coletur per colatoriū spissum.postea iterū
addantur ei dauci macis zinziberis ana.ʒ.ß.cina
momi electi.ʒ.i.ß.⁊ coquantur iterū usque ad con
sumptionem sexte partis.⁊ iterū colentur.vtatur
ergo eo tēpore cibatiōis ⁊ quolibet altero et cet.
Dormitio autē conuenit ei mensure.vii.uel.viii.
horaꝝ.⁊ in summa conueniens est ei magis ad au
gumentum somni ꝙ ad augumentū uigiliarum.
dum tamen non dormiat resupinus. Circa exerci
tium autem sic ꝓcedat.ꝙ ieiuno stomacho conue
niens est ei exercitium pedestre satis longū usque
quo corpus eius ad mediocrem sudorem perduca
tur. Et loco etiam exercitii uti potest fricatiōe ex
tremaruꝫ partium a pedibus ascendendo usqꝫ ad
genua.demum ad inguina ⁊ nares inferius trahē
do usque quo membra rubicunda fiant. Procuret
etiam summopere ꝙ venter eius a cōibꝫ superflui
tatibus bene mundus existat.⁊ si non aliter saltē
cū puluere aut clisteri īferius scribendis. In reple
tione autem ciborum euitanda solicitus esse debꝫ
ita ꝙ nunquā cibum aut potum accipiat usque ad
completam saturitatē ⁊ grauitatē in stomacho p
ceptam. Si autem quandoque perciperet a reple
tione ciborum grauatum esse stomachum.tūc me
lius est ut procuret eductionem illius superfluita
tis cum uomitu prius ꝙ materiam illam ī stoma
cho corrumpi permittat. Vomitus eniꝫ ualde cō
ueniens est ei ad mundificandum ⁊ ad attrahēdū
materiam a renibus.quare isª tertii capitulo de
canonibus curationis lapidis renū. Multus vsus
uomitus post cibum expellit superfluitates per ui
am contrariam uie cuius motus est ad renes ⁊ fa
cit latus renum uacuū et mūdum.que oīa in hoc
viro sunt necessaria. Modus autē prouocandi uo
mitū leuissimus est ut accipiatur.ʒ.i.ß.syrupi sim
plicis acetosi aque decoctionis radicum uel semin
rafani.ʒ.iii.bibatur totum tepidū post cibatiōem
a cibis diuersis in qualitate quantitate ⁊ sapore.
deinde post horā ponatur digitus in fine oris agi
tationem faciendo ibi usque quo uomitus prouo-
cetur.tardetur igitur cibus post illud horis dua-
bus.deīde cibetur cibis leuibus ī qualitate et quā
titate. Si autem superfluitates percipiantur ī īfe
riori uentre congeste tunc euacuētur cū cōi cliste
ri aut cum his que supra tacta sunt inferius scri-
bendis. ¶ De accidentibus aūt anime mediocriter
se regat.ad leuem tamen iracundiam incederē cō
uenientius est ei ꝙ ad angustiā uel tristitiaꝫ. Hec
de rebus non naturalibus ita sufficiant.

¶ Diuisio tertia de regimine per medicinales itē
tiones ⁊ instrumēta sequitur.

De rebus vtilioribus huic uiro pro regimine me
dicinali.xv.occurrunt mihi instrumenta eidē ap
plicāda. Quorū aliqua preseruatiua erūt ne ma
terie generentur in renibus que oppilant eos ⁊ po
nant in eis speciem male complexionis preparātꝫ
ad generationē lapillorum ⁊ harenaruꝫ. Alia ue
ro erunt mundificatiua materierum ⁊ harenarū
in eis congestarum. Nonnulla uero minutiua ⁊ la
pillorum in eis inuentorum eductiua. Alia vero
erunt sedatiua doloris cum instantia paroxismi au
gumentati. Primum itaque de instrumentis pri
mi generis est ꝙ hic vir sēper in fine hyemis usqꝫ
ad tres annos futuros aut in principio veris eua
cuetur per hunc moduꝫ. ℞ cassiefi.de sua cāna nu
perrime extracte cū aqua sublimationis aque litos
spermatis.ʒ.ii.electuarii indi.ʒ.i.misce ⁊ bibatur
cum aqua ordei calida post quam tardetur cibus
quinque horis.⁊ tunc accipiatur cyatus unus aq̄
calide ordei zuccarate.⁊ post ipsam comedat per
horam vnam. ¶ Secūdū principale instrumētū
est ꝙ immediate post minoratiuuꝫ predictum ac
cipiat hoc digestiuum ⁊ continuet saltē octo diebꝫ
calidum in aurora ⁊ tardet post ipsū cibuꝫ horis
saltē quattuor. Cuius descriptio ℞ oximellis.ʒ.i.
syrupi de eupatorio.ʒ.ß.aque apii lupulorū ana
.ʒ.i.ß.misce ¶ Tertium principale instrumentū
ē ꝙ post digestiuum illud die immediate sequenti
accipiat hoc solutiuuꝫ. ℞ electuarii indi.ʒ.iii.reu
pontici.℈.ii.spice nardi.℈.ß.accipiat ipsum cum
aqua milii sol'. et obseruet conditiōes que supius
de minoratiuo scripte sunt ¶ Quartuꝫ instrumē
tum principale est ut diebus intermediis quibus
accipit digestiuum.si uenter eius stipticus esset ac
cipiat ante cenā immediate.℈.i.huius pulueris.
℞ polipodii quercini hermodactili ana.ʒ.i.folicu
lorum sene.ʒ.iii.anisi violaruꝫ liquiritie ana.℈.i.
tartari.ʒ.i.ß.fiat omnium per se puluis ⁊ utatur
eo ut dictum ē. ¶ Quintū singulare instrumētuꝫ
ē ut postquam euacuatus fuerit.saltē p vnū mēseꝫ
utatur hac confectione d' qua semper ante prandi
um parum.accipiat rotulam unā. ℞ specierū ele
ctuarii de seminibus descriptione Auicen.quinto
canone summa prima.ʒ.i.ß.granorꝫ milii solis.ʒ.
.i.dauci radicum polii montani liquiritie ana.ʒ.
.ß.cū aqua asparagorꝫ ⁊.ʒ.iiii.zuccari.fiat confe
ctio in rotulis paruis. ¶ Sextuꝫ uero medicamē
speciale ē ut gratia preseruationis a generatiōe ma
terierū conuertendaꝝ in lapillos ⁊ harenas et etī
am intentione mundificationis renū temporibus
sue neutralitatꝫ utatur hac decoctōne de q̄ ante ci
bum per tres horas assumat.ʒ.v.saltem omni al
terno die. ℞ scolopendrie tamarisci polii mōtani
cretani marini maioris radicū saxifra. ana.M.
.ß.se.maluauisci.M.i.ß.coquantur in libris.v.aq̄
usque ad consumptionē medietatis.deinde supad
dantur eis aceti squillitici.ʒ.v.⁊ iterum coquatur
usque ad consumptionē quinte partis ⁊ post cola
turam eius exhibeatur cū.ʒ.ß.penidiaꝝ.hec eniꝫ
medicamina ut dictum est non solū preseruatiua
sed curatiua sunt.quare isª tertii capitulo de cō
minuentibus lapides sic inquit. Et quandoqꝫ dā
tur in potu aque in quibus coquntur camepitheos

Modus prouocandi vomitū

⁊ polium et calamentum ⁊ silelcos ⁊ radix tribuli ⁊ fructus malue ⁊ capillorū ve. ⁊ uizga pastoris ⁊ radix tamarisci ⁊ radix eupatorii ⁊ semen altee ⁊ samurion ⁊ est apium silvestre. ut colligitur 14ª tertii capitulo de cura ascitis. ⁊ 'lagaster. i. ⁊ pulelegium ⁊ alia ex diureticis. Et cum administrātur tempore sanitatis prohibent generationē lapidis.

apostematum ⁊ post ipsam minorādo ⁊ educēdo materiam. Secundum vero mundificatiuum ⁊ ventris lenitiuum est administratio. ii. ℥. mucil laginis psilii cum aqua decoctionis radicū malua rum ⁊ hoc quidem est potentius ad infrigidandū ꝙ ad educendum. Tertium mundificatiuū cū sedatione doloris est dare in potu. ℥. iii. aque mel lis ⁊ ʒ. s. croci. Et si volueris mundificare ⁊ do lorem sedare cum frigidis potens medicina est aqua mellis facta cum emulsione ℥. s. granorum papaueris albi. Et si volueris leniendo iter mū dificare ⁊ dolorem sedare cum calidis ⁊ humidis dentur ℥. iiii. aque mellis frigide cum decoctiōe ℥. s. granorum recentium pinearum: Hec quidē omnia sunt flores medicinarum electarum vbi- cunqȝ perlegeris. Preter hec omnia mūdificare lenire et abstergere potes cum aqua decoctionis alubleb dando in potu ex ea. ℥. iiii. cum. ℥. i. zucca ri rubei ⁊ videbis nobile iuuamentum. Est autem alubleb ſm rei veritatem volubilis minor licet plurimi crediderint ipsam esse mercurialem. licet tamen vtraqȝ illarum conueniens est predictis. semper vnum medicinale principiū operatiuum adiungendo. ⁊ est qd in cura cuiuscunqȝ dispōnis epatis in omni medicina. imo ⁊ in cibis epatice medicine adiungende sunt frigide in calidis et calide in frigidis. Exemplum primi vt spodium ⁊ rosa. Exemplum secundi vt eupatorium absin thium sandonicum mastix ⁊ similia. Aliud aūt ingenium diuertendi materiam esse posset vomi tus. propterea quia diuertit materias antecedē tes que sunt parate transire in conimctas. vt pȝ 4ª primi capitulo 13°. Si enim ipse confert in cura vlcerum renum ⁊ vesice vt ibidem colligitur quid repugnat quin conferre possit in cura vlcer epatis. Tertium diuersiuum esse potest prouo catio sudoris. de quo tamen non vehementer cō fido ⁊ propter longitudinem viarum sudoris ad epar. Et secundo propter grossitudinem materie rum. Et tertio iterum quia oporteret ꝙ medici ne sudoratine que diuertere deberent materias tales essent fortes. ⁊ fortium prouocantium admi nistratio reprobata est ex sententia Auicenne su perius allegata quare cet. Et quarto iter ratio est quia omnia prouocatiua sudoris etiam sunt prouocatiua vrine vt a sapientum fonte colligere potui. sed prouocantia vrinam non placuerunt supra ne iungant in ardorem. ergo cet. Si aūt negaretur ꝙ ea que prouocant sudorem non pro uocent vrinam dentur ab aduersario ⁊ rñdebit̄ ei. Quartum iterū ingenium diuertendi ma terias ⁊ securum ⁊ vtile esset aperire emorroides in viro isto ⁊ menstrua in muliere de quibus ali quid lege supra in generali diuersione ⁊ in intē tione curationis. Hec quidem de intentione scda dicta sufficiant. Iam autem instat tempus expe diendi tertiam intentionem que fuit cōmensura re regimen ex parte ciborum ⁊ potuum cuius de clarationi premittendum est ꝙ aliud est regimē ex parte nutricationis quod conuenit in cura hu ius dispositōnis in tempore in quo necessaria est mundificatio. Aliud vero debet esse regimen qn̄ necessaria est incarnatio. aliud vero ⁊ diuersum quando fieri debet consolidatio. Cum enim necessa ria est mundificatio indigemus medicina que cū cibis ⁊ potibus cōmisceatur que lauādo ⁊ leuiter

abstergendo deponat superfluitates que inveniũt in poris membrorum ⁊ concauitatibus venarũ que sunt sibi propinque. quales sunt pultes ex ordeo cocte cum brodio pulli. Debemus enim intendere conuenienti nutricatõni eo quia talia vlcera licet sint in principio vniuersali eorum successerunt tamẽ eruptioni apostematũ in epate que fit in crisi ⁊ in tẽpore status vniuersalis in quorum vtroqꝫ necesse est subuenire virtuti cuꝫ cibalibus saniem mundificantibus cum lauatiuis ⁊ abstergentibus. Deinde cũ vlterius procedit augumentum saniei in vlceribus necesse est iterũ virtuti subuenire cum his que nutricatione conuenienti magis sustentant eaꝫ. eo quia notabiliter debilitatur ex parte dispositionis vlcerum tam in augumento ꝙ in principio eorũ vniuersali. licet tamen aggregatum ex debilitate remanente in tempore apostematum ⁊ apertionis eoruꝫ et vlcerum fortius ⁊ maiorem debilitatem includat in principio vniuersali ꝙ sola debilitas que concomitatur vlcera in augumento vniuersali eorum Et iste quideꝫ est punctus ardue speculationis variam dictationis administrationeꝫ includẽs sm varietatẽ debilitatis virtutis per se ab vlceribꝫ consequentis. aut ab eis et a dispositionibus precedentibus. Post hoc autem iterũ adhuc cũ cibis cibalibus maioris nutricationis procedendũ est in tempore status vlceruꝫ ꝙ in principio ⁊ augumento eorũ vniuersalibus. In sũma igit͛ regimen ex parte ciborum in principio taliũ vlcerũ curationis debet esse notabiliter nutritiuuꝫ et cũ medicinis leuis ablutionis ⁊ abstersionis cõfractuu. In augumento vero vniuersali eorũ debet esse maioris nutricationis ꝙ in principio. ⁊ confractũ cum medicinis abstersionis fortioris. Si enim in principio administrabantur ea que sunt sicut mulsa pauci mellis ⁊ pauce decoctiõis sicut decoctio passularum nigrarum cuꝫ cibis. Et sicut decoctio seminum malue ⁊ altee sparagi ⁊ similiuꝫ. In augumento administrari debẽt cum cibis ea que sunt sicut decoctio polii montani eupatorii ysopi aut ficuum siccarum ⁊ fenugreci ⁊ similium. In statu vero oportet vt intendamus virtuti cum his que sunt vehementis confortatõnis eius in quibus ponuntur. aut ante quos cibos exhibent͛ mundificantia vt pillule decoctõnes sublimationes facte cum rubea tinctorum eupatorio dauco spica peonia cẽtaurea minore ⁊ similibus. ⁊ est sententia Auicenne capitulo preallegato in parasso. Et vtatur medicinis in quibus sunt apertio subtiliatio ⁊ etiaꝫ confortatio que fit masticẽ permiscendo cum his cibariis. aut ipsum anteponendo eis. et sunt omnes sermones de cibatione allegato capitulo collecti in fine eius dum inquit Cum apostema rumpitur ⁊ mundificatur necessaria sunt ea que confortant. sicut aqua carnis ⁊ aq̃ arietine ⁊ edine ⁊ auium tenerarum ⁊ eorũ iura cum aceto. s. pauco condita sine spetiebus. s. fortibus ⁊ vitelli ouorum sorbilium ⁊ similia ⁊ parũ vini. s. albi subtilis nõ valde fumosi ⁊ aromatici vt sequitur in littera. Et vtatur odoramentis cõfortatiuis. Hec de intentione tertia subtiliter tñ consideranda ita pertranseant. Ea vero cum quibus quarta principalis intentio. s. regenerãdi carnem imo ⁊ incarnandi completur licet multa conscribi possent. soluꝫ tamen illa conscribaꝫ que mihi vtiliora videntur et euacuata a vehementi caliditate. que debẽt esse coagulantes ⁊ mertẽtes temperatuꝫ sanguinẽ in carnem. sicut esset aqua arnoglosse cuꝫ ydromelle cõmixta ⁊ folia arboris pini cum ydromelle cocta ⁊ folia cupressi. Et de elegantioribus sunt radices pẽtafilonis ⁊ centaurea minor. ex quibus cum melle fiant electuaria vel confectiones. ⁊ folia caude equine radix yreos recentis ⁊ polium montanum ⁊ sandonicũ sandaricon a Serapione nominatum capitulo de absinthio. et lac acetosum quod valde conglutinat vlcera magna vt 4ª quarti tractatu primo octauo capitulo colligenduꝫ. Res vero que sunt incarnantes sunt medicine omnes que sua glutinositate ⁊ exiccatione distantia vlcerum labia ꝯglutinant. Et de simplicibus quidem nomĩatis sunt cortices arboris pini ⁊ resina puluerizata in pillulas ⁊ electuaria confecta. ⁊ puluis abrotani assati ⁊ vermes terrestres combusti et ossa combusta ⁊ aristologia rotũda ⁊ pes alachoem ⁊ est pes coruinus et oppoponacum et reliqua colligenda 4ª primi 9º caº: De compositis vero medicina solemnis est hiera simplex Galieni descripta septimo terrap. capº de cura plenitudinis tunicarum stomachi. quam exhibere soleo cum ydromelle. et est in ea mirabilis intentio mũdificandi regenerandi incarnãdi imo ⁊ consolidandi. quod facile probaretur per virtutes eorũ que in sua descriptione recipiuntur. At vero iterum conuenienter talia vlcera mundificat ⁊ in eis carnẽ regenerat ⁊ vsqꝫ ad consolidationeꝫ perducit exhibere. ʒ. i. tiriace Andromaci cũ. ii. ʒ. aque mellis. Et ꝯfert etiam ad illud tiriaca diatesseron ⁊ metridatum ⁊ trocisci al'ke'kengi ⁊ multa alia quoruꝫ memoria inferius apparebit. Ego vero licet multa de predictis medicaminibꝫ in vsu viderĩ vtilia frequenti tamẽ et cottidiano exercitio in similibus dispositionibus vlcerum epatis et omnium urine viarum vti soleo duobus compositis acceptis a Galieno octauo. x. tractatuũ capitulo 2º que mirabiliter collaudat ⁊ approbat. Et accepit ab Andromaco in libro de cura passionũ intrinsecarum. Et primum quideꝫ compositũ sm serieꝫ littere Andromaci est confectio chiteoda ad epaticos ⁊ ad ea que in torace omnia. carnium passularum. ʒ. xxv. croci. ʒ. i. calami aromatici bdellii cinamõi ana aur̃. i. cassie lignee aur̃. ß. spice aur̃. iii. sqnanti aur̃. ii. ß. mirre terbentine ana. ʒ. iiii. limature aspalti. ʒ. ii. mellis. ʒ. xvi. vini. quantum sufficit fiat electuarium cuius exhibeatur. ʒ. i. aut ii. cum decoctiõe passularum vel aliqua de predictis. ⁊ vide ibi seriem littere Galieni ꝓbantis inductiue ex quolibet simplicium ꝙ tale compositum mirabilis est efficatie. Neqꝫ enim illius lr̃e seriem scribere volui ne audiẽtes fastidio afficiã.

Secundum vero speciale compositũ ibi a Galieno scriptum in fine preallegati capituli iterũ est nobilis iuuamẽti. Cuius littere series est talis Alia supple confectio potabilis ad epaticos splenticos nefreticos ⁊ idropicos. Iuuat etiaꝫ stomaticos ⁊ eas que a partu molestantur ⁊ eos qui ab infirmitatibus resumũtur et cacochimos et ictericos et tussiculosos et pleureticos et ad farmaca mortalia et ad morsuꝫ feraruꝫ ℞ nardi indiani ʒ. viii: costi. ʒ. ii. cassie croci ana. ʒ. i. piperis albi obulos. ii. seminum apii petrosilii yreos accori

opobalsami ana.ʒ.i.succi iari masculi.ʒ.iii. pastil
larum enucleatarum.ʒ.vi.permisce cum dulci.i.
cum sapa vel cum melle ⁊ da cum decoctionibus
eorum lege ibi. Per ea autem que nūc scripta
sunt non dubito quintā intentionem adimplere
posse.s.cum solidatiuis vlcerum iam dictorum.⁊
proprie per exhibitionem eorum que sunt sicut
abrotanum ossa adusta centaurea minor ⁊ iterū
puluis ostracorum ⁊ puluis cornu cerui vsti/spo
dium specialiter ⁊ sarcocolla nutrita in decoctiōe
thuris. Et de compositis sunt sicut hoc ℞ thu
ris corticum arboris pini gallarum cupressi et
centauree minoris ana ʒ.i.ostracorum ⁊ ossium
combustorum ana.ʒ.i.ſ. corallorum rubeorum
spodii ana.℈.ii. puluerizentur omnia per se sub
tilissime ⁊ de hoc puluere in potu det' a.ʒ.i.vsq
ad.v.in aurora ⁊ ante cenam cum aqua decoctio
nis seminum rosarum. Ego etiā in intentio
ne hac consolidandi sepissime vsus sum aqua plā
taginis ⁊ aqua sublimationis trium specierum
consolide ⁊ aqua sublimationis corticum grana
torum recentium ⁊ aqua sublimationis gallarū
cupressi ingenio meo inuenta optima est ad con
solidandum omnia vlcera intrinseca immo ⁊ ex
trinseci cuiuscunq membri ⁊ tu elige meliora.
Hec de cura nocumenti vrine prouenientis ex
raptu materierum putridarum ab epate ad vri
ne vias.que etiam iuuamentum suum cōmunica
re possunt omnibus fere vlceribus interiorū mē
brorum vt intelligi potest ex predictis.

Capitulū nonū de cura ardoris vrine ꝓueniē
tis ab vlceribus renum.

Iam autem peruenire oportet ad curā ardoris
vrine prouenientis ex effusione materierum a
renibus propter vlcera in eis existentia.Et licet
vlcera renum conuenientiā habeant in simul cū
vlceribus vesice ex parte causarum efficientium
illa ⁊ etiam ex parte curationis. Uerūtamen vt
clarius ⁊ distinctius curationis ingenium habea
tur per se capitulum faciam de curatione vlcerū
renum. deinde simul in alio capitulo sermonem
faciam de curatione vlcerum pororū vritidorꝫ
⁊ vesice simul.Ex quibus apparebit modus cura
tionis ardoris prouenientis ab illis. Sunt ergo
vlcerum renum ⁊ vesice vniuersales cause eedē
cum causis vlcerum cuiuscunq partis. que.redu
cuntur ad tria genera causarum vniuersalium.

Et prima quidem causa est eruptio adubelati
i.apostematis iam in saniem conuersi. Secūda
vero est conuersio vulneris in vlcera per genera
tionem puris in ipsum. Tertia est eruptio pustu
larum per inuentionem corrosiue materie in eis
dem inuente.lege hanc sententiam secūda primi
doctrina 2ª et sūma 2ª capitulo 17°. Preter has
tamen vniuersales vlcerum causas alie speciales
vlcerum in renibus vritidibus ⁊ vesica inueniū
tur a sapientibus assignate cause. Quarum vna
est descensus lapillorum per vias predictorum
membrorum.Cum enim vie renum vritidorū
⁊ vesice sunt notabiliter stricte ⁊ contingit lapi-
dem a virtute vehementer impelli.non est mirū
si frequenter sua asperitate excoriationem faciat
in illis.⁊ maxime quia tales lapilli plurimum in
ueniuntur angulosi ⁊ eminentias habere acutas
a quibus fit solutio continuitatis in viis per q̄s
angustiose impelluntur. Ex quo apparet ꝙ talis
lapillorū transitus nō est imediata causa vlceris
Imo vulneris precedentis ipsa vulnera. Nūdū
enim solutio continuitatis vlcus nominatur nisi
quando iam in ipsa pus vel virulentia fuerit cō
genita. Secunda vero specialis causa vlcerū
renū est inuentio materierum siue acuitate na
turali vt colerice materie siue acuitate acciden
tali sint acute vt aduste ⁊ salse. Que quidam ma
terie ⁊ licet contingat esse subtiles facile penetra
biles tamen quia transeunt per angustas vias in
eisdem retente sunt cause vulnerum primo ⁊ vl
cerum secundo vt iam dictū est. Tertia vero
specialis causa vlcerum in predictis viis est inuē
tio materierū que grosse ⁊ viscose sunt que sunt
causa solutionis continuitatis accidentalis.Cum
enim materie iam predicte sint multum fixe et
inuiscate mēbris predictis. que angusta sunt nō
possunt a membris sepearari nisi cum vehementi
conatu ⁊ impulsione virtutis ad quę sequitur so
lutio continuitatis per viam magne extensionis
Et iterum fortasse quia medicus percipiens illa
rum materierum multitudinem ⁊ fixionem intē
dens eradicationem earum procedit in pluribꝰ
cum diureticis et abstersiuis calidis et nōbiliter
acutis.quare materie aliqualiter acute fiūt a pre
dictis ⁊ vlcerant. Inter tamen vlcera predicta
frequentius eueniunt illa que fiunt a lapide et a
materiebus acutis et ab eruptione apostematis
que tamē in malitia et bonitate eorꝫ differūt ſm
magnitudinē eorū ⁊ ſm longitudinē temporis
⁊ ſm prauitatem puris ⁊ virus que generant in
eis.Nam de vlceribus ⁊ aliis solutionibus conti
nuitatis que inueniuntur in renibus illa in qui-
bus inueniunt' materie minoris malitie nō sunt
magni timoris Illa vero in quibus inueniuntur
materie acute aut alterius malitie sunt magni
timoris.propterea quia faciunt accidere dilata
tionem.s.magnam ⁊ producunt ad perditionē.
Cum enim in renibus facta est magna ⁊ profun
da solutio cōtinuitatis ⁊ ꝓprie penetrās vtrūq
latus que vocatur disruptio.omnis talis est mor
talis auctoritate Hipo. afforismorū sexta. que
allegatur ab Auicenna cuius omnes isti sunt ser
mones i8ª tertii 2° tractatu 8° capitulo.

Capitulum decimum de signis ardoris vrine
prouenientis ab aliis causis preterq̄ a lapide

Horum igitur predictorum vlcerum signa colli
gi possūt ex eius causis. Et primi generis cau
sarum vniuersaliū signa sunt vt postq̄ medicus
percipit fuisse in renibus apostema cōmunicatū
permixtio febriū cū inordinato euentu rigoris
⁊ aliorum accidentium concomitantium febres.
vt pulsatione notabili posterius in loco renū in
uenta cum dolore grauatiuo ⁊ extensiuo ⁊ pungi
tiuo ibidem perseuerantibus cū difficultate mic
tus ⁊ vrinarum acutarum eductione et cum gra
uitate totius fere corporis quantum ad motum
ꝓgressiuū.Et cū iterū ꝓpendit medicus febres
dolorem pulsationem ⁊ calorem in loco predcō
diminui. iam poterit comprehendere materiā
apostematis in saniē fuisse conuersam. cumq ꝑ
cipiet cum anxietate ⁊ angustia magna paulo añ
precedentibus fieri saniei ⁊ sanguinis mictū cū
vrina multum iam sufficienter demonstratiue
deducere poterit vlcus i renibꝫ vel aliis mēbris
esse secutum eruptionem apostematis predicti.

Hec sunt ꝯgregata signa vlcerum renū succedentiū apostematibus eruptis hincide collecā. Signa vero vlcerum predictorum membrorum que sequuntur ad vulnera taliter intelligi possunt vt si quidem fuerint vulnera facta a primitiuis causis vt cum stilo vl' alia penetrante re cognoscitur ex loco renum. Et si fuerit penetrās vulnus cognoscetur. eo quia per ipsum egredit' vrina. ⁊ sanguis qui inde deducitur est rubeus ⁊ clarus ⁊ dolor pūgitiuus in vulnere percipit' qui sequitur acuitatē a qua non euacuatur vrina: Si autem ab aliis primitiuis causis eueniunt talia vlcera vt vidi sepe contingere ⁊ paucis ante diebus ex comestione fungorum citrinorū ⁊ ex haustu cantaridarum vel similium rerum acutarum. tunc signa eorum inuestigari debent ex eorum assumptione. Si aūt lateat talium assumptio propter carentiam informationis vel ab astantibus ⁊ ab egro. tunc oportet te esse peritum in inuestigatione signorum que sequuntur ad assumptionem talium materierum male qualitatis. ex his que scribuntur 6ª quarti primo ⁊ secundo tractatibus. ⁊ tunc inuenies ibi fundamenta. Qui enim in potu cantarides accepit vehementiam ⁊ multitudinē mictus incurrit cum ingenti ardore ⁊ excoriatione viarū vrine ⁊ sanguinis eductione notabiliter. ⁊ hec est ipsarum mala proprietas in tantum ꝙ ex sola ipsarum appositione super police pedis. hec omnia accidētia maxīe vidi seq. Et habes eius testimonium paulo ante visum a Francisco braca ciue paduano cui ex appositione ipsarum super genu suo inciderunt predicta accidentia cum mictu sanguinis pluriū ꝙ quinq3 librarum ⁊cet'. Signa vero que accipe potes ex ardore vrine consequente solutionē continuitatis in viis vrinalibus factam ex comestione fungorum 6ª quarti tractatu primo sūma 2ª de medicinis acceptis ex plantis frigidis. Sunt enim ex tuberibus. quedam species male ex toto genere substantiam nostram corrumpentes. Alie vero species licet ex forma sua quam ex principiis contraxerunt non efficient hec. accidentaliter tamen substantiam nostram corrumpunt. eo quia orte fuerūt in locis prope plantas male qualitatis. aut quia contingenter in loco sue natiuitatis mortuus fuerat serpens vel animal corruptiuum a quibus oībus alimentum attractū fuit ex terra a predcis venenata. et tu ꝯsidera quantū oportet speculari medicum. Et fuit hic processus paulo ante a me obseruatus in nobili viro Matheo de cumis. cui ex comestione fungorum acciderunt strangulatio cōstrictio anhelitus infrigidatio stomachi rugitus ⁊ singultus ⁊ puncture in ventre ⁊ excoriatio cum vehementi ardore mingendi. scribuntur hec omnia ab Auicēna 6ª quarti allegato capitulo lege ibi. Ex quibus etiam velut ex fundamento percipere potest signa aliarum specierum solutionis continuitatis que sunt causa vlcerum in predictis membris. Signa vero tertii generis causarum vniuersalium solutionis continuitatis in renibus ⁊ vesica que sequuntur corruptionem in pustulis ⁊ bothor in predictis mēbris existētibus cognoscūtur eo modo quo vlcera in renibus ⁊ aliis facta propter eruptionē apostematum nisi quia omnia accidentia ibidem scripta sunt valde leuia. Quanta enim est apostematum malitia ex pte quantitatis ⁊ qualitatis materierum ipsarum tanta debent esse conformiter accidētia sed bothor materia necessario est parua. Igit' acuitas earum non potest esse intensiue valde magna si alia fuerint parua.

Capitulum vndecimū de signis ardoris vrine prouenientis a lapide in renibus ⁊ distractiōe doloris eius a colica.

Signa vero vlcerum que sequuntur solutionem continuitatis in renibus factam ex impulsione lapillorum sunt ista sequentia. que quidem significant lapidem in renibus fuisse ⁊ ab eis descēdisse Signorū autem significantium lapidē in renibus alia sunt que sumūtur ex parte loci. alia vero ex parte permutationis doloris. alia vero sumuntur ex parte accidentium stomacho ⁊ intestinis cōsequentium. reliqua vero ex parte vrinarū. Ex parte quidem loci. quoniam lapidem in renibus existentem significat fixio doloris in loco vbi situantur renes sinistro vel dextro ꝭm ꝙ contingit lapidem esse in altero renum vel in vtrisq3. ⁊ est dolor ille non valde magnus nisi contingat lapidem esse notabiliter magnum. qui dolor semper incipit ibidem ⁊ fixus permanet. In colica vero gratia consequētie doctrine ⁊ differētie signorum dolor est magnus. Et adhuc incipit in inferiori parte dextri lateris. Ibidem enim a monoculo intestino ad caput colon īcipit ⁊ ascendit per ypocūdrium dextrum super fundo stomachi. quare nō remanet fixus sicut dolor renalis. licet etiam colica quādoq3 incipiat a sinistra parte sed illud est valde raro. Signa vero lapidis in renibus accepta ex secundo genere signorum videlicet ex pmutatione doloris sunt tria. Dolor sequēs lapidē in renibus versus superiores partes magis ascēdit ⁊ raro vsq3 ad inguina pertransit. Colicus vero dolor q̄ndoq3 extēditur vsq3 ad pectinē. Amplius dolor renalis ⁊ si quandoq3 descēdat versus anteriores partes. fortior tamē est in posteriori pte renum. Colicus vero dolor econtra se habet. Amplius dolor renalis īcipit quādoq3 ī ptibus dorsi aut terminat ad eas. colicus vero nō. Signa vero que ex tertio genere sumūtur sunt ꝗa nausea abominatio subuersio fastidium et vomitus. licet deueniāt cum dolore renum a lapide. ⁊ etiā colica cōmunicent ad inuicem hii duo dolores in accidētibus istis. Iuuamētum tamen ex vomitu in dolore renum est minus ꝙ idem existat in colica. Signa vero que sumuntur ex quarto genere signorum. s. ex vrina ⁊ reliquis exeuntibus sunt. quoniam generationem lapidis in renibus precedit quādoq3 albedo vrinarum ⁊ causa in illo est dominiū flegmatis quod est causa materialis lapidis. Amplius illius causa potest esse opilatio ab eadem materia in viis facta. propter qđ aquositas sola elemento aque in colore similis egreditur. Et iterum vrine habētes lapidem renū tenues precedūt generatiōem eius propter easdem causas. Cum autem ex materia illa lapis quidam iam generatur cum fiat a calore excoquēte ⁊ assante materiam illam. necesse est ꝙ notabiliter calefiat ⁊ ebuliat. quare mingūtur vrine q̄nq3 nigre fere sicut atramētum propter fortem ebulitōem in massa sanguinea factam. Et si cōtigat sanguini misceri colericā materia multā tūc exit vrina nigredo declināns ad aliqualem citrinitatem. Si autem sanguini misceatur melancolica materia

color erit notabiliter vera nigredine opacus. nisi
vincente sanguine nõ nobiliter ab alia materia
refracto. erit vrinarum nigredo ad rubedinẽ in
clinata. Cum autem contigerit lapidem iam esse
genitũ. tunc minguntur vrine tenuissime. eo q2
clausis viis sola cribratur aquositas. In colica vo
nequaq̃ apparẽt signa nisi fuerint complicata cũ
calculo predicto. Amplius dolorem renalẽ pre
cedit mictus multe harene vt in pluribus. ⁊ iterũ
succedit talis mictus declinationi doloris renũ
huius. eo quia aut de loco cõmouetur lapillus aut
cõminuitur cũ medicinis sm partem vel sm to
tum. cedit ergo arenulis que simul cum aquosita
te educuntur. Hec vero accidentia nequaq̃ pre
cedunt neq3 concomitantur colicam. Ipsam vero
concomitatur magnus in ventre rugitus vento
sitatũ per superiora aut inferiora aut vtrinq3
precipitatio mucorum aut squibalarum eductio
clisteribus vel opere nature fcã ⁊ alleuiari a car
minantibus ventositatem ⁊ clisteribus anodinis
⁊ cum his ⁊ calefactiuis. Renalis vero dolor pre
dictus diureticis ⁊ cõminuitiuis lapidũ ⁊ expul
siuis harenularum iuuamentũ nõbiliter accipit
Et si iterũ renalis dolor quisq̃ intenditur tem
pore vacuitatis stomachi a cibo. ⁊ causa ĩ illo est
quia rudes ciborum partes ab expulsiua virtute
propulse sunt ad intestina. que recipiuntur in yli
on magne extensionis existens. Unde sua corpu
lentia ⁊ grauitate grauando renes dolorẽ in eis
augmentat. Colicus vero dolor econtra se habet
quoniam post assumptum cibum intenditur. ⁊ cã
est quia cibus in fundo stomachi congregatus ex
tendit ipsum ⁊ sumere facit versus anterius. eo
quia posterius extendi non potest resistentia spõ
dilium. Cum ergo super fundo eius intestinũ
colon superiaceat cum reuolutione sua necesse est
ipsum comprimi inter superficiem conuexã sto
machi ⁊ concauam mirach sed in tali compressio
ne necessario intenditur dolor si ipsa nobilis fue
rit. Igitur in colico dolor intẽdit post assumptũ
cibum vt erat arguendũ. Hec sunt signa presen
tie lapidis in renibus ⁊ distinguentia ipsum a co
lico vt ex sententiis illustrium auctorum accipi
conuenienter possunt. Et tu lege horum plurima
interiorum 5° 2° capit'o ⁊ 16ª tertii tractatu 3°
capitulo de differẽtia inter hec duo ptĩ 19ª ter
tii capitulo de signis lapidũ renũ et a Paulo p°
practice capitulo proprio ⁊ pluries alibi qd alle
gare dimitto fastidium euitans.

Capitulũ duodecimũ de signis excoriationis prouenientis in vrinalibus viis ex descensu lapidis per eas cũ sermone in eo de stranguria ⁊ aliis.

At vero signa descensus lapidis a renibus in ve
sicã sunt fortis cõmotio in renibus ac si res que
prius sensu tactus percipiebatur fixa ⁊ suspensa
sentiatur a loco illo separi et ad inferiora descende
re cum ingenti dolore. propterea quia est necessa
rium panniculũ colatoriũ renum in poris suis
dilatari virtute ingenti conatu lapillum impellẽ
te. Et est quãdoq3 impulsio lapilli ⁊ magni adeo
fortis vt colatorium illud dirumpatur ⁊ sequitur
ipsum mictus saguinis cum vrina. Secundũ
vero signũ est processio doloris ab inferiori pte
renum per laterales partes spondilium cũ descẽ
su versus alkatim ⁊ grauitate partium illarum
extensione forti. ⁊ causa in illo est impulsio la
pilli per vritides poros. Tertium signum est
fixio doloris in superiori parte alkatim ⁊ est lo
cus vnde inferior vritidorum pars fundi vesice
substantiam ingreditur. Cum enim lapis ibi re
cipitur oportet ipsũ aliquam contrahere morã
anteq̃ in concauum vesice recipiatur ⁊ hoc ɔtigit
propter aliquam trium causarum principalium
vel propter omnes. Et prima quidem est quia
vesice foramina angusta sunt per que non nisi cũ
difficultate transire potest lapis. Et causa scda
est quia foramina vesice non sibi ĩmediate ĩuicẽ
obuiant. imo vnum ab alio distanter superemĩet
alteri quandoq3 per duos digitos. Et 3ª causa
est quia in precedenti lapidis impulsione a reni
bus vsq3 ad vesicam exclusiue iã debilitata fuit
virtus que vehementiã impulsionis continuare
non potest eque potenter. Quartum signũ est
subsequens predictis ⁊ est quia dolor iã in reni
bus preexistens ⁊ vritidibus iam notabiliter al
leuiatus est. Cũ ergo contingit virtute continu
ante propulsione lapidis ipsum in vesice concaui
tate recipit. Iam sequitur quintum signum et
est multitudinis vrine grosse harenose nigre ⁊ ed
mucose expulsio tam in quantitate cõtinua q̃ in
discreta. ⁊ erit in ea lapillorum multitudo sic q͛
quandoq3 plures 40 lapillos expulsos vidi. Hec
omnia facile intelligere potes ⁊ eorum causas si
anothomie scientiam noueris per experientiam

Ex quorũ etiam fundamento facile deducere
potes qualiter ad lapillorum renum eductionem
sepe sequatur stranguria que est impotentia emissi
onis vrine vt patet sexto de accidenti et morbo
tractatu secundo capitulo de exeuntium causis
diuersorum vbi inquit. Urina vero exire prohi
betur dum vesica eam expellere nequit. aut dum
via per quod penetrat clauditur hec dispositio strã
guria nominatur ita q͛ quandoq3 sola imbecilli
tas virtutis ad expellendũ est causa strangurie
Aut opilatio colli vesice prohibens ipsam exire
sed ista duo facile sequi possunt ad predicta. Igitur
stranguria ad eductionem harenarum a renibus
ad vesicam facile consequetur et considera hoc se
pius euenire rationabiliter. Et ex his iterum
correlarie concludi potest causa doloris subse
quẽtis lapillos aut ĩ renibus existẽtes aut ab eisdẽ
ad vesicam propulsos. Et primum quidẽ mõ
stratur. quoniam cum a lapillis vie renum nota
biliter opilantur inde descendere non potest nisi
sola aquositas sed contingit ipsam esse acutã. eo
quia propter diuturnitatem more ipsius in reni
bus ⁊ in emulgentibus a calore fuit excocta cõue
nienter vnde acuitatem vel salsedinẽ acquisiuit
Aut acuitatem habet vllam. eo quia colerice aut
aduste materie vel salse fuerint eidem cõmixte.
sed talis vrina ad collum vesice propulsa dolorẽ
mordicatiuũ ⁊ pungitiuũ efficiens in ea est iterũ
causa doloris in extremitate pudibundi eueniẽs
quare ex presentia lapidis in renibus ⁊ harenula
rum in collo vesice existentium facile sequi potest
ardor in vrina quod erat arguendum. ⁊ ɔsidera
diligẽter quia in viro illo magna ardoris vrine
causa fuit ⁊ est lapis in renibus ⁊ harenarũ mul
titudo in eis ⁊ in vesica inuenta. ⁊ percipies hãc
esse rei veritatem cum diligenti consideratione.
Adhuc etiã considerandũ q͛ lapidei et harenule

multitudine, quantitate sua angulorum suorum varietate ⁊ longa perseueratione trāsitus p ptes renum et vesice excoriando vlcera in eis efficere possunt q̄ oīa superius suis ratiōibus videnť esse deducta conuenienter. Ex quibus iam apparet complementum causarum vlceris in renibus et vritidibus ⁊ ī vesica ⁊ adhuc in canali virge. q̄re reliquum iam superest omnium horum vlceruꝫ renuꝫ canones curationis ⁊ instrumenta conscri bere.

Capitulum decimumtertiuꝫ de cura ardoris vrine prouenientis ab vlceribus renuꝫ factis ab acutis materiebus ab exituris pustulis et ab harenis. et est sermo de cura strangurie et dissurie.

Pro cura igitur vlcerum in renibus existentiuꝫ gratia complementi operis p̄mittendū primo q̄ omnia ista vlcera cōmunicant inuicē generali curatione ipsorum. Et si qua varietas in curatio ne assignari potest est quia varia est curatio ſm varietatem temporum istarum egritudinum in se consideratorum. Secundo etiam potest esse varietas ex parte instrumentorum. que p tertiā operationē respicere debent vlcera non vt talia sed vt renuꝫ tales dispositiones. Licet eniꝫ oīuꝫ vlcerum cura perficiatur per exiccantia. per alia tamen et varia exiccantia curantur vlcera pecto ris vt cum yreos ysopo aristologia vtraque. Et vlcera renum vt cum semine alkēkengi radice liquiritie pentafilōne cauda equina ⁊ sic de aliis vlceribus. Ita q̄ intentiones in cura vlcerum re num sex videntur ab auctoribus colligi posse. Et prima quidem intentio est materiei exuberā tis minoratiua euacuatio. Secunda vero est ip sarum diuersio. Et tertia quidem est vlceruꝫ cuꝫ leuibus medicinis mūdificatio. Et hee tres intē tiones fulciri debent in tota latitudine vniuersa lis principii ⁊ prime partis augumenti eorum. Quarta vero intentio est ipsorum mundificatio cum abstersione conuenienti que obseruari debꝫ a secunda parte augumenti vniuersalis vsq̄ per totam parteꝫ status vniuersalis. Quinta ītentio est accidentium correctio que non solum in statu sed etiam in augumento vtilis est. Sexta ⁊ vltia intentio est vlcerum fortis abstersio et exiccatio cum regeneratiuis ⁊ incarnatiuis ⁊ finaliter con solidatio cum exiccatiuis sua stipticitate superfi ciem cutis consolidantibus. Et prima quideꝫ intentio licet multis instrumentis cōpleri possit solemnius tamen ⁊ famose laudatum ab auctori bus est cassia fistula. Ipsa enim est res magna in curationibus renuꝫ. nam cuꝫ ipsa ponit̃ in cliste ribus et cum his que bibuntur euacuat sine labo re ⁊ sociat sibi euacuationem. s. per vrinam aut associat sibi iuuamenta alia. s. leniendi mundifi candi ⁊ sedandi doloreꝫ 18ª tertii tractatu scd̄o capitulo de cura apostēmatū renuꝫ. Ex ipsa igit̃ exhibeatur ab ℥. i. vsq̄ ad. ii. cum aqua ordei. Et mundificatiuum iterum leue huic simile erit ex bibere in potu. ℥. i. ʃ. electuarii diaprunis simpli cis. ⁊ leuius ill' est dari. ℥. ii. mucillaginis muche ite cum aqua ordei vel decoctione prunoruꝫ. Et quartum est exhibere manne. ℥. ii. cum aqua pru norū. ⁊ fortius illis vt in fine principii poterit esse electuarium de psillio cuius exhiberi possunt ʒ. iii. vsq̄ ad. iiii. cum aqua decoctionis liquiritie

Taceo hic minoratiuam euacuationem per flebo tomiam et per vomitum fiendam. De his enim omnibus supra in generalibus intentionibus cu rationis huius causa visum est. Secunda vero intentio que est materieruꝫ diuersio ex pluribus instrumentis haberi potest in generalibus inten tionibus supra discussis. Hec autem perfici solet quattuor instrumentis plurimum a sapientibus collaudatis. Quorum primum est flebotomia Alteruꝫ est lenitio ventris. Aliud vero vomitus prouocatio. Et aliud est cum diureticis materie rum diuersio. Inter que si bene considerentur primum esse debet flebotomia ⁊ proprie que ma teriam euacuando diuertit et humores ad equa litatem perducit. Ex eis enim que equant humo res est flebotomia si est necessaria: vt 18ª tertii tractatu secundo capᵒ 4ᵒ. Post ipsaꝫ tamē debet eē ordo in administrādo lenitionē. Uniuersalior enim euacuatio est flebotomia q̄ ventris lenitio cum predictis. Tertium vero est vomitus pro uocatio et non oportet necessario semper talem ordinem obseruari debere. Licet enim a sapien tibus vt in pluribus flebotomia ⁊ ventris lenitio premittantur. videtur tamen non raro apud auc tores discordia. Materia enim magno impetu prorumpēte ad stomachum ante flebotomiaꝫ et ventris lenitioneꝫ prius esset vomitus prouocan dus ex sententia Hipo. prima afforismorum 21ᵒ Que ducere oportet. Si autē materiei rapt9 ad stomachum non apparet a predictis duobus s. flebotomia ⁊ ventris lenitione incipienduꝫ est.

De modo autem administrandi vomitum. an precedere debeat diuretica an econuerso. Eodeꝫ mō est dicēdū sicut de vomitu respcū flebotomie ⁊ lenitionis dictū est. Auicenne tamen placuit q̄ prouocantia vomituꝫ precedere debent. Et oīuꝫ hōrum sententiaꝫ pulcre legere potes 18ª tertii allegato capitulo. Et solutio subtilis et tenuis. i. parua ⁊ sine labore penitus. s. expellendi materi as absq̄ nocumento et sine solutione humorum acutorum subito vna. i. simul supple est vtilima ⁊ conueniens. quod probat. Huiusmodi enim. s. solutio iam dicta expellit a corpore solutionem subtilem cum declinatione. i. diuersione ad preꝫ que alia est a parte renum ⁊ proprie quādo talis solutio fit cum medicina non acuta neq̄ acutorū humorum vehementer agitatiua quod intellexit dum subiunxit. Et dū non administras solutiuū colere est melius vsq̄ ad necessitatem supple qꝫ digesta est. Et intellexit hoc ⁊ melius quidem est vt eques materiaꝫ ⁊ educas illam post illud vsq̄ ad necessitatem supple sufficientem euacuationis ⁊ proprie vomitus. Uomitus namq̄ melior quo vlcera renum curantur. propterea quia mundifi cat ⁊ euacuat ⁊ propter hoc q̄ attrahit humores a contrario partis renum. Et quandoq̄ est visus vomitus frequens sufficiens ad illud excusans ab alio. Deinde ponit ordinem inter ipsum ⁊ diure tica dicens. Et melius quidem est vt prouoces cū seminibus prius. deinde permuteris ad vomitū factum post cibum et cum leuibus medicinis. qd̄ intellexit dum dixit ⁊ iteruꝫ subiunxit. Et opor tet vt vomitus fiat super cibū cum eo qd̄ faciliter efficit sicut melon supple radix que vomituꝫ pro uocat ⁊ semen eius ⁊ proprie cum vino dulci. Et oportet vt non fiat comotice vhemēs cubꝫ laore

Uide quantum clare iste vir instruit operantes. Hec de intentione secunda. Tertia intentio supple mundificatiuum gradatum ordinem habere debet. In prima igitur vniuersalis principii parte premittenda sunt leuia mundificatiua. deinde gradatim a principio succedendo ad fortiora permutandum est. Et primum quidem leue est aqua ordei conuenientis decoctionis cum cortice suo facta ex xx. partibus aque et vna ordei decoctis vsque ad consumptionem quarte partis de qua in aurora dentur a quattuor ℥. vsque ad quinque. Secundum vero fortius est vt predicte aque dentur ℥. iiii. cum ℥. i. aut. ii. zuccari rubei. Tertium est vt in potu detur aqua ordei cum emulsione seminum communium et cum istis tribus pertransire potes vsque ad medietatem principii vniuersalis. In reliqua autem ipsius parte transire potes ad aquam mellis subtilem. secundo ad aquam mellis cum decoctione radicum liquiritie. Radici enim liquiritie inest exiccatio et mundificatio maturatio et glutinatio. Et tertio iterum dare potes aquam mellis cum decoctione seminum melonis cucumeris et citrulli et propter cum signis caliditatis. Et hec quidem tria proprie in secunda parte principii vniuersalis conueniunt. In prima vero parte augumenti cum audatioribus mundificatiuis procedendum est vt exhibeamus aquam mellis cum decoctione recentis radicis feniculi aut altee. Et iterum aquam decoctionis zuccari rubei cum radice sparagi et milii solis. Uel zuccari rubei cum decoctione petrosilii vsque ad apium et daucum. que tamen omnia a radice liquiritie nullatenus euacuentur. Et si cum predictis dolorem sedare intendis conferunt vehementer grana pini cum eis decocta. et croci etiam et semen aneti et camomille. Et si prouocationi intenderes audaciori commisceatur cum predictis grana fisticorum. cum sua enim apertione vnctuositatem habent conuenientem renibus vt paulo post dicetur. Cum autem vsque ad statum peruenerit dispositio procedendum est cum mundificatiuis et abstersiuis non valde tamen acutis. et propter cum vlcus non est malignum sicut est decoctio radicum et seminum altee et semen et radix alma ru et semen et radix alkekengi et aqua vue vulpis et stafisagria. In eis vero vlceribus que maligniora sunt conuenientia sunt sicut aristologia vtraque yreos acorus calamentum polium montanum deglutitio trebentine oppoponacum in pillulas conuersum et reliqua composita quorum parum infra memoria tractabitur. Ex his quidem omnibus procedere debes per totum statum. Et hii quidem omnes sunt sermones Auicenne quos legere potes allegato loco ibi. Cum scis quod in vlceribus est sordes tunc da in potu abstersiuum in quo est fortitudo prouocationis sicut est aqua mellis cum quibusdam seminibus et reliqua lege ibi per te. Attende tamen in cura vlcerum predictorum et vesice etiam quod omnes medicine que administrantur confringi et commisceri debent cum medicinis habentibus quinque operationes. Quarum prima est glutinatio. Secunda est vnctuositas. Tertia est prouocatio. Quarta consolidatio. Quinta vero est doloris sedatio. Et prima quidem necessaria est. cum enim renes nutriantur sanguine colerico satis etiam cum in eis inueniatur vrine perfectio et eius colatio de necessitate forti abstersione abstergunt a predictis. quare medicinarum operatio non conuenienter in eis fieret. quoniam abstergentia non permitterent ipsas commorari quantum oporteret in renibus. Glutinantia itaque in medicinis efficiunt aptitudinem more medicinarum in ipsis. Secundo etiam sunt necessarie medicine vnctuose sicut lacca dragagantum gummi arabicum et similes. eo quia talia defendunt membra ab impressione acuitatis medicinarum et salsedinis vrine Et tertio iterum necessarie sunt medicine diuretice ad hoc vt faciant peruenire medicinarum virtutes et substantias ad talia membra. Et quarto iterum necessarie sunt medicine sigillantes vt si qua fuerit in predictis vlceribus particula consolidationi apta conuenienter possit consolidari. Et quinto adhuc necessarie sunt medicine sedatiue doloris. Cum enim sanies acuta sit et vrina salsa et pungitiua. et plurime medicinarum in his vlceribus conuenientium non euacuentur ab aliquali acuitate que est doloris effectiua causa necesse est vt talium vlcerum medicine etiam sint sedatiue dolorum immo quandoque vsque ad narcoticas transeundum. Et sunt sermones Auicenne pulcerrime positi allegato capitulo dum inquit. Et oportet vt commisceas cum medicinis vlcerum omnibus glutinationem facientia. sicut sunt amilum et dragagantum et gumme frigide. Nam glutinatio est ex eis que possunt vlcera munita. i. secura vel defensa ab excoriatione horum supple humorum vel saniei vel medicinarum. que transeunt super ea. et supple etiam misceantur eis vnctuosa sicut lacca que facit carnem in membro. Et illud ex quo ipsum nutritur spissum et annexum preparat ad sigillandum. Et voluit intelligere vt misceantur cum medicinis ea que sanguinem attractum ad renes et ad loca vlcerum ingrossant et spissum faciunt aptum conuerti in sanguinem et aptum etiam consolidationi. Deinde subiungitur. et oportet iterum vt misceantur cum eis diuretica et medicine subtiliatiue vt faciant penetrare ad ipsa. s. vlcera medicinas rectificantes et sigillantes. licet ipse in seipsis noceant agitando quod intellexit dum dixit. et commoueantur supple vlcera ab eis. s. medicinis apritiuis et dilatatiuis Et sequitur in littera. quoniam necessarium est vt misceantur cum eis narcotica ex herbis sicut iusquiamus niger et illud propter sedationem doloris et exiccationem et repercussionem. Postquam igitur iam apparuerint sufficienter esse mundificata vlcera iam dicta tunc procedendum est cum mundificantibus miscendo ea que regenerant carnem et incarnant labia vlcerum conglutinando. que duo etiam eisdem medicaminibus compleri possunt quibus vlcera epatis curabantur vt visum est. Et tales medicine plurime sunt ab auctoribus approbate vt radix pentafilonis cauda equina centaurea minor yreos camedreos dragagantum gummi arabicum et amilum tam de frumento quam de ordeo et corallus rubeus karabe spodium thus minutum sarcocolla nutrita et plurime similes medicine.

Hec autem que sigillant et consolidant plurima sunt sicut puluis seminis plantaginis acatia vtraque consolida puluis scorie ferri preparate mumie balaustie grana mirti et similia. Et compositum huius elegantis preparationis. ℞ seminum batece. s. angurie et citrulli. i. cucumeris oblongi rotundi et cucumeris. s. longi citrini et cucurbite dulcis omnium

excorticatorum seminuz papaueris albi et nigri et gumi amigdalarum et dragaganti et amili et seminis portulace et seminis malue et seminū altee et lacce ablute et reu. seni ana omniuz. ℥. v. spodii ℥. vii. boli armeni ℥. x. granorum pini maioris et minoris excorticatorū seminū al'ke'kengi montani omniū ana. ℥. iii. succi liquiritie et zuccari tabarzeth et psilii omniuz ana. ℥. xx. terant omnes medicine preter zuccarū et psiliū. Deinde misceantur omnes simul et dentur ex hoc composito. ℥. v. cuz aqua ordei aut iuleb. Et melius est vt dentur cum lacte asine. ℥. ii. Hoc quidem medicamen si diligenter considerās virtutem simpliciuz est nobilis iuuamenti mundificando regenerando et incarnando imo et consolidādo et est ex descriptione Serapionis 4° breuiarii cap° 14° et non solet me decipere nisi vlcera fuerint valde profunda et antiquata et soleo exhibere ipsum in trageā confectiones pillulas et trociscos cum lacte asine vel cum decoctione consolide alicuius. Scio etiaz quod ad hec vlcera incarnanda et consolidanda solenniter confert deglutitio pillularū que fiunt ex equali pondere mumie et dragaganti, etiam puluis corallorum rubeorum cuz equali pondere agrimonie notabiliter incarnat et consolidat. Et pillule facte ex centaurea consolida minore et thure minuto ana etiā mirabiliter consolidant. Hec quidem de mūdificantibus regenerantibus et incarnantibus vlcera et consolidantibus ea talia pauca sufficiant per que intentio tertia quarta et sexta videntur esse satis rationabiliter adimplete. Et qui plura desideraret poterit hos sermones coniūgere cuz his que de cura vlcerum vesice sequenti capitulo tractabuntur. Iaz autē expedire oportet quintā intentionem que fuit correctio accidentiuz. et illa quidem que talibus dispositionibus succedere solent accidentia frequentioris euentus quinque sunt

Quorum primum est mingendi difficultas. Secundum vero est emissio vrine guttatiz facta quam stranguriam cōmuniter medici nominant. Tertiuz est impotentia et lassitudo ad motus progressiuos. Quartum est paucitas appetitus executionis coitus. Quintum vero et vltimum est impotentia detinendi vrinam conuenienter quā aliqui dissuriam vocant. Quibus quidem accidentibus prouidendum est secundum hunc moduz et cetera. De his ergo que vrinam prouocant et multiplicant famosiora plura longa sunt. Et primum est capillus veneris. Secunduz est sparagus, que ambo licet temperata sint vehementis tamen prouocationis existunt. Tertium est spica nardus. Quartum est orobus. Quintum est rubea tinctorū. Sextum est apiū vtrūque. Septimū est feniculus. Octauū est petrosiliuz. Nonum est milium solis quod est potentissimū inter alia. Decimū est anisuz. Undecimū est radix brusci. Duodecimū est liquiritia. Et plura alia similia istis. Et compositūz hoc quod scribitur ab Auicēna 19ᵃ tertii tractatu 2° capitulo quinto. Cuius littere series est hec confectio diuretica fortis. Rx sauine et assari amomi ameos et petrosilii seminis apii et rubee tinctorū et amigdale amare excorticate et spice omniū ana ℥. xx. seminis melonis. ℥. x. corporū cantaridaruz abscisis capitibus et alis amoniaci. ℥. iii. resoluatur amoniacum cum triplicato subtili et fiant ex eis pillule vt auellane de quibus sumantur vsque ad. ℥. iii.

Ego vero ab hoc composito amouere soleo cantarides propter acuitatem earum. licet tamen hoc compositum cum eis non sit valde verenduz. cuz pauca quantitas earum ingrediatur ipsum. Est autem triplicatum. quod ibi recipitur mustū per decoctionem factam remanente tertia parte ipsius

Secundi vero accidētis regimen diuersis ingeniis procurari potest. Si enim stranguria intelligatur esse impotentia emittendi vrinā propter clausionem colli vesice a lapillo factam dum retinetur in collo eius tunc cura eius est multiplex.

Et prima quidez est corporis euersio pedibus eleuatis. Secunda vero est vt canali virge imponatur catatre. i. stringa aut candela tenuis et impulsione cum eis facta a collo vesice propellatur lapis. Et tertia est illius lapidis eruptio vel cōminutio facta a medicinis de quibus parum infra dicetur. Si autem colli vesice clausio fieret ab humoribus ibidem retentis tunc eius cura perficitur cum diureticis imediate descriptis. Si aūt fieret vrine denegatio propter impotentiaz virtutis expulsiue tunc cura eius est per inunctiões collum vesice confortantes ex quibus femur totū et locus pitoneon diligenter inungantur. Et olea sunt sicut oleum nardinum oleum de enula oleū de pulegio de croco de piperibus. Et oleū fortis prouocatōnis est istud. Rx succi apii succi milii solis succi feniculi succi apii siluestris samureon nominati succi eupatorii omniuz ana. ℥. iii. seminū milii solis apii spagi acori brusci siseleos et croci ana. ʒ. i. olei oliuarum lib. i. omnia simul lento igne buliant vsque ab consumptionem succorum et cuz hoc oleo inungantur partes predicte in quo etiaz infundatur magnum frustum lane succide et calidum apponatur femori et partibus iaz dictis et cetera. Et possunt iterum ex predictis varia fieri medicamina vt epithimata emplastra lenitiões balnea vel semicupia et tu cōsidera et elige vt tibi placet

Si autē vrinationis impotentia contingeret propter paraliticam dispositionem in musculis colli vesice inuentam tunc factis euacuationibus digestionibus et diuersiōibus oportunis collo vesice apponantur inunctiones facte ex oleo de euforbio de costo de liliis albis vel yrino. Aut compositū hoc. Rx piretri piperis albi costi peucedani calami aromatici artetice zinziberis croci ana. ℥. ʒ. olei de croco olei de euforbio de piperibus ana ℥. i. serapini oppoponacis ana. ℥. i. dissoluantur gūmi in aceto et fiat vngentum ex quo liniantur predicte partes. Si autem per stranguriam intelligatur vrine emissio guttatim tunc cura illius iteruz cuz predictis imediate potest fieri. Et ad illud etiam confert compositū Auicenne descriptū supius in regimine distillationis. et conferūt etiā ad illud compositū hoc. Rx piretri. ℥. i. costi fu. meu se. leuistici ana. ℥. i. puleris glandiū. ℥. i. ʒ. pulueris corticū intermediorum castanearum. ℥. ii. puluerizentur per se omnia et fiant ex eis pillule electuaria vel confectōnes et dentur ex eis vsque ad. ℥. iiii. ante cenam et in aurora secundum coniecturam quia sine periculo est. Tertium accidens. lassitudo vero remanet in cruribus et pedibus propter debilitatem renum que cōmunicatur membris inferioribus siue sit species male complexionis alicuius siue debilitas eorum. Et mala quidem cōplexio que est illius causa plurimum est frigiditas et hu.

humiditas que ibi remãsit. q̃ sepe facile remoue ri solet vngendo spinã cuz oleo de costo vel lilio rum alborum vel yrino. Ego autem expertuz habeo oleum de cinamomo s̃m sniam Auicenne 2° canone in suo cap°. Scio etiaz q̃ oleuz de pice mirabiliter cõfert in remotione huius accidentis. Si vero lassitudo proueniat a renum debilitate tunc cura illius est cum comestione renuz omniũ animalium ⁊ cibis factis ex lacte caprino ⁊ asini no vel ouino. Lacti enim ouino non est medicina compar 14ª tertii cap° de cura illius. Quartũ accidens. s. paucitas appetitus coitus contingere potest. aut propter malam complexionez siccam q̃ remansit in renibus et i toto aut ꝓpter molli ficationem multam ex debilitate subsecutam. Et mala quidẽ complexio sicca paucitatis appetitus ⁊ erectionis coitus potest esse causa. aut consu mendo materiaz ex qua debet generari sperma quod est superfluitas vltimi alimenti vtilis. aut consumendo ⁊ prohibendo generationez ventosi tatis que est causa erectionis virilis membri. Et primo quidem prouideri debet cum his que nu tricationem corporis bonam efficiunt ⁊ augumẽ tuz sanguinis in corpore multiplicant vt carnes laudabiles vina dulcia testiculi ⁊ cerebella aĩaliũ ⁊ vitelli ouorum ⁊ pinguia fercula ⁊ cicerum ru. bius ⁊ similia. Secundo vero prouideri debz cum seminibus ventositatez excitantibus et non consumentibus que in cibis accipiantur vt semẽ eruce semen baucie domestice semẽ napi ⁊ porri ⁊ been albi ⁊ lingua auis ⁊ similia. Et vsus electua rii diasiniconis descriptione Nicolai in antido- tario ⁊ calefactio renum et genitalium cum oleo de croco ⁊ oleo de musco calidis applicatis pre- dictis locis ⁊ reliqua similia istis. Ultio vero accidenti iam prouisum est vbi iam regimẽ strã gurie positũ est capiendo ipsuz pro impotentia emissionis vrine cui multis simplicibus ⁊ cõposi tis paulo ante positis iam prouisum est ⁊ tu ea lege ibi.

Capitulum 14 de instrumentis lapidis ⁊ hare narum ⁊ trumborꝫ cõminutiuis.

nem continuitatis in vlceribus augmentare pōt. ex quo apparet ꝙ cibi omnes ⁊ potus debent eſſe ī vlceribus a cauſa cal'a ꝓueniētibus ⁊ ī corpibus cal'is ⁊ ſiccis ⁊ in omnibus vlceribus etiam in qui bus ſanioſa ſuperfluitas atteſtat' ſanguini aut co ler̄ frigiditati ⁊ hu.. vt ſpinachia bleta malua vio la portulaca proprie cucurbita batheca cucumeř ſ citrullus atriplex endiuia cum ſuis ſpetiebus ol bus preter q̄ illa q̄ lacticiniū habet. Et de fru ctibus etiam conueniunt fructus oleꝝ predictoꝝ ⁊ iuiube ⁊ poma non valde dulcia ⁊ pontica. ⁊ ſil'r pira ⁊ citonia dulcia ⁊ vue paſſe recentes ⁊ auella ne molles ⁊ ceraſa ⁊ proprie preter ea que pōtica ſunt in ſpetie ſua. Conueniunt etiaꝫ ei gn̄a lactis fere omnia vt lac aſininum ⁊ lac camelinuꝫ ⁊ oui num. quoniam lac rectificat materias vlcerum ⁊ lauat ea ⁊ glutinat ea cum ſua retentiōe proprie ſupple viſcoſitate. ⁊ qd̄ eſt ſicut lac vaccinuꝫ ⁊ oui num agregat ad illud. i. ad operatiōes predictas . ſ. rectificandi vlcera additionē ſupple virtutis ꝯ fortationem membri cum cibatōe. i. nutricatiōe eius. veꝝ lac aſininum caprinum iuuatiuum eſt ex parte rectificationis cōplōis ⁊ ablutionis ⁊ ex parte proprietatis eſt iuuatiuum plus q̄ illa duo. ⁊ proprie qd̄ eſt acceptum ab vbere al'is nu triti in domo. Et fortaſſe eſt conueniēs ſupple lac in vlceribus in quibus ſcit' diſpō eius. ſ. in illis in quibus cognoſcitur augmentum caliditatis. quaꝫ remouere poteſt lac infrigidando. ⁊ augmentum debilitatis innati caloris. que ſequitur multitu dinem ſaniei per modum ſuffocationis eius. qd̄ totum a lacte remouet' lauando ⁊ mundificando aut virtuteꝫ confortando. Amplius etiam oībus aliis malis diſpoſitionibus vlcerū conuenire pōt lac ſolum corruptionē abſcindendo ab eis propt̄ rectificationē quā facerit in eis. ⁊ proprie cum n̄ inuenitur in ſtomacho aſſumētis ipſum colera q̄ corumpat ipſum. q̄r 2º can̄ in areola vulnerum vlcerum. lac rectificat vlcera intrīſeca ꝑpter hoc ꝙ lauat ⁊ glutinat ⁊ ꝙ mundificat. ⁊ cum non eſt in compl'oe qd̄ corumpat ipſum ⁊ ad coleram cō uertat confert habentibus vlcera. Oportet auteꝫ vt cuꝫ in potu exhibet' nō comedatur aliquid niſi poſtq̄ deſcenderit a ſtomacho. Si autē videtur ī homine tardari deſcenſū eius. tunc ī hominibus calide complexionis cū lacte ponat aliquid ſalis. vt exhibendo. ℥. iiii. ex eo admiſcent̄ ſibi ſalis tri ti. ℈. ʒ. In his vero qui ſunt frigide complexionis iii. ℥. lactis admiſceant'. ʒ. ii. mellis. Oportet etiā ipſi lacti miſceri medicinas diuerſarum operatō num. Cum enim intendimus cum eo viaꝝ oppil lationē aperire vbi a multitudine materierum ⁊ ſaniei clauderentur. tunc quattuor. ℥. lactis pona tur. ℈. i. aut. ʒ. pulueris dauci aniſi ſeis apii in cā frigida. cicoree vero capill' veñ. endiuie ⁊ ſil'iuꝫ in calida. Cuꝫ vō per ipſum delectationē maiorē querimus. miſceamus. ℥. 4. lactis. ℥. i. ſucci ḡnato rum dul. Et ſi volumus ipſū magis facere abſter ſiuum ⁊ carnis regeneratiuū. ponat' in eo q̄titas iam predicta eius qd̄ eſt ſicut ireos radix penta filonis ⁊ ſimilium ſupradictorū. Si autem volu mus ipſum reddere magis glutinatiuū confōtet' cum eo qd̄ eſt ſicut thus gumoſum dragaganꝫ gumi arabicū ſm menſurā dictam. Et ſi querere mus cum eo conſolidationē magis. addatur qd̄ ē ſicut cauda equina conſolida ma. ypoquiſtidos ⁊

eis similia.que etiam tacta fuerunt superius. plurima horum lege partim io.continentis p° ca°. ⁊ 18ª tercii ca° de cibatione habentium vlcera in renibus ⁊ 4° breuiarii preallegato sepe ca°.vnde sepe litterali fere ordine sermonem eius auxit Auicē. De fructibus vero siccis conueniunt fisti ci auelane torrefacte amigdale ⁊ grana pini proprie ⁊ castanee dulces ⁊ reliqua similia. De carnibus vero laudabiliores sunt pulli ⁊ galline pingues ⁊ anseruli parui ⁊ anatuli ⁊ perdices fasiāi ⁊ minute aues. Et de quadrupedibus carnes vituli lactēt annualis agni capreti ceruiculi lactēt Uitet autē omnes carnes naturali caliditate sanguinem acutum generantes ut columbi ⁊ accidentaliter ut salse.et cum arōtibus cōdite. Et simil'r fructus omnes acuitatem habentes a naturali cōplexione. ⁊ quadā serosa lacticinia parte vt ficcus sicce dimittantur.⁊ similiter semina acuta vt gña padisi cardamomuz ma.⁊ mi.⁊ similia ⁊ radices acute.vt rafanus cepe alleum porrum bulbus ⁊ similia omnia dimitti debent.⁊ preparatiōes ⁊ condimenta ex eis artificialiter facta. De potu vō eis conueniens ē ydromel pauci mellis ⁊ decoctionis ī complexionibus ⁊ etatibus calidis. Audatius vero mellitū esse pōt in senibus ⁊ complexione naturaliter frigidis. Alter autē potus conueniēs istis egrotantibus esse potest lac saltem in consuetis. ⁊ in his qui sunt habentes stomachū a coleris enudatum.quibus conuenientior potus esset aqua ordei cum zuccaro.⁊ potus iterū conueniens ei est vinum album colore suo substantia tenue ⁊ diafanum sapore dulcedini vicinum non vehementer ⁊ odore conueniens .fumositate vero non calidū sed ab equalitate per potentiā eius parumper recedens ne ebulitōz ⁊ putrefactionem in locis vlceratis augmentet. Si autē per vinum minorē optaremus apertionē ⁊ aliq̄ta leui sui stipticitate minorē penetrationē ⁊ sanguinis aliquantulū ingrossationem facere voluerimus cum conueniētia ⁊ absterlionē ⁊ glutinationē vlcerū eligi potest vinum colore rubicundū non valde ponticum ul' stipticū substantia clarū ⁊ diafanū fumositate sua a mediocri parumper recedens ⁊ arōticū ⁊ diafanum. Et vtatur eo in tempore cibationis eius. iuditio tamen rationis mensurando q̄titatem eius Aque autē frigide usus nulla ratione videtur eē conueniens. Neq̄ ex operationibus eius.dato eiū q̄ lauando ⁊ mundificando ⁊ penetrare faciendo videtur habere iuuamētū aliq̄tuū.excellentius tñ noceret infrigidando ⁊ humectando q̄ ī opatōes dictas efficiendo ⁊ cet.ad laudem dei amen.

Consilium de ardore vrine prouenientie ab vlceribus in collo vesice.

Ardor vrine huius pueri nequaq̄ prouenire potest ab altera causa q̄ ab vlceribus in collo vesice eius q asperitate sua excoriauerunt vesice collum. Sed credo ego euidentius q̄ ardor ipsius proueniat ex vlceribus ī conuenienter curatis que successerunt sectioni colli vesice facte propter extrahere lapidem. Digritauerunt enim medici in administratōe mundificantium ⁊ abstergentium ⁊ incarnantiū que

fuit regimen huic curationi conueniens aut inaduertenter. Quod autem ibi sint vlcera mōstrat ex mictu saniei simul cum sanguine que non proueniunt ex alio loco q̄ a collo vesice.quoniam iste puer non habet signa significantia nocumentum epatis emulgentium venarū nec renū nec pororū vritidum. Hoc etiā apparet quia diuturna fuerīt in eo vlcera per que aquositas vrinalis exibat.

Ad cuius ardorē prouidenduz est vt infra scribitur. Abstineat itaq̄ a magna ⁊ aeris frigiditate ⁊ ab omni exercitio ⁊ motu progressiuo.imo maiori parte temporis iacere debet. Et caueat a multa repletione stomachi imo abstinere notabil'r a q̄titate continua cibi est sibi conueniens. ptiri ipsum in plures vices conueniētius est ei q̄ multum in vna cibatione accipere. De cibis vō vitet omnia salsa ⁊ acuta sicut alleū cepe rafanū ⁊ similia. Item omnia cibaria vehementis aptionis vt frequentem vsū feniculi ⁊ petrosilini ⁊ reliquorū diureticorum que calida sunt multum. Item effugiat opilatiōes vt pastiles cibos ⁊ viscosos multum vt pisces ⁊ his similia. Item effugiat motus laboriosos ascendendi scalas ⁊ descendēdi ⁊ similiter caueat sibi a multo luctu. Dormitō vō longa est sibi conueniens ⁊ vtilis. Pro regimine vō eius per medicinalia sūt sibi octo remedia infrascripta.pro quorū r^a^ri applicatione premittendum p° q̄ mundificantia vlceri ītrinseco vesice conuenintia non possunt ita conuenienter administrari per os sicut administrata fuissent per vlcus anteq̄ consolidatum fuisset.quia ablutiones ⁊ iniectiones decentius administrate fuissent per orificium vlceris q̄ exibitio earum per os quoniā non proueniunt ad vesicam nisi cum earum alteratione in stomaco facta ⁊ partibus intermediis. Similiter etiam iniectionies per canalem virge cum siringa facte non nisi cum magno labore ⁊ a viro bene experto ītromitti possunt propter stricturam vie.etiam quia canales illi in virga sunt tres ⁊ difficile est conuenienter inueniri canalem vrinalem ita q̄ per siringam non proueniat nocumentum ad meatum algadi aut spmatis et et quia extremitas siringe imposita plurimum confricando nocet vlceri applicando ipsum ⁊ prohibēdo conuenientem regenerationē carnis ⁊ īcarnationem in eo propter qd̄ salubrius visum est mihi rescribere remedia sex interius administrāda ⁊ duo exterius applicanda ⁊ cet. Et primum de numero ipsorum est q̄ isti puero per spatium quadraginta dierum omni mane detur hec aqua. ℞ aque distillationis agrimōie .ʒ.i.ſ.aque caude equine.ʒ.i. Misce ⁊ calide bibantur in aurora absq̄ zuccaro ne virtus ī intermediis viis detineat eas cum dulcedine zuccari tamq̄ obiecti delcābilis. Secundum vero de predictis instrumentis ē hoc ℞ pulueris foliorum cupreili caude equine consolide minoris ⁊ piiloselle ana.ʒ.i.mumie.ʒ.ſ. cū succo cōsolide minoris fiant pill'e ex omni.ʒ.xii. d quibus ante uel post predictas aquas īmediate assumat tres. Tertium vero medicamē est hoc ℞ granorum pinearum.ʒ.ii.granorū phisticorū .ʒ.i.dragaganti gū arabici masticis ana.ʒ.i. pulueris pilloselle caude equine pulueris vesice apri ablute bis cum aceto acri non valde acuto ⁊ deliccate in furno.ʒ.iii.zuccari al'.ʒ.v. Cum aqua vir

[illegible] confectio in morsellis ʒ.ſ. d quibus

semper accipiat vnam post prandium ⁊ cenam in mediate. Quartum vō instrumentum est hoc ℞ seiuȝ lactuce ⁊ portulace an̄.ʒ.i.ʃ.seiuȝ papaueris al.ʒ.vi.pulueris folioꝝ cupressi ⁊ corticū iter medioꝝ castaneaꝝ an̄.ʒ.i.ʃ.corticum mādragor̄ .ʒ.ii.fiat puluis de quo omni die inmediate ante cenā ⁊ prandium degluciat.ʒ.ʃ. Quintuȝ istrumentū est ꝙ omni die iuuenculus iste ante cenaȝ ⁊ ante prandium per horam completaȝ accipiat duas de istis pillˀis ℞ scorie ferri subtilissime trite postea cocte in succo burse pastoris usqȝ ad consumptōeȝ eius.℥.ʃ.pulueris radicum caude eque .ʒ.ii.cum succo plantaginis fiāt pillˀe ex oī.ʒ.viii.

Sextum instrumentum de interioribus ⁊ vltimuȝ est ꝙ in cibis huius pueri semper coquat radicum cōsolide maioris recentis frustū vnuȝ mūdatuȝ longitudinis digiti indicis ⁊ cetꝫ. Septimum remediū ⁊ primuȝ de exterioribus ē vt iste puer semper ante cenam ⁊ prandiū sedeat ī aqua mediocris caliditatis in qua extinguntur feramēta in qua etiam bullita fuerunt camomilla melilotum fenugrecū ⁊ radices consolide maioris in qua contrahat moram salꝫ per mediam horam.

Octauuȝ remediū ē vt post balneū ⁊ etiā absqȝ balneo salꝫ in die bis inungantur partes pectinis ⁊ omnia loca inter fiteri ⁊ radicem testiculoꝝ cuȝ hoc vnguento ℞ olei de mirto olei ō mastice ana .℥.i.cimini torrefacti.ʒ.i.thuris sandarace acatie ypoquistidos coralloꝝ ru.ana.ʒ.ʃ. cōsolide minoris.ʒ.i.cere quantū sufficit fiat vnguentū ⁊ applicetˀ locis illis. Spero enim ex istis ꝙ clementia saluatoris piissimi subueniat ei perfectā sanitatē afferēdo sibi qđ sua misericordia cōcedere dignetur ad perpetuas eius laudes.

Cōsiliū ō ardōe vrīe ꝓueniēte ex potu cātaridaꝝ.

Adolescentulus quidam in celeberrima vrbe vicent na mihi nuper oblatus est qui molestatur ardore vrine non leuiter.cuius quidē ardoris licet multe possunt assignari cause tamen ex his que diligenter inuestigans accepi hic ardor consequutus est causam primitiuam.s. potuȝ cantaridaꝝ.ptȝ aūt ꝙ in eis est virtus faciens mingere sanguineȝ excoriatiua viarū vrine ⁊ positiua acuitatis magistre in aquositate vrinali.siue hoc faciant p operatōeȝ prouenientem a comunibus ⁊ manifestis qlitatibus.vt caliditate acuta ⁊ siccitate.siue hoc insit eis ex operatione prouenīēte a primis qualitatibus ⁊ occultis simul. Ex quibus resultat in medicinis simplicibus virtus dicta 3ª siue proueniat hoc a cātaridibus per operationem a 4ª virtute prouenientem que dicitur specª proprietas. Nȝ tamē existimandum nocumentum ardoris vrine qui nō remansit prouenire precise a qualitate derelicta a cantaridibus. Mirabile eniȝ videretur taleȝ qualitatem in instrumentis vrine tamdiu fuisse conseruatam. Sed verisimilius est dicere ꝙ hic ardor in vrina conseruatur ab excoriatione ī poris vrinidibus ⁊ in vesica acquisita. Similr̄ et reseruatˀ in materia hum. rali in qua remansit impressio caliditatis ⁊ acuitatis quā virtus alteratiua lˀ expulsiua in totū vincere non potuit. Quoniam primitiue cause non raro mouent antecedentes motu alterationis ⁊ corruptionis vt apparet pº quarti de sermone vlˀi in caīs effimeraꝝ. Ex quibus apparet ꝙ in iuuenculo isto remansit in vrina ardor ab excoriatione viarum ⁊ acuta caliditate que in renibus ⁊ viis vrinalibus fixa pmāsit. Unde ex hoc fundamento facil apparet quis debȝ eē curationis modus ⁊ que debent esse instrumenta tam ex parte sex rerum non naturalium ꝙ̄ medicinalium accipiendum de quibus nunc sequitur.

Capitulum secundum de cura per dietam.

Locum igitur ⁊ cameram vehementis caumatꝫ ⁊ vestes super renibus multuȝ strictas ⁊ plūs euitare debet. Et euitare vehementem caliditatem et maxime spine epatis ⁊ renum. ⁊ caueat a multo ō cubitu super renes ⁊ a dormitione longa sup eos. Et fugiat omnia exercitia peditandi equitandi lˀ currendi. Similiter clamorem multuȝ ⁊ rixas ⁊ iram effugiat ⁊ ventris repletionem a multo cibo factam ⁊ eius stipticitatem effugere debet. Et ō cibis effugiat acria valō vt agrestam limones granata ⁊ consilˀia. Similiter ⁊ omnia acuta salsa ⁊ vehementer dulcia cibaria euitare debet ꝓpterea quia sunt conuertibilia in coleram ⁊ acuitatis facile susceptiua. propter qđ ⁊ frequēs ꝓuocatiuoꝝ vsus ⁊ maxime fortium alienandus est velut pipfeniculū petrosilinū apiuȝ ⁊ consilˀia. vnde etiam aromatum vsus euitari debet. Potus eius sit vinum mediocre in substantia ⁊ in potentia colore album ⁊ sapore medium inter dulce ⁊ ponticum.

Capitulum tercium de cura per medicinas.

In canone vero curationis huius dispositiōis premittendum primo ꝙ omnis modus curationis cum his que superius exhibuntur temptari debet prius ꝙ̄ perueniatur ad administrationem in iectionum medicinaꝝ per siringaȝ propter cās iā tactas ⁊ ideo septem occurrunt mihi remedia que administranda sunt partim interius partim exterius. De administrandis vero per interius.

Primum est vt exhibeantur ei omni mane.ʒ.x.lactis asinini cum.℥.i.mucillaginis granorum sebesten.per hec enim frangitur malicia ōrelicta a venenositate cantaridarum ⁊ cetꝫ.

Secundum principale ē vt post illud per quinqȝ dies omni mane accipiat.℥.ii.aque mell.s decocte cum granis duobus dragaganti ⁊ ℥.i. sarcocolle ad lauandum mundificandum ⁊ abstergendū.

Tertiuȝ est ꝙ post predicta successiue omni mane administretur ei hic potus actu calidus. ℞ aq̄ lactis caprini.℥.iii.seīs papaueris albi.ʒ.ii. succi liquiritie.ʒ.i.misce ⁊ totum exhibeatur actu calidū.

Quartū pñcipale est vt cū apparuerit signa aliq̄ te mundificationis salꝫ per xv dies omni die bibat hunc potum calidum in aurora ℞ aque distillationis caude equine.℥.ii.pulueris piloselle ypoquistidos thuris ⁊ sandarace an̄.ʒ.ii.misce ⁊ exhibeatur vt dictum est.

Quintum remedium est ꝙ omni die ante prandium puer iste sumat tres de infrascriptis pillˀis ℞ corticum medianorū castanearum pulueris foliorum cupressi dragagāti ana.ʒ.i.lacce preparate .ʒ.i.ʃ.pulueris folior : barbe yrcine.ʒ.ii.seīs apii .ʒ.ii. fiant pillˀe cum succo feniculi ex oī.ʒ.viii.

Sextum instrumentū est vt si dolor s instantia permaneret omni die postˀ prandiuȝ aut cenā puer iste accipiat coclear vnum huius tragee ℞ seiū papaueris albi.℥.i.seminū portulace.lactuce ana

ʒ.ii.seminū endiuie scariole ⁊ succi liquiritie. anā ʒ.i.pulueris radicum corticum mandragore.ʒ.ſ. .ſ.croci iusquiami ana.℈.ſ.zuccari albi duplum ponderis omniū fiat tragea que sumatur vt supᵃ Ultimum vō instrumentum est vt partes inferiores spie ⁊ loca radicū testiculoꝝ ⁊ femoris omnia ter uel quater in die inungantur cum hoc vnguēto ℞ olei de mastice olei de croco ana.℥.i. piguedinis anatis.ʒ.x.vitelos ouorum nuō.ii.spodii rosarum corallorum rubeoꝝ sanguinis draconis ⁊ acatie ana.ʒ.i.corticum mandragore.℈.i.cere q̄ꝫ tum sufficit fiat vnguentū ⁊ applicetur vt dictū ē.

Cōsiliū de vlcere vesice.⁊ annexis ei.s.dissuria ⁊ dolore in partibus yliorum

Ec generosa domina egrotat vlceribus in vesica sua que non apparent profunda mltum vt ex inditio vrinarum ⁊ relatis haberī potui. Et est huic dispositioni coniūctum accidens primum qd̄ est dissuria uel distilatio vrine cuꝫ impotentia retētōis eius. Et secunduꝫ accidens est vehementia doloꝝ in partibus yliorum imo fere in toto vētre inferiori q accidunt ibi propter colligantiā ipsoruꝫ ad vesicam. Et nisi cito subueniatur ei hec dispositio minatur sibi periculū ingens male terminatiōis in breui future. Abstineat itaqꝫ hec mulier ab oībus acutis vt cepe alleo raffano ⁊ a salitis cibis ⁊ a rebus valde viscosis vt pastilibus piscibus ⁊ ab aceto acuto ⁊ leguminibus ⁊ ꝓprie ellixis. Et bibat vinum rubeū clarum mediocris fumositatis antiquum uel nouum suo libito. De medicinalibus vero ℞ granoꝝ sebesten numero.xv.iuiubarum numero.xxv.sumach granorum mirti lambrusce ana.M.i.liquiritie violarū seminis malue ⁊ altee ana.M.ſ.seminis plātaginis.M.i.ſ. caude equine.M.iii.corticū papaueris numero quattuor bulliāt omnia in libr.v.aque usqꝫ ad consumptioneꝫ medietatis ⁊ de aqua ista omni mane bibat ciatū vnum calida ⁊ tantundeꝫ per horā.i.ſ. ante cenam ⁊ ciatum medium quando vadit ad lectum ⁊ semper sit calida ℞ folioꝝ cupressi siccoꝝ .ʒ.i.corticum medianoꝝ castaneaꝝ.ʒ.i.ſ. papaueris albi.ʒ.ii.iusquiami corticū mandragore ana .℈.i.opii.℈.vnum partes duas croci.g̃.xii. semis portulace.℈.quattuor seminis lactuce.℈.ii.fiāt pille cum succo violaꝝ de omni.ʒ.viii.de quibus icp immediate ante prandium ⁊ cenam accipia .v.Et iterum alias quinqꝫ in mane quando accipit decoctionem suprascriptā ℞ seminis portulace.ʒ.i.ſ seminis lactuce seminum communium frigidorum ana.ʒ.ii.granorum pinearū minuti incisaꝝ.ʒ.iii. corticum intrancorum castaneaꝝ.℈.quattuor corticū madragore.℈.ii.penidiaꝝ.℥.i.ſ.fiat tragea de qua semper post cibū omnem accipiat coclear vnum ad laudem dei amen.

Consiliuꝫ de vlceribus ī collo vesice ⁊ in renibus.

Ste venerandus vir in christo pater sine dubio egrotat egritudine complicata ex vlceribus existentibus in collo vesice quibus etiā communicant aliqua vlcera renibus eius. Et preterea quandoqꝫ propter retentionem materierum a viscositate materiei ⁊ calore ītēso renum contingit generari harenulas in renibus eius. id est satis rationabile. quoniam loca vlcerata non euacuantur a presentia materierum viscosaruꝫ ⁊ a caliditate intensa. Qd̄ vero lapis in uesica eius existat. rationes non videntur rationablr concludere: quoniam impotentia illa emissionis vrine rationabilius prouenit a residentia ⁊ fixione materieꝝ inmersarum collo vesice ⁊ ibidem īviscataꝝ quam a lapidis presentia. licet in hoc casu etiam non sit neganda possibilitas. Sed quantum ex dispositione presenti cōsiderari potest.nō apparent in casu isto signa presentia lapidis ī collo vesice eius uel in ea.qualitercunqꝫ tamen contingat. vti potest istis quattuor remediis quorum qd̄ libet poterit esse mundificatiuum renum ⁊ vesice prohibitiuū ampliationis vlceruꝫ ⁊ sedatiuū accidentium que virum istum molestant. Primū itaqꝫ est descriptio ista ℞ sebesten numero.xv. violarum se.portulace granorum alkekengi foliorū cypressi ana.ʒ.ii.gumi arabici.ʒ.ſ.granoꝝ pinearum.℥.ſ.liquiritie.ʒ.ii.ſ.se.endiuie accetose scariol ana.ʒ.i.se.qīm frigidoꝝ.ʒ.ii.fiat hoꝝ decocᵒ in lib.iii.aque usqꝫ ad consumptioneꝫ tertie ptis de hac quidem decoctione singulo mane accipiat .℥.v.calidas ⁊ tardet cibum salt horis.iiii. Et si tempore instantie sitis aliquando de eadem acciperet bis uel ter in die cum eadem quantitate ordei bonum esset ei. Secunda medicina est pul. iste ℞ se.portulace.ʒ.ii. granorum papauer al. ʒ. iii.se.endiuie.ʒ.i.se.lactuce.℥.vi.floruꝫ nenufaꝝ ʒ.v.fiat pul.de quo accipe post mediam nocteꝫ ol nocte uel alterna nocte.ʒ.i.cum aqua decoc.granorum pineaꝝ. Tercia medicina est electuarium istud ℞ mucilaginis sebesten.℥ iii.mucilag. se. lini fenugreci ⁊ granoꝝ sisami ana.℥.ii.pinearuꝫ .℥.iiii.croci.℈.ſ. corticum maudragore.ʒ.i.granorum alkekengi numero.xx.florum nenufaris .ʒ.iiii.fiat electuarium de quo omni mane in aurora postq̄ dimiserit decoctōeꝫ predictam continuatam.x.diebus aliis.x.diebus sequentibus accipiat coclear ⁊ tardet cibum vt dictuꝫ est. Quarta medicina sunt pille iste ℞ centauree minoris .ʒ.ii.granorum alkekengi numero.x. corticum papaueris al.folioꝝ nenufaris ana.ʒ.ii.se. plantaginis acatie dragaganti gūmi arabici ana .℈.ii. medulle granorum cerasorum vel gūmi ipsoꝝ arboris.ʒ.ii.ſ.liquiritie ani.granorum pini ana.℥. ii.dissoluantur gumme cum modico succi violaꝝ incorporētur altera omnia cum eis. et fiāt pille de quibus omni mane in aurora acipiat.℈.ii.cum medio ciato aque decoc. liquiritie continuet eas .x.diebus post elʼtūm predictum.Deinde r̄uoluat ītentionē curationis de istis pillis ad decoctiōeꝫ ⁊ a decoctione ad elʼrꝫ ⁊ de elʼrio ad pills alternatiꝫ permutando. Et hec quattuor sūt que mihi securiora ⁊ vtiliora apparuerunt in pnti dispōne obseruanda. Si enim ad efficatiora ⁊ fortioris operationis deberet fieri transitus non vr̄ illd̄ bn̄ rationabile propter absentiam infirmi ⁊ carētiā signoꝝ presentem dispositionem demōstrantiuꝫ in quorum cognitione negociandum esset ex visu magis q̄ꝫ ex auditu. Hec ad laudē dei oīpotētis.

vti potest quattuor ⁊

Consiliū de strangurīa a quacūqʒ causa ꝓueniēte.

Capitulum pꝛimū de causis.

G Enerosus quidam adolescens de celeberrima pꝛogenie thel giaꝛioꝝ paulo ante ingent̄ molestatus fuit vehementi appetitu ꝛ conatu vꝛinandi. cum pauco tamen effectu. ita ꝙ non poterat emittere vꝛinā. ni i duas uel tres guttas cum maximo dolore in partibus femoꝛis ꝛ circunstantibus ei. cum quibus remāsit continue acriter molestatus a 24ᵃ hoꝛa vsqʒ ad 7 noctis diei. xv. nouembris. tunc ergo circa 7ᵃᵐ horam somno captus quieuit ꝗ̄ per horas duas. et expergefacus reperit se mīoribus doloribus molestatū. vꝛinam tamen emittere non potuit ꝙ̄ titatis maioꝛis pꝛedicta. post iterum somnū ingressus est ꝛ quieuit suauius ꝙ̄ ante. Et cum fuit a sōno expergefactus minori innentus est doloꝛe molestari. vrinam etiam abundanter emisit. Remansit tamen notabiliter cōfractus ꝛ dbilitatus. Hec fuit huius viri dispositio. que si diligenter cōsiderētur inuenietur ꝙ est dispositio a sapiētibus distillatio vꝛine nominata. quā greci stranguriā nominabant. per quā italici intelligunt impotētiaʒ vꝛinandi cum emissione vꝛine guttatim effuse.

Circa quam stranguriam contemplandum est theoꝛice speciales eius diuersitates eliciēdo ex uarietate causarum pꝛoducentium ipsam. De numero g° exteriorum causarum assignatur cē vna uehemens frigiditas a circunstante aere. ab aliis etiam rebus non naturalibus. vt cibo ꝛ potu ꝛ cō similibus que vehemeutem fecerunt pmutationē in organis vꝛine. velut in vesica tota. aut in collo eius. aut in poꝛis vꝛitidibus. vel in renibus ꝙ̄tū ad panniculum collatoꝛiū. aut in venis emulgentibus. pꝛopter hec enim omnia contingit homīeʒ ab vꝛinando pꝛiuari. aut qꝛ in vesica non recipit̄ vꝛina. aut qꝛ dato ꝙ in ipsa recepta fuerit expelli non potest. ꝓpterea. qꝛ foꝛtis frigiditas ꝓhibet debitam circūtractioneʒ muscli colli vesice de circumferentia ad centrum. ꝗ̄ vꝛina denegat̄ ppea qꝛ ad expulsionem illius necessaria est apertio colli vesice. Cum g° motiua virtus conatur dillatare contractio muscli pꝛohibet illā dillatationē. g° ibi cāt̄ doloꝛ. sed ex alio vꝛina sui multitudine ꝛ mala complexione fortassis consecuta ad ipsam incitat virtutē expulsiuā. g° perseuerat pugna expellētis ad constringens et eꝰ. Cum ergo virtus in dillatando aliq̄liter elonget superficies intrīsecas colli vesice. g° aliquid de vꝛina distillando cadet. ꝛ hoc est foꝛale strangurie. Ex hoc sequitur coꝛrelarie. ꝙ quādiu durat causa constringens ꝛ dillatationis effectus. tādiu durat egritudo. Et sequitur 2° ꝙ cū ibi sint motus pꝛeternaturales ꝛ multum violenti. necessario sequitur ibi dolor fortis. Et sequitur 3° ꝙ tales doloꝛes repꝛesētāt sub spetie moꝛdicandi ꝛ pungendi ꝛ cet. Ad retentionem enim vꝛine ꝛ eius multiplicationem acquiritur in ea acuitas ad quā ipsa vꝛina est valde parata pꝛopter amaritudineʒ ꝛ salsedinē eius. Et sequitur 4° ꝙ in tali dispositione assignabilis est duplex male cōplexionis species. Pᵃ est a frigiditate iaʒ inducta. 2ᵃ ē a caliditate in collo vesice ab ipsa vꝛia. Et sequitur 5° redditio cause. qꝛ multi hominum hac egritudine laboꝛantes facile moꝛiuntur. Spasmosi enim ꝛ cōtractiui motus lacerti vesice nocumentum comunicat̄ nuce. ꝛ de ipsa comunicatur ad cerebꝛum valde faciliter. Et ex hoc fundamento iteꝝ sequitur solō ꝗ̄ maior sine comparatione pungitiuus ꝛ mōdicatiuus doloꝛ appareat in hac egritudine in extremitate pudibundi ꝙ̄ in collo vesice. in quo tamen vesice collo existit egritudo per essentiam. ꝛ sua causa applicata magis. hoc enim totum accidit pꝛopter maiorem esse ꝓbilitatem in pudibundi panicl'o ꝙ̄ i vesice collo. Et vltimo ex hoc fundamēto sequitur posse colligi signa huius spetialis stranguríe. Erunt eꝛgo ista .s. velocitas aduentus nocumenti pꝛopter foꝛtitudinem cause infrigidantis ꝛ naturalem complexionem subito permutantis. Secundum signum erit intensio lapsus ad applicationem rerum infrigidantinm sequens. Tercium signnm erit actual̄ frigiditas a i su tactus egrotant̄ percepta. Quartum erit grauitas in alchatī peꝛceptibil̄. Et quintum assūetur ex cognitione applicationis causarum subito ꝛ potent̄ infrigidantium. Et licet mala complexio humida possit etiam hoc efficere ppea pa humiditas maiō ꝙ̄ debet reddit cōpꝰis frigidius ꝙ̄ opoꝛtet. tamen qꝛ ipsa non est tante potentie ad contrahendum collū vesice. ꝙ̄ te frigiditas est potēs. Ideo ipsa humiditas rarissime efficit hanc egritudinē. que raro tātū inualescat ꝙ deiciat actū pꝛopꝛie vtutis. ꝛ ex isto sequitur necessitas huius dispositionis vt i sequenti caᵒ deinceps apparet.

Capitulum secundum de cura strangurie in gnqʒ distinctum intentiones a causa frigida ꝛ hu.

In hac igitur dispositione canō curōnis assūit̄ ex quinqʒ intentionibus necessariis. Et pꝛima quideʒ est coꝛruptio male complōis frigide vl' alterius inducte si fuerit inmaterialis. 2ᵃ intentio est rectificatio membꝛoꝝ que iam debilitata sūt. 3ᵃ est rectificatio regiminis. Si autem egritudo fuerit materialis. qꝛ mala complexio frigida ꝛ humida tocius vesice. ꝛ pꝛincipaliter colli eius cum multa materia flegmatica fri. ꝛ. hu. tunc 4ᵃ itētio est accidētis suspecti remotio subita. ne perducat ad nocumenta supꝛadicta. Sʒ contra quoniaʒ accidens illud remoueri non potest ni i curatiōe suaꝝ causaꝝ a quibus dependet. sed cause sue n cōuenienter reguntur nisi p digōeʒ aut eūatōeʒ eaꝝ āt vtrumqʒ simul. ergo pꝛius itendi debet ad digōeʒ ꝛ eūatōeʒ ꝙ̄ ad accidentis sedationē. Ad hoc motiuum ꝛ ad oīa sibi consilia dicendum est pꝛimo leuius qꝛ cōtingit hanc egritudinem esse a mala complōe frigida inmateriali. Subtilius āt dicendum est. negando ꝯñtiam. licet enim effectus a causis dependentes non possint conuenienter remoueri sine pꝛocuratione caꝝ: vt bene argutū est tamen qꝛ foꝛtitudo accidentis vt doloꝛis vl' coꝛruptionis vesice a multa materia diu retenta fuē a fieri grandiora minatur pericula ꝙ̄ materia et mala complexio. Ideo accidentis remotiōi pꝛius intendendū est. sed foꝛtitudo accidentis negat illas. ergo pꝛius accidenti intendendum est. ꝙ̄ egritudini ꝛ cause sue. Et sunt sermones gustandi ex sententia pꝛincipis 4ᵃ primi finali caᵒ. ꝛ tu lege ibidem de complicatione moꝛboꝝ cum causis et accītibus coꝝ. 5ᵃ itētio erit materieꝝ pꝛepara°

ꝛ earum euacuatio. Primam autem intentōez complent omnia istrumenta que proprie egritudini contraria sunt. ꝛ sunt instrumenta calefacientia primi generis cibalia potabilia. velut crocus cassia lignea ameos amomū eupatorium absinthium abrothanum. hec enim omnia ad vesicam in frigidatam potentiam habent calefaciendo ꝛ ipsā confortando per operationem a 3ª vtute eorū ꝓuenientem. Similiter etiam ꝛ aque sublimatōis decoctionis predictarum rerum notabiliter cōferunt. De instrumentis vero ꝭi generis sunt ea que exterius applicāda sunt. de quorū numero primum est. vt fiat sessio cum collo vesice frequenter super tabula cupressi notabiliter calefacta: que ēt applicetur femori ꝛ sub radice testiculorū. qꝛ ibi ē situs colli vesice. Similiter sessio facta fiat cum multa quantitate croci integri notabiliter calefacti ꝛ positi in sacculo sindoneo ꝛ est de melioribus mihi exptis. Crocus enim ingreditur in sedatiōe doloris 3ª quarti caº de cura flegmonis. Similit confert vesica ex decoctione croci predictis partibus applicita nōbilr calida. Et iterum confert sēicupium factum in decoctione saluie melliloti ꝛ camomille. Non curo hic instrumenta multiplicare qꝛ iste vir iam curatus est. sed hec posita sunt. vt si ista applicentur vsqꝫ ad vnum mensem omni septimana t' vel quater vtilia forent gratia preseruationis applicita. propter qḋ linimenta emplr̄a ꝛ vnguenta ꝛ embrocationes ab hoc sermone abscindo. licet aliqua tangentur inferius magis.
Pro 2ª vero intentione apparet qḋ applicatio prędictorum corroborat vesicam totam corrūpēdo malam complexionem iam predictam. De his āt que a proprietate dicuntur confortare vesicam ē assumptio pulueris vesice danule exiccate. si ex ea detur in potu. ʒ. i. cum decoctione croci. nō minus enim hoc instrumentum videtur esse conueniens ꝙ est puluis pelliclarū intrinsecarū stomachi gallinarū stomachi cōfortatiuus. sed iste affirmat ab omnibus. vt 13ª tercii tractatu 2º caº de debilitate ꝛ nocumento stomachi colligendū est. ergo pariformiter hoc conferre debet in vesica. ꝛ lege ꝺ eo 19ª tercii caº de retentione vrine ꝛ videbis.
Jam autem ex predictis apparet pro executione tercie intentionis. qualiter regimen ex parte rerū non naturalium mensurandum est. Oportet. n. omnia instrumenta hec per contrarietatem aduersari egritudini. Et qꝛ egritudo essentialiter ē frigida. Ideo oportet instrumenta illa esse calefacti ua: vt 4ª primi caº 2º in exordio de canonibus curationis male complexionis legitur. Que enim sine materia fuerint per alterantia corriguntur. verū qꝛ tales egritudines inmateriales non diu permanent ita qu in transeant ad materiales. aut sibi associat ea. vt pª primi caº de complexionibus legendum est. frigiditas enim maior ꝙ debet reddit corpus ꝛ cetꝭ. Ideo qꝛ raro contingit imaginari bene posse virum bene contemplantem ꝙ reperiatur stranguria omnem presentiam materie ꝛ lapsum materialem excludens. Ideo in hac materia pro intentione 4ª discurram per instrumenta que cum hoc ꝙ calefaciendo lapsum inmaterialem frigidum corrigere possunt. etiā matiā aspicientia frigidam ꝛ humidam mucillaginosam aquosam vitream ꝛ salsam. nunc quidem calefaciēdo. nunc vero subtiliando. Similiter etiaꝫ incipiendo ꝛ incidendo prout materierū diuersitas i qualitatibus primis ꝛ secundis peccantium aduocat adsc instrumenta conuenientia sunt. ꝛ per hec omnia complebitur simul intentio 4ª. que vertebatur ad accidens videlꝫ ad dolorē. Et intētio 5ª que erat ad materierum preparationeꝫ ꝛ eu͂ationem. Igitur mensurari debet modus administrationis medicinarū incipiendo pº ab isto. ℞ aq̄ altee aq̄ paritarie ana. ℥. ii. ꝛ fortius illo est hoc ℞ aque rubee tinctorum aque genestre ana. ℥. ii. Et iterum ℞ aque apii. ℥. iii. aque petrosil' ꝛ est spēs eius. ℥. ii. misce Et iterum dentur aque milii solis ℥. v. Et fortius omni predicto est. vt in potu dēt ℥. v. aque capil' ve. aperiūt eniꝫ in 3º licet tēperati sint vt 5º collig' legi potest. Et quodcunqꝫ eorū exhibeatur. calidū detur cum zuccaro commixtuꝫ ꝛ in aurora per 7 uel 8º horas distanter a cibo. Et si quis desideraret hec efficere fortiora. tunc predictis adiungatur. ℥. i. oximell' compositi. Et delectabilior illo est sirupus compositus aceti. Et fortior illo est oxiel squilliticum ita tamen ꝙ tota dosis potus non transcendat. ℥. iiii. ʃ. De his vero que localia conferunt. cōmune ꝛ domesticum est semicupium factum cum aqua decoctionis feniculi appii petrosil' peucedāi aristol' vtriusqꝫ cimini carui ani. gr̄nis milii sol' eupatorii su meu ꝛ consimilibus omnibus ꝛ pluribus. hec enim solemnit' conferunt immo administrari potest semicupium quinqꝫ vel sex vicibus in die securius ꝙ̄ administraretur balneū totū capiens. Et ego scio ꝙ in fōti stranguria semicupium factum ex oleo dulciū oliuarū statim remouit dolorē ꝛ prouocauit vrinam. De localibus vero linimētum optimum ē hoc. ℞ vnguenti dialtee. ℥. ii. olei nardini. ℥. i. ʃ. misce ꝛ liniat' totus pecten radices testiculorum ꝛ inferior pars spine. Et si de tali medicamine fiat suppositorium cum lana succida qͥ continue positū in fiteri ꝛ intestino mirabiliter cōfert. Linimentum autem fortius illo est hoc ℞ vnguenti aragonis. ℥. ii. castorei. ℥. ʃ. olei de croco olei de ruta ana. ʒ. vi. fiat unguentū molle. De localibus etiam comune est. vt inungatur candela parua vl' siringa cum oleo balsami ꝛ imponatur vsqꝫ ad 9 cauum vesice. aut enim curat remouēdo pilos harenas lapillos ꝛ trumbos a collo vesice aut curare docet. si enim siringa sentiat asperitatem aut duritieꝫ. tunc est signum certum lapillorum aut harene grosse in collo vesice existium. Unde curāda est dispositio ꝛ alleuiādus dolor per trāspositoeꝫ eleuando plantas pedum versus celū. De fomētationibus aūt localibus comunes existunt ꝛ vtiles hee facte ex furfuribus spelta cimino aniso dauco eupatorio petros' calefactis ꝛ femori ꝛ omnibus partibus predictis applicatis. Secunduꝫ fomentum ad illud ꝛ optimum est vt accipiantur arthemisie matricarie ana. lib. ʃ. calide applicent' partibus predictis. q̄to iuuamento conferat matricaria ad prouocandum vrinam ꝛ ad aperiēdū sciunt qui legerunt in caº eius ꝛ audiuerunt. Sepe autem sum expertus ego. ꝙ si maḡ q̄titas herpilli. i. ꝭpilli calefacti applicetur partibus predicꝭ dolorē sedat. ꝛ vrinam prouocat. In hoc autē caº non curo tangere iuuamenta neqꝫ modum applicationis floris sapheue. Similiter nō curo extendēre sermoneꝫ in descriptione ꝛ applicatione clisteriorū. quoniaꝫ intentio mea principaliter dirigit'

ad aperiendum ⁊ sedandum dolorē.que duo non dant indutias. Materie etiam medicinarum que in fomentatiōibus ⁊ linimentis predictis po site sunt. possunt sufficere ad faciendum clisteria epithiata eplra ⁊ alia cōsimilia localia. Et p hec q dem credo satis conuenienter posse remoueri oēz stranguriam a mala complexione frigida ⁊ humi da maťiali vľ inmateriali. ⁊ omnem que pendet ab oppilatione facta a trumbis petaloidibus ha renis ⁊ lapillis. ⁊ mucosis superfluitatibus. immo hec remedia multum conferunt ad stranguriaz p uenientem ab apostemate colli vesice tam flegma tico ꝙ melancolico.

Capitulum tercium de cura strangurie a causa calida ⁊ sicca.

Si autem ex signis percipi potest strāguriā pro uenire a materia calida ⁊ sicca. quod ē valde raro tunc cum instantia doloris procedendū esset cum linimentis vnguentis emplastris semicupiis epi thimatibus ⁊ embrocis compositis ex aperiētibus ⁊ infrigidantibus de quoꝝ numero sunt sēia 4 co munia frigidoꝝ. Item semen cuscute portulace ci coree endiuie attaraxacon viole malue prunis se besten cressonibus senatōibus ⁊ aliis fontalibus plantis. De numero tamen istoꝝ est oleum nenu farinum factum ex dulci oleo oliuaꝝ absqꝫ sale da tum in potu usqꝫ ad 4.ʒ. quibusdam diebus mira biliter confert. Et scio ēt ego ꝙ emplastratio par tium genitalium facta cum lenticula aque mirabi liter confert. Et fortior illa ⁊ secura est applicatio foliorum recentium papaueris contritoꝝ. Nec ti meas stupefactionem. qꝫ domestica ē 4ª primi pe nultimo caº. Scio etiam ego ꝙ aqua lactis ouini ⁊ bouini ⁊ mandiolini usqꝫ ad.ʒ.iiii. cum modico zuccari melľ vľ vini ne coaguletur mirabiliter ꝯ fert. ventre tamen patient| facto sēper lubrico cuz leuibus ⁊ pinguibus clisteribus vel cum medulle cassie fist|.ʒ.i. in potu data cum aqua lactis predi cta. Scio autem ego experientia certa. ꝙ si pa tiens accipiat omni mane.ʒ.v. aque decoctionis ḡ norum sebesten minutim incisoꝝ. leniendo prouo cat vrinam. ⁊ dolorē sedat. ⁊ proprie si ei adiūga tur aliquid de puluere croci.

Capitulum quartum de cura strangurie a cau sa frigida ⁊ sicca.

Si autem hec egritudo proueniret a mala cōple xione materiali frigida ⁊ sicca qđ tamē adhuc mi nus contingit. tūc summa curationis ꝯsisteret ex his que dicta sunt in duobus capitulis inmediate precedentibus. vir enim sciā ⁊ opere tritus diligē ter confrangere sciret ⁊ poterit medicamina fri. ⁊ hu. cum ca. ⁊ sic. ibidem positis ⁊ ducere ea ad me dium. per qđ diligenter corriget lapsum frigidū cum calefacientibus. ⁊ siccum cum humectantibus potentia enim discretiua applicaret conuenienter singula contraria sibi compositis contrariis. et tu considera. qꝫ sermones abbreuio. At vero đ appropriatis instrumentis ad hunc lapsum est vt in potu detur sape clare ⁊ dulcissime.ʒ.i.ʃ.cuz.ʒ. .iii. ydromelľ longi ⁊ subtilis. In hoc etiam casu summū cognoui iuuamentuz in applicatōe aque sublimationis raparuz. imo ⁊ in comestione eaꝝ. Et brodia etiam pulloꝝ. in quibus dissoluantur medulle crurium castrati ⁊ porcelli iuuenis mira bili iuuamento conferunt in hac spetie strāgurie. Similiter etiam ⁊ vitelli ouoruz ⁊ testiculi agno

ruum vituloꝝ ⁊ pulloꝝ. Si quis autem vellet ex hibere aquam sublimationis medullaꝝ aliuz erit iuuamentū excellens per me testificanduz. Quidā autem gloriantur in exhibitione aque sublimatio nis humani sanguinis a corpore bene sano accep ti. sed nō curo ego de talibus neqꝫ vitupero mlťū.

Capitulum quintuz de strangurie sāguie cura.

Si autem hec egritudo proueniret a mala cōple xione ca. ⁊ hu. materiali. vꝫ sanguinea. imaginari possumus. de raro tamen contingentibus est mul tam sanguineam materiā inmoderate replerē cō pus vesice totum. ⁊ proprie partes colli eius. pro pter quod fieret oppillatio coartatoria colli vesice negans vrine emissionē. ⁊ tunc quidem apparēte notabili rubore ⁊ plenitudine ⁊ grossitudine vēa rum circa totum femur ⁊ inferiores partes pudi bundi cuz caliditate ⁊ grauitate ibi percept| ⁊ pul satione maḡ. Tunc primum instrumentorū est stā te complicatōe plenitudinis corporis cum ea fiat flōia basilice per quam educant sanguinis.ʒ.iiii. aut. v. secundū potentiam tollerantis. Et si nō ap paret tanta plenitudo. tunc sufficeret flōia saphe ne dextre. Facta vero flōia diuertatur materia ad intestina cum clisteribus compositis cum cassia fist| zuccaro ru. oleo violʼ ⁊ ellectuario de psilio cō fect|. Tertio ad hanc intentionez conueniret vē tosatio natū cum scarificatione. Et melior illa esset ventosatio facta in domestica parte coxarum ⁊ in media earum. Quarto intēdatur ad appli cationem remedioꝝ localium sedatiuoꝝ doloris. Et licet stante fluxu materierum argumento sum pto ab egritudīe conueniret repercussio. qꝫ tamen repercutiētia que deberēt esse frigida ⁊ sicca raro euacuantur a stipticitate notabili. que simul cum frigiditate notabilē efficit constrictionē ⁊ strangu rie augmentum. Ideo securius est administrarī lo calia infrigidantia ⁊ humectantia lenientia nōbi liter ⁊ sedatiua doloris. Argumentuz eiꝫ sūptum a vehementia accidentis. qđ est dolor vehemens a constrictione colli vesice fortius promouet me dici mentem ꝙ lapsus a materiali eius causa. Unī locale conueniens esset semicupiū factum ex aqua decoctionis violaꝝ maluaꝝ portulace folioꝝ ⁊ flo ruz cucurbite ⁊ nenufaris. Et fortius illo ⁊ securi us esset apud potentes facere semicupium cuz oľo nenufarino floribus cucurbite oleo violʼ ⁊ consimi libus. Et non raro consueui ego in cōsimili dispo sitione reperire iuuamentū sublimius in semicu pio lactis ouini vľ bouini vľ caprini vľ mandioli ni ꝙ in aliis. Uerum egritudo hec rarius proue nit a sanguine apostemante collū vesice ⁊ cuius q dez cura fiēda esset proprie sicut precedēt| reple tionis. nisi qꝫ in loco apostēoso oportet diutius assistere medicinas ⁊ cōtinuare super loco. propť qđ summum inueni iuuamentum in applicatione lane infuse in predictis oleis caľis aut ipsorum a liquo ⁊ sepe renouate. Similiter etiam a sāguie frequentius contingit fieri stranguriā ⁊ proprie effuso in concauū vesice vľ in collū eius ⁊ ibidē co agulato vľ cōgelato a frigiditate. licet frequētius contingat ipsum coagulari ꝙ congelari. proptea qꝫ coagulari non minus est propria passio sāgui nis ꝙ esse rubicundum. vt a Galieº in libello de colera nigra colligendū ē. Cum igitur contingit coagulatū sanguinez in collo vesice facere strangu riaz. tunc difficilis est eius cognitio sicut pluriaꝝ

egritudinum viarum vrine noticia ambigua ē. 2° te gni colligendum. potest tamen diligens contemplator aliqualiter venire in noticiam huius dispositionis. P° per noticiam habitudinis trāscēdētis medietatem carnositatis ⁊ maxime circa partes natum femoris ⁊ coxarum. 2° vero per grossitudinem venarum existentium in partibus illis.

3° per rubore͂ purpureum in eisdem. 4° per pulsationem magnam ⁊ perseverantē. 5° p gravitatem in collo vesice perceptam. 6° per caliditatem ibidem multiplicatam. Sanguis enim coagulatus valde facile supercalefit. 7° p usum ciborum valde calefacientium ⁊ dissoluentium ipsum sanguinē. 8° ꝓpter precessisse fortes agitatōes in partibus al'katim natum ⁊ consimilibus. velut contingit in casu percussione saltu ⁊ vehementi exercitio ⁊ coitu facto vl' similibus. 9° ⁊ vltio ꝙ si candela vel siringa imponatur collo vesice et extrahatur suaviter: percipietur in foraminibus siringe aliquid sanguinis adherere. quibus percepris stante repletione notabili cōporis ⁊ partium predictarū applicētur flōie vt paulo ante dcūm ē.

2° vero fiant semicupia ex predictis rebus in quibus tamen semper magna ꝗtitas apii absinthii rubee tinctorum polii montani ⁊ centauree minoris apponatur. hec enim omnia operationes ⁊ proprietates habent dissoluendi sanguinem coagulatum ⁊ proprie cimiō inest virtus talis. De localibus autem intrinsecus administrandis. summum remediū est intromittere aquam mellis calidam ⁊ valde dulcem. Iterum confert ītromissio vini subtilis albi ⁊ bene fumosi. Et 3° confert ad illud succus apii iniectus. ⁊ similiter aqua sublimatōis eius. licet debilior sit. Et si p hec omnia aut ipsorum efficatiora dissoluitur sanguis. habebitur intentum. si autem predictis addatur modicum aceti albi subtilis ⁊ acuti. Scio autem ꝙ iniectio lixivii notabl'r calidi potent' dissoluit sanguinem sive congelatus sive coagulatus extiterit. Et p hec omnia apparet satis sufficienter provisum esse ad curam cuiuscunque spēi appropriate vl' reductie. Quecunque enim strangurie species debilis reduci potest ad curam per ingenia ⁊ instrumenta in precedentibus capitulis posita. que omnia hic vir attendere debet gratia preservatōis sui ipsius. evitando huius egritudinis effectivas causas. que tacte fuerunt ⁊ aperiendo quibusdam instrumentis lenituris ⁊ aperituris supra memoratis. Et divina interveniente gratia curabitur a dispositione ista si recidivabit in illam ⁊ preservabitur a lapsu in ipsam amen.

Consilium de dissuria ⁊ stranguria simul provenientibus ab acuitate vrine ⁊ ab excoriatione cum vlceribus in collo vesice.

(h)Ic nobilis vir Baytanus laborat egritudine verenda multū ꝓpter plurima motiva. P° propter ipsius diuturnitatem cum ipsa satis prolixo tēpore perduraverit. 2° vero proptꝰ ipsius egritudinis manerie͂. quonia͂ est de his q̄ non solent bene curari. cum ipsa sit dispositō viarum vrine. est enim dissuria commixta cum stranguria. vt paulo post videbitur. 3° propter etatē huius viri q secundū ꝙ dicitur septuagenarius ē.

4° ⁊ vltimo pro nūc. q2 ipsa est egritudo continue affligens virtutem que debilis est ipsam nullā fere habet interpollationem ſm narrata mihi. Est autem dispositio ista dissuria per quam intelligitur frequens mictus. Cum enim effunditur materia a renibus per vritides ad vesicam. sive ipsa materia habet acuitatem a caliditate vl' a calida materia colerica vel adusta sibi īposita. sive a putrefactione materierum in renibus acquisita. cū tal' materia recipitur in vesicam acuitate sui dolores faciendo pungitivos incitat virtutem expulsivam vesice ad expellendum ipsam vrinam tamꝙ obiectum contristativū. etiam si collum vesice nullam haberet lesionem aliam preter illam. quāto ergo fortius leditur vesica ab vrina sibi delata. cum ipsa habeat excoriationem immo ⁊ vlcera ī collo suo que reddunt ipsam passibilem ēt ab vrina ꝙ tumcumque naturali. si non haberet aliquam malā qualitatem de predictis per quam nocere possit. Cum g° due cause de fortioribus associate sint ad faciendum frequentiā mictus. s. vrine acuitas et putredo ei commixta ⁊ vlcera ⁊ excoriationes in collo vesice. non est mirabile si frequens est mictus totiens enim ad expellendum vrinam movetur vesica. quotiens patitur ab ipsa. sed quasi semper leditur ab ea. ergo quasi semper mingitur. aut saltem mingendi appetitum habet patiens. Cum g° collū vesice magnifice lesum sit. ⁊ virtus eius debilitata. non est mirabile si impotentiam habet mingendi vir iste. ⁊ cum mag̃ angustia vrīam emittit que non est aliud ꝙ stranguria nominata dispositio. Ad hanc autem vitatē non solum colorādam sed etiam demr̃andā concurrunt motiva ex informationibus mihi conscriptis assumpta.

Quorum primum est magna voluntas vrinandi. sive per ipsam intelligatur magnus appetitus ad eiciendam vrinam ⁊ frequenter. sive frequens ēt fiat eius emissio. Secundum vero est mictus pauce quantitatis vrine. licet enim vrina adhuc multa in vesica reperiretur. mictus tamē fit paucus. propter impotentiam virtutis expulsive vesice. Quo modo enim potest vrina convenienter expelli. cum non possit convenieuter applicari organū expellens. qđ est collum vesice ad expellibile quod est vrina. Tertiū motivum est pūctio manifesta vel ardor in collo vesice. maior tamen representatus in extremitate pudibundi ꝙ alibi. ⁊ hoc propter maiorem sẽibilitatem panniculi capitis virge ꝙ colli vesice. hoc autem totum ꝓvēit propter vlcera in collo vesice existentia. que p colligantiam eius ad caput virilis membri nocumētum in eo comunicant. apparet autem huic viro iuvamentum consequi propter manualem constrictionem capitis virilis membri. si per ipsam compressionem exprimatur vrina. que mag̃ qualitatibus dolorem efficiebat in eo. sive propter compressionem talem non tantum recipiat de spū sẽibili ꝗtum esset necessarium ad sẽationem efficiendam. Potentia enim sẽitiva non exit in actum sentiēdi nisi cum debita quantitate ⁊ dispositiōe spiritus sẽibilis. Sed ille per constrictionem illam expellitur ac prohibetur recipi vt dictum est q2 ⁊ cet.

Accidit autem in viro isto in yeme nō percipi dolorē. s. magnum. Non enim credo ipsum esse sine dolore tempore mictus. sed non est ita fortis

dolor quonia materie humorales magis refracte sunt a frigiditate tempore hyemis. q estatis. Et licet caliditas tempore hyemis fortior sit in profundis partibus corporis q tempore estatis. non tamen ppter hoc acutiores redduntur materie. quoniam fortitudo caloris illa etiam est per vnionem naturalis caloris que reddit virtutem fortiorem. resistit autẽ magis fortis virtus accidentibus causis egrotare facientibus q debil' virtus. Cum etiam tempore hyemis non ita frequenter nec magna putrefactione corrpãtur materie sicut tempore estatis. Urinam autem mingit iste vir parum conturbatam. propterea q2 ipsa effunditur a locis propinquis. vnde non potest multa commisceri feculenta et saniosa pars cum aquositate i puo et breui spatio transitus. sicut commisceretur i magna et prolixiori via. Cum ergo conseruat vrina in vrinali et refrigescit. apparet in fũdo vasis velut lutum. qd non est aliud q saniosa et corrupta materia prius in vesica collecta que grauitate sui separatur ab vrina propterea aquositas subtiliatur aut minus turbida fit. dato q non credam ipsam vnq clarescere posse. Ex fundamẽto omnium predictorum sermonum. inferuntur correlaria plura. Primum q egritudo principalis huius viri est excoriatio cum vlceribus in collo vesice. Secundum q egritudo cõplexionalis eius est mala complexio in renibus vesica et omnibus membris vrinalibus calida et humida. Tertiũ q materialis causa est sanguis flegmaticus in venis renum et viis vrinalibus a putredie corrupt'.

Quartum est in renibus eius et collo vesice ẽ aliquid de harenis. propter caliditatem intensã generatis ex predicto flegmatico sanguine. Quintũ ẽ q in renibus et viis vrinalibus frequenter accidunt oppillatiões a materiebus predictis claudẽtibus celatorium renum poros vritides et vesice collum. Sextum correlariũ est. q accidẽtia huius dispositionis sunt dissuria et stranguria super sus tacte. Septimum correlariũ. q pungitiuus dolor et incensiuus in capite virge consequit' nocumentũ colli vesice. et non est nocumentum per se capitis virge. Octauum correlarium est. q iste vir debet esse in virtute motiua laxatus et debilitatus multum. Nonum correlarium et vltimũ ẽ q oportet hunc vir de se ipso prouidere et cito et bene sollicitum esse; aliter non bene succedet ei. Hec in summa est huius viri dispõ. cuius regimẽ nunc conscribetur.

Capitulum fm de cura per dietam.

Regimen itaq3 huius viri per sex res non naturales debet esse tale. P° q ipse euitet stationem in aere et camera frigidam et humidam et flatum etiã venti septentrionalis et cameram propinquã fluxibus aquarum. imo elõgetur ab eis iuxta posse. Similiter quantum potest euitet exercitia fortia. et proprie post cibum. imo quies corporis oĩno est sibi necessaria. ne propter motum materie fluant et acutiores reddantur. 3° iterum euitare debet pa°nes anime valde violentas. vt iram furorem tristiciam angustiam et motus anime consiles istis propter quos velox fortis et frequens ponatur motus in spiritibus et humoribus. 4° vero attendat dormitioni prolixe. vigilia enim propter caliditatem et siccitatẽ que consequtur ad ipsã. est sibi magnifice nocitiua. Caueat tamen ne cito dormiat post assumptum cibum. imo notabile tempus interpollari debet saltem per duas horas. et euitet dormire super spinam. et dormiat super lateribus dextro primo. deinde super sinistro. et aliquãdo super ventrem est ei dormire conueniens.

5° iterum q̃to mag potest caueat ab assumptõe multi cibi et potus. sed melius est ei partiri cibum in vices quattuor vel in duabus vicibus determinatam q̃titatem cibi et potus assumer'. Neq3 vnq comedere debet cum grauitatem stomachi vel conturbationem in eo perceperit. Caueat etiam cibum suum deglutire sine conuenienti masticatione. et cibi et potus mensura debent esse semper talis. q per eos non sentiatur in stomacho grauitas. neq3 põdus neq3 fluctuatio in eo. De qualitate vero ciborum premittendum est. q omnia cibaria g'ssa viscosa et multum frigida euitanda sunt. Similiter et viscosa. velut sunt pisces antiqui grossi nimius vsus lactuce portulace et plantarum oium grossitudinem habentium. velut solatrum cucurbita bleta. rape et consimilia. Caueat etiam a cibis difficulter digestibilibus. vt sunt panis azimus nõ bene coctus torrefactus et combustus. et pãis biscotus. et cibi pastiles omnes dimittãtur. et lac crudum et recocta et caseus antiquus omnia mala sunt. Similiter etiam euitare debet omnia acuta in cibariis assumpta. velut rafanus cepe alleum porrũ et bulbi. Etiam omnia salsa effugiat sũmoper'. siue sint carnes antique vel recentes. caseus et pisces saliti. Arõtum vsus saltẽ multus euitari debet. et semina acuitatem habentia. velut cardamomũ semẽ rute siseleos et consimilia. fugiat etiam vsum aperitiuorum ciborum. et proprie qui condiũt' cum feniculo petrosil' apio cimino carui quorum omniũ et similium radices folia et semina euitare debet. Aceti aũt vsus omnino dimittat'. agresta tamen non salita et succo granatorum cum zuccaro vti potest. Effugiat vsum carnium difficil' digõis. omnibus autẽ aliis cibariis preter predicta vti potest. Bene placent mihi panis recens candidus bene coctus et bene fermẽtatus et carnes pullorum pinguium et vituline et agnine et castratine et capreolorũ suis temporibus. Carnes etiam auiũ et quadrupedum siluestrium vt perdicis fasiani anatulorum iuuenum cuniculi leporis et porcelli domestici vl' siluestris. Pisces pet'ni et lucii capedani et trilie rumbi et orade fluuiales vel marini leuium carnium et facilis digõnis bene placent mihi. Et spinachia attriplices citrulli pepones et angurie et cerasa dulcia et auellane recentes et amigdale et poma et pira mollia et bene dulcia. et semina comunia frigida quinq3 et sparagi vsus aliñ absq3 aceto placet. et caseus recẽs et cibaria condita cum lacte cocto et oua recentia i aqua vel igne vl' butiro cocta omnia hec sunt laudabilia. Et potus eius debet esse vinum albũ subtile bene arõticum et valde dulce. Quod si potens et fumosum esset. moderet' cum aqua decoctionis radicis liquiritie recentis. et in diebus caloris cum aqua boni fõtis vel fluuii. melior tamen est aqua de cisterna q altera. Et si quandoq3 in diebus caloris biberet de aqua distillationis angurie aut ypofcte. et est cauda cabalina esset sibi valde conueniens. Laudo etiam sibi valde q a medietate aprilis per totum mensem septembris assumat' oi mense diebus octo in aurora ciatum vnum aque lactis ouini. tali enim lacti nulla medicina compar

est in debilitate et egritudinibus renum ⁊ partiū vrinaliū. ⁊ hec de cibis ⁊ potibus.

Capitulum de cura per medicinalia

Pro remediis vero rerum medicinalium .xii. sibi describam sollemnia ⁊ necessaria remedia. cum quibus iste vir acquiret conualescentiam notabilem. si nō poterit totaliter eradicari egritudo eius minus valde nocebitur a doloribus ⁊ a frequētia mingendi. Quorum primum est hoc ℞ granorum sebesten numero xv. liquiritie rase ⁊ recentis. ℥.i. seminum comunium frigidorum omnium ana.ʒ.ii. foliorum vngule caballine que farfara vocatur ab auctoribus medicine seminum altee malue violarum ana .ʒ.i. caude caballine foliorum piloselle radicis consolide ma. ⁊ mi. se. plantaginis acatie ana.ʒ.iiii. gūmi arabici dragaganti ana.ʒ.ſ. bulliant omnia ī lib. .v. aque vsque ad consumptionem medietatis. deinde colet ⁊ exprimatur ⁊ colature addātur zuccari fe coctionis.℥.iii. penidiarum.℥.ii. postea colētur ⁊ fiat sirupus cum albūie oui clarificatus. de quo omni mense accipiat .x. diebus.℥.v. tepefacto in aurora ⁊ post ipsum tardetur cibus ad minus quattor horis dormiendo post eum vt libet. Secundum remedium principale est hoc. vt .xi^a. die immediate sequenti recipiat istum potum ℞ cassie fistule de canna nuper extracte.℥.i. sir. rosarum.℥.iiii. bibatur hoc totum cum.℥.iii. aque lactis caprini in aurora ⁊ parum dormiat post ipsum ⁊ tardetur cibus eius ad minus horis quinque. Tercium remedium principale est hoc. vt iste vir semper ante cibum assūat coclear unum huius tragee. ℞ granorum pinearum recentium.℥.iii. se. plantaginis acatie foliorum pilo selle ⁊ consolide mi. ana.ʒ.ii. corticis mediani castanearum.ʒ.iiii. se. endiuie ⁊ acetose ana.℥.ſ. pul ueris corticis mandragore ⁊ piperis ana.ʒ.i. se. papaueris al.℥.ii. penidiarum.℥.i.ſ. zuccari al.℥.v puluerizentur omnia per se deinde commisceantur in hoc enim puluere latet mag pars curōis huius viri. Quartum instrumentum est hoc. ℞ mucillaginis sebesten se. lini ⁊ mucillaginis granorum sisami ana.℥.iii. cassie nuper preparate cum aqua nenufar. lib.ſ. granorum alkekegi numero .xxv. florum nenufaris corticū castanearum intermediorum ana.ʒ.iii. pulpe prunorum recentium .℥. .iii. polipodii.℥.ſ. zuccari fe coctiōis.℥.iiii. cinamomi macis ana.ʒ.ii. fiat el'rum de quo vir iste post quam fuerit purgatus vt supra dictum est accipiat omni mane.ʒ.vi. In hoc enim el'rio est potētia frangēdi acuitatem materierum prohibendi augmentum vlcerum ⁊ sedandi dolores ⁊ lenit etiam ventrem. quod est ei vtilissimum. ⁊ propter hoc electuario vti debet quando percipit se constipatum sicut scribit. Et potest vti eo etiam ante cenam immediate assumendo.℥.ſ. Quintū instrumentum ē hoc. ℞ violarum se. portulace granorum alkekengi foliorum cupressi ana.℥.ii. sebesten numero xx gumi arabici dragagāti ana.ʒ.ſ. granorum pinearum.℥. .ſ. ligritie.ʒ.ii. macis.ʒ.iii. capill'. vene. ʒ.i.ſ. zuccari fe coctionis.℥.iiii. omnia ista coquātur ī lib. .iiii. aque vsque ad consumptionem tercie partis. deinde colentur cum expressione conuenienti. ⁊ de hac decoctione semper dentur.℥.iii. imediate post assumptionē suprascripti el'rii tepefaciendo eam. Singulari enim virtute sua mundificat omnia vasa vrinalia a sanie trumbis harenis ⁊ petralis confortando ⁊ prohibendo ea a receptione materierum superfluarum. Sextum instrumentum singulare est hoc. ℞ olei de nenufare olei violarum ⁊ olei de seminibus lactuce nigre vel lapatii ana.℥.i.ſ. caude equine se. plantaginis corticis castanearum ypoquistidos masticis ana.ʒ.ſ. mucillaginis sebesten ⁊ radicis altee ana.℥.i. macis sandal. al. ⁊ ru. ana .ʒ.i.ſ. cere al. quantum sufficit fiat vnguentū molle. de quo tota estate vsque ad finem mensis septemb. inungatur spina eius a fine colli vsque ad caudam secundū longitudinem ⁊ latitudinē. Et iterum ex eo inungatur pars inferior testiculorum ⁊ femur cum actu frigido. sedat enim inflāmationes ⁊ dolores predictarum partium. Septimum instrumentum est hoc. ℞ se. portulace endiuie scariole acetose ⁊ lactuce ana.ʒ.i. sandalorum antere spodii xilobalsami corallorum al. ⁊ ru. ana.ʒ.i.ſ. cinamomi electi.ʒ.ſ. zuccari albi lib.ſ. cum aqua nenufaris fiat confectio in rotulis.ʒ.iii. de qua iste vir semper accipiat rotulam vnam in principio prandii et cene. rectificat enim digestiuam stomachi. et frangit acuitatem materierum ⁊ mundificat vias vrinales. Octauum instrumentū est hoc. ℞ pulueris sādalorum al. foliorum cupressi masticis acatie thuris ana.ʒ.i. seminū citoniorum florum altee violarū albarum ⁊ citrinarum ana.ʒ.i.ſ. pulueris yposcite et piloselle ana .℈.iiii. puluerizentur omnia per se ⁊ ex eis cum mucillagine sebesten fiant pillule. de quibus iste vir post cibum semper accipiat quattuor vel quinque ⁊ valent ad supradicta omnia. Nonum instrumentum est hoc. ℞ aque portulace aque distillationis lambrusce cum flore aque milii solis ana lib.ſ. misce. Et de istis aquis post assumptiōem suprascripte decoctionis el'rii accipiat.℥.v. per .x. dies et postea permutet se ad accipiendum decoctiōem per alios .x. dies ⁊ de illis permutet se ad pillulas alternatim de vno ad aliud transeundo per .x. dies ⁊ est regularis modus curationis eius quantum magis est possibile. accipiendo tamen quod istis temporibus etiam non dimittat vsum tragee confectionis et vnguēti suprascriptorum que oīa tēpōibus limitatis accipiāt. vt supra declaratum ē. Decimum instrumentum ē hoc. vt si maxima doloris instantia in extremitate virge molestaret eum. accipiat ciatū vnum aque sublimationis lactuce aut portulace. Et infundat virgam suā ⁊ oscum in illam aquam frigidam. Est enim remediū hoc doloris mitigatiuum non tamen vere curationis perfectiuū. Et quia vera cura perficitur per abscissionem materierū facientium egritudines. sed remediū administratum indicatum a vehementia accidentis egritudinis videlicet doloris. cui omnino intendere oportet sine cuius abscisione egritudines conuenienter curari non possunt. vt 4^a primi finali ca^o colligēdū est. Undecimum instrumentū ē hoc ℞ ceruse lote ⁊ sarcocolle nutrite in lacte ouino octo diebus omni tamē die renouando ipsum ana.ʒ.ii. plumbi vsti.ʒ.i. pulueris foliorum cupressi et pulueris ebōis ana.ʒ.ſ. croci.℈.ſ. rosarum violarum citrinarum ana .℈. .i. puluerizentur omnia per se subtilissime. deinde commisceantur cum.℥.iiii. aque lactis ouini. in qua bulierint diu grana papaueris al. et iniciātur in vesicā cum siringa semel aut bis in die āte cibū. ventre tamen ⁊ vrinalibus viis mundificatis a fecibus et superfluitatibus comuni electuario ⁊ decoctione supradictis. Dimittatur autem hoc remedium quantum est possibile ne cadat error nocendi

egro per modum impositionis siringe. Raro etiã imponitur siringa in vesica nisi a viro in sciẽtia bene trito. eo q2 in virili virga sunt tres vie vel meatus. s. spermatis vrine et alguadi. 20ª tertii pri mo caº in fine colligendum. Duodecimum et vl timum instrumentum est hoc. Rx coriandri macis cinamomi electi ciperi corticis mediani castanea rum ana. ʒ. ii. granorum papaueris al. et pincarũ ana. ʒ. ii. liquiritie ossium dactilorum ana. ʒ. ii. pl uerizentur omnia per se. deinde cõmisceantur cũ quadrupla quantitate zuccari al. et fiat tragea. Et de hac tragea accipiat iste vir coclear vnum i mediate post cibum. et proprie quando continua uerit vnum mense accipiendo electuariũ decoctõ nes pillas et purgationem cum cassia superius ta ctas. et ita cum hac curatione taz ordinate et cano nice administrata felicitabitur curatõ eius ad sua uiter viuendum. Et si non possit totaliter ab egri tudine denudari parum tamen ledetur a nocumẽ tis eius. Quod totum eidez concedere dignetur summus omniũ ille opifex et saluator dulcissimus yesus christus amen.

Consilium de dissuria cum ardore ỹ

Iste generosus vir labõat egritudie istrumẽtorũ vrine et ẽ egritudo renũ et vesice appropriata et est egritudo cõposita ex dissuria cuz ardore vrie copulata alñ tñ ardorem sentit licz non semper. Unde est dispositio verenda in quan tum ipsa est appropriata mẽbris distinctis spetie iam pretactis. etiam q2 ipsa est complicata ex du abus egritudinibus distinctis spẽ vz ex dissuria et ardore vrine. quarum dispositionũ licet a sapien tibus plurime cause assignentur. videlicet nimia viarũ vrine apertio earũqz relaxatio et mollificatõ. Tertio ipsarum excoriatio vel alteratio. 4º predictorum membrorũ oppilatio. Quinto ea rundẽ partium apã. Sexto male complexionis omnis virtutem notabilr ledentis scz expulsiuã et retẽtiuam earũ. Et iterum ex parte materierum q̃ per membra vrinalia transeunt. licet plures a sa pientibus cause assignentur velut esset sanies per vias illas pertransiens que alñ claudens incom plente vias esset causa ardoris et dissurie. Et altã causa potest esse acuitas in aquositate vrinali inuẽ ta propter vsum ciborũ excellenter salsorũ et acuto rũz. aut fuerit vrina acuta propter permixtionẽ acutorũ humidorum que inflammantur in febri bus aut aliis dispositõibus et sic de aliis causis. In dispositioẽ autẽ huius viri videt mihi causas esse magnã viarũ apertionẽ cum relaxatione ipsarũ a multa saguinis aquositate et aquositate flica et pi gui que omnes habundant in viro isto argumẽto sumpto a naturali complexione totius et mẽbrorũ vrine. Et iste proprie sunt cause sue dissurie. Cuz enim materie habundant in renibus vritidibus et vesica multiplicata ibidem cogunt virtutem ex pulsiuam ipsarũ et q2 materia ẽ multa q2 homo ẽ 9ªne actu et potentia valde humidus et ideo alie materie sic multiplicate iterũ virtutez excitãt ad sui expulsiuam. et q2 materia iterum descendit et multitudinarie expellitur et recipitur in mẽbris vrine. Ideo frequenter impellitur virtus ad freq̃ ter expellendũ et quãtitas est satis notabilis igit

apparet q̃ ista est dissuria. videlicet frequens vrie emissio cum quantitate parum minori q̃ medio cris. Fundamentũ autez assignandi cãz pũctionis et ardoris in vrinando apparentẽ ĩ hoc viro sustẽ tat super predictis. et quia aquositas vrinalis ipsi us non euacuatur ab acuitate aut ab vsu rerũ sal sarũ acquisita vel ab assumptione rerum acutarũ vt piperis raphani ceparũ et consimilium. Aut effi citur vrina eius acuta a caliditate vigorata in p tibus renum et epatis vt a multa strictura ypo9 driorũ et partium lumbalium. aut longo decubitu super predcãs partes. aut ab imodato motu pre dictarum partium velut in coitu et in fricatiõe ac quisita. Aut iterũ vrina huius viri est reddita acu ta a multitudine colerice materiei q̃ multũ habũ dant in epate eius et adiuuat ad illud amplitudo canalium et gibbi epatis per quos velut amplos multa materia colerica et in breui tẽpore a chisti fellis transit cum vrinali aquositate ipsam acutã efficiens. et iste sunt vere et appropriate cause dissu rie et punctionis vrine huius viri. Ex quibus con cluditur egritudinem istam non esse pro paruo ac cipiendam imo amplissime verendã et proprie in etate tali. iuxta sententiã summi hypo. epidimi vlº vbi inquit. Nefresim in senibus nõ vidi sana tam. Idez affor. vi. concorditer dicẽtis. Nefreticis et circa vesicã dolentes in senibus non sanantur. Regimen igitur huius dispositionis theorice con templando multum ordinari debet tam regimẽ non naturaliũ q̃ medicinaliũ intentionẽ istrumẽ torũ. oportet enim instrumenta omnia elogari ab vsu rerũ aperitiuarũ notabiliter et proprie vltra primum gradum tam ciborũ medicinaliũ q̃ me dicinarũ simplicium et compositarum. Uie enim vrinales huius viri nimiã aperte sunt naturalit et accidentaliter. Oportet 2º q̃ omnia talia cus cuentur ab administratione ciborũ et medicinarũ acutarum ne fiat additamentũ in mordicatione vrine. propter qõ apparet 3º q̃ regimen eius dz esse compositum ex frangentibus aperitiuum et acuitatem in omnibus administrandis in cura eius.

Capitulum secundum de dieta.

Unde quãtũ est ex parte ciborũ solum tangam ea ex quorum vsu nocumentũ excellens aduenit et et preter illa aliis vti potest libito suo. Euitet igitur panem vehementer coctione coctũ et habentẽ mlt tum salis et fermenti. Euitet omnia sella cibaria confracta cum acuitate vt raphano allio cepe por ris sinapismo limonibus salsis. Euitet etiam mlt tum vinum aperitiuorũ et eorum omnia que multũ aperitiua sunt vt in 2º vel 3º gradu velut sem. pe trosilinum apiũ. anisum eupato. daucus et simili um. Spago at et brusco et cicorea et baucia dome stica vti potest. Euitet etiam multũ vsu brodiũ ci cerũ ru. et proprie cuz feniculo et petrosilino c posi tum. et quando coquitur in aqua infusionis corũ. Simplex autẽ et impermutata aqua factũ brodiũ cicerũ ru. sibi coueniens est. Caueat etiã ab antiquo caseo. et ab omni salito. Et effugiat ciborũ medicia lium aperientium cũ acuitate omnẽ vsum vt sũt ficus limones saliti arancii acuti succe et consilia O. cum at recens et butirũ non salitu sibi conueni ens est. Effugiat etiam in cibis carnes antiquas valde et proprie cum salsicia conseruatas. Dimit tat vsum oliuarũ conditarũ que valde salite sũt

Et rape condite absq3 multis spetiebus ꝛ iterū3 ei conuenientes sunt. Agrestam vero salitam aut modici salis. et succum granatoꝝ muzoꝝ ꝛ arātio rum dulciū mu. tuȝ vtil a sunt ei. Acetum vero et pꝛopꝛie acutum in vsu non habeatur. De carni bus vero conueniunt ei animalium bene iuuenuȝ ꝛ pinguium ꝛ pꝛopꝛie elixe vel frixe vel assate cū mediocri coctura. et similiter pisces omnes leuis digestionis et excellenter viscositate pꝛiuati ꝛ nl lomodo salsi placent mihi. De fructibus vero vti potest granis pineaꝝ recentiū frequēter ꝛ pas sulaꝝ nigraꝝ. Et phistici etiam placent mihi. et amigdale dulces ꝛ auellane tozrefacte leuiter.
Potus autem eius sit vinum albū vel rubeuȝ me diocris potentie inclinatū tamen magis ad potē tiam ꝙ ad debilitateȝ substantia clarum vl diafa num aliosis superfluitatibus expurgatum. odoꝛe suaue. quod simplex bibatur aut aliquando cōmi xtum cum ydromelle pauce cōmixtionis. vina val de fumosa pꝛope suā apertionem ꝛ qꝛ dissoluunt materias et acuunt eas ꝛ fluere faciūt ad vias vri nales non habeantur in vsu. In cibo vero eius ha beatur mensura ex parte quantitatis que non sit tanta vt stomachum ponderosum ꝛ grauē efficiat Ex parte hoꝛe non accipiat cibum ſm nisi per. x. hoꝛas post pꝛimum. Et in comedendo cibuȝ non deglutiat sine optima masticatiōe. Et in potu mē suram habeat vt sepe bibat parum magis ꝙ mul tum et raro. In modo veꝛo doꝛmiendi eni et ꝙ tuȝ potest decubituȝ resupinum qui facit superflui tates ad posterioꝛa declinare. Et iterum multuȝ conueniens est ei post cibū quiescere magis ꝙ mo tu pꝛogressiuo vel altero exercitio vti. Et pꝛocu ret omnino ventrem suum habere bene lubricum stipticitas enim ventris in his dispositionibus ē valde verenda eo qꝛ p ipsaȝ sequitur vehemens ꝯ pꝛessio ꝛ inflāmatio viaꝝ vꝛine que pꝛoueniunt a retentione fecū taȝ in ylion ꝙ in aliis grossꝭ ite stinis. Caueat quantū potest vti frequenter ira fu roꝛe vel iracundia ꝛ reliquis anime accidentibus ex quibus in spiritibus ꝛ humoꝛibus coꝛpoꝛis ve hemens ꝛ velox motus impōitur et fluctuatio.
Hec de regimine dispositionis huius viri per res non natura es.

Capitulum tertium de cura per medicinalia.

Modus autē regendi hunc viꝝ per applicatiōeȝ instrumentoꝛum medicinaliū qui regēdus est pꝛe mittendo pꝛimo ꝙ in omnibus instrumentis me dicinalibus tam alteratiuis ꝙ euacuatiuis aperi tiuis mundificatiuis et confoꝛtatiuis viarum vri ne multum subtiliter inueniendo est. opoꝛtet eni omnia instrumenta que vias laxatas inueniunt esse ipsaꝝ confoꝛtatiua ne membꝛa illa superflui tates plurimas aliunde recipiant. Hoc autem fe. i citer fit per leuiter stiptica que confortant mem bꝛa illa vt non sit superfluitatuȝ receptiua. iuxta sermonem autenticū Gal'. 3° tegni. pꝛopellūt enī a se vasa cōfōtata stipticis faraciis. Opoꝛtet 3° talia instrumenta esse euacuata ab omni gradu a cuitatis et moꝛdicationis. aliter enim dubitabile esset de permutatione viaꝝ ad magnam excoꝛia tionem ꝛ vlcerationē eaꝝ. Ex quibus vltimate cō cluditur ꝙ omnia medicaminia debent esse com posita ex medicinis leniter aperitiuis confractis a mediocriter stipticis ꝛ ab omni moꝛdicatione e uacuatis. et tu considera hoc qꝛ leuius est scribere

ꝛ adhuc scientifice dicere ꝙ instrumenta conueni entia reperire quod apparet in sequentibus.
Pꝛo regimine haꝝ autem dispositionū per medi cinalia complendo obseruabitur modus iste quo niam regimen ipsuȝ quadrupartitū sibi oꝛdinari decreui secundū reuolutionē quattuoꝛ tēpoꝛū āni Sicut eni alias ꝛ alias dispositiones videmus in aere consistentes ꝛ diuersas secundū diuersitateȝ peregrinationis solis per diuersa signa celestia p diuersas impꝛessiones in hunc minus efficientia ita rationabile est varias dispositiones in huma nis coꝛpoꝛibus reperiri in his quattuoꝛ tempoꝛi bus anni. In vere namq3 vigoꝛata caliditate ꝯ tinentis caliditate expansa de centro ad circūferē tiam magis ꝙ erat in tēpoꝛe hyemis dissoluunt materie humoꝛales per totū coꝛpus discurrendo et acuuntur vbi in hyeme congregate ꝛ sepulte stabant in pꝛofundis partibus humani coꝛpoꝛis. Pꝛopter qđ medicina interioꝛa non opoꝛtet esse ita excellēter calida in tempoꝛe hyemis sicut ex terioꝛa in tempoꝛe eſ. Si quis enim desiderat resoluere attrahere materias humoꝛales ab hūa no coꝛpoꝛe in tempoꝛe hyemis per medicinas ex terius applicatas. opoꝛtet ꝙ ipse sint potentioꝛs valde pꝛopter clausionē poꝛoꝛū exterioꝛuȝ. Ille vero que administrantur interius in hyeme non debent esse ita excellenter calide pꝛopterea qꝛ ca liditas vigoꝛosioꝛ est in tēpoꝛe hyemis in pꝛofū dis partibus ꝙ existat in vere ꝛ estate. Et hoc ha bet veritateȝ magis in coꝛpoꝛibus bene carnoſ et robustis ꝛ non in resolutis valde ꝛ debilibus. Et sunt sermones clausi in sententia sūmi Hypo. pª affoꝛismoꝝ. Uentres hyeme calidissimi sūt uat a ꝛ cōmentū eius in eođ loco. Et sic cōsiderādo alia tria āni tēpoꝛa ſm cōsistentias naturales eoꝛum oīo opoꝛtet instrumenta medicinalia que recte applicantur esse diuersa in naturis complexioni bus ꝛ gradibus eaꝝ. Itaq3 pꝛo regimine huius viri per totum tēpus hyemis obseruando quando q3 ponaȝ instrumenta medicinalia. Et pꝛimuȝ q deȝ est elriȝ hoc ℞ mucillaginis granoꝛū muche ite. ℥. ii. cassie nuper extracte a cāna sua cum aq̄ dis solutionis gumi ceraſoꝝ. ℥. iiii. pul. thimi ꝛ folioꝝ sene ana. ʒ. i. ſ. zuccari ru. ℥. ii. coquatur zuccarum lento igne cuȝ aqua distillationis mercurial' vsq3 ad viscositatem deinde incoꝛpoꝛetur cum cassia ꝛ mucillagine posterius apponātur pulueres. ꝛ vl timate superadiungatur pul. mac. ʒ. i. ſ. Et đ hoc electuario āte cenā p quartā parte hoꝛe accipiat . ℥. i. deglutiendo ipsū absq3 potu ꝛ comedat post ipsum. ʒ. ii. passu. nigraꝝ bene mundataꝝ. vel si placet ei poterit pꝛedictum electuariuȝ eodē mo do accipere i auroꝛa ꝛ comedere per. iii. post: Est eniȝ in hoc electuario potentia leniendi ventreȝ. educendi materias flegmaticas calidas ꝛ acutas ab epē renibus et viis vꝛinalibus ꝛ remittit flā mā et acuitatem pꝛedictoꝝ ꝛ frangit moꝛdicatiō neȝ in viis vꝛinalibus et frangit frequentē mictū confoꝛtando partes. Secundū vero instrumen tum pꝛincipale quo vti potest hoc tēpoꝛe est tra gea ista ℞ semen poꝛtul endi scariole et cuscute a na. ʒ. ii. pul. folioꝝ cipꝛessi. ʒ. i. pul. mediani coꝛti cis carnositatis castanearum. ℈. iiii. granoꝛuȝ pi neaꝝ minutim incisoꝝ. ℥. ii. granoꝝ tristicoꝝ. ℥. ſ. se. papaueris ꝛ lactuce ana. ʒ. iii. seminū communi um frigidoꝝ quattuoꝛ. ℥. i. incidenda incidantur

minutim et reliqua subtiliter pulverizent et con quassentur simul deinde misceantur cum lib. ʃ. zuc cari al. ℥. ii. penidiarum diligenter conterendo. Est enim hoc medicamen valde nobile ad tollen dam mordicationem in urinando et frequentiam mictus et adiuuat ad mundificationem viarum uri nalium ut non congregent materie mordicatiue et opilatiue earum. Tertium vero instrumentum pri cipale ad hanc intentionem valens est hoc ℞ aque ferarie et e agrimonia. ℥. i. aque al'ke'kegi aque cus cute ana. ℥. ii. misce et de istis aquis accipiat semel aut bis in septimana in aurora ciatum unum te pefactis cum. ℥. ʃ. penidiarum dissolutarum in eis.

Quartum medicamen ad intentiones predictas est hoc ℞ pul. cortic. glandium interiorum. ℥. i. ʃ. ani si dulc. ʒ. ii. granorum al'ke'kegi. ℈. iiii. seminum quat tuor comunium frigidorum. ʒ. ii. terantur et cum succo recenti sen. fiant pille de omni. ʒ. viiii. de quibus patiens bis in septimana accipiat. v. vel. iii. in aurora et tardet cibum suum horis ad minus quattuor.

Quintum medicamen est hoc ℞ ol. de viol' citri nis. ℥. i. ʃ. olei ros. olei onfacini ana. ℥. i. granorum al'ke'kegi numero. vi. san. al. et ru. ani. se. apii ana. ℈. ii. m[illegible] ℥. ii. cere. al. q. s. fiat unguentum molle de quo saltem quatter in septimana inungat totam spi nam et ylia a furcula spatularum usque ad caudam. Et attedat quod in regimine suo potest facere [illegible] lutionem a tragea ad pillulas de pillulis ad aquas de aquis ad unguentum et e[illegible] reuoluendo intentionem curatiuam per hec instrumenta iam predicta et cetera.

Pro regimine vero ab hoc viro per totum tem pus veris obseruandum quattuor videtur mihi re media necessaria premittendo primo quod eadem re media que conueniunt ei in tempore hyemis. v. nu mero possunt ei conuenire etiam per totum tempus veris. minus tamen et rarius de eis accipiendo in vere quam in hieme. aut saltem rarius accipiat de eis. Salubriora tamen remedia videntur mihi hec. iiii. Quorum primum est ut iste vir in medietate tem poris veris purget se per hunc modum. ℞ medul le cassie de canna extracte cum aqua eupatorii. ℥. i. el[illegible]rii hamech. ʒ. i. ʃ. misce et per. ii. horas ante di em accipiat ipsam cum. ℥. ii. aq. apii calefacte et non dormiat post ipsum nisi parum. et tardet suum pran dium usque ad horas. vi. ab assumptione eius.

Sequenti die accipiat hoc digestiuum ℞ aq. cuscute vio. et apii ana. ℥. i. sy. de bizanc. et vio. ana. ʒ. v. mi sce et mediocriter calidum accipiatur et tardet cibum horis. iiii. et continuet ipsum diebus vii. Octa ua vero sequenti die accipiat istas pill'as ℞ pil. aurearum. ʒ. ʃ. pil. de reub'. ℈. ii. fiant pilule vii. cum medulla cassie fistule et accipiantur hora et conditio nibus post eas obseruandis que dicte fuerunt in mi noratio precedente obseruari debere. Erit enim hec purgatio licet sit leuis magnum auxilium sibi ad prohibendum materias in viis urinalibus mul tiplicari et ledere eas multitudine vel acuitate vel alia qualitate earum. Secundum instrumentum principale est hoc. ℞ se. portul'. ℥. i. semis lactuce. ℥. ii. semin quattuor communium frigidorum ol[illegible] um ana. ʒ. x. pul. florum nenufa. ʒ. ii. pul. foliorum cipres si. ʒ. iii. zucc. al. duplum ponderis omnium fiat tra gea de qua post purgationem prescriptam semper ante prandium et cenam deglutiat coclear. i. usque per to tum mensem maii. Est enim in ea inten° remitten di acuitatem materierum et precipitandi materias ab eis et prohibendi earum congregationem in ipsis cum quo auxilio diuine gratie sanaui gentes multas. Ter tium instrumentum principale est hoc ℞ olei oliua rum olei de nenufa. olei citoniorum ana. ℥. i. san. al. et ru. spodii ros. ana. ʒ. ʃ. spicenardi. ℈. i. cere al. quantum sufficit. fiat unguentum molle de quo liniantur renes et tota spina a spatul' usque ad finem. Quartum re medium principale est ut iste vir sepe utatur in to to vere hac confectione post cibum et ante libito suo accipiendo morsellum unum ℞ pinearum mundarum. ℥. iiii. zucca. al. lib. ʃ. amili de ordeo. ℥. i. ʃ. terantur pinee et per totam unam noctem infundantur in vino ci toniorum. Deinde coquantur et incorporentur cum zuccaro diligenter et in fine addatur amilum et fiat confectio in morsell' sicut pineata et accipiat ipsam ante cibum et post libito suo. Hec remedia in hoc tempore descripta remittentia sunt caliditatem et acuitatem parumper magis quam ea que scripta fuerunt in tempore hiemis. Post hec autem de regimine ob seruando ab ipso in tempore estatis. Dicendum est premittendo primo quod omnia instrumenta in hoc tempore debent esse minoris potentie in calefacien do aperiendo et mundificando quam illa que dicta sunt in hyeme et vere. et hoc id rationi et veritati consonum est. licet enim caliditas in interioribus corporis in tensior reperiatur in hyeme quam in vere. et iterum in vere magis quam in estate cum paritate causarum quia tamen caliditas in toto humano corpore tam interius quam exterius agregata ex naturali et acciden tali prouenienete ab impressione continentis inten siue maior est in estate quam in duobus precedentibus temporibus anni ut sensus ostendit. Ideo instrumen ta que corporibus administramus in estate non de bent ita intensiue calefacere corpora propterea quia ca liditas a talibus medicinis augmentata maiorem efficiet debilitatem corporibus humanis iam resolu tis magis in estate quam aliis temporibus. Et propter hoc elegi quinque remedia in hoc tempore admini stranda potentiora in remittendo caliditatem quam sit illa que in hyeme et vere sunt descripta. Quorum primum est hoc ℞ aque lichin et est planta epica ex sermone Ga. Ga° de simplici medicina. ℥. iii. ʃ. aque sub limationis labrusce recenti. ℥. i. ʃ. misce et accipiat in tota estate saltem omni septimana ter in auro ra actu frigida aut saltem tepida vel leuiter cale facta. Secundum remedium principale est hoc ℞ florum salicum et nenufa. se. acetos. cuscute et portu lace ana. ʒ. i. dauci se. apii ana. ℈. i. cum succo vio larum formentur pillule de omni. ʒ. viii. de quibus di ebus intermediis quibus non accipit aquas pre dictas eadem hora accipiat. v. aut saltem tres et tardet cibum post eas ad minus horis quattuor. Terti um remedium principale est hoc ℞ granorum papaueris al. ℥. i. florum mente se. lactuce florum altee et nenufa. ana. ʒ. ii. se. portulace. ℥. ʃ. ros. non expan sarum. ʒ. ii. zucca. al. triplum ponderis omnium fiat tragea de qua sp ante prandium et ante cenam accipiat coclear i. Quartum instrumentum principale est hoc. ℞ olei de nenufa. olei onfancini ana. ℥. ii. cere al. ℥. i. dissoluantur simul et dissoluta infundantur in aqua fri gida. cum ergo ipsa congelata fuerint agitentur cum spatula in vale vitreato usque ad effusionem aque posterius autem incorporentur cum istis speciebus ℞ amili. ʒ. iii. san. amborum spodii spicenardi ana. ℈. ii. et fiat linimentum de quo omni die bis aut saltem semel a spatulis usque ad finem tota spina

lungatur. Ultimū instrumentū est hoc ℞ ꝯfue violaꝝ ꝯfue recer ꝗ ro. ana. ℥. ii. zuccari cādi. ℥. i. ß. speciez triasan. sine campho. ʒ. i. ß. incorpo rentur simul ⁊ fiat electuarium ꝺ quo accipiat co clear. ß. in aurora cum medio ciato aque ꝺcoctōis lactuce vel sublimationis eaꝝ. Iaȝ vero nunc in stat tēpus ponendi regimen in tempore autumni Pro cuius intelligentia premittendum ꝙ omnia remedia que scripta sunt conuenire in estate iteꝝ conuenire possunt in prima parte autumni. rarius tamen ⁊ minoreȝ quantitatē accipiēdo ꝺ eis que interius assumuntur. Et causa hoꝝ sermonuȝ notissima est. multum enī communicant inuicē vt ī pluribus vltima pars estatis cuȝ prima parte autumni ⁊ e ꝯ°. propterea q2 sicut corpora in fine esta tis sunt minus calida minus rara minus sicca cū paritate causaꝝ ꝙ̄ fuerunt in prima parte estati. Ita consil'r magnaȝ conuenientiā habet ꝓm maio reȝ sui parteȝ vltima pars estatis ad primā par teȝ autumni. propter quod remedia predicta in estate magnā habebunt conuenientiā in prima p te autumni. Et adhuc iterū sicut corpora in fine autumni inueniuntur minus calida vel magis frigida ⁊ densa ⁊ minus sicca ꝙ̄ fuerunt in prima parte autumni aut parumper differenter inueni untur corpora disposita in prima parte hyemis cōparata ad vltimatā partē eius. sic pariformi'r remedia que scripta sunt in tēpore hyemis erunt conuenientia in vltima parte autumni cum aliis paribus. Illa tamē remedia sēper assumendo ra rius aut in minori quantitateꝗ̄ꝙ assuēbant ī hye me. Et tu cōsidera q2 hec remedia vera sunt oia. tamen propter meliorē modum procurandi cor pora duo describam remedia in autūno conueni entia que poterūt administrari a quocunqȝ medi co cū minori anxietate cōsideratōis theorice. Q° rum primū est hoc ℞ sy. vio. sy. de papauere ana ℥. ii. amili. ʒ. vi. aque sublimationis albuis ouorū lib. ß. granoꝝ pineaꝝ. ℥. iiii. zuccari albi lib. ß. fiat electuariū de quo accipere potest patiens oī mane in aurora coclear vnū ⁊ ē diuinuȝ medicamen et tardetur post ipsū cibus horis ad minus q̄ttuor.

Ultimū medicamen ⁊ mihi experientia cotidi ana cōprobatū ē hoc ℞ aque ferarie lib. i. aque di stillationis granatoꝝ dulciuȝ cum oībus cortici bus interioribus ⁊ exterioribus contusoꝝ lib. i. ß misce. ⁊ de his aquis per. xv. dies accipiantur. ℥. v in aurora tardando cibū post horis quattuor ad laudem dei omnipotentis amen.

Consiliū de mictu saniei proueniente a renibus principaliter ⁊ a vesica secundario.

Vir nobilis et potens Petrus ꝺ trisano celeberrime vrbis vin centine honoratissimus ciuis la borat mictu saniei. qui quidem originem principaliter habuit a renibus ⁊ nunc etiam ꝺ3 ma gnā partē deciditur ab eis. Et primuȝ quidem hoꝝ satis facile declarari potest. eo q2 p elapsa tē pora notabiles dolores in renibus suis passus est ⁊ ꝙ̄diu perseuerauerint dolores nullū habuit sa niei mictū: imo eius vrine tenues erant ⁊ clare. eoq2 materia retinebat in eis siue oppillationeȝ faciens siue apostemata. qꝺ hic non est discutiēdū cum non multū conferat ad propositū. Materia igitur retenta erat cā albedis vrinaꝝ aut q2 clau dendo vias collatorii renuȝ prohibebat exitū ma teriez grossarū eo q2 in eodem loco retenta pu trebat. vnde siue fuerit propter fortitudineȝ vir tutis expellentꝗ materiā opillantē. siue fuerit pro p'ea q2 materia iaȝ digesta parata erat ad exitū expulsa tali materia a virtute successit mictus sa niei. ad cuius euentuȝ non solū dolor renū alleui atus fuit ⁊ ē. imo oīo fere euanuit. Et hoc quidē ē signum demr̄atiuȝ ꝙ principiuȝ huius egritudis incepit a renibus. Secundū vero iterum ꝺcla ratur ꝙ mictus huius saniei secundū magnā par teȝ proueniat a renibus premittendo ꝙ non pro uenit ab epate neqȝ a splene neqȝ a toto corpore. ergo necessario prouēit vel ab vlceribus in poris vriditibus vl' in collo vesice existentibus. Qꝺ āt talis mictus non proueniat ab vlceribus hoꝝ po roꝝ vriditoꝝ satis clare videri pōt. Oporet eiȝ ꝙ sanies illa esset pauce quantitatis subtilis pau latī eueniens cuȝ dolore percepto circa laterales spondiliū partes. ⁊ representaret' cū punctione ⁊ acuitate ac si descenderet per virgā vel canalem ibi protensuȝ. quoꝝ signoꝝ nulluȝ apparet in vi ro isto. Qꝺ vero iteꝝ hic mictus saniei non penꝺ at a vesica precipue apparet primo q2 sanies ista priuatur fetore. Sanies autē a vesica exiēs non e uacuatur a fetore. Iteȝ q2 si esset hic mictus san guinis a vesica procedens ⁊ longo tempore perse uerauit. ⁊ fuit in quantitate notabili. nullo modo posset in vesica generari absqȝ vlceribus in ea ex istentibus. ita vt materia ibidē per paulantiaȝ in digestionem aut aliunde genita ad ipsam defluxa in cōcauo eius generaret'. Neqȝ ēt hic mictus pu rus procedit precise ab excoriatōe vel vlceribus in collo vesice existentibus. oporteret enim neces sario ꝙ cuȝ exitu saniei illius apparerent partes corticales aut villosevel pāniculares a corpe vesi ce seperate. Cū autē pāniculares partes ⁊ villose in tali saniei mictu non appareant. et quando in talibus vrīs apparent minuti cortices. opōtet necessario cōcedere. ꝙ in cōpe vesice ipsius in col lo facta est excoriatio superficial' ⁊ non profun da. Ex quo concludit' ꝙ dispositio hec est compli cata ex mictu saniei prouenientꝗ principaliter a renibus ⁊ a vesica ꝺario. Et ex hoc fundamento ꝯ cluduntur ꝯrrelarie duo. P° ꝙ vir iste paratus est incurrere excoriationē ⁊ vlcerationeȝ colli ve sice nisi regatur regimine conuenienti vt nūc seq tur. Pro cuius quidē recto regimine primo ab scindere debet a se vsuȝ reꝝ cibaliū omniū vel po tabiliū habētiū caliditatē ⁊ acuitatē multā. velut sunt cibi salsi acuti oēs. vt cepe poꝝ alleū raffan us ⁊ similia. vt ficus ⁊ nuces. Iteȝ euitare debet ci bariū omne amaꝝ vel amaritudinē participans propterea q2 in talibus vt in pluribus inuenitur caliditas cum acuitate. Iteȝ euitet vsū omniū op pillantiuȝ ⁊ inuiscātiū velut sūt pastiles cibi ⁊ lac ticinii. Itē effugiat omnes cibos inflatiuos vl' vē tosos vt leguia oīa ⁊ proprie elixa ⁊ fructus. Ad huc etiā euitet māsionem in aere ventoso ⁊ humi do. maxime dormitionem ī cameris habentibus aerem talem. Et effugiat dormire super spina p lixo tempore. Euitet etiā accidentia omnia velut pedestre vel equestre ⁊ proprie ab equo caueꝛ' ꝺ3. Nec multuȝ de tristicia ⁊ iracundia ⁊ huiusmodi

Noua remedia instans [illegible]

dispositionibus tenere. Imo bonā spē et leticiā mētis hēre. In aliis autem ex parte ciborum et potuū et similium faciat ut libet ei. preter quod in coitu omnino parcus esse debet et raro uti eo. Et hec de regimine rerum non naturaliū ita succincte dicta sufficiāt.

De regimine medicinali

Pro regimine vero medicinali. vii. sibi exhibeo remedia quibus uti debet. neque enim oportet hic medicinale regimen extendere cum intentōibus oportunis. eo quia tale regimen ab eximiis doctoribus eius conuenientissime fuit administratum et etiā quia egritudo ista iā transiuit ad statū ul'em in cuius temporis curatione illa septem premissa iā remedia videtur mihi sufficere ut nūc seqt.

Primum itaque horum remediorum est electuarium de sebesten per me compositū in quo implicantur intentiones leniendi ventrē mundificandi vias urine et sedandi acuitatē materierum. Et modus usus eius ē ut de ipso accipiat ante cenā. a. ʒ. iiii. usque ad. vi. deglutiendo ipsū. post quod immediate suum cibū accipiat et potest eo uti omni die vel alterna die. aut de 4° in quartū. Secundum vero instrumentū medicinale est iunctio infrascripta in qua est intentio sedandi acuitatē materierum et leniendi extensiuos dolores spine totius et lumborum et renum. et debet cum eo inungi spina tota et furcula spatularum usque ad caudā bis in die cū ipso calido leuiter fricando. Tertiū remedium est infrascriptarum pillarum usus. in quibus est intentio sedandi potentē acuitatem materierū et remouēdi dolores ulcerum et mundificandi saniē et partialiter consolidādi ulcera. Et modus usus earum ē ut stāte vehementi punctione et dolore accipiat de eis cū nocte quattuor vel quinque per horas septē vel octo post cibi assumptionem. Quartum vero remedium est puluis infrascriptus cuius usus est ut cum instaret vehementia vigiliarum et frequentia mictus propter dolorē continuū et ab ulceribus prouenientem utatur eo accipiendo de ipso. ℈. i. aut. ʒ. ʃ. cū medio ciato aque calide decoctionis granorum papaueris al. duabus horis cum dimidia post cenā.

Quintū remediū est electuarium aliud cuius intentio est mundificare leuiter abstergere saniem consolidare et dolorē sedare. Et huius quidē el'rii usus est ut ex eo accipiat per horam unā ante cibum quantitatē unius nucis mus. vel. ʒ. i. ʃ. usque. ad. ʒ. iii. deglutiendo ipsum. Sextu speciale remedium est hec confectio infrascripta qua uti debet ante cibum inmediate accipiendo frustrum unum in qua est intentio mundificādi renes et vias urine omnes et sedandi dolores. et educit etiam harenulas et lapillos qui frequenter in renibus eius inueniuntur et est confectio cum granis phisticorum cōposita. quoniā phisticis inest virtus que cōminuit lapis qui est in renibus 10° tertii. Septimū vero remediū et ultimū est usus decoctionis de sebestē que potens est et conueniens in mundificando consolidando ulcera et sedando dolores. Et frangit etiam notabiliter acuitatem materierum et usus eius est. ut de ea accipiat in aurora ab. ℥. iii. usque ad. v. tepefacta cum sentit acuitatē materierum et doloris instantiā. In summa igitur obseruet istū modum quia si ardor et punctio non fuerint valde vehementia accipiat de electuario 2° semper ante cibū ut ante dictum est. Et de decoctione ultimo loco posita accipiat in aurora. Si autē doloris instantia et vigiliarum magnitudo perseueraret. tūc utatur electuario 2° posito inunctione et pulueribus supascriptis. Ita quod secundū instantiā necessitatis attendendū. nunc ad doloris vehementiā nūc ad vigiliarum instantiā. permutando se de uno remediorum in aliud secundū quod ei cū aliis eximiis doctoribus regentibus ipsū videbit oportunū. Electuariū primū ventris lenificatiuū et mūdificatiuum est hoc ℞ mucillaginis sebesten decocte cum tribus. ʒ. zuccari rubei lib. ʃ. pulueris hermodactilorum. ʒ. i. violarum. ʒ. ii. diagridii. ℈. ʃ. ani. feni. liquiritie ana. ʒ. i. incorporent simul. Iunctio que est secundum remediū. ℞ olei de nenufare violarum ana. ℥. i. ʃ. amili. ℥. ii. se. endiuie portulace lactuce ana. ʒ. i. granorum papaueris al. liquiritie ana. ʒ. ii. fiat vnguentum in mortario cum vitello uno oui diu conterēdo. Descriptio pillarum 3° ordine supapositarū ℞ pulueris caude equine pulueris cupressi ana. ʒ. i. seis endiuie lactuce et portulace granorum papaueris al. ana. ʒ. ii. corticum mandragore. ℈. iii. croci g. vi. radicū nenufar. g. x. fiant pill'e cum mucillagine sebesten. Descriptio pulueris 4° ordine posita est hec ℞ succi liquiritie. ʒ. i. ʃ. trociscorum al'ke'kengi. ʒ. i. se. portulace lactuce florum nenufa. ana. ℈. ii. iusquiami al. liquiritie corticū mandragore. ʒ. ʃ. fiat puluis subtilis per se omnia conterendo. Descriptio el'rii superius in 5° ordine positi est hec ℞ conserue violarum. ℥. iiii. corticū mandragore. ℈. i. dragagāti. ʒ. i. pulueris caude equine. ʒ. ii. granorum papaueris al. penidiarum ana. ℥. ʃ. se. portulace lactuce et acetose ana. ʒ. vi. fiat electuarium cū succo de nenufare quantū sufficit. Descriptio vero confectiōis 6° loco posite ℞ granorum fisticorum. ℥. iiii. zuccari al. ℥. v. amili. ℥. i. infundant fistici per diē unū naturalē in aqua decoctiōis papaueris. deinde coquat zuccarū cū predicta emulsione papaueris et aliis additis fiat confectio in portoibus longis sicut pineata. Descriptio vero decoctionis sebesten superius ultimo loco posite est hec ℞ granorum sebesten. ℥. i. pinearum. ʒ. vi. succi liquiritie florum nenufar. violarum ana. ℥. ʃ. se papaueris al. ʒ. x. se. portulace caude equine et seminis lactuce ana. ʒ. iii. dragaganti gūmi arabici ana. ʒ. i. ʃ. radi. nenufar. cōsolide mi. ana. ʒ. i. granorum al'ke'kengi numero. xv. coquantur omnia in lib. xv. aque usque ad cōsumption. quarte partis. ad laudem dei amen.

Consilium de mictu saniei et puris prouenientis a renibus.

Paucis paulo ante diebus clarissis vir quidā cōmendabil' ex amicis meis cui pie condolēdū est propter varia tormenta que patitur ex valitudine nunc declaranda angustiose multum et non minus periculose laborauit et egrotat. Et cum puris aut saniei emissione per urinam in magna quantitate ingēti langore vexatur. que dispositio apud quecūque sublimis intelligentie virū non solum verenda est. sed ut in pluribus male terminationis effectiua. Quis enim credere potest partes corporis humani essentiales corrumpi sine magno periculo. quod enim sanguis et alie materie humorales vertantur in sani. non nisi ab extraneo calore vehementis intensionis fieri potest. Quo et

in venis ⁊ artiis sr simplicibus ⁊ organicis mē-
bris fieri tanta potest putrefactio absq; complexi
onis ⁊ compositionis eorum corruptōe non est intel
ligibile. Mictus itaq; saniei vel puris multi-
pliciter fieri potest. aut enī est egritudo membris
vrinalibus eueniens per essentiā aut per colligan
tiā. Et si per colligantiam aut quidē per colligā
tiam tocius vel partis vel partium. Si aūt per col
ligantiā a toto tūc erit velut cōtingit in sinocha
putredinali ⁊ in aliis continuis pportionalibus
febribus. aut eueniet pp materiam in concauita
te venarum congelatam que diu remanens nō recta
a naturali calore putrefit ⁊ vertitur in saniē. eo
modo quo contingit etiam in flegmone et aliis
apostematibus putrefactis. Putredo enī que est in
var sil'is est ei que in bubonibus. primo de drīis
febrium 2° ca°. Cum igitur hee materie in saniē cō
uerse sūt in uenis ⁊ artiis si virtus non est potēs
ad expellendū eas tunc communicate cordi ⁊ aliis
principalibus membris interficiunt. velut conti
git in putredis febribus mors consimilis ī statu
vl'i. At vero si virtus inuenitur potēs ad has ma
terias expellendas tunc aut per viā sputi aut per
viā ventris aut per viā vmbilici aut per creticam
transmutationē ad inguina vel assellas expellūt.
fm q̄ contingit eas viis expulsionū naturalium
esse propinquas. In pluribus tamē contingit ma
terias istas per vias vrine expelli. qr virtus deri
uat eas per venas ramificatas a cōcaua vena ma
gna ad renes ⁊ a renibus ad vesicam ⁊ ab eadē ad
extra. Quod autē tales materie cretice transmu
tari possint ad loca predicta. legendū est pulcher
rime interiorum 6° ca° 3° disputatiue ⁊ 19ª tertii fi
nali ca° ⁊ 9° continentis ⁊ 4° breuiarii Serapio
nis ⁊ 9° theorice ab Haliabate colligēdū. Ideo mi
ctū saniei in hoc viro non est inconueniens credere
potuisse prouenire per colligantiā totius iā pre-
dictā. Nam in primis diebus visitationis mee p
vniuersā congeriē membrorum exteriorum se contra
ctū sentiebat. Adhuc etiā talē mictū sāguinis huic
viro accidisse per colligantiā partialē mēbrorum
ad vias vrine. apparet manifeste eo qr ipse patie
batur dolores renū fere intolerabiles. licet in sini
stro mag' q̄ in dextro rene fuerint. Et a tempore
mee visitationis in xiª die a prin° sui morbi ap
paruit virtutis vehemēs conatus ad vrinandū cum
pauca quantitate ⁊ frequēti ⁊ difficili emissiōe vri
ne. tunc autē appropinquante egritudine ad 14 di
em in nocte illius precedente emisit magnam q̄ti
tatē vrine penitus saniose aliq̄li colore rubeo et
remisso colorate. dn̄ante tamē albedine excellent
super rubedine. Unde manifeste colligitur ex pre
missis q̄ iste vir passus fuit apostema in rene sini
stro ⁊ in parte concaua eius. Cuius eruptionē pre
cesserūt cōmotiones antecedentes crisim. sicut ab
xiª die vsq; ad 14 aparuisse paulo ante declaratū
est. perseuerauit autē in hoc viro mictus sanguis
per mēbra vrine non quidē primaria ⁊ effectiua.
que sunt partes epatis. q̄d epar est organicū prin
cipiū generationis vrine. Et omnium primorum
humorum. Emittitur igitur adhuc in hoc viro sa
nies hec a partibus renū que sunt membra epati
seruentia seruitute latoria. vz ad emundandū cor-
pus ab aquositate superflua. Postq̄ enim aquosi-
tas in epate sequestrata est ab aliis humoribus q
emittitur. adhuc aliqualiter depuratur in emul
gentibus venis: que iterum non habuerunt potēti
am adeo perfecte mundificandi aquositatē illam
ab vnctuositate aliquanta. Post ergo defert ad
renes q̄ etiā ipsi attrahunt tunc retinet in eis q°
vsq; attractiua ⁊ retentiua virtutes eorū sugant
pinguedinem illam. qua voluptuose nutriunt. Cū
ergo renes compleuerint hanc actionē ī aquosita
te tali tunc talis aquositas iā oīno facta superflui
tas per colatoriū panniculū fert ad vritides po
ros qui ita seruiunt renibus seruitute latoria coi
ter dicta. sicut ipsi renes seruiūt epati suitute la
toria proprie dicta vt pª primi ca° de membris
apte colligēdū ē. Recipitur ergo aquositas in vesi
cam que est membrum aquositati superflue deputa
tum ad recipiendum eā detinendū ⁊ ad expellēdū
eā oportuno tempore. vz quando talis aquositas
multitudine sui mala qualitate aut altero modo
lesionis vesice incitat ipsam ad sui ipsius expul-
sionē. Et si vrinalis aquositas virtutē incitat ad
expulsionē sui. tunc quis erit negare potens con
uenienter saniē incitare vtutē expulsiuā vesice ad
sui expulsionē cum sit acuta valde. Sanies enim
fit ex incensione hūorum queādmodū cinis ex incen
sione lignorum assorum. 2ª cōmēto illius circa genera
tionē saniei. Ex quorum omniū fundamento inferū
tur recolligendo correlaria plurā. Primum est
q̄ dispositio huius viri est mictus saniei cum fue
rit alba leuis ⁊ equalitati vicina satis. Secūdū
correlariū est q̄ in hoc viro aliū apparet mictus
puris. probat' qr quandoq; emittunt' trumbi sa
nosi nō bene colorati nec aquositati bene cōmixti.
Tertium correlariū est q̄ hec egritudo perseue
rat in eo adhuc per colligantiā totius ad vrīalia
membra. probatur qr non est rationabile materi
am saniata in uenis. velut accidit in sinocha tam
cito euacuatā esse totalit'. Quartum correlariū
q̄ hec egritudo adhuc remansit in eo per propri
etatem mag' q̄ per colligantiā. pz correlariū. qr
non est possibile vlcera que in renibus subsecuta
fuerunt eruptionem apostematis in eis tamcito
fuisse mundificata. Quintum correlarium apit
causam dolorum interpollate euenientiū in renibus
eius. Cum enī trumbi sanioli detinentur in cōca
uitate renum ante colatoriū non est mirabile si
dolores efficiunt in eo extendendo aut subito alt
ando mala complexione illius puris in renibus
multiplicati. Sextum correlariū q̄ rationale
est in hoc viro quandoq; accidere etiā impotētiā
emissionis vrine. pz propter clausionē viarum ⁊ no
cumentū ab illo pure in renibus multiplicatū.
Septimū correlariū est q̄ nō est mirabile vri
nam quandoq; in hoc viro aquosā fieri ⁊ subtilem
pz ex predictis. Octauū correlariū est q̄ hec sa
nies aquositati vehement' cōmixta emittitur pz
qr ipsa emittitur a membris altioribus ⁊ a vesi
ca remotis a quibus membris priusq̄ recipiatur
in vesica necesse est saniem cum aquositate cōmi
sceri vehement' ⁊ est signū distinctiuū mictus sa
niei a remotis ad propinquas partes interiorum
6° auctētice affirmatu a Gal'o ca° 3°. Ultimum
correlariū est q̄ vrina cum predicta sanie in hoc
viro iterum non est fetida; fetor enim est passio insc
parabilis vrine saniose cū a vesica emittitur et
non ab aliis interiorum 6° preallegato ca°. Ex qui
bus oībus apparet hanc dispositionem ī hoc viro
valde suspecta esse ne transeat ī excoriationē oīm

membro℞ vrinaliũ propter q̃d tandem deducit oportere hunc vir℞ in sui regĩe valde prudentem ⁊ solertẽ esse.

Capitulum de regimine per res nõ naturales fuit tactũ ab i lo consilio q̃d incipit nuper obtulit mihi .p.f. francisco de nordis.

.ii. granorum papa. albi. ʒ. vi. seminis endiuie. ʒ. i
seminuꝫ lactuce floꝝ nenufaris ana. ʒ. vi. seminis
endiuie. ʒ. i. seminum lactuce floꝝ nenufaris ana.
ʒ. v. fiat puluis de quo per mediam noctem oī no
cte accipiat. ʒ. i. cum aqua decoctionis granorum
pinearum. Tertium vero instrumentum princi
pale est hoc. ℞ mucillaginis seminis lini fenugre
ci 7 sisami ana lib. ß. farine fenugreci. ℥. ii. farine
ordei. ℥. iii. croci. ʒ. i. vitellos oui numero. v. olei d
lactuca 7 de papauere ana. ℥. ii. fiat emplastruꝫ de
quo semper radici testiculoꝝ femori anterius et
parti inferiori spine superponatur petia vna gros
se extensionis 7 calida super loco retineatur sēper

Quartum instrumentum est vt omni mane tē
ptet superfluitates de digestiōis expellere 7 vrīas
emittere quo facto abiecto predicto emplastro sta
tim intret hoc balneū mediocris caliditatis in q°
permaneat vsqꝫ ad sedationem doloris sedens vl'
qualitercunqꝫ placet. Et si istaret doloris augmē
tum potest ipsum ter vel quater in die reiterare.
Cuius descriptio. ℞ radicū pastinace domestice.
lib. i. radicum petrosilini. ℥. iiii. seminuꝫ altee mal
ue fenugreci sisami ana lib. ß. corticuꝫ papaueris
albi numero xii. camomille melliloti ana. M. viii
seminis leuistici feniculi cimi. carui 7 ameos ana
M. i. ß. bdelii mollis 7 subalbidi. ℥. i. coquantur in
xxv. situlis aque vsqꝫ ad consumptionē tertie par
tis 7 infundantur in ea mediocriter calida totum
corpus aut saltē medietas eius. Et postꝙ̄ balneat9
fuerit superapponatur emplastrum vt dictum ē.

Quintū instrumentū est vt cum iste vir exiue-
rit a balneo statim accipiat coclear medium huius
electuarii dissoluendo ipsum cum lacte ouino te
pido ℞ mucillaginis sebesten. ℥. ii. mucillaginū se
minis lini fenugreci 7 granoꝝ sisami ana. ℥. ii. peī
diaꝝ. ℥. iii. croci. ʒ. ß. corticū mandragore. ʒ. i. gra
noꝝ alkekengi numero. xx. floꝝ nenufaris. ʒ. iiii
seminum lactuce. ʒ. ii. pulueris folioꝝ cupressi. ʒ. i
.ß. fiat electuarium vltimata contrictione. hoc .n.
electuarium potentissimum est ad stranguriam
dissuriam 7 reliqua predicta. Sextum instru-
mentuꝫ est vt post assumptionē ellectuarii predcī
per horam. i. ß. iste vir bibat. ℥. v. lactis ouini tepi
di cum. ʒ. ii. mell' dissoluti cum eo. lacti enim ouio
nulla medicina compar est in debilitate renū. 18°
tercii ca° 5°. Septimum vero instrumentuꝫ vt
iste vir ante omne cibarium suum accipiat coclear
vnum huius ellectuarii. ℞ granoꝝ pinearum que
infusa steterint in aquā calīaꝫ per diē naturalē lib.
.ß. sape albe. ℥. ii. terantur simul vltimata contri
tione 7 deglutiantur masticando. Est enim mira
bile in omni dispositione sua. quare Serapio in
aggregatore de eis dixit magna. ex pineis calide
sunt in 2° g. 7 sicce in primo que quando bibuntur
cum rob mundificant humores grossos 7 viscosos
qui sunt in renibus 7 vesica 7 conferūt saniei eoꝝ
7 lapidi calefactis cū zuccaro 7 frigefactē cū melle.

Octauum vero instrumentum est vt iste vir sē
per in potu suo ponat aliquid de aqua sublimatio
nis vel decoctionis radicum iacori citrini 7 est gla
diolus de quo dixit Dyascorides ꝙ cōfert strāgu
riosis qui cum dolore vrinam faciunt. Nonum
instrumentum est ꝙ valꝫ a q̄litate occulta. ℞ pul
ueꝝ renum ericii exiccatorū. ʒ. i. aque decoctionis
ciceꝝ nigroꝝ. ℥. i. ß. detur totum in potu medio-
criter calidum circa mediam noctem. 7 est d secre
tis Ras in libello de animalibus. Cum ergo hec
omnia administrauerit per dies. x. tunc ptrāseat
ad meliora vt nunc sequitur. Decimum instru-
mentū est ꝙ omi nocte in aurora hic doctor acci
piat. v. vel. vi. ex infrāscriptis pillulis ℞ cētauree
minoris. ʒ. ii. granorū alkekengi numero. x. cor
ticum papaueris albi floꝝ nenufaris ana. ʒ. ii. sē
nis plantaginis acacie dragaganti gūmi arabici
granorum papaueris ana. ʒ. ii. medulle granorū
ceraloꝝ vel gūmi arboris ipsoꝝ. ʒ. ii. ß. liquiritie

Capitulū de cura per medicinalia

anisi granozum pini ana.ʒ.ii.iusquiami albi.ʒ.ſ dissoluantur gūme cum succo folioꝝ violaꝝ recē tium . et cum eis incorporentur pulueres ⁊ fiant pillule ex omni .ʒ.vii . Et sit vsus vt dictū est.

Undecimū vero instrumentū est vt post assum ptionē pillularum hic vir bibat.℥.ii.aque calefcē sublimationis radicuꝫ filipendule vel decoctionis eoꝝ.hoc eniꝫ est de experimēt a me sepissime fre quentatis ⁊ a Dyascoride acceptis. Duodecimū vero instrumentū est vt tempore quo assumit ista instrumenta iste vir sedeat in decoctione foliorū vitis albe vel radicū eius mediocriter calida.con fert enī dispositiōibus consimilibus auctoritat Gal'i.6° de simplici medicina ca° proprio. De cimatercia medicina est vt istis tēporibus hic vir in brodio pīgui aut in lacte ouino coqui faciat fo lia agrimonie ⁊ mirabiliter conferūt. Decimū quartū remediū est vt hoc eodē tempore iste vir bibat cū omni potu suo aliquid de aqua sublima tionis folioꝝ yperiōis.Confert eniꝫ ad vlcera ma la 2° canonis in areola vulnerū ⁊ vlcerū. prouo cat et ibi in aureola mēbroꝝ expulsionis. De cimūquintū instrumentū est vt hoc eodē tēpor̄ qñ vir iste exit a balneo infundat frustrum lane suci de bene pectinate in hoc oleū.℞ olei violaruꝫ ele cti lib.iii.granoruꝫ sisami papaueris albi bdelii moll'⁊ subalbidi ana.℥.i.ſ.croci.ʒ.i. vitellos oui numero vi.terantur simul vltimata contritione in mortario deinde infundatur lana ⁊ calefiat di ligenter ⁊ applicetur femori radici testiculoꝝ ⁊ p ti posteriori inferiori. Decimūsextū instrumē tum est vt postꝙ iste vir hec omnia compleuerit iterū per dies.x.tunc omni mane accipiat.℥.i.ſ. sirupi de sebesten cum.℥.iii.aque decoctionis gra norū papaueꝝ in aurora.⁊ continuet hunc potuꝫ adhuc.x.diebus. Decimūseptimum instrumē tum est hoc ꝙ iste vir salt omni septimana semel accipiat.℥.ii.cassie nuper extracte de canna cū aq decoctionis seminū cerasi vt dictuꝫ est de eis. Et si acciperet ex eadem cassia vsqꝫ ad.℥.iii. fortasse melius esset ei secundum maiorē tamen ⁊ mino rem ventris fluxibilitatē. Decimūoctauū istru mentuꝫ vt ceteris non bene conferentibus tēpor̄ instantie vehement doloris iste vir sedeat in ole um calefactum corpore eius infuso in ipsū salteꝫ vsqꝫ ad vmbilicū.magnifice enim illud conferre vidi ⁊ proprie potentibus tollerare expensaꝫ.

Decimūnonū vero instrumentū est vt frequen ter accipiatur in die aliquid de aqua decoctionis corticū auellanaꝝ adherentiū concauitati corti cis ⁊ superficiei medulle.hec enī decoctio cum de ea tepida datur in potu quantitas.℥.iiii.magnifi ce confert ad omnia accidentia supradicta. Ui gesimū vero instrumentū est vt post cibarium oē iste vir semper vtatur hac tragea.℞ granoꝝ pini .℥.ii.papaueris albi.℥.i.semis portulace lactuce medulle cerasoꝝ ana.ʒ.iii.penidiaꝝ.℥.ii. zuccari albi ad pondus omniū fiat tragea. Uigesimuꝫ primū instrumentū est vt tempore vehementissi mi doloris inquietudinis ⁊ vigiliaꝝ hic vir acci piat vnum de infrascriptis trociscis cum.℥.ii.aq portulace calefacte.℞ troc.al'ke'kengi trociscoꝝ stelle amboꝝ descriptione Me᷑ in Antidotario ana.ʒ.i.seminū portulace lactuce corticū mādra goꝝ ana.ʒ.ſ.cum succo lactuce fiant trocisci pon deꝝ.ʒ.i.⁊ exiccentur in vmbra ⁊ exhibeantur vt

dictū est. dolorem enim potenter sedant ⁊ angu stiam remouent.Uigesimū secundū instrumentū est vt sepe iste vir accipiat in cibariis aliquid de puluere vesice apri exiccat.Scribitur enī a ꝙplu ribus.mirifice confert huic dispositioni ⁊ suis ac cidentibus ⁊ cet. Uigesimūtertiū instrumētuꝫ est vt huic viro aliis vltimate non bene conferen tibus cum siringa intromittatur p'uis vnius me dii trocisci de predictis minutissime cōtritus cū aqua sublimationis granoꝝ al'ke'kengi . magni enim iuuamēti experitur persepe eius applicatio fere in instanti. Uigesimūquartū instrumentū ē ꝙ aqua sublimationis folioꝝ agrimonie mira bili iuuamento per me experta est in sedando do lores mundificando vesicam ⁊ mediocriter pro uocando vrinam . Et proprie quando ex ea ac cipiunt.℥.ii cū.ʒ.ſ.pulueꝝ radicuꝫ filipendule.

Ultimū instrumētū ē vt cum fere oīa remedia ⁊ cet non profuerunt per siringam intromittat aliquid huius mixtionis.℞ aque sublimatiōis fo liorū al'ke'kengi.℥.i.ſ.olei de nenufare.℥.i.opii g̃.i.croci g̃.viii.imponatur tepidū. sedabit enim illico dolorē ⁊ ab angustia ⁊ ab accidentibus mō tem minantibus securabit.Accipe itaqꝫ mi zela tissime frater hec que tibi sūma caritate ⁊ nō mi nori tristicia ī tua dispositione elligēre potui pre cor autem sollicite multuꝫ ⁊ sepe mihi de tuo sta tu conscribes vt tecum participare possim ex his que humana fragilitas offert amicis insimul et gauder̄ ⁊ tristari debentibus secūdū ꝙ ad hec vi get honestum ⁊ morale. Altissimus autē oīpotēs hec oīa dirigat in tui saluteꝫ amen.

Consilium de vrina nigra apparente ex nocumē to renum oppilatione ipsorum et pororum vriti dorum.

[N]On est dubitandum de apitōe vrinarū nigrarū ⁊ que grosse sunt.velud apparent frequent in magnifico ⁊ armipotenti vi ro domino gētili armoꝝ capi tanco.⁊ cet.Tales enim vrine non presentantur in eo cū signis magnoꝝ et ma loꝝ accidentiū.Si enim apparerent cum mictu sanguinis cū magno dolore pungitiuo ⁊ perseue uerante cum signis excoriatione renuꝫ ⁊ colli ve sice.Et iteꝝ si tales vrine presentarentur sēper ⁊ sine interpollatione.tunc de eis esset notabiliter hesitanduꝫ.Tales ergo vrine sunt magis consequ tes potentiā virtutis in expellēdo superfluitates per illas vias.ꝙ ꝙ consequantur magnā debilita tē illaꝝ viaꝝ.Neqꝫ enī ibi apparet aliq accidens suspicandū nisi in ptibus renū posterioribus. qḋ tamē non est valde intensum.et consequitur oppil lationes eoꝝ leues.etiā in fine pororū vritidoꝝ existentes. Cuꝫ ergo propter aliquod exercitium aut propter vsum aliquoꝝ apietiū dissoluuntur ille materie.tuncstati expelluntur vrine grosse. Materie enī in oppilationibus stantes ebuliert ⁊ extraneate fuerūt ibi ⁊ receperunt nigredineꝫ a sanguine renum ⁊ chilis aquo non euacuantur predicte partes.⁊ quando contingit hominē quie scere a motu vel exercitio tunc materie predicte non fluctuant neqꝫ ebulliunt ibi.vnde non cōmi scentur predictis.ita ꝙ incitent virtutē ad sui ex

pulsionē. Ex quo fundamēto apparet φ ꝙdiu ex pellentur iste materie se melius habebit eger. ꝙ si non expellerentur. Et sequitur secundo φ si ipse quiesceret a fortibus motibus. tunc finaliter reduceretur ad sanitatē completaꝫ. Unde appa ret φ in regimine huius viri necessariū est proce dere cum mundificatiōe renum ⁊ omnium viarū vrine a predictis materiebus. Procedat ergo in eo secundū istum modum. Primo quidem φ euitet quantum potest frigiditatē aeris et maxie circha renes ⁊ pedes ⁊ maxie stationē in loco ven toso ad quem exponatur spina tota. Et caueat de cubitum ⁊ dormitionē super re dura ⁊ super spia tota. imo dormiat vt plurimū super latere dext° ⁊ raro super sinistro. ⁊ oīo quantū potest euitet ve locē ⁊ festinā ciboꝝ ⁊ potuū dglutitionē. Et sūmo pere recordetur non grauare stomachū a multo cibo in quantitate. nꝫ sepe accepto. et hoc propter debilitatem digestiue quam diu habuit. neqꝫ etiā super cibo ⁊ potu assuescat cum iracundia ⁊ furia procedere ī actibus suis. neqꝫ tantū melancoli- cus remanere propter infortunia mundi. ne tri- stitia perducat ipsuꝫ ad accidentia melancolicaꝝ impressionū. ad que est paratus. De ciboꝝ vero q̄ litate. memoret primo se oīo abstinere a rebus frigidis grossis ⁊ viscosis velud sunt cibi pastiles pisces viscosi ⁊ vallosi. vt anguille tince et cancri in multo vsu. ⁊ elixi etiam pisces raro comedēdi sunt. Sed potest vti paruis piscibus fluuialibus. variolis torentina carpionibus luciis ⁊ similibus bene laudatis. Caueat etiā ab vsu neruoꝝ cutis ⁊ ligamentaliū partium carnium. ⁊ fugiat etiā vsū ventris ⁊ stomachi animaliū. ⁊ cerebro non vtat nisi valde raro. Dimittat etiā carnes antiquas re centes ⁊ salitas ⁊ casei multi vsum. ⁊ maxime vi scositatem habentis. Sed caseus modicū salitus non est ei vitupabilis. De plātis etiā effugiat res valde frigidas ⁊ humidas ⁊ in multo vsu velut sc/ blete spinachie lactuce portulace endiuie ⁊ cresso nes. Et fugiat etiaꝫ grana ⁊ semina aperitiua ve lud cicera alba ⁊ rubea ⁊ feniculū petrosiliuū ani sum ⁊ ciminum nisi raro et paꝝ ex eis accipiēdo Olei vero ⁊ butiri vsus est sibi conueniens. Fruc tus vero stiptici velut sunt citonia granata sorbe ⁊ mespila ⁊ pira acria dimittantur omnia. Ficus vō sicce ⁊ amigdale ⁊ passule ⁊ fistici iter alia val de placent mihi ⁊ arancia ⁊ limones ⁊ agresta sa lita omnia sunt ei laudanda. Preter autē hec oīa que ei sunt prohibita. potest vti omni cibario gra no ⁊ fructu. ⁊ crocus ⁊ spetieś omnes placēt mihi moderato vsu. ⁊ menta serpillū ⁊ mellissa saluia ⁊ rosmarinus. Ista sunt ei laudanda. Potus vero ei us sit vinum album vel subrubeū. quod gaurum vel gorzetum nominatur substantia subtile odore aromaticum ⁊ sapore medium ad dulcedinē vici num eligatur ab eo. et si tempore caliditatis opō teret ei addere aquā. tunc sit aqua de cisterna aut salt aqua de bono fonte accepta ⁊ proprie cocta ī hyeme. in estate vero faciat ad libitum. Hoc in sū ma videtur esse regimen huic magnifico viro cō ueniens semper rememorādo. φ ista omnia q̄ hic sunt posita concessa accipiantur. alia vero que ne gata sunt omnino dimittantur.

Capitulū de regimine per medicinas.

De regimie vō obsuado p ipsuꝫ penes medicialia xv. occurrūt mihi medicamia cōuenictia. Priꝫ itaqꝫ est hoc electuariuꝫ. ℞ cassie nuper extracte de canna cum aqua paritarie. ℥. iii. mucillaginis sebesten ⁊ seminum citonioꝝ grosse ⁊ viscose ana ℥. i. ʒ. penidiaꝝ. ℥. ii. zuccari albi. ℥. iii. corticum itermedioꝝ castāeaꝝ. ʒ. i. ʒ. folioꝝ cupressi. ʒ. ii. se minum lactuce scariole ⁊ acetose ana. ʒ. i. ʒ. semi- num quattuor communiū frigidoꝝ ana. ʒ. ii. Coq̄n tur zuccaꝝ ⁊ penidie cum modico aque plantagīs vsqꝫ ad bonaꝫ viscositatem. deinde cum eis incor porentur reliqua ⁊ fiat electuariū. Accipiat ergo de eo omni septimana semel. ℥. ʒ. parum ante ce nam sine aliquo liquore deglutito ⁊ potest cenare īmediate post ipsū. ⁊ si inter assumptionē vnam ⁊ alteram remaneret venter stipticus. potest de eo accipere omni tertio die quantitatē vnius nucis muscate deglutitam vt prius. Secundum vō principale instrumentū est hoc. ℞ capilloꝝ vene ris seminum endiuie portulace scariole ana. ʒ. i. spodii subtilissie triti. ℈. iiii. rof clausaꝝ. ℈. ii. ra sure eboris. ℈. i. puluerizentur omnia per se. deīd commisceantur ⁊ cum triplicata quantitate zucca ri albi fiat tragea. de qua iste vir per totum men sem decembris futuri deglutiat medium coclear omni 3° die īmediate ante cenā. Tertium vero spetiale remediuꝫ est hoc. ℞ succi paritarie. ℥. iiii succi plantaginis. ℥. ii. coriandri non preparati. ℥ ʒ. seminis portulace. ʒ. vi. pulueris gallaꝝ cupres si. ʒ. ii. spice nardi cimini preparati ana. ℈. ii. vi- tellum oui numero. i. camphore gra. v. fiat vnguē tum molle in mortario absqꝫ igne. ⁊ sit vsus eius infra spatulas per totam spinam omni sero cuꝫ vadit ad lectum ⁊ proprie quando percipit vrias igneas notabiliter ⁊ actu calidas. Quartū spe tiale istrumētū ē vt iste vir vtat fisticis preparat per totum mensem decembris comedendo ex eis ante prandium ⁊ cenam ab octo vsqꝫ ad decem. Et modus preparationis eoꝝ est vt accipiat nu clea ipsoꝝ ⁊ infundantur in vino citoniorū actu frigido per duos dies. Cum ergo extracti fuerint permittantur exiccari sub vmbra per duos dies. deinde conficiantur cum zuccaro tabarzeth cocto cum aqua rosata ⁊ erit instrumentū ei valdē vtile Quintum spetiale remedium est: vt iste vir as suescat vti comestionē radicum enule lixate cum bonis carnibus. ⁊ īueniet ex ea iuuamētū magnū stomacho renibus ⁊ omni principali membro.

Sextum spetiale instrumentum est hoc. ℞ olī nardini ⁊ olei lilioꝝ alboꝝ ana. ℥. i. ʒ. capilloruꝫ veneris macis ⁊ corticum citri ana. ʒ. ʒ. rof. ʒ. i. a meos spice seminis petrosilini ana. ℈. i. croci. ℈. ʒ cere albe quantum sufficit. fiat vnguentum molle ⁊ sit eius vsus cum percipit vrinas pseuerar sub- tiles ⁊ claras cuꝫ augumētato dolore in renibus ⁊ alchatin. ⁊ ex ipso enim calido mane ⁊ sero inū gatur spina a spatulis inferius. Septimuꝫ spe tiale remedium est vt iste vir saltē bis in septima na deglutiat īmediate ante prandium tria ḡna masticis ⁊ proprie quando percipit magnaꝫ distē periem ⁊ rugitum in stomacho. Octauum spe tiale instrumentū est vt si in isto viro magnifico perseueraret nocumentū stomachi doloris zuctu ationis ⁊ prostrationis appetitus. tunc iste qbus dam mane accipiat istas aquas in aurora calidas cum zuccaro albo. ℞ aque mente. ℥. i. ʒ. aque mel lisse. ℥. ii. aque eupatorii. ℥. ʒ. misce. Et si in stoma cho perciperet grauitatē ⁊ tensionē a multitudi

ne flegmatum. tunc predictis aquis addatur. ℥.i. mellis rosati cum foliis conseruati. Nonū speciale remediū est hoc. ℞ flo℞ buglosse borraginis flo℞ enule ⁊ florum aut saltem folio℞ farfare ana ʒ.i. liquiritie bene rase. ℥.ss. anisi nouelli ⁊ dulcis ʒ.i.ss. corallorum rubeorū ⁊ albo℞ spodii masticis ana. ℈.i. macis. ℈.ii. lapidis lazuli preparati habentis venas aureas. ℈.ss. lapidis armenii. ℈.i zuccari albi lib.ss. cum aqua buglosse fiat confectio in rotulis trium dragmarum. de qua iste vir accipiat a principio mensis decembris vsq₃ ad medietatem februarii omni die semel frustrū vnū inmediate ante cenam dimittendo alias confectiones. tunc in hoc enī composito inest potentia mundificandi splenē epar ⁊ sanguinē a superfluitatibus melancolicis. neq₃ tamē habet aliqđ renibus efficere nocumentū. Decimum instrumentum est hoc. ℞ spetie℞ ellectuarii de iaccinto sperierum electuarii de ligno aloes ana. ʒ.i. ossis đ corde cerui iacinti smaragdi zaphiri corallorum albo℞ ⁊ rubeo℞ ⁊ sandalo℞ ambo℞ ana. ʒ.i. camphore. ℈.ss. foliorum auri numero. 8. fiat ex oībus istis sacculus quadrangularis ⁊ erit in eo intētio conseruare virtutē cordis ⁊ prohibere aduentum pusillanimitatis ⁊ tollit lapsitudinē vl'em cōpis.

Undecimum vero spetiale remedium est hoc. ℞ olei de mastice olei nardini ana. ℥.i.ss. rosaruz spodii sandalorum et corallorum amborum ana. ʒ.ss. croci. ℈.ss. cere albe quantum sufficit. fiat vnguentum molle. de quo epar huius patientis sepe inungatur et proprie tempore quo percipit sitim amaritudinem oris ⁊ dum venter eius est stipticus. ⁊ maxime quando perseuerat emissio vrina℞ ⁊ que sunt inflāmate rubee ⁊ cum emittūtur cum aliquali punctione. Duodecimuz vero remedium est hoc. ℞ corallo℞ rubeo℞ sanguinis draconis acatie spodii et karabe ana. ʒ.i. scorie ferri preparatꝫ. ℈.ii. vitri ꝯbusti ⁊ lapidis iudayci ana. ʒ.i.ss. puluerizentur omnia per se. deinđ fiat pill'e cuz succo feniculi. ⁊ sit earum vsus omni die in aurora accipere. v. ex eis. Hoc autem solū tempore quo perciperet ventris stipticinatem. vrinarum aliquantam irterruptionez ⁊ earum ingrossationē cum non debita potentia mingendi. ⁊ si fieret mictus stranguriosus quod est suspicabile. propter materierum diuersitatꝫ ⁊ diuersam earū ⁊ interpollatam euatuationem ⁊ retentionez.

Decimumterciū instrumentū ⁊ valde conueniens ei est hoc ꝙ ei fiat sauonea vel confectio marzapanī quod idem est cum medietate olei amigdalarum dulcium nō ama℞ ⁊ altera medietate olei de nucleis fistico℞ ponendo ad librā.ss. vnicuiq₃ illo℞ duorū oleo℞ lib.ss. de amilo de ordeo. et coquatur cum eis lento igne zuccarū tabarzeth vsq₃ ad bonam spissitudinē. Et de hac confectiōe accipiat semper duo coclearia per tres horas vl' duas ante prandium ⁊ cenam frustrū vnum. ⁊ mundificabit renes vigorando corpus. Decimum quartū vero spetiale instrumentū est. vt ipse vtatur recocta facta de lactꝫ ouium. et si de illo lacte faceret vipas simul cuz vino superius tacto bonū esset ei. ⁊ caseus etiā ouinus factus i thesino oyo celis veronensis optimus esset ei. ⁊ oua ⁊ tysana đ dei et rizuz et tri ⁊ mica panis. hec omnia cocta i predicto lacte optima esset ei. Lacti enī ouino nl'a medicina compar est in debilitate renuz is^a ē cii in propria cura eo℞. Ultimū vero istrumētuz est. vt iste dominus assuescat salti i septimana semel per horam ante cenā lauare extrema inferiora ab inguinibus vsq₃ ad pedes cū aqua decc tōis foliorū edere pomo℞ citonio℞ ⁊ vitis bene calida et erit vtile remediū ad distrahendū materias a renibus ⁊ cōfortandū eas et cetꝫ. Hec sūt magnifice armipotens vir et dilectissime compater meliora que colligere potui de sententiis sapientū ⁊ exercitatione continua. Sublimis autē deus ⁊ saluator piissimus omnia hec dirigat in salutē vestrā ea fide et dilectione qua ipsa cōposui astrictus caritate non leui. ad laudes cunctipotentis dei perpetuas amen.

Consilium de stranguria ⁊ dissuria.

[H]ec serua dei ⁊ religiosa humanissima dissuriam patitur non simplicem sed quandoq₃ periodicam stranguria itermixta. ideo cuitet vsū omniū rerū calidarū ⁊ acuta℞ et multe aperitōis sicut salsa petrosilinū feniculū anisū cerefoliū apium rafanū cepe alleū ⁊ sinapismū. vtatur autem carnibus laudabilibus ouis caseo panico ciceribꝰ rubeis confractis rizo pastilibus cibis pane biscocto caulibus valde coctis. vtatur etiā pedibus animaliū ⁊ ventribus eo℞. Et vinū eius sit rubeum ad ponticitatē tendens et sit bene fumosum ⁊ potens. post hec autem vtatur tribus remediis infrascriptis. Primū itaq₃ ipso℞ est vt omni tercia nocte accipiat sex đ infrascriptis pillulis i aurora post quas tardet cibum suū horis quinq₃. Quarū descriptio. ℞ farine glandiū. ℥.ss. lentium excorticata℞ et rizi ambo℞ torrefacto℞ ana. ʒ.i.ss. dragaganti gūmi arabici torrefacto℞ ana. ʒ.i. glutis carte. ℈.iiii. dissoluatur glutē cū aceto nigro ⁊ cū eo incorporentur spetiea alie ⁊ fiant pillule ex oi ʒ. v. ii. Et teneantur in piscide cum puluere squinati. Secūdū remediuz est vt sup spina sua portet cerotum istud continue cuius descriptio. ℞ colofoie. ℥.i.ss. resine picis naualis bene cocta℞ cum aceto rubeo ana. ℥.i. pulueris intermediorū corticum castanearum spodii ematitis karabe cuscute squinanti ana. ʒ.ss. cere quantū sufficit fiat cerotum longitudinis spanse ⁊ portetur a fine spine superius extensū. Tertium vero spetiale remedium est vt ista mulier omni tertio mane intermedio in aurora accipiat. ℥.iii. aque sublimatōis folio℞ consolide medie quam vulgus conferulam vocat et calefiat cum modico zucchari. Quibus actis spero in dei gratiam ꝙ sana erit. Sinautez scribatur et vberius prouidebitur.

Tractatus iꝰ de mēbris generationis i masc'is. Consilium de gomorea passione continens ptes tres principales. Pars prima continet capitulum vnum inuestigatiuum descriptionis et diuisionis gomoree.

[D]isspositio spectabilis ⁊ generosi viri Prosdocimi đ venetiis de raymundis est principaliter inmoderata seis effusio. quā antiqui gomorea vocāt et est nomē cōpōiti

ex gomi greco. qđ semē sportat vel spina et roys quod est germinare vel fluere. vnde gomorrea trā sumptū est ab eo quod est seminis effusio. 6° interiorum finali capitulo litteralit[er] colligendū. vnde gomorrea nihil aliud est q[uam] seminis effusio vel non voluntarius fluxus. qui continue fit sine pudendi tensione. qui propter retentiue virtutis imbecillitatem fit. vt Paulus primo practice ca° 15°. Neq[ue] enim appetitus voluntarius ad venerem ad hanc concurrit dispositionē. imo quandoq[ue] seminalis materia descendit sine voluntatis impto. [et] sessatōne aliqua non precedēte deliciosa vel tristi. vt frequenter in dormientibus apparet hac dispositiōe laborātibus. Neq[ue] iter[um] mēbri virilis robur ad seminis effusionē concurrit. imo nulla eius erectiōe precedente saniē effluit. Et iterum virtutis appetitiue robore deficiēte hec dispositio frequenter inualescit. Ex quo apparet veritas littere Pauli dum dixit. Non voluntarius fluxus. qui sine pudēdi tensione fit. q[uia] videtur q[uod] hec dispositio iterum est eueniens circa membra generationi naturalit[er] deputata vitium magnū existens. siue nimia seis profluxio sine venere [et] noct[ur]nis imaginatioibus ita perseuerans. vt interposito spatio talem hominez consumit. vt Cornelius celsus 4° practice ca° 23°. quare propter talem que huic dispositioni frequenter subsequitur. lic[et] ipsa non sit proprie acuta egritudo. Inter acutas tamen semper et int[er] temporales egritudines nunciatur. vt Teodorus Priscianus 2° practice ca° 5°. Cuius quidē dispositionis varietatem sic diligenter inuestigare debemus totiens ipsā diuersificatā cōprehēdamus quotuplex est varietas causa[rum] quibus ipsa perficitur. Uidet[ur] aūt causas istius esse principalit[er] duas aut ex parte seminalis materiei considerande p° aut ex parte membro[rum] que ad ipsam efficiendaz concurrunt. Et cause quidē primi generis ex p[ar]te seminis considerande sunt ex parte quātitatis vt multitudo eius. ex parte qualit[a]tum prima[rum] vt quia acuta est calida [et] salsa. Ex parte vero qualitatum secunda[rum] q[uia] aquosa [et] subtilis. Multitudo autē ipsius inueniri potest aut q[uia] quantitas eius congregata non expellitur dimissione coitus propter carentiam sui comparis. aut propter deuotionē religionis vel similiū. q[uia] materia illa retenta virtutem illam expulsiuā ad sui eductionē incitat. Oportet enī virtutem se habentē bene expellenda conuenienter expellere vt 6° interio[rum] preallegato ca° colligendū. At vero materiei m[u]ltitudo frequenter inuenit[ur] multiplicata ex multo vsu cibo[rum] [et] potuuz multiplicantiū semen. Et si etiaz per actuz coitus frequenter materia expellitur. n[on] minus etiā per ip[s]o[rum] usū multiplicatur. q[uia] multitudo materiei virtutem membro[rum] contentiuā grauans expulsionē ad se vocat. vnde expellitur ipsa. manatio eniz illa consequitur contentiue debilitatē interio[rum] 6° vbi supra. Tenuitas vero materierum [et] subtilitas ea[rum] est causa dispositionis huius. eo q[uia] tenue quodlibet resudet 20ª tercii ca° d[e] multiplicatione polutiōis. sicut acuitas mōdicat [et] incitat virtutem ad sui expulsionē. vt Auicē. ibidem. igitur materia est gomoree causa. aut q[uia] multa. aut q[uia] subtilis aut q[uia] acuta vt in plurimo euētus. Causa vero dispositionis huius ex parte mēbro[rum] sumpta est. aut ex parte vaso[rum] spermatis. aut ex parte renū aut ex parte principaliū meb[ro]r[um].

Ex parte quidē vaso[rum] que tripliciter diuersificāt[ur] aut enī sunt vasa delatoria vt emulgentes [et] pori spermatis. quo[rum] dexter oritur a rene dextro. Sinister vero ab arteria adorti. vt 20ª tertii p° ca° [et] 21ª. aut sunt vasa materiei seminalis conseruatia sicut est vena chilis in qua secundū veriorē viam materia seminis. que ē superfluitas vltimi alimēti vtilis reperitur. vt 20ª tercii p° ca° in sentētia colligendū. aut 3° vasa illa dicūtur expulsoria velut sunt vasa inuluta [et] via seminis tercia i[n] virga inuenta. In qua v[ero] e sunt tres. s. via vrine via spermatis [et] via alguadi 20ª tertii allegato ca° in fine. At vero si contingat hanc dispositionē fieri p[ro]pt[er] nocumentū in vasis delatoriis necesse est assignar[e] ipsum. aut propter debilitatem virtutis retentiue ipso[rum]. aut propter dīminu[tionem] roboris expulsiue eo[rum]. aut propter maiorē motū qui concurrit ad expellendum materiam. velut motus fortis spasmosus vt in epilenticis [et] sibi similibus. vt patet interio[rum] 6° preallegato ca°. Que vero fiunt vltra naturaz al[ite]r sunt. nam contientia propter defectionem fit expulsiue. inanitio vero propter continentie debilitatē. aut propter quodlibet mouens mēbra vt expellaut contenta sicut contingit vasis spmatis sperma emittere i[n] epilensia [et] aliis passionibus que sunt de genere spasmi si fortis est. Ex q[ui]bus non nulla problēata solui possent clare. vt p[ro]pter quod epilenticus emictit semen inuoluntarie [et] similia que tu considera. Hec expulsio materiei a predictis vasis nequaq[uam] fieri potest nisi ap[er]tis [et] motis. Retentio enī illius fit orificiis clausis [et] non motis sicut eius expulsio fit ipsis aptis [et] motis. interio[rum] 6° vt supra. qui sermones pariter tam ad vasa conseminatiua q[uam] ad delatiua et expulsoria adaptari possent. q[uia] in vnum colligendo. hec dispositio ex parte vaso[rum] contingit. aut q[uia] ipsa sunt nimiū aperta [et] laxata. aut q[uia] virtus eorum retentiua debilitata est. aut propter vehemētem motum concussionis eorum materia ab eis expellitur. vt predictū est. aut q[uia] vasa illa mollificata sunt [et] tu considera. Causa vero dispositionis huius assumpta ex parte renum est propter malā complexionē eo[rum] calidaz a qua contingit liq[ue]fieri humidum pingue ipso[rum] [et] substantificum. q[uia] expellitur ab eis res pluri[m]a. cum materia seminali in partibus propiquis inuenta. que virtutē d[e]struit 20ª tercii allegato ca°. aut vero contingit dispō ex parte renū. propter fort[em] commotion[em] i[n] eis factam. [et] appetitū ad coitū. [et] frequentē memoriaz actus venerei [et] eductionis eius. propter quod elongandi sunt patientes hanc dispositionē ab aspectu figurarum forosa[rum] puellarū [et] pulchrarum penitus. vt neq[ue] tangendi neq[ue] videndi eis copia tribuat[ur]. Teodorus Priscianus 2° practice 2° ca°. Et in hac quidē huius cause deductione. includit[ur] etiam declaratio cause. que tenet se ex parte ip[s]e lesionis facte in membris principalibus [et] tu considera. quoniā habenti fundamentū in theoria medicine ex his principiis hec facile aperiri possunt In sūma igitur dispositionē huius spectabil[is] viri facile in vnā veritat[em] complectendo. videt[ur] q[uod] o[mn]es predicte cause dispositionē eius non leuiter effici unt preter primā. que fuit multitudo ex parte seminis. nō enī rationabile est materiā inueniri m[u]ltam in corpore eius. quoniam egritudo cronica fuit. [et] tot [et] tantis fuit pollutionibus euacuatus.

q vsq3 ad substantifici humidi consumptionez est deductus. Non eniz est rationabile nisi quis ratio nabiliter descēdere vellet. q mat'ia successiue est eo generaretur z multiplicaretur secundū successiuū aque carnis z alioꝝ ciborum notabiliter restaurā tium frequentem vsum. At vero materia in ipso subtilitate peccat mag. quod denotat eius aquosi tas mucilaginosa paru[m]per. z acuta est non raro quod ostendit aliq' punctio in vi[ri]l percepta. etiā acuitatem percipit aliquanta ex caliditate putre dinali acquisita. quod ostendit materiei exeuntis horridus fetor. Similiter etiam hec egritu do in hoc viro spectabili inualet propter secun dam causam ex parte nocumenti in vasis con seruantibus delatoriis z eiectoriis assignatis. Et iterum tertia causa concurrit. eo q aliquotiens e mittit vrinas pingues cum seminali materia in fundo va' z sedimine humoroso sedētibus z pin guedine in vrina supernatantibus. que sine cali ditate notabili nequaq fieri potest. Similiter ēt contingit ad hanc dispositionē assignari causā qr tam. eo q vt in pluribus materiā in pollutione e mittit in somno suo imaginatione ad tactum mu lieris vel venereū actū incitante. vt sermo suus affirmauit. Ex his omnibus inferendo concludit' q hec dispositio non leuis est. sed verentia mltuz eo q ad ipsius productionē concurrunt quattuō famosa genera causarum. que superius tacta sunt

Secundo q dispositio hec multum cronica fu it quare difficulter remouibil'. Tertio q egritu do etati virtuti z complexioni satis proportioāl' existit. Quarto q habitudinē corporis sati no tabil'r extenuauit. Quinto q virtus pati ntis satis debil' est. licet in precedentibus fuerit debili or. Ex quibus omnibus clare cōcludi potest. q pa tiens iste multum debet esse attentus sollicitus z vigil in sui curatione. que quidem in duo ptitur capitula. s. in regimine ex parte sex reꝝ non natu ralium p° deinde ex parte conuenientis applica tionis rerum medicinalium z cet.

Capitulum secūdū de cura gomorree p dietam. Pro prima igitur re non naturali inclinetur reg i men eius ad aerē calidum remisse. aut ad frigidū leui frigiditate. eo q lapsus non euacuatur a cali ditate multiplicata in renibus z epate eius. vt su pra visum est. quod etiam apparet ex tictura vri narum z acuitate z fetorē ex materia percepti. Ite rum inclinatur eius aer ad siccitatez notabiliter intensiorē. q sit frigiditas eius propter consum ptionē. que necessaria est in multitudine materie rum. que superabundant. nullus enim aer excesse qualitatis est sibi conuenieus. probat' q calidus enim valde propter dissolutionem materierum. z humidus propter lassitudinē z mollificationez vasoꝝ timendi sunt. Idem etiam intelligendū ē de camera domo z loco in quibus morā contrahit

De motu z quiete. motus omnis videt' ab hoc patiente vitandus esse. ne propter ipsum materie in fluxu ponantur z calor natural' dissoluat'. et a conuenienti operatione in materias prohibeatur Omnis enim motus fortis multus paucus z qui ete cōmixtus comunicant in hoc. vt calorem effi ciant fortiorē. 3ª primi doctrina secunda ca° 13°. Sed calor fortificatus attrahēdo materias z dis soluendo noceret q z cet. In summa igitur gete vtatur omnino. z abscindat a se omne exercitiuz

nullum enim ta'e conuenit ei in fine rei 5° bre uiarii ca° 13°. Maxime autem exercitiū effugiat e quitandi. z omne illud per quod fortis est z necel saria in corpore distensio z maxime in partibus spine z cet. De somno z vigilia. somno vtatur hic nobilis in quantitate mediocris longitudinis talis enim iuuat ad digerendum materias z ma turandum quas inuenit. z eas ad sanguinis natu ram conuertit z calefacit conuenienter. z transit calor per corpus z calefacit ipsum caliditate na turali. Si autē somnus inuenerit humores acu tos colericos. z perdurauerit eius tempus calefa ciet calore extraneo. 2ª primi doct° 2ª ca° 13° nl la caliditati extraneé additio huic corpori conue niens est. cum iam in ipso inueniatur putredina lis caloris vestigiuz vt supra deductum est. Igit' somnus eius debet esse magis interceptus q lōgi tudine continuatus. Ita vt pluribus somnis satis faciat necessitati digestionis z vigorationis calo ris. q per vnam dormitionē longo tempore con tinuata. Vigilie autem nisi sint mensure excedēt videntur ei conferre propter exiccationem mate rierum z consumptionē ipsaꝝ que sequitur ad eas et cet. De accidentibus anime. accidentia vero anime. per quorum applicationē subito fiat fortis motus in spiritibus z humoribus ex predictis pa tere potest non esse sibi conuenientia. siue ex eis c tingat fieri subitum motum in predictis d circū ferentia ad centrum. sicut fit in forti timore z si milibus. siue fiat motus oppositus predicto a centro ad circunferentiā sicut fit in vehementer iracundis. siue fiat agregatus ex vtrisq3. sicut patet in principio z perdurātione eius. per tales enim motus noceretur conti ue z sūme propter debilitatem que sequitur ad resolutionē spirituū z propter inobedientiā materie ad digestionem congruam. Neq3 etiam motus animales paulatie facti z perseuerantes conueniunt ei. eo q p[ri]ssi z dinutio nature nunq sequuntur nisi illud quod paulatine fit. 2ª primi doct° 2ª ca° 12° Igitur neq3 debet ipse longo tempore z fixis imaginatiōibus affligi vel tristari. z maxime ill' que mouent' a[n]i az ad imaginationē coitus. tales enim imaginatōes vel affectiones animales imprimunt in corpus res naturales. quemadmodū accidit motus sangui nis ei. qui multum preparatus est ad ipsum cum multuz intentus fuerit ad considerandu3 res ru beas. q consimiliter consideratione ad coitū cor pus istud paratum ad seminis effusionē valde fa cile promouetur z intenditur eius dispositio. vt ipsemet suo sermone testatus est. De repletiōe z inanitione. Omnis euacuatio notabilis ab isto e grotante euitari debet. omnis talis adderet ad egritudinem istam. eo q materie per euacuatōes ponuntur in motu. Et iterum q inatus calor ex caruz frequentia debilitatur. Et si omnes euacua tiones hoc efficere possent. oporter tamen vt p hibeatur talis egrotans ab euacuatione per solu tionē nature. Euacuatio enim per solutionem at trahit ad membra seminalia materias propt' vi cinitatem. sicut ēt euacuatio per vrinam eadē ra tione nocet eis 5° breuiarii ca° 13°. Si itaq3 ppt' aliquā contingentiā aliqua foret ei necessaria eua cuatio non videt' ei conferr' posse nisi vomitus su dor aut clistere. quoꝝ quodlibet oporter esse lene vt euitet' agitatio z fluxus materieꝝ z debilitas

innati caloris et grauamine in membris seminalibus. De numero autem ipsorum vomitium leue et ydoneum esse posset istud. ℞ aque decoctionis seminis rafani. ℥.iii. sirupi simplicis acetosi. ℥.i.ß. totum hoc tepidum exhibeatur ei iam precibato cibis et potibus in qualitate et quantitate substantia et sapore diuersis vt magis fastiditus stomachus et nauseatus ab eis inclinatum ad vomitum. Et si per hec non vomeret facile imponere debet digitum in os suum titillationem faciendo in gargalione. et est caput meri. Leue vero sudatiuum tempore necessitatis esset hoc. ℞ aq. ordei. ℥.iii. vini albi subtilis fumosi aromatici. ℥.ii. zuccari albi. ℥.ii. totum hoc calidum exhibeatur in potu post mediam noctem hora qua placet. et congrue cooperiatur pannis et super dormiat. Clistere inter omnia esset hoc. ℞ aque decoctionis foliorum blete violarum solatri virge pastoris ana lib.i. zuccari ru.. ℥.i.ß. vitellum ouum vnum olei de nenufare olei ro. ana. ℥.ii. sal. comunis. ʒ.i.ß. fiat clistere. laudarem ipsum in sero magis ante cenam quam in mane assumendum esse. Post hoc autem considerandum quod caueat a multa et forti retentione eorum que euacuari deberent. siue sint feces siue vrina. siue materia seminalis multiplicata. vt contingit in fine euacuationis pollutionis. talium materierum enim omnium fortis constrictio multum noceret. Ex retentione eorum que euacuari deberent proueniunt egritudines compositionis et opillatio laxitas spasmus et similia. sed motus concussiuus in spasmo augmentat istam egritudinem vt supra visum est. et colligitur in 20ª tercii ca° p° quia et cetera. Amplius enim ex retentione euacuandorum prouenit frequenter putredo et caloris innati constrictio et ipsius ad igneitatem conuersio 2ª primi doctª 2ª ca° 19° de retentione eorum que euacuantur. Iste sunt cause huius egritudinis et augmenti eius vt supra visum est et cetera. Hec de inanitione et de repletione sufficiant. De cibis et potibus premittendum primo quod euitari debent omnia nutrientia siue sint cibi absolute. siue cibi medicinales aut medicine cibales que multum nutrientia sunt. omnia enim talia materiam augmentant. et primam causam huius egritudinis superius tactam fortiorem efficerent. subtiliter tamen intelligendo illud nisi forte totius corporis debilitas ad oppositum promoueretur. tunc enim dimissa egritudine principali de qua hic agitur ad debilitatem principaliter attendendum esset. Similiter etiam euitanda sunt omnia que in venerem inducant appetitum eius excitantia. qualia sunt vnctuosa pinguia ventosabilia et similia. propter causam assignatam. quia vtendum est eis que huic dispositioni aduersentur tam qualitatibus primis quam secundis quam a proprietate hoc operando. De numero quorum famosa vsitata ab auctoribus in dispositione calida sunt plura. vt aqua decoctionis lentium. que pollutionem abscindit. et nenufar in cibis et potibus assumptum. quod libidinem reprimit. Et coriandrum siccum omni modo acceptum siue preparatum quod melius est. siue qualitercunque exhibeatur. Et semen portulace et planta eius. que secundum plurimum abscindit coitum 2° can. proprio ca°. licet Mesuagae crediderit quod ipsa augmentat coitum. et illud videtur esse in complexione calida vt Auicen. ibi. Amplius mirabile est semen lactuce quod abscindit sperma: quando multum vtitur quis ea vt 2° can. suo loco. et summa celeritate succurrit eis qui polluuntur in dictis partibus proprio ca°. Amplius vsus oliuarum olei in cibis. vsus enim olei optimus est. quia minorat sperma 20ª tercii ca° 2° Adhuc etiam solatrum quod pollutionem abscidit 2° can. proprio ca°. quia cum istis aut cum ipsorum aliquibus semper oporteret omnia cibaria confrangenda fore. et potabilia omnia et maxime cum illis que a consuetudine non multum peregrina videntur inter que meliora semper sunt lactuca portulaca viola et reliqua alia istis similia. Conuenit etiam ei agreste aceti acris arantiorum et granatorum vsus et omnis cibariorum confractio cum eis ita quod nunquam ab aliquo ipsorum secedere debet. sicut gelatina pedibus animalium elixis in aceto maceratis. Conuenit etiam ei vsus piscium et maxime fontalium aut fluuiorum aut lacunum conuenientium vel vallium. qui sunt a fetore et reliquis abominalibus passionibus elongati. qui condiatur cum oleo. vel acetosis condici sint. Piscium vero maritimorum vsus non est laudabilis, propter causam notam. Lac vero et caseus recens aut mediocris salis est ei conueniens et aqua lactis aceto si a qua butirum extractum est. De carnibus vero conueniunt omnes animalium siluestrium et auium aquaticarum. et in summa omnium animalium carnes macre si valde pingues musculose et lacertose sunt ei conuenientes. Uino autem vtatur rubeo claro aromatico conuenienter fumositate confracto si oportunum erit cum permixtione aque decoctionis granorum coriandri seminis lactuce aut portulace vnum ex his accipiendo ad libitum. Ego vero soleo eis dare aquam decoctionis gummi arabici. et inueni in ea impressionem notabilem. Similiter in aqua decoctionis radicum nenufaris exiccati. Ea vero que velut cibalia et medicinalia appropriata sunt in hac dispositione a frigido proueniente. sunt sicut ruta et semen eius. calamentum montanum semen agni casti andachocha carui et ciminum et hec duo maxime torrefacta et menta que est nobile farmacum in ingrossando sperma et confortando vasa eius ad retinendum ipsum 20ª tercii c° 21°. De his que pure medicinalia sunt absque calidi ditate in hac dispositione calida laudata sunt sicut nenufar succus canne humide. solatrum ortulanum iusquiamus pomum vstum camphora spetiali proprietate. Que vero laudantur in hac dispositione a frigiditate proueniente iam tacta sunt. Plura igitur preter hec composita ad hanc egritudinem ab auctoribus reperiuntur eximie collaudata. Et non nulla etiam scribenda sunt. que cottidiana experientia contemplantibus apparent esse vtilia. De quorum numero vnum compositum est syrupus iste. ℞ seminum portulace lactucarum florum nenufaris ana. ℥.i. coriandri preparati radicum nenufaris radic. arundinum et radic. solatri ana. ℥.ß. camfore. ʒ.ß. iuiubarum exiccatarum numero. xv dactilorum infusorum in aceto per dies octo et minuti incisorum. ℥.ii. seminis rute calamenti montani cimini torrefacti ana. ʒ.i. bulliant hec omnia in lib. x. aque fontis vsque ad consumptionem medietatis. deinde colentur cum forti expressione. et colature addantur vini citoniorum lib.i. zuccari lib.iii. et clarificentur et aromatizentur cum puluere mente. Soleo autem ego hunc modum descriptionis facere longum. et cum facio ipsum plene decoctionis in potu exhibeo. ℥.ii. cum. ℥. iii. aque sublimationis portulace vel lactucarum et est tante nobilitatis. quod nunquam me decepit in operando. Pauperibus autem

⁊ leuiori expensa medicandis soleo exhibere hoc
℞ aque lactucaꝝ aque nenufar is ana.℥.i.ʃ.siru-
pi ro.antiqui sirupi de mirto mive citonioꝝ ana
.℥.ʃ.misce ⁊ detur vt supra. Leuius autē est süer
aquam portulace vel lactuce ⁊ tu elige libito tuo.
Si autem hos incitante aliquo euacuatio vti opꝫ
non eligo aliud ꝙ cassiaf. quam facio ex sua can
na preparari cum aqua lactucaꝝ vel portulace et
exhibeo de ea.℥.i.ʃ.ad duas ad plus. Composi
tum famosuꝫ secūdū ab auctoribus positū ē vsus
confectionis diacimi vt scribitur ab Auicē. vbi su
pra. Speciale vero compositum in hac dispositio
ne a calore prouenīēte scribur ab Auicē. 2o[a] tcii
in ca° de exiccantibus frigidis. Cuius descriptio
est hec. ℞ semen lactuce cucumeris endiuie psilii
non triti coriandri sicci nenufar. rute iusquiami
albi ana.ʒ.i.terantur omnia et fiat ex eis suffuf.i
p'ius ⁊ detur ex eo.ʒ.i. Ego vero ab hac descriptiō
ne abscindo psiliū.qꝛ non leuiter timeo de calidi
tate cētralis partis psilii.⁊ loco eius pono in hoc ꝯ
posito semen portulace.⁊ feliciter operatur absqꝫ
timore. Iteꝝ quandoqꝫ ab hac descriptione absci
do iusquiamū nisi in forti causa valde .quoniam
timeo stupefactionē. Compositum vero ad hāc
dispositionē calidam laudatū similiter scribitur
ab Auicē.ca° de exiccantibus calidis ⁊ est hec. ℞
radicū testiculi canis torrefacti canabis cāpestris
ana aur.viii.se.agni casti.aur.ii.se.caulis aquati
ci aur.i.fiat puluis ⁊ deturex eo aur.i. Compo
situm vero breuis descriptionis mihi vsitatum ⁊
expertum est hoc collcūꝫ ex breuiario Serapiōis
in ʃ° tractatu ca° iꝫ°. Cuius descriptio est talis. ℞
seminis lactuce.ʒ.iii.ʃ.sedenegi.ʒ.iii.⁊ est semen
canabis iam scriptum se.rute.ʒ.i.ʃ.fiat puluis et
detur ex eo.ʒ i.in vino rubeo aut aqua portulace
⁊ est nobilis iuuamenti. Ex hoc itaqꝫ cōposito aut
sibi similibus fieri possent electuaria confectiones
⁊ relique medicinaꝝ compositiones ⁊ exhiberi vt
supra. Ita ꝙ eis in trageam cum zuccaro candi ꝯ
positis vtor coclear vnū integrum semper ante
cenam exhibendo. Confectio bona ad intētiōeꝫ
hanc sepe mihi vsitata est hec. ℞ coriandri pre-
parati.ʒ.ii.mente.ʒ.iii.seminū lactucaꝝ portula
ce cucumeris ana.ʒ.ii.ʃ.gūmi arabici cimini am
boꝝ torrefactoꝝ ana.ʒ.i.dragaganti torrefacti.
.ʒ.i.ʃ.floꝝ nenufaris.ʒ.ii.puluerizētur omnia sub
tiliter ⁊ cum zuccaro albo ⁊ aqua portulace fiat ꝯ
fectio solida. ⁊ inuenitur ex ea notabile iuuamen
tum ⁊ qui fortiorē efficere vellet addat se.agni ca
sti ⁊ se.rute ana.ʒ.i.ʃ.⁊ erit longe efficatiō. De
scriptio vnguenti ad hanc intentionē calidam ef
ficacissimi est hec. ℞ olei ro.ātiqui.℥.ii.olei ꝺ mir
to ⁊ de citoniis ana.℥.ii.ʃ.plūbi vsti ceruse ⁊ sema
titis amboꝝ ablutoꝝ in aqua lactuce ana.℥.i.ami
li.℥.i.ʃ.floꝝ salicis florum nenufaris ana.ʒ.v.cā
phore.ʒ.ii.fiat vnguentum ī mortario plumbeo
cum suo pistello cum succo plantaginis.⁊ nullam
medicinam ab auctoribus descriptam inuenies
efficatiorem ista.⁊ tu considera.qꝛ hoc.facile de-
monstrari potest ex virtutibus componentium si
bene noscuntur. Ad hanc etiam intentionē eximi
e laudatur ab auctoribus lamīa plumbi.que por
tetur supra loco alchatim.vt scribit Galienus 9°
de simplici medicina auctoritate Hypo.⁊ Auicē.
⁊ Ras ⁊ vniuersoꝝ auctoꝝ.licet Auicē. in huius
plumbi applicatione dixerit esse considerandum

2o[a] tercii ca° de multitudine pollutionis in fine.
De hiis autē que ab occlta proprietate posita sūt
a quibusdam testantibus se fuisse hoc expertos
est vt semper portetur ānulus aureus lapide to-
patio munitus. Iteꝫ ānulus factus ex ferro quo a
liquis interemptus fuit. Et plura alia istis super
addere potuissem.sed longitudinem effugiēs hec
solum que mihi rationabili iuditio ⁊ experientis
cottidiana mea testimonio auctorum approbata
sunt scribere volui ⁊ cet.ad laudē dei amē.

Consilium de apostemate duro in radice virge.

iSte vir generosus egrotat apo-
stemate duro in radice virge sue
satis apud femur.apud quod apo
stema anterius prope castaneam
inuenitur etiam durities notabi
lis maiō ī duplo ꝙ p[a]. Et ex vtris
qꝫ dispositionibus dictis accidit in membro suo
nocumentū in erectione virge ⁊ īpedimētū ⁊ ī vo
loci ⁊ conuenienti expulsione virilis seminis tem
pore coytus magis tamen impeditur seminis vi
rilis emissio si contingeret ipsum in nocte pollu
tionem incurrerē.tunc eniꝫ accidit in eo dolor tē
pore emissionis spermatis qui non accidit tēpore
copl'e cum muliere. Harum autem duritieꝝ cē ef
ficientes potuerunt esse frequens ⁊ multum exer
citium ludendi cum muliere.⁊ etiā frequens con
strictio vel etiam tactus virge cum manu propt
que attracte fuerunt materie ad locum que diut
nitate tēpis īdurate fuerūt. Potuit ēt hāc duritiā
efficerē fortitudo virtutis expellentis materiā me
lancolicam a splene ad inferiores partes versus
emoroydas a quibus per continuitatem venaruꝫ
materie propulse fuerunt ad virgam et in locis
predictis collecte. vnde appꝫ ex predictis ꝙ du-
plex potuit esse causa materialis. Et prima quidē
flegmatica que propter diuturnitatem temp
poris quā contraxit in parte a frigore congelan
te vel calore resoluente subtilius conuersa fuit in
ml'iaꝫ.2[a] vero materialis causa potuit esse melan
colica materia a splene vel a chili propulsa ad lo
ca predicta que fecit illa apostemata melancolica
incipiendo. Quecunque tamen harum cōcedatur
esse materialis causa apparet ꝙ minatur nocu-
mentum arduum in posterum futuꝝ. Si eni ma
teria in predictis locis multiplicaretur non ē du
bitandum quod absinderet potentiam coeundi
⁊ emittendi vrinam claudendo vias vtriusqꝫ p
pter quod oportet ꝙ iste vir sibi sollicitus existat
de curatione huius dispositionis vt nūc sequitur.
Abstineat itaqꝫ a cibis omnibus ml'icuꝫ sangui
nem generantibus vt sunt carnes antiquorū aīa
lium ⁊ salsamenta omnia ⁊ caseus antiquus ⁊ du
rus ⁊ valde salitus ⁊ legumina omnia preter ci
cera rubea ⁊ lentes ⁊ caules ⁊ panis furfuraceus ⁊
cibi magne viscositatis ⁊ grossitudinis neruose a
nimalium partes piscium frequentem vsum ⁊ vi
num etiam grossum turbidum ⁊ nigrum ⁊ valde
bruscum vel acerbum. hec omnia euitare debet.
In aliis autē cibariis licentiam habet. Et motus
frequens ⁊ fortis super cibo ⁊ somnus prolixus
valde ⁊ multa ciborum repletio fastidium addu
cens ⁊ ventris stipticitas ⁊ frequens accidentium
anime euentus propter que fortis ⁊ velox motus

in spiritibus ꝛ humoribus iponatur. hec omnia i suma euitare debet. Pro regimine vero medicinali videtur mihi necessarium esse ꝙ prouideat sibi cum octo istrumetis medicinalibus. Primu est vt a 3ª die futuri lunaris vsq; ad xii faciat sibi fieri fl'oa; de saphena dextri pedis per quam extrahantur sanguinis. ℥. iiii. vel. v. premissa seper ventris lenitione sine qua non debet fieri fl'oa 4ª primi caº 20. Secundu instrumetu est vt post fl'oa; predicta mane imediate sequenti accipiat hoc minoratinu. ℞ aque buglose ꝛ capill' veneris ana. ℥. ii. agarici ellecti thimi epithimi foliculoꝝ sene ana. ʒ. ſ. diagridii ǧ. v. salis idi ǧ. iiii. ℥℥. anisi violaꝝ ana ǧ. v. infundantur omnia i predictis aquis calefactis per diem naturale. deide veheme ter calefiat ꝛ misceantur ꝛ forti expressione colet ꝛ addantur eis ellectuarium diascene. ʒ. iii. ꝛ totu calidum in aurora bibatur ꝛ tardetur post ipsu; cibus horis sex ꝛ anteꝙ prandeat. vª precedete hora accipiat ciatu plenu; aque ordei calefacte cu pauco zuccaro. Tertiu instrumentu est vt postꝙ accepit minoratiuu predictu die imediate seque ti accipiat hoc digestiuu quod cotinuet diebus. x. calidu; in aurora. ꝛ post ipsu tardetur cibus hois adminus. iiii. ℞ se. de epithio. ℥. i. oximell' coposi ti. ℥. ſ. aque capill' veneris. ℥. ii. aque fumi terre. ℥ i. ſ. misce ꝛ calidum accipiatur. Quartum istrumentum est vt diebus quibus assumit digestiuu; saltem oi tercio sero paru ante cena accipiat vnam de istis pillulis. ℞ aloes preparati cum succo endiuie. ʒ. i. lapidis lazuli lapidis armeni preparatoꝝ ana. ℈. i. diagridii. ǧ. ii. salis indi ǧ. iii. cum succo boraginis fiant pillule de omni. ʒ. vi. ꝛ vna vel due ad plus sufficient ꝛ attendat ꝙ postꝙ fuerit purgatus iteꝝ poterit vti eisde pillulis ex eis accipiendo vnam bis vel ter in septimana altnis diebus. Quintum instrumentum est vt postꝙ acceperit digestiuu predictu purgetur cu istis pillulis. ℞ pill'aꝝ de lapide lazuli. ʒ. ſ. pill'aꝝ idaꝝ ℈. ii. diagridii ǧ. i. fiant pill'e cu; syº de epithimo ꝛ accipiantur hora ꝛ coditionibus obseruandis q de minoratiuo dicte sunt. Sextum instrume tum est vt postꝙ fuerit euacuatus ad localia appropriata conuenietia transeundu est. Facta igit ablatione piloꝝ a toto femore bis in die partes omnes inguiales ꝛ femorales inungantur hoc vnguento. ℞ succi plantaginis succi virge pastoris ana. ℥. iii. boli armeni. ℥. ii. ſ. amili. ℥. ii. terre sigillate. ℥. i. ipoquistidos thuris acatie sandarace sanguinis draconis ana. ʒ. i. ſ. aceti. ℥. i. ſ. pulueri zentur omnia per se deinde forti cotritione siml' incorporentur in mortario plumbeo cum suo pistello. Septimu instrumentu est ꝙ tota virga diligenter inungatur cum oleo de sisamo calefacto quonia illud est mirabile ꝛ etiam ex predicto oleo tepefacto cum musco in mortario bene tritis iniciatur in canalem virge cum siringa quoniam primu est mirabile ꝛ secundu est vltimu xxª tcii tractatu 2º caº de cura apostematis duri ta virge ꝙ testiculoꝝ. Octauu vero remediu est empl'u; istud quod tepidu toti virge vsq; ad radice virge bis in die apponatur. ℞ furfuris a farina diliget mundati ꝛ vltimata cotritione puluerizati ꝛ cribellati lib. ſ. armoniaci dissoluti cum oximell' sqllitico mollioris ꝛ ellecti. ℥. iii. incorporetur siml' ꝛ fiat empl'; diu ipsum in mortario conterendo hoc enim est vltimu. vñ xxª tercii preall'egato caº Et iterum curatio bona ꝛ experta ad illud sumatur furfur ꝛ indesinenter teratur ꝛ cribelletur in cribro tenui ꝛ resoluatur armoniacum cu oximel' ꝛ conficiatur cu; eo ꝛ immittatur loco dum tepatu; retinet calore ꝛ reiteretur super ipsu assidue est enim conferens omni duriciei. Et infra iteru; memoriam habet huius medicaminis caº de apostemate frigido virge dum inquit. Et medicame sumptu ex furfure ꝛ armoniaco predictu in caº a posteat in testicul' est medicamen mag conuenies locis illis ꝛ est quado virga apostemat aposteate duro. Et attendat etiam vir ꝙ iste modus regiminis sibi datus per euacuationes et digerentia suprascripta conuenientius est ad euacuationem tocius corporis ꝛ mundificatione stomachi spleis ꝛ renum eius. quod veꝝ esse videbit cu predictas medicinas acceperit. Hec sunt que i dispositoe huius nobilis viri mihi electiora visa fuerunt et ipsa in salutem eius dirigantur in clementia oipotent.

Consilium de exituris inguinis. ꝛ continet tractatus duos. Tractatus primus cotinet capitulu sigulare inquirens essentiam egritudinis.

a

Mbiguu maxime videtur reducere dispositionem huius nobilis ad vera cognitione ꝛ adequatum capitulu. eo q; apostea tum ꝛ reliquarum eminentiarum cognitiones ex sensibus plurimu cognosci debent. vt visu tactu ab illustrium viroru sermonibus confitetur. Veru; quato clarius itellectus ex auditu acceptus huius dispositionis veritatem enunciare poterit rationibus ꝛ auctoritatibus conabitur enunciare. varias aut materias in apostematibus omniu partium coporis contineri ꝛ maxime in apostematibus locoru que emunctoria nominantur clare scripsit Gal's ad Glaucone 2º tractatu 14º caº Et idem in libello de tumoribus preter natura 4º caº. Ita ꝙ quadoq; in apostematibus eruptis inuenta fuerunt corpora sicut fumus vel vapor mucus gipsum lignu lapides arena pili ꝛ vngues quare nimiru si apostema huius nobilis videt esse simile carnositati vt de ipso videatur dici posse traditum esse smonez ab Auice. 3ª quarti caº de exituris in fine du inquit. Et de exituris quide est species que vocat turmusios ꝛ est exitura que cum rumpitur quod e sub ea est simile carni bouine ꝛ est exitura vasalis rotunda rubea. Ex quibus liquide patere potest dispositione huius nobilis ad illud capitulu esse rducendam. At vero non parua difficultas videt includi in his. Na; si hoc apostema videatur tactui facile cedere: fortassis eius materia erit ex sagui ne aquoso grosso flegmati admixto congenita. q; virtute ipsius epatis digestiua debili ꝛ expulsiua forti propulsa erit ad inguen ibide apostema faciens. qualiter enim epatis complexione corrupta in vniuerso corporis frequenter carnositas super augetur. vt i yposarca sru percipitur taliter i determinata particula corporis tales excrescentias fieri conuenienter concedendum esse videtur. Quod si ex tali materia hoc apostema videatur esse congenitum. reducendu videtur esse possibile

ad capitulum de moro de quo scripsit princeps 3ª quarti vltimo caº. Inter hec tamen duo vir peritus quibusdam signis discernere poterit. Nam si fuerit exitura carnosa vel vasalis rotunda. tunc plurimum talia fiunt ex permutatione apostematū calidorū. Secundo quia locus tactu calidus reperitur. Tertio quia tangenti et comprimenti videtur digitum velut in foueam cadere. Quarto quia pulsatio concomitatur ista vt in pluribus. Quinto quia in eisdem reperitur resistentia cum aliquali caliditate maxime si exitura fuerit carnosa. et etiam si fuerit rotunda vasalis carnositate plēa.

Sexto quod habentes exiturā raro euacuantur a febre. Septimo quod ex vniuersali corporis dispositione et habitudine reliquis generalibus comprendi potest. In moro vero tactus inuenit mollitiem excellentem magis 2º leuiter comprimēdo cedit. Tertio quia locus non ita calidus percipit propter flegma quod sanguini commixtum remittit ipsum. Quarto quia locus non tanta rubedine verificata collozatur. imo mag albedine rubeo admixta. Quinto quia comprimenti percipitur inundatio sicut in corpore aliqualiter visco so. Sexto quia materia mori sua viscositate vid tur in vno loco magis cōgregata persistere. Materia vero exiturarum propter calorem naturalem eius vel extraneum vt in pluribus ad aliqualem piramidalem figuram eleuatur. Post hec autem vt dubitationem omnem excludam in qua mens mea non parum inuoluitur. vt tanto viro rectius consulere possim. videtur mihi hesitandum esse. an materia huius apostematis spetiem aliquam ventositatis includat. Et primo quidem auctoritatibus preallegatis confirmari potest. si enim fuerit exitura carnosa arguit epatis nocumentum ī digestione quare principium curationis inde pendet. si fuerit exitura alba nominata. adhuc illa ē mala malitia materie. Si vero fuerit morum iterum est malignum frequenter et dolorosum. vt Auicē. scripsit vbi supra. Adhuc etiam rationibus deduci potest. In omni enim apostemate cronico malignatur materia propter longam stationem ī loco longa enim fixio materie in loco associat de necessitate partis illius debilitatem maxiam. propter quod debilitato innato calore corumpuntur materie diu stantes in locis. q̄uis prius laudabiles fuissent. Secunda ratio quia plurimū in materia apostematum cronicorum inuenitur aliqua melie spetiess. Tertia quia et licet in principio illorū apostematū non fuerit mlīa aliis humoribus cōmixta generatur tamen ibi propter caloris debilitatem. Quarta ratio quia in hoc apostemate videtur esse cōmixtum aliquid de mlīa per adustionem sāguinis. aut per adustionē colere genita. quod dēclarant etas complexio et habitudo. Est enim homo in quo sanguis abundat. quia bene carnosus et rubicundus et confirmatur quia veloces excrescentie apostematum significant abilitatem materie ad motum. Et hoc quidem aut propter caliditatem materie. vt patet in apostematibus colericis et sanguineis. aut propter malignitatem a quadam venenositate in parte relictam sicut apparet in scrofulis et reliquis similibus cum curantur. Hec igitur ratio videtur in hoc nobili maximā difficultatem parere. Cum enim vt audiui fuisset hoc apostema cum potentiali cauterio bene curatum. iterum recidiuauit. et ad illud quod prius et forte deterius. Ex quibus omnibus vt premisi maxia in mente mea viget anxietas. hesito enim in hoc apostemate inuenire malitiam venenositatis per quam oportet ipsum reducere ad spetiem apostematum melīcorū. et maxime ad principium cancri. quod male libenter dico. sed oportet consulentē omnia recto fronte conscribere. que sibi lumine scie et opere innotuerunt. Si igitur in huius apostematis circūferentia appareat multitudo venarum sanguine nigro offuscatarum ad aliquam tendente rubedinē.

Et 2º si eius principio fuerit hoc apostema rotundum paruum cum colore fusco cum caliditate sfata. Tertio si cum eo fuerit dolor et sit. 4º si velocit magnifice fuerit augmentatū. Quinto si dolor qui in ipso percipitur inflāmatiuus et mordicatiuus extiterit. Hec vidētur signa maximam includentia difficultatem. que omnia confirmari potuerunt ex sequentibus. Nā si fuerit hō calidi epatis vtens regimine melīe excitatiuo vt cibariis valde salitis carnibus grossis bouinis et vaccinis multis leguminibus et maxime fabis caseo antiquo et duro vinis fumosis aut rubeis aut grossis caulibus eruca et similibus. Si etiam in eo solita esse fuerit retenta euacuatio vt emoroidarum narium aut pulmonis. Et si hō multum in ira et negotiis melīcis sepe persistens. Hec omnium predictorum testimoniū afferre possent. in quibus diligenti examinatione conspecta videbitur consiliū curationis conueniens elici posse. quod nunc sequitur.

Tractatus secundus de cura diuisus in. 5. capitu

Expedito caº inquisitionis egritudinis huius domini ad regimen curatiuum condescendo. quod in quinque capitula diuidam. Primum .s. capitulum docebit canones curationis exiturarum inguinalium. Secundum capitulum ponit canones curationis mori. Tertium capitulum pōit canones curationis cancri. a quo benedictus deus absoluat ipsum. Quartum capitulum docebit rectificare accidentia. tam in prauis apostematibus quam in cancro euenientia. Quintum capitulum explicabit regimen per sex res non naturales.

Capitulum primum continens canones curationis exiturarum inguinaliū.

Oportet igitur vt canones istos pro sui curatiōe diligenter attendat. Primo quidem in lunari mense martii proximi futuri a septima vsque ad. 24. diem lune eligat diem sibi gratum vt faciat fieri flobothomiam de vēa basilica dextri lateris sub cubito existente et extrahat de sanguine ab. ℥. v. vsque ad. vii. transactis vero diebus. xii. faciat sibi fieri flobotomiam de saphena pedis dextri in domestica parte cruris super cauilla existente et extrahat sanguinis. ℥. v. Facta flobotomia sequenti mane soluatur venter eius cum hac enacuatione minoratiua. ℞ medulle cassie fis. nouiter a canna extracte cum aqua lactis. ℥. i. thimi epithimi electi ana. ℈. i. reubarbari agarici electorum ana. ℈. ß. ℨ spice cinamomi ana .g. ii. sal. gemme .g. i. a cibo et potu per quinque horas abstineat. et bibatur totum in aurora cum aqua lactis caprini calida. post quas quinque horas accipiat ciatū vnū

aque ordei calide. post cuius aque potum p unā horam prandeat. Sumpto minoratiuo sequenti mane incipiat assumere. ℥.ii. huius sirupi cum aq̄ buglose aut aque scabiose ana. ℥.i.ß. accipiat ipsuꝫ in aurora caliduꝫ. ⁊ non comedat neqꝫ bibat post ipsum nisi quattuor horis elapsis. ℞ floruꝫ borra ginis buglosse ipericonis valeriane thimi epithi mi ana .M.i. radic. cicoree endiuie calendule dau ci feniculi ana .M. vnius partes duas radicū bru sci. M.ii. se. comuniū frigidoꝝ granoꝝ peonie et lupuloꝝ ana. M.ß. absinthii assari eupatorii ca- medreos camepitheos ana. M.i.ß. buliant in lib. x. aque vsqꝫ ad consumptionē medietatꝭ. deinde co lentur ⁊ exprimantur. et predictis addantur ace ti albi lib.i. zuccari al. lib.i.ß. ⁊ coquantur vsqꝫ ad spissitudineꝫ sirupi. Sumpto sirupo purgetur cū hac medicina. ℞ electuarii indi descriptiōe Me sue. ʒ.ii. electuarii succi rosarum. ʒ.i.ß. cassie de cā na nouiter extracte vt supra. ʒ.vi. bibatur in auro ra ⁊ fiat custodia vt supra. Secunda regula ob seruanda est vt post purgationem accipiat oī māe coclear. i. huius mixtionis. ℞ trociscoꝝ de viol'. trociscoꝝ de ros' cum semine acetose ana. ʒ.ii. spe tierum triasandaloꝝ sine camphora. ℥.ß. conserue violarum. ℥.i.ß. conserue ros'. ⁊ buglose ana. ℥.ii. spodii subtilissime triti. ʒ.i. fiat electuariū ⁊ non comedat post ipsum nisi transeant hore tres.

Tertia regula obseruanda est vt venter eius flu xibilis existat. ⁊ siquidem natura non responderet accipiat omni 3ª die ante cenam duas de istis pil lulis. ℞ aloes epatici boni. ℥.i. reubarbari electis simi. ℥.ß. spice masticis spodii rosarum ana. ℈.i. sa lis gēme. g. viii. infundantur in aqua cicoree vel endiuie vsqꝫ ad coperturam ipsorum per quiqꝫ dies deinde ex eis fiant pillule ⁊ accipiātur vt su pra. Quarta regula obseruanda talis est. vt si qua euacuatio ab eodem solita fuisset retenta. illi co prouocetur. si enim a naribus fluere solebat sā guis fiat ipsius prouocatio titillando in nares cū extremitate penne vel alterius festuce. aut cuꝫ se tis porcinis. Si vero retente fuissent emoroides fiat earum fricatio cum lacte fici. aut cuꝫ felle tha uri. aut cum aqua infusionis piscium salitoꝝ que omnia mihi experta sunt. Quita regula est vt omnino caueat ab applicatione medicinaruꝫ acu tarum super loco apostemoso. nisi maxima prece dente deliberatione ⁊ cautella vt inferius tangetꝰ

Sexta regula est vt dum hec fiunt ī die naturali quater vngatur locus cum hac mixtura. ℞ olei de vitellis ouorum in sartagine frixi. ℥.ß. olei de si samo ⁊ de camomilla ana. ℥.ß. medulle cruris vi tulli lactentꝭ. ʒ.x. dissoluātur omnia ⁊ administrē tur calida mediocriter et superponatur lana.

Septima regula est vt post euacuationē omni mane ante prandium ⁊ cenaꝫ per duas horas ap plicetur ventosa vna mag̃ sine scarificatione in p te domestica tibie in medio eius magis carnose ⁊ ita fiat sex diebus. Illis vero imediate sequētibus sex apponatur ventosa predicta in domestica par te cruris distantꝭ a genu per digitos quattuor. Et vltima die scarificatione condecenti extrahendo sanguis. ℥.v. Octaua regula est vt si per hec in genia videtur apostema diminui ⁊ conualescer̃ lo cum predictis intendatur reiterando frequenta- tas cum predictis pill'is euacuationes ventosatō nes cruris sine scarificatione ⁊ iunctione predcā

Nona regula ē vt si p predicta non videatur ā postema detumescere superponatur hoc emplr̄m mihi sepe expertum in resoluendo superfluitates ex profundo musculorum ⁊ aliarum partium et conuenienter consumit hūitates. ℞ lapidis mar chasite. ʒ.i. vitrioli viridis. ʒ.iii. resine pini electi ℥.i.ß. medulle crurium vitulli. ℥.ii. pulueriꝫentur omnia. ⁊ dissolutis dissoluendis fiat emplastrum ex quo calido bis in die naturali emplastretur lo cus. Si autem per hec predicta non curatur non laudo medicinarum causticarum applicationem. ne propter sui acuitatem materiam furere faciāt ⁊ fluxum ad locum aliunde prouenire. ant ⁊ 3° qr non euacuantur a gradu venenositatis quā ī hoc casu dubito. Si autē fuerit circa taleꝫ eminentiā omnino auferre consilium oportunū est. vt admi nistretur cauteriuꝫ actuale cuius figura scribetur inferius. Et cura in administratione ipsius est vt in hoc nobili ventris premissa mundificatione. et in hora diei ab ortu solis vsqꝫ ad tercias. fiant de fendentia materierum fluxum circa locum. ita ꝙ cooperiatur panniſ infusis in aqua ros' ⁊ vino gra natorum cum terra sigillata bolo ar. ⁊ acatia con mixtis. Operator autem cauteriū candere faciat vsqꝫ ad rubificationē circumcirca ꝙ locum apofte mosum sine aliqua profundatione vsqꝫ ad tolem eminentie abscisionē cauterizando procedat. loci aūt tumorē ex sermonibus anothomie cognoscer̃ poterit. ex multitudine venarum artiaꝝ neruoꝝ extremitatibus lacertoꝝ ⁊ panniculoꝝ. que oīa at tente consideret. ⁊ cum presentia illustrium phisi corum talem operationem fieri consulo. Omnio enim pretermittere talem operationē securius eē diiudico. Si antē tale cautiuꝫ fieret superponatꝰ combusto loco hoc vnguentum vsqꝫ ad casum esca re. ℞ olei viol'. butiri ana. ℥.i. cere albe. ʒ.ii. dissol uantur ⁊ incorporentur omnia. post casum auteꝫ escare optimum esset propter consumptioneꝫ reli quie materie ⁊ exiccationē ⁊ loci confortationē q busdam diebus procedere cū vnguento apostolo rum. post illud autem cuꝫ regeneratiuis ⁊ sigilla tiuis medicando procedere. ⁊ hec de p° ca° dicta sufficiant.

Tractatus 6i capitulū 2m de cura cancri.

Si autē ex signis premissis apparet materiā hu ius apostematis malignari. ita vt ad cancri spēs reduci posset a quo gloriosus deus hunc nobilē tu eatur sapientissime ⁊ multū blande in eius regie procedere oportet. Primo quidem cuꝫ rectifi catione regiminis ex parte rerum non naturaliū vt 4° ca° videbitur. Secundo cū euacuationi- bus frequentatis. de quaꝝ numero elegātior est ⁊ tutior vt accipiatur aque mell' ⁊ aque lactis capri ni ana. ℥.ii. epithimi. ʒ.ii. misceatur ⁊ dentur ī po tu. diebus autem intermediis gratia digestionis dentur sirupi acetos' simplicis. ℥.ii. aque sublima tionis rosmarini folioꝝ edere ana. ℥.i. Inest eniꝫ rosmarino proprietas maxª mundificādi arteri as ⁊ venas tocius corporis a mala materia pro pter maximā vim cōsumptionis ⁊ exiccatiōis sue vt Diascorides de eo scripsit in primo c° in vera translatione illius. qr multū approbo vsuꝫ ipsius omni modo assūptionis. Tertio vero cum loca libus appropriatis non multū fortibus in cura ei us procedēdū est. Et licet plīma auctoꝝ illustriū

senter tiis scribere possem. solū tñ illa q̄ cottidia na experientia me docuit vtiliora conscribere vti lius duxi. Primo igitur maxime vtilitatis est. vt accipiantur plante ⁊ folia vndēgeri quā sic vo cat Serapio ꝺ qua fit emplastrum cum aq̄ et mel le. Diascorides autē hanc plantam scribit erismō ⁊ cum bene diligenter attendatur est planta quaꝫ italici vocant erucam siluestrem. de qua secundū Diascoridem fiat emplastrum cū mulsa. i. aq̄ mel lis. Secundum magne vtilitatis est. vt accipiāt grana raffani ⁊ bene conterantur cum aceto leuis acredinis ⁊ ex eo sepe locus emplastretur cance- rosus. Tertiū spetiale est hoc. ℞ passularū pin guiū lib. ß. folioꝝ edere recentiū ana. ʒ. iii. conte rantur simul diu ⁊ ex eis emplastretur locus p se. Post hoc autē qꝛ persepe contingit locum vlcera ri si ita contingeret placuit ad consilii complemē tum quedā maxime vtilitatis experimenta con scribere. Primū est. ℞ pulueris cancroꝝ fluui alium conbustoꝝ. ʒ. iiii. tucie trigesies ablute cuꝫ aqua fontis. ʒ. i. misceantur omnia simul cū aqua mellis ⁊ fiat linimentū. Secundū est. ℞ litar giri diu contriti in mortario plumbeo. ʒ. i. succi solatri quantū sufficit incorporentur simul ⁊ lini atur ex eo locus. potenter eniꝫ aufert punctioneꝫ mordicationē ⁊ malā complexionē calidā. Ter tiuꝫ est hoc. ℞ tucie preparate vt prius. ʒ. ii. litar giri. ʒ. i. pulueris floꝝ rosmarini. ʒ. ß. olei ꝺ ker ua. ʒ. iiii. terantur omnia simul longo tempore ī mortario plūbeo. ⁊ medicetur ex eo locus. Est enī potentius ad exiccandū materiaꝫ ⁊ virulentiam omnem. Quartū singulare remediū ad omnia predicta est. vt ex succo plante quam quidā vocāt herbam demonis sepe liniatur locus. plantaꝫ aūt hanc italicorū plurimi vocant alberga. Aliqui vō vngariam vocant. ⁊ est maxime vtilitatis in sedā do inflamationes ⁊ dolores mordicatiuos. prohi bendo vlcerationē ambulare. vt experientia vidi ⁊ forte ista est plāta vt mihi apparet quā Diasco rides erismon vocat. de qua dictuꝫ est. Nam odō eius odori eruce silatur. silr ⁊ sapor vtriusqꝫ ma gnaꝫ habent in sil' conuenientiā vt experiētia pa tere potest. ⁊ hec de 2° ca° dicta sufficiant.

Capitulū tercium de cura mori.

Pro expeditione vero capituli tertii premitten dum q̄ ⁊ licet accidentia que. s. morū ⁊ alias exitu ras emunctoriales concomitari possent. plurima esse possit communia tamē sunt mala complexō ca lida cum inflāmatione ⁊ mordicatione ibi perce pta. Durities etiā ⁊ grossities neruorū cordaruꝫ ⁊ panniculorū ibi existentiū. Tertiū est stupor vel diminuta sēsatio ibidē remanens. ad q̄ō pluri mū sequitur ambulandi prohibitio. Pro cuius re motione fiat vnguentū tale. de quo sepe locus vn gatur frigido aut leuissime calido. ℞ olei violaꝝ ʒ. ii. amili. ʒ. vi. cerule litargiri ana. ʒ. ß. puluc- ris melliloti camomille ana. ℈. ii. croci g̃. vi. cere albe quantum sufficit fiat vnguentū q̄ postea bul liat in. ʒ. iiii. succi lactuce vsqꝫ ad consumptioneꝫ illius succi. Pro remotione vero secundi accidentis ℞ mucillaginū fenugreci ⁊ se. lini ana. ʒ. i. bdelii moll' ⁊ subalbidi dissoluti cum modico aceti al. ʒ. i. ß. croci. ʒ. i. cere albe. ʒ. i. ß. medulle crurīū vitul li. ʒ. i. croci. ʒ. i. fiat vnguētū fm arteꝫ. Pro stu pore vero remouendo aut in parte auferendo cō fert etiā hoc vnguentum imediate scriptū. De ex

pertis autē est vt inungatur sepe locus cum pigue dine taxi. Secundū est pinguedo vrsi. Ter- tium est ⁊ aliis fortius vt vngatur locus cuꝫ pin guedine leonis ⁊ hec de tercio capitulo. In regi mine vero tam in actu curatiuo huius q̄ prefua tiuo diligenter inspiciendū est. Oportet enī oiuꝫ rerum non naturaliuꝫ administrationē cum con trarietate applicari. cū igitur predicte dispositō nes existant apostemata ex materia sāguinea cui etiā fortasse non paꝝ flegmatis admiscet' salsi. Ideo oportet regimen in cibis ad infrigidanduꝫ ⁊ exiccandū inclinari. ratione tamen alicuius adu stionis conueniret administrari frigida ⁊ humi- da. Et propterea mihi apparet regimen eius con uenientius esse. vt ex frigidis ⁊ siccis po⁹ medio criter humidis confrangatur. Sit igitur panis eius aliqualiter furfureus grossus mediocriter de coctus parū salis accipiens ⁊ habeat duplū fermē ti respectu communis panis: optimū autē est vt pro curet comedere panē precise ex ordeo factū leuit salitum ⁊ fermentatū vt prius ⁊ sit ordeū p̱ pos se depilatū. De carnibus autē vtatur pullinis ana tinis perdicū ⁊ fasianoꝝ. Columbos autē omnino fugiat. silr carnes vitulinas vituli lactentis agni- nas ⁊ castratinas. Et de siluestribus vt leporinas cuniculinas ⁊ similiter omnes leuis ⁊ facilis dige stionis ⁊ leuis pinguedinis. Carnes autē porcine ⁊ consimiles multū humide multū viscose ⁊ pin gues non placent. Cuꝫ predictis autē carnibus sē per bulire faciat res aliqualiter infrigidantes cū exiccatione aut humectatione leui vt sunt borago lactuca acetosa endiuia portulaca atriplices spia chia bleta folia violarū semina comunia cucurbi ta suis temporibus recens ⁊ aliis temporibus ex iccata ⁊ preceteris portulaca sicca. De aperienti bus autē cum caliditate non transcendat. quale ē petrosil' ⁊ feniculus aut qualis est daucus vel api um. De fortioribus in pauca quantitate raro su mat. Iuscula etiā de farina ordei sūme placent. Consimiliter etiā ⁊ pannicū ⁊ far candruꝫ nomi natum. Caules autē ⁊ reliqua cibaria mel'icitatis potentiā includentia omnia dimittantur. aroma tibus autē raro ⁊ in pauca quantitate vtatur. ⁊ nō transcendat qualia sunt crocus macis nux musca ta ⁊ similiter leuiter calida. De saporibus autem ⁊ licet primo fronte non videretur esse conueniēs acetū. propterea qꝛ mel'iam excitat quia tamē si quid mel'icitatis in hac materia commiscetur. illud est propter adustionē genitū. Ideo non videtur ī conueniens aceti vsus. ⁊ maxime mediocriter ace tosi. Infrigidat enim ⁊ exiccat incidit ⁊ aperit. Similiter ⁊ agresta sine sale aut leuissime salse- dinis succus granatorum ⁊ citranguloꝝ conueni re possent. De fructibus aūt euitet sicut pira casta neas nuces auellanas ficus siccas phisticos pineas ⁊ reliquos fructus difficilis digestionis opillatios grossi nutrimēti ⁊ aliquid vnctuositatis habētes vt sunt nux ficus pinea ⁊ similia. Pomis autē dul cibus peponibus ficubus recentibus vuis et consi milibus lenientibus ⁊ aperientibus facilis dige- stionis ⁊ boni nutrimenti vti potest. Uino autem vtatur albo aromatico subtili aliqualiter pōtico vel in sapore mediocri. Dulce autem vinum oīo fugiat ⁊ ceruisiam. et omnes potus sua dulcedine vel substantia humores cursibl'itati et ebulitioni disponētes effugiat. Optimū autē est ei vt potui

suo tempore veris et estatis et autumni semper cõ misceat terciam vel quartam partẽ aque sublima tionis boraginis. hiemali vero tempore confrangatur vinum ex aqua commixta et sublimatione boraginis duarum partium et tertia ex aqua sublia tionis rosmarini in panno de sindone raro et tali vino vtatur. Ex premissis apparet qualiter aer camera et locus quibus habitat debent esse ad frigiditatem et siccitatẽ iclinata. De annexis autẽ cu tentur vestes epar et renes imo et totũ corpus multum calefacientes vt pelles vl' pinas et similes suffultas. longa etiã statio in stufis sicut est talis patrie consuetudo non mihi placet imo si potest oĩo dimittat. De motu aũt et quiete dicendũ q̃ et lz exercitiũ gratia consumptionis superfluitatũ cõ uenire videatur. qz tamen corpus non est mundũ et exertitiũ superfluitates agitando fluere facit. et consuetudo membrorum qz fortia membra supflui tates suas expellunt ad debilia. pª primi capº de membris in fine. Ad quod etiam adiuuat ponderositas et fluxibilitas materierum inclinãtes eas ad inferius. qz laudo mag' vt quiescat q̃ exercitetur loco autem exercitii vti potest fricationibus pedũ et cruriũ vsqz ad genu cum panno aspero factis. similiter fricationibus capitis et spatularum ieiuno stõcho vt materias diuertant et euaporare faciãt. Omnia aũt aĩe accidentia hũores et spiritus calefacientia ebulire facientia et inflammantia cõpus vt ira furor et similia. Similiter etiã et promouẽtia animam et corpus ad nimiã consumptionẽ et exiccationẽ dimittantur. Tristari autẽ et frequenẽ sollicitari de impossibilitate curationis valde nocent. Confortetur igitur et speret sanitatẽ quam sibi deus omnipotens prestabit vt spero. Circa repletionem autem iam factam qualiter procedẽdũ sit in pº caº regiminis curatiui patere potest per euacuatiões vniuersales et particulares ibi positas Circa autem repletionem euitandam fieri has r̃ gulas obseruet. Prima vt nunq̃ cibum accipiat nisi cognouerit preassumptum cibum fuisse cõ plete digestum. in quo non paruz plurimi alemanorum peccant multũ longo tẽpore et sepe comedentes. Colligitur hec sententia 3ª primi caº de r̃ gimine eius quod comeditur et bibitur. Secũ da regula est vt nunq̃ cibum accipiat. nisi fames ipsum inuitet. neqz tardet accipere cibum quando famescit colligitur vt supra. Tertia regula ẽ vt semper preassumat cibaria leuia et lubricantia de quibus in principio capituli huius libri colligit' vbi supra. Quarta regula est vt nunq̃ cibuz accipiat vsqz ad completam satitatẽ. Deterior eniz comestio est que stomachi grauitatẽ efficit sicut deterior potus qui in stomacho natat et fluctuat. et colligitur vbi supra. Quinta regula q̃ nunq̃ cibuz comedat nisi ipsuz perfecte masticet. qui eniz odit vitam suam cibum sine optima masticatiõe deglutiat. Sexta regula est vt nunq̃ in vna comestione diuersa et plurima cibaria assumat et potus etiam diuersos contra omnẽ alemanorũ vsuz nihil enim deterius q̃ diuersa cibaria simul coniungere. et cum hoc in comedendo tempus prolõ gare. De somno autẽ et vigilia sic procedat. Nũ q̃ dormire incipiat nisi per duas horas post cibũ tunc enim dormire incipiat super dextro prius latere. deinde post primum somnũ super sinistro se vertat. Dormitio enĩ resupina in casu isto põt aliquid vtilitatis afferre. qz superfluitates ad posteriora declinare facit. Mensura autem dormitionis non transeat septem vel ad plus octo horarum spatium. Si autem contingeret excessum ĩ somno et vigilia fieri. melius est in vigilia multuz excedere q̃ in dormitione. prolixa eniz vigilia superfluitates diuertendo euaporare faciendo et consumendo corpora extenuat. Somnus vero superfluus corpora replet et humectat reũatismos generat et materias ad loca debilia fluere properat. Hec sunt que de regimine huius nobil' vtiliora aperire potui. figura autem cultellaris cauterii supratacti est ista et fiat de ferro ad laudez dei amẽ.

Consiliuz de apostemate in inguine.

Difficile maxime videtur reducere dispositionẽ huius viri ad veram cognitionem et adequatum capl'm. Apostema durum malignum in inguine tendens ad cancrum in omni apostẽate cronico malignatur materia propter longam stationẽ in loco que arguit vel associat part' illius debilitatem maximam. quia debilitato calore innato corrumpuntur materie diu stantes in locis et' si prius fuissẽt laudabiles. Cura flobotomia. Deinde. ℞ cassie tracte cum aqua lact'. ℥. i. epithimi thimi ana. ℈. i. reubarbari agarici ana. ℈. ſ. ℥℥. spice nardi ana ℥. v. salis gemme ℥. i. fiat infusio colatura. dos' pro minoratiuo. Digestiuũ. ℞ florum boraginis buglose ipericonis valeriane thimi epithimi ana. M. i. radicum cicoree et endiuie calendule dauci feni. ana. M. i. part'. ii. radicum brusci M. ii. seminum comunium frigidorum granorum peonie et lupulorum ana. M. ſ. absinthii assari eupatorii camedreos camepitheos ana. M. i. ſ. buliat omnia in lib. x. aque ad consumptionem medietatis. post colature expresse addatur aceti albi lib. i zuccari lib. i. ſ. coquantur vsqz ad spissitudinem sy. Dos. ℥. ii. cũ aq̃ buglose et scabiose ana. ℥. i. ſ Eradicatio. ℞ ellectuarii idi ellectuarii succi ros ana. ʒ. i. ſ. cassie tracte cum aqua lact'. ʒ. vi. Ellectuariũ. ℞ troc. de violis de ros de spodio cum semine acetose ana. ʒ. ii. spodii subtilissime triti et buglose ana. ℥. ii. fiat ellectuariũ. dos coclear vnum expertum emplastrum in resoluendo superfluitates ex profundo musculorum consumendo humiditates.

Consilium de tumore in testiculo cum duritie et dolore.

Iste nobilis bononiensis egrotat dispositione quam alias passus fuit saltem bis et est tumor cũ manifesta duritie in testiculo dextro ipsius qui quandoque associat sibi dolorem satis verendum et minatur sibi hec dispositio carnosam herniam et proprie si perseueraret et conuerteretur ad duritiem fortem. Oportet igitur ei prouidere citissime anteq̃ res antiquetur. Caueat ergo sibi ab omni legumine et a rebus valde salsis et a multitudine rerum acutarum vt piscibus salit' sinapismo et consimilibus et comedat pisces elixos et frixos. Id

spinachia bleta iura ciceꝝ ru. riso cū amigdal' vta tur passulis ficubus siccis arantiis ⁊ consimilibus bibat vinum albū subtile ⁊ boni sapozis aliqualiter aque cōmixtum precocta tamen vsqȝ exit perfecte sanatus. vtatur sparagis rampontiolis lactuca cicozea lupul' ⁊ similibus. De remediis vō medicinalibus omnino videretur mihi necessarium ꝙ iste nobilis faceret sibi fieri flobotomiā de vēa basilica dextri brachii per quam extrahere faciat de sanguine. ℥. iii. vel. iiii. Facta flobotomia sequēti die imediate accipiat hunc potuȝ. ℞ ellectuarii indi. ʒ. iii. ʃ. bibat ipsum cum modico vini al. subtilis ⁊ calefacti hora. x. ⁊ tardet cibum vsqȝ ad horam. io. ⁊ in hora. i ʃ. bibat ciatum vnuȝ aque cocte cum zuccaro calefacte. Die vero sequenti īmediate superponat toti testiculo istam vnctionem calidam totum membrum vngendo diligenter absqȝ fricatione aliqua. ℞ olei de sisamo. ℥. ii. olei de euforbio. ℥. ʃ. misce non calefiat totum sed sep accipiatur de eo quantum sufficit pro vice vna. Cum ergo fecerit inunctionē suprascriptam tunc statim superponat petiaȝ vnam magna rotundā amplectentem totam bursam testiculoꝝ ⁊ permutet ipsuȝ oī die bis extendendo super petia ipsuȝ bene gross' ⁊ mediocriter caliduȝ scȝ empl'm. Dū ergo continuat istud emplastrū si venter eius nō esset bene largus sicut esset consuetus tunc vtatur isto ellectuario de quo ante cenaȝ assumat coclear vnum. ℞ medulle sebesten extracte cum aqua de coctionis folliculoꝝ sene. ℥. iiii. cassie fistule extracte cuȝ predicta aqua. ℥. iii. diagridii. ℈. ʃ. fiat electuarium. Cuȝ ergo isto vtitur emplastro tunc oīo quiescat ⁊ non ambulet. ⁊ cum fecerit ista per septimanā vnam scribat de statu suo. ego enī alia remedia efficatiora scribam secundum ꝙ res terminauerit.

Consilium de sterelitate seu impotentia ad generandum.

Rationabiliter contemplāti ea que ꝺ dispositiōe magnifici domini comit' scripta sunt satis facile potest apparere causa sterilitatis vl' impotentie generationis. Cum enim nobilis mulier eius defectum generationis habere nō possit ex his que īformatiē scripta sunt. oportet illius causam assignari viro cui copulatur et a quo recipitur. nȝ ē mirabile hoc īmo valde verisimile videtur: Ad generationeȝ igitur exigitur debita virge erec° ⁊ erectionis permanentia ad hoc vt virga conuenienter os matricis ingrediatur ⁊ ibidem confricationem faciens delectationem faciat. ⁊ eadem ab ea recipiat etiā per debitam erectionem conuenienter ingressa virga in eius concauitatē sperma conuenienter effundat. cum igitur virga non bene erigitur ⁊ erecta non bene perdurat tales effectus dicti nō cōsequūtur q ad generationem necessarii sunt. Amplius ⁊ si sperma in vasis propriis in quibus generatͤ non est conuenienter excoctuȝ non poterit esse apta generationis materia īmo impeditiua magis. Cum igitur tales esse in magnifico domino comite inueniantur. nihil mirabile si sterilis est ⁊ non fecundus. Indebite igitur erectionis virge causaȝ in eo accipere non possu9 esse siccitat' ligamētoꝝ cum humidus valde naturaliter ⁊ etatiue sit. Nȝ etiam spasmum aut paralesim membrorū genitalium. Neqȝ cum hoc assunt oppillationes inter medium cordis aut epatis existentes cum deficiant signa talem oppillationem arguentia. ⁊ si ēt plures alie preter istas possent esse cause ⁊ coitus ⁊ generationis impeditiue ⁊ erectionis mēbri nª tamen videtur esse propiquior ⁊ efficatior ꝙ mala 9° humida totius ⁊ maxime in renibus ⁊ mēbris genitalibus augmentª cum multitudine fl'icaꝝ materierū que naturalem calorem suffocādo extingunt vel debilitatem adducunt. nȝ vētositatem ad generationem innecessariaȝ generare possȝ ꝙ deficiat erectio Neqȝ etiam calor potens est ad debite coquendum materiam spermatis quare sperma generatur aquos' ⁊ fluiď quod nec generatiōi nec delectationi conueniens est.

Capitulum de cura per dietam.

Huic itaqȝ nocumento subueniendo ⁊ si longo sermone multisqȝ modis vti possem. leuius tamen ⁊ vtilioribus remediis prouidendū esse mihi visuȝ est. Itaqȝ vtatur regimine sex rerum non naturalium ad ca. ⁊ sic. inclinantium licet cum mensura rerum secundū gradum transeuntium modo procedatur administrando cameram ⁊ locum habitationis ca. ⁊ sic. absqȝ humiditate vento ⁊ reuāte a muris antiquis eleuata. stationem ⁊ dormitionē in loco terraneo euitet omnino. In cibo vtatͤ pāe recenti duoꝝ vel ad plus trium dieꝝ confecto cū semine napi pulueri zato ita ꝙ in vno pane sit pr̄dicti pulueris. ℈. i. Carnibus vtatur pinguibus iuuenibus ⁊ laudabilibus non valde sals' cuȝ sapor' ex croco piper' longo et puluere caude stinci confectis. Acria vero ⁊ acetosa ⁊ pastilia ⁊ viscosa caueat condita. Exercitio mane ⁊ ante cenam mediocriter vtatur ⁊ ipsum post cibum euitet. Dormitionem longam ⁊ max̄ super cibum omnino fugiat. Longa enī dormitio ita coituȝ impedit sicut multa ciborū ⁊ potuum repletio. Effugiat sollicitas angustias iram ⁊ furiam ⁊ mala cogitamina ⁊ continue meditetur de coitu ⁊ variis coeundi modis. Iustitie tamen ⁊ reuerentia honestatis moraliter seruata. Audiat igitur lectiones istoꝝ de luxu ⁊ coitu fabulantium de mulieribus ⁊ viris in coitu negotiantibus ⁊ accipiat sepe tauroꝝ equorū pecuduȝ ⁊ alioꝝ brutorum varios coeūdi modos. Repletionē ex cibis ⁊ potibus multā oīo deuitet. Hoc enī maxime generatiōeȝ ⁊ coitū ipedit. cunqȝ ciboꝝ repletionē percipit ieiunio ipsaȝ corrigere melius est ꝙ cuȝ medicinis.

Capitulum tercium de cura per medicinas.

De regimine medicinaliū. i ʃ. simplicia collando quibus vti debet ⁊. 7. composita que sunt ista.

Primū simplex est vsus croci in cibariis excitat enī libidinē vt Serapio scripsit. Secūdū est poruȝ non transplantatū in aqua coct' ⁊ comestum Tertiuȝ est puluis se. eruce ex quo bibatur . ʒ. ʃ. cum vino dulci ante cibum. Quartum est puluis virge tauri exiccate de quo. ℈. i. bibat ante cibum cum vino dulci ⁊ potēti. Quintū est comestio granoꝝ azelini ante cibum ⁊ post. Sextum est comestio satyrionum recentium cuȝ zuccaro ante cibum vel puluis coꝝ cum decoctione eruce. Septimū est cynamomū subtile quod comestū ante cibū facit erectionē magnā. Octauū est positum grā noui ꝙ testiculus vulpis cum suo

appensorio alligatur coitum ⁊ erectionem facit.
Nonum est semen pastinace puluerizatum ⁊ cū vino bibitum. Decimum sunt radices yringi se pe comeste cum melle recentes. Undecimū est ℥. conditum cum melle sepe ante cibum acceptū
Duodecimū est puluis stincoꝝ ⁊ proprie caude eius bibitus cum vino dulci ⁊ sit dosis eius.ʒ.i.
Decimūtercium frequens comestio passeꝝ in cibis. Decimūquartum est fel apri ex quo si inū gatur virga erectionē ⁊ magnam delectationem in coitu facit. Decimūquintū est puluis se. lini cum zuccaro sumptus i cibis. Et nō ꝙ hec omnia cum hoc ꝙ prouocant spermatis augmentū mirabi liter valent ad faciendū virge erectionē ⁊ confor tandum coitum omni fere spetie confortationis.
Nunc de compositis dicendū. Primū igitur cō positum est hoc. ℞ se.lini.℥.ß.piperis al.ʒ.ii.mel lis cocti.℥.i.fiat ellectuarium ⁊ ante cibum come datur. Secundum compositū ē hoc. ℞ sal' stici vel carnium eius portaꝝ supra renes.ʒ.i.se. eruce ʒ.ß.misce ⁊ accipiatur cum ouis sorbilibus ⁊ biba tur vinum dulce post. Tertium compositum est hoc. ℞ semen napi eruce pastinace ligue auis car nium stinci ana.ʒ.iii.musci.℈.ß.malaxentur cum oleo de pineis ⁊ post triduum fiat ellectuariū cū ℥.iiii.penidia.⁊ lib.ß.mellis ⁊ est mirabile ⁊ acci piatur mane ⁊ sero cum vino dulci. Quartū cō positum est hoc. ℞ se.eruce.ʒ.viii.cimini.ʒ.iiii.pi peris.ʒ.ii.semen portulace.ʒ.i.mell' despumati.℥ v.fiat ellectuariū ⁊ est nobile accipiatur sicut pre dictum. Quintū compositū est hoc. ℞ zuccari al.lib.ii.coquantur cum aq̄ decoc.se.napi ⁊ super addantur hec. ℞ granoꝝ pinee.℥.v.fisticoꝝ.℥.iii cyna.se.eruce pastinace ana.℥.ii.ß.radic. yringi. ℥.iii.piperis al.⁊ lon.ana.ʒ.i.fiat confectio vt pi neata ⁊ accipiatur ex ea ante cibum ⁊ post cum po tu vini al.subtilis ⁊ aromatici. Sextum compo situm est hoc. ℞ musci.ʒ.ß.distemperetur cum bal samo ⁊ ex ea vngatur caput virge mirabiliter cō fert ad faciendum erectionem. Septimū ⁊ vlti mum est hoc. ℞ formicarū magnaꝝ habentiū alas ʒ.iii.olei de sisāo ⁊ de lilio ana.℥.i.infundant' fo mice in oleis ⁊ per.vi.dies soli exponantur.deīde coletur ⁊ colature addantur hec. ℞ euforbii.℈.i. pipis ruthe ana.ʒ.i.sinapis.ʒ.ß.⁊ iterū soli expo nantur per dies viii.de hoc virga ⁊ testiculi ⁊ in guina iungātur ⁊ est optimū. Hec sunt flores oīm sermonum sapientum.dirigat autē ea altissimus omniū congenitor ⁊ conditor in salutem domini mei saluberrimi ⁊ generosi domini comitis d spā no sua mīa ⁊ pietate.

Consilium de apostemate testiculorum.

Sta fuerūt iterrogata ⁊ sup ple nam informationē habens dispo sitionis respondeatis mihi ad īfra scripta omnia. Primo a quāto tempore citra incepit tumor in mēbris genitalibus. Secūdo si predictus tumor est in ambobus testiculis an i vno tantū. Tertio si est in dextro aut in sinistº.
Quarto si tumor ille est cum magna duritie. secundum sui totum aut in aliqua parte cum du ritie ⁊ in alia cum molitie. Quinto si est ibi ru bedo cum claritate aut obscuritate. Sexto si ē ibi caliditas manifesta cum punctione aut nō.
Septimo si est ibi pulsatio aut non. Octauo si dolor extenditur vsq; ad inguina vel non.
Nono si sentitis in loco illo pondus cum grauita te descensus. Decimo si in aliqua parte inuenit' pruritus. Undecimo si sentitis aliquod nocumē tum in vrinando difficulter aut si vrina distillat inuoluntarie. Duodecimo si tumor ille contiue crescit aut equaliter stet. Apparet ex his que mihi rescripta fuerunt in respondendo ad quesita.xii. per me transmissa ꝙ hoc apostema testiculorum cum hoc ꝙ est magnum ⁊ duritiei grādis nō pa rum verendum est propter quattuor principales causas. Quarum prima est q2 ipsū est cronicū ⁊ raro contingit cronicum apostema principalis membri feliciter terminari et sine grādi pericu lo. Secundū q2 ipsū est ineptū resolutioni tam sensibili ꝙ insensibili propter paucitatē suam. Et adhuc ineptum est digestioni propter eandem cām eo q2 aut nunꝙ aut rarissime putrificate materie sanari possunt propter paucitatem humiditatis earū que in omni digestione necessaria est tam in inuatiuo ꝙ in nocitio dicta. Et tertia causa est iterū q2 iam videtur habere signa pronuntiātia aptitudinē eius ad corruptionem.eo quia mēbrū participat rubedine tendente ad fuscedinē. Et ēt q2 in inferiori parte oxei videtur esse factā colle ctionem cuiusdam aquositatis que non protendit aliud ꝙ virulentiam ex parte apostēatis resectā.
Et quarta causa cognitionis huius apostematis est ꝙ non apparet debita sensatio in quacunq; p te quantitatiua membri apostemati que duo vlti ma videntur esse sufficientia signa tendentia in mēbri corruptionē vt colligi potest 2ª primi caº de causis corrumpentibus membra ⁊ 3ª qrti tra ctatu primo capº de cancrena et estiomeno ⁊ te rapentice ⁊ continentis libris.i3º.propter que oīa inferunt. Primo necessariū esse solertem diligē tiam ⁊ cautelam in cura huius dispositionis.
Infertur secundo ꝙ omne auxilium eidem neces sarium sūmopere oportet eum esse festinū vt nūc sequitur in tribus capitulis sufficienter conscripti
Primū est ꝙ vir iste nobilis effugiat cibos et potus omnes grossos viscosos melīcaꝝ materieꝝ generatiuos vt sunt panis azimus nō bene coctus sz combustus.pastiles cibi carnes antique salsamē ta omnia legumina acria ⁊ acetosa cibaria oīa ca seum antiquū pisces magnoꝝ corporū.alleum ce pe ⁊ similia acuta.vinum rubeum vel nigrum acre vel ponticum.Omnia hec in summa dimitter' d bet. In aliis autē faciat vt sibi placet. Secūdū vero principale obseruandum est vt venter huius viri sit fluxibilis bene.Si vero inueniretur nat' aliter talis prouideatur sibi cum remediis istis.
Quoꝝ primū est hoc clistere. ℞ consuete decoctō nis quattuor herbaꝝ lib.i.benedicte.ʒ.vi.olei de sisamo olei violaꝝ ana.℥.ii.salis gemme.ʒ.i. vi tellum vnum oui zuccari rubei.℥.i.misce ⁊ accipi atur hora in qua minus grauatus est. Secūdū remedium pro fluxibilitate est. ℞ mellis crudi li bram.ß.pulueris cimini.℥.ii.salis indi.℥.i.ß. te rantur omnia simul in mortario ⁊ fiat ellectuari um in quo immerse semper teneātur radices ble te mundificate ⁊ facte figura digiti minoris.
Tertiū remediū ad hanc itentionē est vt si ab horreat clisteria ⁊ suppositoria iam dicta omni.

sero accipiat.℥.i.huius ellectuarii.℞ mucillagis sebesten cassie fistule ambozum pzeparatoꝝ cum aqua lupulozum ana libzam.ʃ.zuccari albi.℥.ii. pulueris sene.℥.i.ʃ.salis gemme.℥.i.fiat ellectuarium de quo hoza media ante cenam singula die aut saltem omni alterna die accipiat quantitatem supzascriptaꝫ.Et si notabiliter solueret accipiat vinuꝫ calidum ⁊ econtra si parum solueret tunc superaddantur quantitati pzedicte secundū discretionem medici astantis. Pzo particulari cura pzedicti apostematis in cozruptioneꝫ iam tēdere icipientis vt ex pzedictis declaratuꝫ est.

Pzemittendū pzimo ꝙ in cura huius apostēatis nulla medicina notabiliter calida vel acuta applicanda est.eo qz adderet in aptitudinem cozruptionis ⁊ faciliozis. Pzemittenduꝫ secundo ꝙ euitari debet cuiuscunqꝫ localis medicine applicatio que sit frigida vel repercussiua.eo qz talis per viaꝫ cozruptionis inati calozis hoc apostema permutaret i cancrenā ⁊ hestiomenū.ſ. as kachilō.nl lo eni hoꝝ triū potentioz ⁊ foztioz esset ⁊ īmediatioz ꝙ̄ inati calozis cozruptō 3ª quarti ⁊ aliis locis supza allegatis. Pzemittendū 3° ꝙ oīs medicina huic apostemati conueniens debet esse in ğdu caliditatis non transcendens tertium.⁊ debet esse humida remisse humiditatis non transcendētis secūdū gradū. Et tertio debet esse cum frigidis aliquantuluꝫ refracta vt nūc sequitur in duobus localibus super patiente particula applicādis Quoꝝ pzimū est emplastrū hoc.℞ tutie pzeparate cum aqua rosata.℥.i.amili.℥.iii.olei onfancini olei violarum olei d̄ nenufare ana.℥.i.ʃ.croci.℈.i foliozꝝ maluarū elixatarū lib.i.masticis sarcocolle mirte ana.ʒ.ii.farine ozdei.℥.ii.fiat emplastrū de quo actu tepido bis in die lotus medicet̄.

Secundū remediū est hoc.℞ olei violaꝝ olei onfancini ana.℥.i.ʃ.amili.℥.i.croci.℈.i. vitellos ouozum numero.ii.litargiri spumificati.℥.i. fiat vnguentum molle in moztario plumbeo cum suo pistello. Tertio iterum pzemittendū est ꝙ oēs partes apostemati circūstantes per amplitudineꝫ sex digitozum circunquaqꝫ liniant̄ hoc defensiuo ℞ albumina duoꝝ ouorū olei rosarū olei de nēufare ana.℥.ii.boli armēi.℥.iiii.acatie thuris sādarace ypoqstidos ana.℥.ʃ.fiat vnguentū in moztario absqꝫ igne vsqꝫ ad bonam glutinositatem.quibus applicatis per.viii.vel.x.dies scribat̄ d̄ statu suo vel querat aliud consilium quo maxime indigere videtur ⁊ cito ad laudem dei amen.

Iteꝫ.p eodē Ozdiani ista.p dicto Iobonito propt̄ dispositionē stomachi.℞ cimini feniculi ana lib.ʃ.seminis aneti.℥.i.anisi karui sileleos ana.℥.ii misce.℞ olei de ozigano de menta ana.℥.i.galie muscate.ʒ.i.ʃ.vnguenti glutinosi.℥.iii. cere quātum sufficit fiat vnguentū bene glutinosum addēdo resine quantum sufficit. Itē ℞ pilľaꝝ alefangiaꝝ.ʒ.ʃ.pulueris granatozuꝫ.℈.i. incozpozent̄ simul cum miua citonioꝝ ⁊ fiant pilľe ex oi.ʒ.vii Iterum.℞ vnguenti.℥.i.olei amigdolaruꝫ amararū ⁊ de sisamo ana.℥.i.ʃ.medulle recētis bouis ʒ.x.cere quantū sufficit fiat vnguentū molle. Iteꝫ ℞ folioꝝ bardane altee pzeparate ana lib.i.farie sisami lib.ʃ.bdelii mollificati cuꝫ aceto.℥.ii.croci.ʒ.i.farine ozdei.℥.iiii.fecis olei yrini fecis olei lilioꝝ alboꝝ ⁊ de sisamo ana.℥.ii.fiat emplastrū de quo mane ⁊ sero emplastrent̄ testiculi inuncti pzius vnguento supzascripto.℞ pulueris capillozum veneris.℥.ʃ:tragee ad renes.℥.iiii.ʃ.misce de quo ante cibū sumat coclear vnum pzopter renes in quibus patiebatur dolozē. Item ℞ farine sisami fenugreci ana lib.ʃ.farine ozdei.℥.iiii.seis altee malue ana.℥.i.ʃ.butiri recentis lib.ʃ.olei d̄ sisamo lilioꝝ alboꝝ ana.℥.ii.bdelii dissolnti cum aceto acuto.℥.ii.fiat emplastruꝫ It̄.℞ olei de sisamo.℥.i.bdelii dissoluti.℥.i.ʃ:misce ad laudem dei amen.

Tractatus 2° de membzis generationis in mulieribus.

Consilium de mala complexione frigida ⁊ humida matricis cum oppillatione renum ⁊ eoꝝ mala complexione frigida ⁊ humida.

Dispositio huius nobilis domie vxoris domini Antonii a scroffa videtur pzicipaliter esse duplex .Et pzima quidē est dispō matricis. Secunda vō est renuꝫ oppillatio ⁊ pzcpzie sinistri renis que multum parata est efficere apostema i eo: Pzima vero dispositio est egritudo matricis pzouenies a mala complexione frigida ⁊ humida ipsius.Cuius quidem causa magis asigᵃri potest pzimitiua que incipit licet non sit facta per essentiaꝫ ⁊ fixa.Causa vero primitiua fuit abozsus in 6° mense factus vel circa ipsū.ex q° multitudo senguinis euacuati per viam resolutionis ⁊ pziuationis spirituū fuit causa debilitatis eius Sic enim pzopter retentionē menstruoꝝ imoderatam contingunt in matrice nocumenta debilitatis ⁊ suffocationis inati calozis in ea.Itaqꝫ augumentum fluxus sanguinis menstrualis cum superfluit matricem ad melancolicas ⁊ difficiles egritudines perducit.et fuit sententia Auicē.21ª ẽcii tractatu 3° pzimo capľo dum inquit. Ex nocumento alterationis menstruoꝝ supple ad defectū vel augument̄ parant̄ ad additionem debilitat̄ mulieris et alterationem fozme eius ⁊ paucitatē conceptionis eius ⁊ multitudinem abozsus eius ⁊ ipsius partium ⁊ debilitatē fetus cum nascitur. Dixi autē pzimitiuā causam. eo ꝙ illius abozsus causam existio fuisse imoderatū motū totius aut ptium aliquaꝝ ⁊ pzopzie matricis.quod valde frequenter contingit in frequenti coitu ⁊ vario cōpozis decubitu tempoze expeditionis.Non tamen hesito quin illius abhorsus causa interius eueniēs potuerit esse multiplex sicut augmentū fľatis vel aquositatis que frequenter multiplicantur in cotillidoibus imo ⁊ i tota matrice ⁊ relique alie cause pares isti Ex quibus facile concludi potest quar̄ mulier ista post tempus abozsus fuit sterilis ⁊ infecunda. Et ex his facile deduci potest.quare materierum albaꝝ ⁊ viscosarum cursus longo tēpor̄ perseuerauerit a matrice.pzopter.n.debilitatem iam assignatam materia que pzo nutrimento delegatur ad ipsam debilitate calozis innati ipsius in superfluitates fľaticas per viam digestionis ꝯuersa fuit.imo debilitas talis non solum eidem.p pzia fuit. Sed fuit etiaꝫ epati eius comunicata.ita vt maioz pars chili ⁊ fľa conuertat̄. eo quia flegma est sanguis diminute decoctus pª pzimi

vt.s.embrio in matrice recipiat malam composi tionem in figura sua vt factus fuit contractus se cundum aliquā partē aut non bene situatꝫ cum fa cie versus spina cum manibus super oculis ꝛ cum cubitis super genua que sunt figure naturalꝫ situs ipsius in matrice a quibus elongari potuit ēbrio propter varias figuras coeundi in quibus non nl li inhonesti ꝛ libidinosi viri sepe laborant.aut qꝛ mulier post coitum variis figuris decubitus se si tuat vnde sperᵃ proiectum in matrice ꝛ sanguis menstruus non bene vniuntur imo secundū quas dam differentias positionis comprimuntur sepa- rantur ꝛ disgregantur quare propter hoc contige re potest in aliquo embrione claudicaᵒ in altᵒ vō eneruatio anchaꝝ.in non nullo vero spondiliū di stractio ad ꝙ sequūtur gibositatis species ꝛ sic de aliis.aut eius egritudines possent esse complexio nales vt qꝛ infans genitus ex spermate ꝛ a sāgui ne menstruo mulieris nimium frigidis aquosis ca lidis ꝛ siccis aut etiam qꝛ sperma viri in sui radi ce distemperatum est distemperanciis iam predi ctis.Et patet ex istis ꝙ cum prinᵃ materialia ge nerationis fetus.s.duo spermata parentum ꝛ mē struus sanguis in materia complexionali sua fue rint distemperata necesse erit ꝙ distēperatꝫ fetus ex his generetur. q̄ꝛ siue propter malam comple xionē matrici a fetu comunicatā siue propter mo tum ꝉ descensionem fetus vel propter dolores ei us mouetur matrix ad expellendum fetum ante tempus sui complementi. quādoqꝫ vero post q̄rtū mēsē ꝛ sic ꝺ aliis.Et trahi potest ex sentētia prin. 2ᵃ tertii capꝉo de aborsu ibi. Et quandoqꝫ est cā aborsus malitia complexionis calide exiccantis aut frigide congelantis.Et clarius adhuc colligi tur ibi.Et iterum ex eis que abortire faciunt ī int tio rei ē tenuitas spermatis in radice.i.paucitas eius.vel expone tenuitas.i.fluxibilitas vel aquosi tas spermatis. ꝛ subiungit quare non creatur ex eo panniculus prius nisi debilis preparatus ad disrumpendum.Et ex hoc fundamento plura cor relaria concludere potes. Primū ꝙ aborsus ꝙ̄ doqꝫ contingit propter defectum spermatis viri quod nimium paucum est sicut in sepe coeuntibus ꝛ natura debilibus.aut nimiū frigiduꝫ humidū ꝛ aquosum est sicut contingit in flegmaticis corpo ribus mollibus ꝛ pinguibus otio ꝛ dieta frigida ꝛ humida vtentibus.Aut cōtingit ex parte sperma tis quod nimium grossum siccum ꝛ aridum est ve lut contingit in colericis ꝛ in his qui acutas egri tudines perpessi sunt vt causonides ꝛ similes aut in his qui vtuntur dieta arefactiua multitudine aromatum ꝛ ciboꝝ salsoꝝ ꝛ acutoꝝ ꝛ vsu vini fu mosi.talium enim spermata in matrice arescunt prius ꝙ̄ germinent. Secundum correlarium ꝙ si tam sperma mulieris ꝙ̄ viri fuerint distem perata ī complexione sua tunc complete erūt cāe aborsus ex parte defectus materiei generationis assignande q̄ꝛ patet correlariū. Tertium corre lariū ꝙ̄ quedam pregnantes abortiunt in pᵒ 2ᵒ 3ᵒ aut 4ᵒ mēse ex parte defectus embrionis ꝛ exclu sis causis primitiuis. in eo enim fetu qui concep tus est ex seminali materia magis distemperata citius ꝛ cetꝫ.pꝫ. Et sequitur 4ᵒ ꝙ si sperma viri vel mulieris fuerit nimis aquosum frigidū ꝛ hūi dum ꝙ cognoscitur ex fluxibilitate ꝛ pauca dele ctatione in coitu ꝛ actuali frigiditate vtriusqꝫ hi

prius ā flegmate aquoso purgentur ꝛ mundificē tur ante ꝙ̄ coeant ꝛ cetꝫ. Et sequitur vltimo ꝙ ī mediata causa aborsus est mors fetus in vtero q̄ contingit propter egritudines iam predictas. Et ex his patet declaratio triuꝫ causaꝝ prius po sitarum ipsius aborsus.s.prime ꝺe ꝛ quarte.

Tertia vero causa est propter nocumenta que ī matrice inueniuntur.cum enim matrix aliquo ge nere egritudinum laborat vel generibus patet ꝙ licet ipsa concipiat necesse ē ī principiis generatō nis hereditariam maculam consequi siue fuerint speties male complexionis siue male compositōis siue apostemata fuerint siue vlcera ꝛ sic de aliis. Ex hoꝝ omniū fundamento manifeste colligi pōt ingeniuꝫ preseruatiuū ab aborsu multipliciter cō templandum. Primo enim oportet ingenium aᵈd opponere causis primitiuis. Secundo vō oportet ingeniari ad rectificationem fetus ī vtō concepti. Tertio vero oportet abscindere nocu menta omnia que in matrice fuisse vel superuenis se dicta sunt. Quarto vero oportet contēplari in rectificatione seminis virilis si ex defectu ipsi us aborsus causa assignari potest. Quīto vero principaliter tangenda sunt quedam instrumēta a specᵃ proprietate fetum adiuuantia ipsum con seruantia ꝛ prohibētia mortis discrimē ꝛ sic erit finis.

Capitulum secunduꝫ de regimine pregnantiū et de prohibitione aborsus per remotionē cāꝝ primitiuaꝝ mortem fetui inducentiū.

Et breuiter euitentur omnes xii.cause primitiue superius enumerate quas scis.

Capitulum tertium principale de prohibitiōe ab orsus per administrationem causaꝝ cōtrariātiuꝫ egritudinibus ipsius fetus iam concepti.

Si igitur in embrione accidit nocumentū ex pte sanguinis menstrui vel seminis virilis de istis po stea dicetur. si autem propter causas primitiuas de hoc dictū est.Si autem in fetu nocumentū con tingerit propter debilitateꝫ effectui principii ge nerationis quod est signitiua virtus que sepe ꝓpt̄ sui debilitatem non solum est causa egritudinum imo mortis fetus vt patet in viro ꝛ muliere reso lutis ꝛ debilibus a quacunqꝫ causa debilitas accid̄ rit eis ipsa erit causa indeite digestionis prepara tionis ꝛ conuersionis menstrui sanguinis ꝛ alio- ruꝫ materialium principiorum generationis. Et hec quidem egritudinis fetus causa omni fere caret ingenio curationis nisi qꝛ oportet pregnā tem regere cum cibis ꝛ potibus in quantitate et qualitate matricem ꝛ mulierē vigorantibus ꝛ ge nerantibus laudabilem sanguinē ex quo infans su stentari ꝛ nutriri debet.At vero iterū si propter extrinsicas causas vt continentis caliditateꝫ aut frigiditatē multam egrotauerit embrio anteꝙ̄ ipsius curatoꝫ īgrediatur medicus prius debet ī uestigare spetiem ꝛ maneriem egritudinis deīde ꝛ 2ᵒ per signa contemplari si mortalis aut salu- bris fuerit egritudo talis in quoꝝ veritate discu tienda non nisi anxietate maxᵃ deueniri potest. Egritudinem itaqꝫ embrionis in generali sigre possent accidentia ꝙ̄plurima. Primo quidē āte completam formationem eius. Secundo vero postꝙ̄ complete plasmatus est quod contingerē po test in spasmo 5ᵒ vel 6ᵒ dieꝝ Cum igitur fetus iā fuerit conceptus post paucos dies egritudinē eius

significare possēt plura. Primū presentia mol liciei vel humiditatis a genitali membro emanā tis que prius non affuerat. Secundū vero lassi tudo et impotentia ad motum progressiuum sup ueniens que non precesserat. Tertium vero tensio in matrice percepta. Quartum vero grauatiuus dolor in spondilibus alchatiz et inferioribus per ceptio. Quintum ventositatis a matrice exitus

Et sextū rugositas pruritus vel contractio ma tricis. Septimū tensio in domesticis partibus coxarum. Octauū grauitas super fiteri. Nonū distensio in partibus ancharum ad quas sustentatur matrix. Decimū quod dum mulier reuoluitur de latere in latus sentit in concauo matricis agitatō nem fetus ac si non bene sustentaretur ad ipsam.

Undecimū amplitudo oris matricis cuius cō trarium consequi solet varius pregnationez sani effectus. ipsam eniz sequitur oris matricis clausō tanta quod vix piramellus. i. stilus intrare possit in teriorum 6° 4° cap'o et xxi° tertii p° cap'o colligen dum. hoc de signis vel fetum in matrice egrotarē signantibus. Rursus autem spetiales lapsus em brionis particularia signa declarare possent. Si enim egrotauerit ipse egritudine frigida et humi da materiali vt sepius contingit sentitur in dōso posterius et in toto femore frigiditas tactu tangē tis cū mollitie representata. Secundo emissio vrine remisse calide. Tertio irroratio matricis ab humiditate frigida mucillaginosa. Quarto lassitudo totius corporis cum pigritia. Quīto lassitudo et difficultas exercitandi anchas et coxas

Sexto gurgulatio in matrice. Septimo ca zetica dispositio quandoqz in tota habitudine mu lieris aut saltem in coxis et cruribus eueniens.

Octauo longitudo et profunditas in dormien do. Nono lenitas et paruitas in pulsu percepta et proprie in pulsu coxarum et partium adiacentiuz matrici. Decimo vrie limpide albe aut subal bide vel discolorate apparētia. Et ex .x. signis istis omnibus comprehendere potest fetum egrotare la psu calido et sicco. in partibus enim vbi locatur ma trix et adiacentibus ei tangens percipiet caldita tem cuz acuitate et inflatione et sic de aliis. Signa vero egritudinum mortem inducentium in fetu poterunt esse omnia predicta cuz longo tempore multiplicata fuerunt et continue ad intentionez p uenerint cuz maiore nocumento a muliere perce pto cotidie successiue et cū nll'o iuuamēto cōsequēte applicationem remediorum egritudinibus embrio nis conuenient aduersantium. At vero sequitur de signis significantibus fetum mortuum in vtero. Fetus vero iam in utero mortui signa sunt quod plu rima hinc inde collecta et proprie cum post mor tem eius iam quibusdā diebus in matrice retētus fuerit. Primuz autem de signis sumptis a mē bris colligatis est dolor in radicibus oculorum et in tellige in neruis obticis suspendentibus oculū ad cerebrum. contingit autem hic dolor propter di stensionem in matrice factam a fetu mortuo ipsā grauitātem. et reducitur hic dolor ad spetiem so lutionis continuitatis et dicitur extēsiua. et potest etiam hic dolor contingere propter malam com plexionem cerebro a matrice communicataz.

Secundū signū est dolor ī posteriori medieta te capitis et protensus per totam spinam vsqz ad spondiles vbi situatur matrix. Tertium signū est lassitudo et grauitas ī loco matricis et omnibus inferioribus partibus. Quartum signum ē spa tio motus ponderis in matrice et proprie quādo mulier reuoluit se de latere ī latus et significat co tilidonum mollificationem vel eruptionem vnde non sustentatur fetus. Quintum signuz est gra uatiuus dolor in inguinalibus partibus anterio ribus partibus vsqz ad os matricis exterius.

Sextum signuz est tumoris ventris qui prefu erat descensus ad inferiora. Octauum signum est frigiditas in inferiori parte inguinis mās iua et hec omnia signa proprie sunt antequam putrescat fetus. Fetus autem mortui. et secundum partem in matrice putrefaci signa sunt febris et indeficiēs

Secundum fetor in anhelitu et ore. Tertiuz est exitus virulentie putride a matrice cum fetorē

Quartum est pondus cum extensione ventris ad extra propter vapores in matrice corruptos extendentes ipsam. Quintum signum est putrē facte carnositatis a matrice expulsio vt oc'ius me us sepe vidit. hec autem signa posita vt medicus laudem et honorem acquirat veritatem precogni tam annunciando et cū medicus percepit ista signa non intendit aliud nisi educere fetuni mortuum per ea que superius aliqualiter tacta fuerunt. At vero iterum postquam concessum est embrionez ī ma trice egrotare posse ex aliis generibus egritudi num. s. complexionaliuz compositionaliū et solute continuitatis oporteret exponere signa in cogni tionem talium egritudinum. Cognitio accipitur ex sēnibus. s. tactu et visu magis quam discursu ratiōali et cum sēnus visus ad alia loca peruenire nō possit neqz etiam sēnus tactus ideo talium egritudinum cognitio per ea non est possibilis sed solum per di scursum a sēnibus interioribus imaginando cōpo nendo diuidendo affirmando vel negando et eliciē do secundum quod decentius fieri potest licet nō oīuz complexionalium egritudinum cognitio per talē discursum conuenienter haberi potest. Quomodo enim egritudo embrionis in superficie in figura in via in receptac'o ī quātitate dinuta in numero aucto aut dinuto et in situ capiendo situm pro col ligando cognosci possent per predicta. fortasse āt de quantitate aucta et de situ capiendo situm pro loco per discursum aliqd cognoscere possumus. Cum enim videt medicus pregnantem ventrem peruenisse ad quantitatem notabil'r auctam et ex discursu rationali interme° probauit matricem non esse molaticam neqz apostematam neqz in ca humores aut ventositates multas extendens con tineri et viderit mulierem bene carnosaz bene co loratam et operationes ei animales motiuas et spūituas vitales et naturales conuenientes produ ctas sillogizando cum predictorum negatione pre missa deducere poterit fetum in quantitate aucta peccantem. Similiter cum perceperit fetum in de xtra parte aut in sinistra parte fixum stare nō prē sentia doloris magni et cum fetus agitatione ma gna in parte illa stantibus conditionibus iaz pre missis de dispositionibus matricis et mulieris p suasiue concludere poterit fetum in matrice egro tare egritudie loci cū hesitatiōe tamē ad oppoītū vt apparet et eodem modo difficilime est cogno scere egritudines compositas et per consequēs dif ficilis aut omnino impossibilis est curatio earūdē et similiter dicendū est de egritudinibus comple

xionalibus ipsius embrionis q̄ fil3 etiam diffi-
ciliime sunt curationis ex quo medicamina alter
anti a 7 rectificantia non posset peruenire ad em
brionem sed tantū mouentur ille male comple-
xiones per rectificationem nutrimenti ipsius em
brionis quod nutrimentum est sanguis purior i
venis matricis contentus post generationem mē
brorum eius. vt si mala complexio ipsius em
brionis fuerit calida 7 sicca materialis curatur p
has.v.intentiōes. Prima vt euacuetur mulier
a colerica materia cum aliquo istoru3 medicami
num. Primum est. ℞ dyaprunis simplicis.ʒ.
iiii.detur mulieri cum medio ciato aque lactis ca
lide in aurora 7 tardet cibum horis.v. Secun
dum 7 fortius illo ē hoc. ℞ cassiefi.preparate cu3
aqua acetose.ʒ.iiii.7 detur cum medio ciato calidō
aque ordei. Tertium est hoc 7 fortius predcis
℞ manne dissolute 7 collate cum vno ciato aque
lactis.ʒ.ii.coletur 7 calefiat 7 detur in potu. Et si
volueris predictis medicinis infundendo iungerē
ʒ.i.reubarbari 7 colaturam cum expressione com
miscere predictis.aut cum eisdem volueris dare
ʒ.ſ.puluer is reubarbari non erit malum neq3 ti
morosum.omnes enim predicte medicine conuē
nientes 7 securissime sunt matri 7 embrioni.

Secunda intentio est vt rectificetur regimen
ciboꝝ 7 potuum ad infrigidandum 7 humectādū
cū lactuca 7 bleta 7 cet꜖ 7 vtatur ptisana ordei cū
carnibus preparatis cū aceto agresta succo citran
guloꝛum granatorū 7 similiū 7 cet꜖. Tertia itē
tio est digestio vel rectificatio colericarū materie
rum que in muliere inueniuntur 7 poterit conuēi
enter fieri cum istis instrumentis. Primum le
uissimu3 omniū est dare in potu in aurora ciatū
vnum aque lactis in quo caseus 7 recocta conueni
enter contracta fuerint 7 detur frigida actu saltē
in diebus caloris. Secundū est hoc. ℞ aque en
diuie violarum ana.ʒ.ii.misce. Tertium est hoc
℞ sy.rosati.ʒ.i.sy.de endiuia.ʒ.ſ.aque cicoree.ʒ
ii.aque mellisse.ʒ.i.misce. Quartum et melius
reliquis est hoc. ℞ sy.simplicis acetosi.ʒ.ſ.sy.ace
tositatis citri.ʒ.i.aque bugiose 7 acetose ana.ʒ.i.ſ
misce.sepe etiam in pregnantibus matericru3 ca
lidarum feci rectificationem cum.ʒ.i.zuccari vio
lacei 7 .iii.ʒ.aque endiuie. Quarta intentio est
vt si apparuerit tibi necessitas reiterandi euacua
tionem materieꝝ colericaꝝ non recedas ab eua-
cuationibus iam predictis. Si autem aliquod far
macum sanguinis clarificatiu3 magis 7 clare edu
ctium desiderares vltra predicta exhibeatur hoc
℞ aque fructuum descriptione Mesue in anti.ʒ.
iii.manne in ipsam dissolute 7 colate.ʒ.ſ. reubar
bari electi.ʒ.ſ.squinanti.ʒ.iiii.7 totum detur in
potu 7 tardet.v.horas 7 cet꜖. Clisterioꝝ aute3 vsū
hic taceo q2 non placent mihi 7 similiter diureti
coꝝ vsu3 7 similiter vomitus administrationem
hec tria in omni pregnante abhorreo. Quinta
vero intentio est residue male qualitatis altera°7
matricis confortatio.in hoc autem triplici instru
mento procedere soleo. Primum est vt mulier
ter vel quater bibat in die.ʒ.ſ.sy.de limōibus cū
medio ciato aque ordei.in hoc enim est infrigida
tio sitis extinctio cum aliquali confortatione a sti
pticitate limonis proueniente. Secundū vero
instrumentum est hoc. ℞ aque angurie aque viola
larum ana lib.ſ.aque acetose lib.i.rosaꝝ sādaloꝝ
ru.spodii se nis acetose ana.℈.i.croci.℈.ſ.aceti co
clearia tria misce 7 itingat in eis pannus de lino
ex quo epithimentur inguina anterius 7 dorsum
posterius. Tertiū vero 7 efficatius istis ē h°. ℞
rasure superficialis cucurbite recentis.ʒ.i.olei de
nenufare olei rosaꝝ ana.ʒ.i.ſ.vermicularis recēt
ʒ.i.terantur simul in mortario vltima contritōe
ex hoc linimento liniantur loca predicta ter vel qt
in die. Lapsum vero frigidū 7 humidu3 per.v
intentiones silr corrigere poteris per contrarie-
tatem aduersantes. Cum ergo volumus minoran
do euacuare materiam frigidam 7 humidam in
pregnante euitare debemus medicinas omnes la
boriosas ex parte gradus 7 ex parte dos. Miora
tiuum itaq3 conueniens posset esse hoc. ℞ aque bu
glo.ʒ.i.medulle cartami contrite.ʒ.ii.agarici ele
cti pulueris hermodatiloꝝ ana.℈.i.cinamomi ʒʒ
rosarum coriandri preparati ana.g̅.iiii.fiat isu
sio 7 calefacta cum expressione condecenti offerat
ei. Aliud minoratiuū in hac materia est hoc. ℞
aque artamisie aq̄ mellisse ana.ʒ.i.ſ.benedicte si
plicis.ʒ.i.zuccari albi.ʒ.ſ.infundātur per nocte3
vnam deinde calefiant cum leui expressione offe-
rantur vt dictum est. Secunda vero intentio
est rectificatio regimīs. vtatur itaq3 mulier cibis
ad caliditatem inclinantibus cum decoctione sal
uie mente rosmarini 7 sic de aliis i quibus aut nl
la aut pauca existat experientia virtus 7 cet꜖. Et
vtatur vino forti 7 bene potenti claro rubeo solo
aut cum aqua extinctionis calibis.talis enim aqª
solemnis est confortans omniū membroꝝ nutri
tionis 7 neruosoꝝ virtutes. Tertia vero itētio
rectificat materias cum caliditate 7 siccitate cor
rigendo eas. Unde digestiuū conueniens 7 leue ē
hoc. ℞ aque saluie.ʒ.iii.miue citonioꝝ.ʒ.i.misce.

Secundum fortius illo est hoc. ℞ sy.de mirto
ʒ.i.aque mellisse in qua decoctus fuerit mastix.ʒ
iii.misce 7 detur in potu. Tertium 7 melius il
lis est hoc. ℞ miue cum speciebus.ʒ.i.aque decoc
tionis granoꝝ mirti.ʒ.iii.misce. Si autem dige
stionem efficere velis cum confortationibus tunc
vtatur mulier elrio aut confectione de acoro i au
rora assumendo de ipso vsq3 ad.ʒ.ſ. Item confe-
ctio aromatici rosati multum valet. Item rosata
nouella cum zuccaro 7 aqua mente in confectione
redacta. Item zuccarum rosatum vel cum pulueř
masticis acceptum 7 cum aqua mente dissolutum

Tertia vero itentio si apparet necessitas euacu
andi materiam eradicatiue esset complenda cum
predictis medicinis suprapositis vltra quas non
esset transeundum nisi cu3 magna limitatōe. So
litus sū autem ego dare quandoq3 solutiuum hoc
7 inueni in eo prosperitatem semper. ℞ succi mē
te que folia habet quasi rotunda 7 stipitem subru
beū 7 odorem valde suauē.ʒ.iiii.agarici electi.ʒ.i
infundatur agaricus in succo predicto per duos
dies naturales deinde. ℞ zinziberꝫ rosaꝝ ana.g̅.
iiii.manne electe 7 a scopis depurate.ʒ.ſ.contera
tur omnia simul in mortario 7 fiant pille.glutio
sitas enim manne inuiscat omnia conuenieter et
est medicina nobilis in educendo flegma aquosū
7 mucilaginosum sine molestia 7 agitatione forti
bus. Et attende hic q̄ in euacuantibus coleram
7 materias calidas in muliere pregnante omnes
ad cassiam mannam reubarbarum tamarindos
sebestē 7 pruna sūt audaces 7 prōpti sed euacuās

flegma ꝛ reliquas materias frigidas in pregnāte paucę medicine a sapientibus p.site reperiuntur

Ultima vero intentio est vt per alterationē cū calidis ꝛ siccis complexionem que corrumpant ī si.luum male cōpositionis frigide ꝛ humide ꝛ materierum substantiam corrigant ꝛ iam quidē aq̄ sy.confectiones in hac parte capl'i posite illō complere possent. Ego autem in talibus casibus tripli ci vtor instrumento. Primum est hoc. ℞ rosarum gallarum cupressi spodii sandarace ana.ʒ.i.resine electe.ℨ.iii.coquatur resina cum aceto nigro ī quo steterit infusa per vnam noctem vsq3 ad consumptionem aceti deinde incorporentur secum sp̄s predicte ꝛ fiant cerota.ii.magnitudinis spāse cū dimidia.hec igitur applicentur.super alchatim et loca matricis continue portentur. Secundum vero instrumentum ꝛ melius p° est hoc. ℞ olei de citoniis rosarum ꝛ de menta ana.ℨ.i.ʃ.simphiti lapidis ematitis corallorum ru.sandarace ossium datilorum combustorum ana.ʒ.i.scorie ferri preparate ſm artē.ʒ.ii.corticis interioris castanearum.ʒ.iiii.resine elcē.ʒ.i.ʃ.cere q̄tū sufficit fiat vnguētū conueniētis uiscositatis et inungāť ex eo loca matricis et renum.hec ei3 duo instrumenta mulieres q̄plurimas abortiri solitas a ta.i ifelicitate liberauerunt fetum etiam vigorando et tu consydera qr ꝯponētia sc̄l elcā. Ultimū vero instrumentū est hoc. ℞ aq̄ sublimatōis virge pastoris aq̄ centinodie ana.lib.ʃ.aq̄ gallarum cupressi.lib.iiii.acacie spodii rosarum ana.ʒ.vnam thuris sandarace colofonie ana.ʒ.i.ʃ. vini citoniorum libr̄.ʃ.terantur in simul omnia forti contritione demum infundanť in eis pānus lineus duplicatus et vi. vł .viii.uicibus epithimetur cum eo dorsum actu calido. Capitulum quartum de prohibitione aborsus p remotionem nocumentorum q̄ in matrice euenire solent per remedia immediate ante scripta quāuis dantur in intentione curandi egritudines embriōis tamē ex quo matri exhibētur tō sufficient curant egritudines matricis.etiam saltē q̄ ī sunt ipsi matrici p essentiam.et g° restat hoc solum vt eliciatur regimen curatiu3 egritudinum matricis p colligantiam. Si ergo matrix egrotauerit egritudine calida et sicca ī ea inuenta per coligantiam ipsius ad cerebrum q̄ tamen rarissime contingit rectifica cerebrum cum euacuantibus diuertētibus digerentibus et eradicantibus ab eo materiam acutam aut flobotomando cephalicā si apparuerit mistio materierū cum sāguine seruata tamē lege hypo. 4ª afforismorū sermone primo. ut scis et seruata lege alterius affo. Mulier ī utero habens flobotomare abortit.et magis cuius maior est fetus.vnde in.v.et.6.mēse fiat flobotomia predicta ꝛ detur farmatia.pce tamen minorando flobotomiam et farmaciam. Item diuertatur prouocando fluxum sanguinis a naribus aut uētosādo spatulas. Item euacuando materiam acutā cū pillulis chobiis et de fumoterre et similibus. Qr argumento sumpto a lapsu cerebri calido et sicco licet ista conuenientia forent.vana tamē ē opinio et ridiculosa eorum que in pregnāte mulieze talia administrarent. hec enim talia facile aborsum inducerent. Similiť etiā de egritudinibus ī matrice scis per coligantiā eius ad cor pulmonē diaflag̅ et stomachū et per renes et vesicā dicendum ē q̄ omnia talia ingenia curationis ab hoc capit'o separari debent et propter ista quorum instrumenta completiue sunt fortia velut flobotomie ventosationes fricationes clisteria ꝛ farmaca fortia. Secure itaq3 procedendo ꝛ fetus ꝛ mulieris nocumēta vitando regatur mulier cum medicinalibus intentionibus ꝛ instrumentis in precedenti capit'o tactis vbi qr laudo q̄ predictis addantur medicamina cerebralia pulmonaria cōdialia ꝛ sic d' aliis quorum gradus non elongetur a p° in qualitatibus ꝯtrariis ꝛ doses sint valde remisse ꝛ pulueres reiterande ne nocumentum aliquod ab eis inferať aut sēsibile. Capitulum quintū de preparatione virilis seminis ne ex pte defectus eius aborsus fiat

Uirile sperma est causa aborsus aut qr non bene digestum ꝛ spumosum est.aut qr in quantitate cōtinua paucum est ꝛ ad istas causas duas videntur adduci posse omnes cause aborsus ex parte seminis virilis contingen*tes. Est autem sperma indigestū aut qr non a sano corpore generatur sed ab egro aut qr velocius emittitur q̄ digestio eius cōpleať

Tertio qr mat̄ia generatōis eius fuit illaudabilis aut qr coiens distractionem habuit in anima per passiones eius tristantes aut resoluentes in tēpore coitus. Et primum quidē declaratur quia cum sperma sit superfluitas vlti alimenti ꝛ vtilis non videtur in egro eorum inueniri posse vltimū alimentum ꝛ vtile saltem ab olute. Secundo qr cum sperma laudabile debet esse album paruum ꝛ dyafanum globolum ꝛ compactum ꝛ quasi aromaticum non videtur ipsum in egro corpore rēperiri posse ꝛ maxime laborāte egritudinibus ī mēbris generationis propinquis velut sunt testiculi ꝛ inuoluta vasa ꝛ remota velut sunt pori spermatici epar ꝛ renes quorum membrorum aliqua concurrt ad generationem materias seminis generādo vt epar alia preparando ꝛ purificando vt emulgētes ꝛ renes. alia vero defferendo vt spermatica vasa ꝛ inuoluta detinendo ꝛ conseruando ꝛ testiculi vltimū perfectionis in sperma inducendo. patet āt q̄ si egrotauerit corpus egritudine notabili ꝛ ſm predictas partes nō poterit in spermate acquiri prima passio que est albedo.calor enim naturalis debilitatus digerendo non poterit materiam spermatis in colore assimilare radicalibus ꝛ primis que vere alba sunt. Amplius calor debilis n̄ poterit a materia in sperma conuertenda depurare partes vaporosas ventosas aquosas grossas n3 terreas quare non poterit sperma remanere dyafanum ꝛ rutilans qr̄ non poterit esse conueniens spumosum. dyafaneitas enim ipsius arguit ipsum esse bene spumosum qr spūs ē ꝛ cet. Amplius etiā in spermate non poterit reperiri globositas conueniens quando fuerit a debili calore naturali cōgenita. Substantia enim ipsius globositas ꝛ conpacitas talis prou niunt pō caloris debitam coctionem facientis ꝛ expurgantis superfluas ptes ꝛ facientis debitam permixtionem humidi aq̄i cū sicco terreo materiei ex q̄ª generať sperma. Und' ex predictis ar.q̄ defectus in embrione facile assignari potest propter defectum in causa ex qua generatur que est sperma virile siue ipsum effectiue tamen siue materiał'r aut vtroq3 modo cōcurrat

Adhuc etiam considerandum est q̄ defectus ī embrione assignari potest per velocem emissionem spermatis.aut enim velocior exit propter debilitatem retentiue que nō retinet ipsū adeo vt bene

digeratur aut exitus eius ē velox propter nimiā fluxibilitatem aut propter qualitatem priuatiuā ⁊ acutam in eo inuentam. Cuꝫ ergo sperma ita ve lociter educatur non bene cōueniēter a matrice suscipitur anima ipsa ipsum amplexatur. neqꝫ de lectationem conuenientem ex velocitate exitus ei us accipit matrix. qr̄ ex tali spermate aut raro fit generatio aut si concipiatur non erit robustus nꝫ vigorosus embrio. Similiter etiam 3° accidit in embrione debilitas ex parte spermatis eo quia ex illaudabili materia generatum fuit qꝫ nimiuꝫ pauca viscosa lubrica aucta aut aliter male cōple xionata fuit materia ex qua generabatur sperma

Et adhuc ex 4ª causa superius enumerata aꝫ posse contrahi nocumenta in embrione. Cum enī aliquis coit ⁊ habet imaginationem vel fantasiāꝫ circa res tristantes timere facientes vel abhorrē tes aut motum suffocatiuum vel disgregatiuū spi rituum ⁊ humorum efficientes pꝫ ꝙ non poterit verum ⁊ prolificum generari sperma. propter qḋ oportet coeuntes cuꝫ magno appetitu delectatōe ⁊ cogitatione precipue ad talem actum exire si ge nerare intendunt ⁊ intantuꝫ contemplando pro cesserunt sapientes ꝙ fortis imaginatio in tempo re coitus facta circa luscum gibosum robustum a nimosum imbecillem ⁊ inhonestum virum potest esse causa vt tales proprietates vel similes recipi ant pricipia generationis circa quales fortit̄ ima ginatio anima persistebat in tempore coitus.

Secunda vero principalis cum superius tacta de causa aborsus ex parte seminis virilis fuit ex parte quantitatis eius. potest enim spermatis exu berans quantitas in matricem effundi que debilis erit vt propter eam magnaꝫ quantitatem calidi tatis naturalis matricis ⁊ sanguinis mēstrui per modum suffocationis indisponatur ad generādū fetum bene sanum ⁊ robustum. Similiter potest spermatis quantitas esse adeo diminuta ꝙ licet ex ea generetur fetus erit tamen ita debilis pro pter paucitatem caloris innati ⁊ spiritus ꝙ infir mabitur anteꝙ̄ ad naturalem partem perueniat qr̄ propter egritudīes ipsius prius abortietur ꝙ̄ vere pareatur. Et hec causa de paucitate spermat̄ frequenter est causa aborsus sicut multa quātitas spermatis bene digesti raro ē causa aborsus eo qꝫ in maiori quātitate est maior virtus et ecōuerso vnde ex omniū istoꝝ fundamēto aꝫ iam ꝙ medi cus intendens preseruare ab aborsu considerare dꝫ nō minus dispositionē viri ꝙ̄ mulieris. Si itaqꝫ medico occurrat vir queritans posse excoire ⁊ fili os etiam generare inquirere debet cum diligētia complexionem viri vꝉ eꝫ. Secūdo partialē mē broꝝ generationis attendere. Tertio epatis dis positionem in sanguificando consyderare.

Quarto emulgentiū ⁊ renum complexionem ⁊ compositionem attendere an sint dolentia vꝉ opi lata. Quinto chilis vene ⁊ vasoꝝ spermaticoꝝ materiam generationis ferentium cōsyderarē dis positionem. Sexto vero vas spermaticum sini strum per quod defertur spiritus vitalis a corde ad membra generationis diligenter īquirere.

Septimo spermatis quantitateꝫ colorē substā tiam partium continuitatem ⁊ dyafanitateꝫ attē dere. ⁊ siquidem apparuerit ei omnia membra in complexione ⁊ compositione fore disposita condi tionibus etiā in spermate predictis inuentis tūc necessario concludere potes virum istum esse vene reum ⁊ ad prolis generationem bene paratum. Cuꝫ ergo similiter considerauerit medicus dispo sitionem mulieris ex parte predictoꝝ membroꝝ ex parte spermatis eius aut humiditatis ꝙ̄ emit tit ⁊ vtriusqꝫ copulam factam compleri cum ma gna delectatiōe a viro ⁊ muliere acceperit exclu sis fasinationibus ⁊ malis medicamentis ⁊ vlceꝝ cicatricibus mirabile erit istos duos non esse pro lificos ⁊ conuenienter venereos nisi superfluant ī frequenti valde copula ⁊ in passionibus anime re staurantibus super excedant. ⁊ si in vestigando ꝓ cesserit ⁊ cognouerit aliquem ipsoꝝ defectum esse in membris aut in quantitate vel qualitate spma tis viri aut sanguinis menstrui fore defectuꝫ attē dat ad rectificationeꝫ illius in quo defectus appa rebit aut vtriusqꝫ si defectus fuerit ī ambobus ap plicādo istrumēta ꝭm intētiones predcās ī supio ribus capitulis.

Capitulum vltimū de memoria quarundā medi cinaꝝ ab occulta natura ad generationē faciētiū.

Multa in hoc capitulo variis voluminibus et ꝓ prie antiquoꝝ illustriū experimēta colligi possēt quarum applicatio mulierē sterilem ad fecundita tem inducunt. licet hoc in voluminibus iuniorūꝫ auctoꝝ non ita autentice approbata inueniantur De numero ergo talium scripsit Dyascorides ara zatheus ꝙ si mulier supponat sibi nastalem puuꝫ factum ex radice mandragore post coitum ⁊ lon go tempore retineat ibi mirabilit̄ facit ad recep tum semen detinendum ⁊ prolificandum. ⁊ hoc q dem magis rationabile videtur in sterilitate pro ueniēte a caliditate mlta ⁊ humiditate superflua lubrificatiua matricis quibus mandragore fri giditas ⁊ siccitas aduersari potest vltra specifi caꝫ eius virtutem. Neqꝫ opinandum est mandra goram esse plantaꝫ cuius radix figure humane si milima existat sicut zarpellōes ⁊ zarpatones per plateas ostendunt eas decipiendo vulgus. lꝫ Aui. tante speculationis philosophus magnus ī hac ma teria deceptus fuit. aꝫ enim ipsum credidisse talē plantam in radice eius humanam figuram peni tus plasmatam. quod potest esse qꝫ hoc nomē mā dragora grecum existens figuram importat hu manam. lege de his 2° canonis caplo iabrol ⁊ caº de mandragora. Aliud autem experimentuꝫ ad conceptionē similiter faciens scripsit Sextus pla citus Papiensis caplo de duo vbi dixit ꝙ os ꝺ cō de cerui suspensum collo vel coxe mulieris vt cre do vel vidi et̄ ad conceptioneꝫ optime facit. Alī autem vir fidelior istis dixit ꝙ lapis inuentus ī cerebro vel in ventre aquile in cibo datus viro et mulieri aut vtriusqꝫ brachio vel coxe suspēsus mi rabiliter facit ad conceptionem. Et alter etiam ꝺ vetustissimis auctoribus dixit ꝙ si accipiatur das septenis pueri ⁊ ī canella argētea ꝉ aurea circūli get ⁊ brachio vtriusqꝫ coeūt̄ suspēdatr̄ generarī fa cit. Et iteꝝ adhuc scripsit altꝰ ut Chiraus ꝙ si qs r̄ cepit sāguinē vespitilōis ī pāno ⁊ feie nesciēti sup caput eius posuerit ⁊ eodē tēpor̄ mulieri se admi scuerit. sie dubio cōcipiet. Plura alia scriberē potu issē sꝫ nō curaui cū nō mlta fide adhibeā eis sicut credo hec talia nō eē affirmāda a catolicis ⁊ sub le ge cristiana militantibus. Hec itaqꝫ ī hac matīa tante speculationis noīe sufficiant in qbus si non tantū accurate ⁊ profundit̄ scripsi quantū matīa

expeteret qz de secretis est nāe superaddant alii philosophātes altiori speculatione medicine theo rizantes. Ad laudem dei amen.

Consilium de preseruatione ab aborsu.

Pro nuru vero nobilis viri ser Benedicti de valle matana q̄ pregnans est cum suspitiōe ab ortiendi eo qz fluxuz menstru orum habet cum dolore totius spine ⁊ sumis ⁊ inguinalium p tium que minantur eidem aborsus grande periculum ⁊ non leuem sue male terminationis suspitionem. quoniā est in 4° mense pregnans vbi fetus est iā adultus notabiliter ⁊ ex q° subtractione sanguinis velut nutrimenti eius valde facile subsequi potest fetus corruptio. et emorosagia magna propter eruptionem cotilidonū qui magnificati sunt videtur taliter procedendum esse vt nūc scribitur. Primo quidem fiat eidem regiminis administratio euitando intemperiem aeris valde calidi frigidi ⁊ humidi. Item euitet ciboruz et potuum administrationem qui sint nimiū vnctuosi acuti amari ⁊ aperitimi velut rafanum petrosilinum apium feniculuz ⁊ brodia leguminum oīz effugiat ⁊ ciamomū crocū galāgā nuc̄ mus. ⁊ sil'ia arōtica. et bibat vinū nigꝝ ⁊ grossū fz cōsiliū Hypocratis ⁊ effugiat exercitium omne ⁊ proprie d̄scensus per scalas ⁊ euitet coitum sūmopere ⁊ saltum rixam ⁊ iracundiam ⁊ multorum ciborum r̄pletionem. Et ventris effugiat stipticitatem vtendo decoctione malue blete mercurialis ⁊ similiuz que cum zuccaro rubeo bibantur ante alia cibaria deinde vtatur quinqz remediis infrascriptis.

Quorum primū est confectio de margaritis descripta ab Auic. 2ia tertii ca° de regimine pregn̄antiuz vl'i ⁊ recipiat de ipsa semper ante oēz cibū rotulam. i. bibendo post eam parum vini nigri conuenienter fumosi. Et potest etiam de ipsa accipe parum inter cenam ⁊ prandium bis vel ter.

Secundum remedium eidem proficuū ē hoc ℞ aque mente aque consolide minoris ⁊ aque sublimationis gallaꝝ cupressi recentium ana. ℥. i. zuccari. ℥. ss. misce totum ⁊ mane accipiatur in auro ra calidum vel frigidum secundum appetitū eius

Tertium vero instrumentum est hoc. ℞ spodii rasure eboris corallorꝝ amborꝝ masticis m̄te ana ʒ. ss. corticis iterioris castaneaꝝ pulueris glandiū ⁊ granorꝝ mirti ⁊ nucum cupressi ana. ʒ. ss. reformentur pill'e cum succo consolide maioris ⁊ d̄ eis accipiat tres in mane in aurora quando accipit aquam. Et accipiat etiam vnam ex eis semper āte cibum post confectionem dictam. Quartū r̄mediū ei conueniens est hoc. ℞ gallaꝝ cupressi et gallarum quercus perforatarū granorꝝ mirti acatie ipoqstidos ana. ʒ. ss. ematitis karabe sā. dra. boli armeni ana. ʒ. i. ss. scorie ferri longo tempor̄ frixe cum aceto. ℥. ss. puluerꝝ interiorꝝ castanearuz ℥. i. albumina ouorꝝ tria vel quattuor fiat linimē tum longa contritione in mortario plumbeo cuz suo pistello. de hoc itaqz omnes partes ab vmbilico inferius vsqz ad femur leuiter confricando quater in die inungantur. Quintuz et vltimuz remedium sibi conueniens est hoc. ℞ dragaganti gūmi arabici torefactorꝝ bdelii moll' ⁊ subalbidi ana. ℥. ss. acatie thur̄ ipoquistidos sādarace ana. ʒ. i. boli armeni karabe sanguinis dra. ana. ʒ. ii. cere. ℥. ss. glutinis carte dissoluti cum aceto nigro. ℥ ii. fiat cerotum vnum longitudinis ⁊ latitudinis spanse ⁊ applicetur ip'ū super spondilibus alchatim ⁊ ipsum semper teneat. Et si cogeretur scalpe locum propter pruritum remoueatur cerotum ⁊ iterum reponatur. Ultimo memorandū est q̄ valde vtile erit ei q̄ semper in digito suo portet anulum in quo adamas lapis fixus sit. Est enim de eis que ab occulta proprietate prohibent aborsum. Et idem illud faciunt lapis egiptiacus ⁊ topacius. hec ad laudem omnipotentis sibi sufficiāt

Pro vxore infrascripti xpōfori de muzano ordinaui octo remedia vt effugeret aborsum. Et meliora ⁊ leuiora ingenia preseruantia aborsu.

Primum fuit vt obseruaret regimen circa res nō naturales vt supradictum est. Secundum fuit q̄ omni tertia die bis ante prandium ⁊ cenam p horam acciperet duas de istis pill'is. ℞ margaritarum. ʒ. i. karabe ipoquistidos acatie sandarace puluerꝝ ossium datilorꝝ combustorꝝ ana. ʒ. ss. fiant pill'e. vi. ex omni. ʒ. cum succo consolide maioris.

Tertium vt in vase vitreo teneantur nuces cupressi quattuor recentes cum vino quo vti ds.

Quartum vt sepe in aurora vl' omni 3a die ad minus tribus horis ante prandiū accipiat. ℥. iiii. aque calide sublimationis gallaꝝ cupressi. Quītum vt portet iaspidez siue dyaspem a vulgo nominatum rubeum lapidez coloris fere sanguinei clarioris. Sextuz vt inungat omni die ab vmbilico ⁊ loco cinguli inferius ventrem ilia femur ⁊ spinā per totuz cum vnguento de corticibus d̄scriptione mea. Septimum vt vtatur sepe confectione de margaritis descriptione Auicē. 2ia tertii. Octauuz vt dimittat omnia solutiua. s. ellectuaria pill'as ⁊ clisteria ⁊ si esset stipticus venter vtatur cassiafi. sumendo de ea ante cenam lābendo.

Consilium de preseruatione ab aborsu in mulier̄ que ante abortiuerat puellā ⁊ de immoderato fluxu menstruorꝝ alborꝝ.

Dispositio huius generose domine multuz verenda est ī se ipsa quāto magis cuz ī muliere pregnante reperiat̄ q̄ et ex aborsu debilitata precedente. quod tamen contingit ei multum sollicite prouidendū est ne amplius faciat aborsum per quem ingens periculum incumberet ei sil'r fetui. Est etiam hec egritudo non minus periculosa propterea qz pendet a mala dispositione epis r̄nū ⁊ matricis et cū multa plenitudine materieꝝ que nō solū flegmatice sunt arguētes extinctū calorē epis notabilir̄. imo etiam corruptuz quod apparet ex fetore q̄ arguunt malā complexionē diuersam compositam ex frigida essētialr̄ ⁊ calida accidētaliter predictaꝝ partiuz. vnde iam apparet expresse probatū quaiter hec dispositio verenda est vt premissuz est. Modus igitur prouidendi sibi constat ex remediis q̄ possibile magis est leuibus applicandis ꝑpter fetum qui debilis et ⁊ propter ipsam etiam pregnantem non minus debilē. Regatur igitur

cu; cibis calidis ⁊ siccis naturaliter sicut carnes calide vitulli lactentis capreti caponum gallinarum ⁊ pinguis castrati ⁊ panem comedat modicū fur furaceum ⁊ in omni ferculo vtatur menta rosmarino saluia ꝑpillo ⁊ reliquis herbis calidis ⁊ siccis aliquam stipticitatem habentibus. vtatur aromatibus velut mace nucemuscata galanga cubeba et consimilibus. fructus autem dimittat omnes preter ficus siccas ⁊ vinum bibat nigrum ⁊ bene potens linfatum semper cum aliqua parte aque calidis. Effugiat autem aquam simplicem ⁊ omnes cibos mollificantes frigidos ⁊ humidos vt lactucā endiuiam bletam spinachiam ⁊ similia ⁊ lacticinios cibos ⁊ pastilles omnino dimittat ⁊ fructus frigidos saltim in multo vsu velut ceresa cucumeres ⁊ similia in aliis autem faciat vt sibi placet.

Capitulum primum de cura per medicinalia.
De rebus autē medicinalibus quattuor apparēt mihi fienda. Quorum primū est vt si venter eius non esset bene lubricus tunc accipiat vnam de infrascriptis pillulis omni die 3ª vel 4ª quarum descriptō ℞ agarici electi hermodatilorū ana.ʒ.ſ.ʒʒ.℈.i. masticis ro.ana.℈.i.seminis plan.℈.ſ.aloes abluti cum succo vel aqua endiuie.ʒ.ii.incorporentur pille cum succo ro.de omni.ʒ.vii.vel.viii.⁊ accipiat vnam aut duas ante cenam. Si autem abhominaretur pillulas que meliores essent tunc accipiat de puluere mirobalanorum citrinorum ⁊ kebulorum ſm hanc descriptionē ℞ masticis ro.spodii ana.℈.ſ. assari.ǧ.v.cum media.ʒ.macis fiat puluis de quo accipiat.ʒ.ſ. omni fine quattuor vel quinque dierum parum ante cenam. Secundū vero principale remedium est vt vtatur confectione quā sibi mitto semper ante omnem cibum per.ſ.horam.ℨ.ſ. de ea comedendo. Est autem confectio hec de margaritis nominata ab Auicē.xxiª tertii ca de regimine vel i pregnand preseruation ab abōsu. Tertium principale remedium est vt hec domina bis vel ter in die faciat sibi inungi totam regionem spine a furcula spatularum inferius ſm latitudinem ⁊ lōgitudinem cum hoc vnguento. ℞ olei de mirto ⁊ de mastice ana.ℨ.i.olei onfancini.ℨ.ii.karabe spodii sandalorū ru.aluis iameni gallarū acatie thuris ana.ʒ.ſ.sanguinis dra.boli armeni ipoquistidos ana.ʒ.i.ſ.cere albe quantū sufficit fiat vnguentū molle ꝙ postea buliat cum.ℨ.iii. succi recentium foliorum ro vsque ad consumptionem eius. Quartum speciale remedium est vt hec domina aliquādo in die bibat.ℨ.ſ.sy.de mirto cū tribus vel duabus.ℨ.aque calibis ⁊ sit aqua in qua calibs ardēs sit extinctus saltem tribus vicibus ⁊ attendat ꝙ per duos vel tres menses in predicta aqua calibis faciat coqui omne cibarium suū.imo cum ea etiā panis artificiari debet.⁊ multū foret sibi vtile ut aliquando in predicta aqua bene calida ablueret pedes eius vsque ad genu. Hec sunt meliora ꝗ sibi securius fieri possent vt mihi visum est ad laudem dei amen.

Ad idem. ℞ margaritarum perforatarum.ʒ.iii. pireti thuris masticis costi ro.ana.ʒ.i.macis.ʒ.ii.zucca. ℞e decoc.ℨ.v.cum aqua mente fiat confectio in rotulis magnis de qua confectiōe hec mulier omni mane per.iii.horas ante prandium accipiat.ℨ.ſ ⁊ post ipsam bibat ciatum.ſ.vini nigri vel rubei dulcis ⁊ grossi ⁊ de ipsa per horam ante cenā accipere potest.ʒ.i.ſ. bibendo post ipsam parum vini suprascripti. ℞ thuris gumosi.ʒ.i.karabe scorie ferri acatie ana.℈.ſ.puluerizentur omnia per se deinde puluerizata conuertantur in pillas cum mi ua citoniorū de quibus hec mulier accipiat omni mane per.xx.dies ante ⁊ post tempus quo abortire solebat. ℞ pulueris glandium bene siccarum.ℨ.ſ pulueris corticum intermediorum castanearum.ʒ.vi. ipoquistidos thuris masticis acatie aromatici siccioris ana.ʒ.i.karabe ematitis corallorum ru.ana .ʒ.iii.arillorum vuarum ⁊ proprie siluestriū.ʒ.v.scōie ferri diu frixe cum aceto nigro.ℨ.ſ.farine frumēti volatil molendini farine fabarum ana.ℨ.i.ſ.succi plantaginis .ℨ.viii.terantur farine cum succo diu in mortario.deinde superaddantur pulueres longa ⁊ forti contritione ⁊ fiat linimentum de quo mulier omni sero cum vadit ad lectum ⁊ māe cū surgit inungat totam spinam a cingulo inferius vsque ad finem eius sed copiose de ipso supponēdo Hec tria prescripta remedia sunt mirabilis iuuamenti ad conseruand ⁊ felicitand fetum in vtero ⁊ prohibendo ipsū ab aborsu per me freqnēter experta. Abstineat tamen hec mulier omnino a coitu mense i quo abortire solebat ⁊ a descensu scalarum vel montis.⁊ caueat sibi ab infrigidatione capitis ⁊ pectoris propter que perducatur ad sternutationem ⁊ tussim. Et euitet in cibis suis vsum brodiorum leguminum omnium preterꝙ lentis panici ⁊ risi que tria sunt omnino sibi valde vtilia. Item effugiat vsum croci cinamomi piperis ⁊ aromatum omnium vsū ⁊ similiū vt sunt petro. seni.apium ruta pastinaca siluestris ⁊ domestica a quibus ⁊ sibi similibus tamꝙ ab igne sibi precauere debet. Taceo hic de casu saltu percussione ⁊ accidentibus iracundie ⁊ furie que omnia effugerē debet vt apud omnes manifestum est. Licet dispositio huius domine aduocaret sibi tempus ample 9rātōis vt diligenter reduceretur hec dispositio ad vnam causam egritudinalem omniū aliorum accidentium egritudinum effectiuā ⁊ conseruatiam tamen secūdū ꝙ melius potui tria videntur mihi conuenire remedia que nunc scribam. Non enim mihi vacat tempus extendendi calamum. Primū nanque remedium est hoc vt hec mulier inūgi faciat partes spine omnes ⁊ ilia vsque ad anchas cum hac medicina. ℞ olei de cinamomo olei de pice ana.ℨ.i.pul.cimini ⁊ ameos ana..℈.ſnit.ǧ. v. conquassentur simul in mortario ⁊ cum eo calido fiat vt dictum est. Secundum remediū est hoc ℞ specierum ellectuarii diamargaritōis descriptōe Nicolai.ʒ.i.ſ.specierum ellectuarii de ligno aloes descriptione quā sibi appropriat Auicen.quinto can.ʒ.ii.zucca.℞e decoc.lib.ſ.cum aqua betonice fiat confectio in rotulis de qua accipiat.ʒ.iii. per horam vnam ⁊ mediam ante prandium ⁊ ante cenam ⁊ post ipsam bibat vi.partem ciati vini albi aromatici ⁊ bene fumosi. Tertium instrumētum est hoc de quo omni mane deglutiat.ℨ.ſ.aut saltem bibat ipsum dissolutum cum.ℨ.i.aque rosmarini. Cuius descriptio. ℞ specierum elect cōdial descripti a Ras 9° Almans.caº de egritudinibus cordis.ℨ.i.specierum elect letit magne dscripte ab Auicē 5° can.sūma prima.ʒ.vi.sy.conseruationis ʒʒ.ℨ.iii.zuccari albi.ℨ.ii.coquatur zuccarū cū sy. ⁊ fiat ellectuarium ad laudem dei omnipotentis.

Consilium pro quadam domina que frustū cānis emisit magnum spongiosum ꝛ semiputridū.

Ro generosa ꝛ honesta domina Johanna vxore Nicolai predci Premittendum primo ꝙ dis positio eius valde verenda ē ꝛ magna sollicitudine procuranda. Fuit enim hec domina molatica sicut sensu visus expertum erat. emisit eni frustrum carnis magnum difforme spongiosuꝫ ꝛ semiputridum sue matricis dispo itionē pessimā ostendens. Ego enim licet plurimas pertractauerim mulieres raro vidi aliquam eaꝝ bene terminari quin aut recidiuent in egritudinē eandē spē aut terminentur in immoderatum fluxum menstruoꝝ. Aut superueniat matricibus eaꝝ corruptio saiosa aut apostemēt eaꝝ matrices. Et 5ᵒ iterum propter debilitatem comunicatam epati sepe contingit eas transire in asclitē ꝛ timpanitē ꝛ reliquas malas egritudines. si tamen cum sollicitudine a viro perito in scīa ꝛ opere conueniēter regantur sanari possent. Itaqꝫ domina ista abstineat a cibis infrigidantibus ꝛ humectantibus regendo se proprie sicut d̄ cōiuge suo Nicolao. f. tarando dictuꝫ est. Et pro ipsa de medicinalibus hec solemnia consulo obseruari debere. Primū itaqꝫ ipsoꝝ est post spatium duoꝝ mensiuꝫ omni mane accipiat aque sublimationis hucuen ꝛ ē matricaria ab Auicē. ita nominata. ℥. iii. ꝛ sit calida in aurora accepta post quā tardetur cibus ad minus horis. iiii. Secundum est ꝙ omni 4ᵃ die hora qua accipit predictam aquaꝫ accipiat pillā vnam de infrascriptis. ℞ galbani mollis ꝛ ellecti ʒ. ii. florum arthemisie ipericonis ꝛ assari ana. ℈. i dissoluatur galbanum cum vino aromatico ꝛ fiāt pille ex omni. ʒ. vi. Tertium speciale est hoc ꝙ hec mulier omni fine. xv. dieꝝ purgetur cum. ʒ. vi benedicte accepꝫ cum. ℥. ii. matricarie calefacte et zuccarate ꝛ tardet cibum. post horis. vi. Quartum principale est ꝙ hec domina super parte iferiori ventris sui incipiendo infra vmbilicuꝫ per vnum digitum ꝛ vsqꝫ ad femur portet cerotū hoc continue ibi affixum ꝛ si cadit iterum renouetur Cuius descriptio. ℞ galbāi piguis ꝛ ellecti. ℥. i. ß gallie muscate. ʒ. ii. aliptemus. ʒ. i. cere albe. ʒ. iii. dissoluantur gūme cum vino aromatico acuto et reliquis incorporaꝫ fiat cerotū bene tenax.

Quintum speciale est encatisma istud ī quo hec honestissima domina tribus diebus bis in die qᵒ libet ebdomoda sedere debet. ℞ galliemus. ʒ. ii. colofonie. ℥. ß. florum ipericonis betonice arthēisie matricarie. Ꝍ. iii. herbesule ꝛ ē bistorta. Ꝍ. v coquantur omnia ī notabili quantitate aque quousqꝫ fiat conuenienter aromatica ꝛ in hanc aquaꝫ conuenienter calidam in vase magno imponat se Ita ꝙ vsqꝫ ad vmbilicum pertingat aqua ꝛ est potens remedium ad rectificandum matricem ꝛ oīa membra generationis quorum rectificationem completam concedat sibi qui oēs lāguores sanat. Ad laudem omnipotentis.

Consilium de imoderato fluxu mēstruoꝝ ꝛ d̄ abūdantia materieꝝ albaꝝ flaticaꝝ a matrice.

Onestissima domina Helisabeth de rouereto duplici laborat dispositione matricis ꝛ praua.

Prima quidem est menstruorum inordinatus exitꝫ adeo ꝙ ipsoruꝫ euacuatio vltra tempus naturale retinetur. vt quandoqꝫ non fiat eoꝝ euacuatio nisi post quinqꝫ menses aut sex vel septeꝫ. Et adhuc in quolibet hoꝝ temporꝝ minus euacuatur ex eis ꝙ consueuerit ꝛ rationale sit. eo qꝛ mulier sanguinea est consistens ꝛ bene carnosa. Et illud etiam quod de suis menstruis euacuatur cum doloribus ꝛ angustia difficulter inducitur. Secunda vero principalis eius dispositio est abundantia materieꝝ albaꝝ flaticaꝝ. quare raro absoluitur ab ea inter vnum ꝛ aliud tempus naturalis menstruationis vel non naturalis. Et licet iste due dispositiones prima facie viderentur sibi esse inuicē contrarie quoniā habundantia materiaꝝ flaticaruꝫ que mucillaginose sunt propter eaꝝ humiditateꝫ mollificando corpus matricis ꝛ venas eius debilitare debent virtutem retentiuam ipsarum vnde deberet multiplicari sanguinis eductio. Et 2ᵒ iteruꝫ quia flgma illud in uenis simul cum sāguine retentum sanguinem fluxibilem magis reddere deberet ꝛ sic non videretur causa sufficiens r̄tētionis menstrualis cursus ꝛ ecōuerso. Adhuc hee dispositiones apparent contrariari videnť. quia sanguis etiam retentus ꝛ multiplicatus caliditate sua remitteret flegma resoluendo ipsum ꝛ digerendo sua caliditate. ita ꝙ non videretur cum presentia multi sanguinis in matrice retentiꝫ multiplicari posse flegma illud ī matrice quod existit materialis causa lubricitatis in ea. Ideo dicendū ꝙ he dispositiones inuicem in matrice sunt compositionales. Flegma. n. mucilaginosum predictū dominans ꝛ secundum parteꝫ aquosum subdominans emittitur ad matricem a stomacho ꝛ epate huius mulieris. Quod enim a stomacho manifeste deducitur eo quia domina ista stomachuꝫ eius habet quasi semper nauseatum a multo flate aqᵘ so ꝛ mucilaginoso. per viam indigestionis ī eo genito qꝺ apparet a posteriori eo quia sepe euomit flata predicta que etiam nō raro a stomacho eius educuntur absqꝫ vomitu vt mihi dixit. Hec igiť flata in stomacho eius semper assistunt. vt apparꝫ per continuā lesionē stomachi ab eis. ꝛ quomō eēt possibile quin magna pars eoꝝ cōmisceretur chilo qui generatur ex cibis ex quo chilo remittitur tēperamentū epatis ꝛ generatur ex eo sanguis aqᵘ sus ꝛ mucilaginosus quoniam digestio 2ᵃ que est epatꝫ nō pōt sufficienť corrigere errorē digestōis prime que est stomachi vt patet xiiiᵃ tercii caplo de egritudinibus stomachi. Et ibidem etiā caplo de nocumento digestionis. Adhuc etiā dato ꝙ a stomacho nulla aquositas flatis ad epar deferťur vt si p possibile flegma totū per vomitū fuisset expulsum tamen adhuc saluatur valde facile modus generationis flatici sanguinis in epate qa stomachi lapsus frigidus ꝛ humidus per colligantiā ledit epar remittendo caliditatē eius quare adhuc in epate talium flatum generatio multiplicabiť Et ex his pulcre videre potes duplicem causā multiplicationis aquosi flegmatis ꝛ mucilaginosi in epate. Prima est flatis delatio a stomacho ad epar. Et 2ᵃ est eoꝝ flatū in epate generatio a

caliditate eius debili facta a frigiditate ⁊ hūidita te stomachi. Et attēde q̄ isti duo modi multiplica tionis flatis sunt sibi inuicem complexionales et raro vnus absoluitur ab altero ⁊ econuerso. Hec igitur flata vel aquosus sanguis vel mucilaginosus in epate generata per chilim venam descēden tem ⁊ ramos eius ad matricē terminantes.
De his autem que mihi experta ⁊ omniũ auctorum sententia probata sunt. Primo est descriptio sy. huius. Rx rasure eboris non sophisticati. ℥. s. costi arthãite cassie lignee opobalsami. i. balsami masculi acatie corallorum alborum ⁊ rubeorum ana. ʒ. ii sandarace thuris gallie muscate de foliculis ana ʒ. ii. s. lapidis ematitis spodii nucismuscate gal- larum perforatarum ana. ʒ. iii. scorie ferri prepara te secundum artem confrixe cum. ℥. i. aque extin ctionis forte. i. calibis aut loco illius aque alumi nose naturalis lib. xii. infundantur omnia predi cta in altera illarum aquarum per dies naturales. iii. deinde coquantur simul lento igne vsque ad con sumptionem duarum partium. deinde colentur et cum torculari vehementer exprimatur ⁊ colate superaddantur zuccari tabarzet lib. ii. coquantur vsque ad spissitudinem ⁊ dum coquitur sy. aromati zetur cum istis speciebus in sindone ligatis. Rx li gni aloes gnorum iuniperi tamarisci cornu cer ui adhusti macis ana. ʒ. i. ⁊ fiat sy. de quo oi mãe exhibeantur. ℥. i. cum aqua extinctionis calibis. ⁊ si velles aliqualiter aperire propter duritiẽ epa tis coquatur aqua predicta cum. ʒ. i. spice nardi Et si adhuc principaliter intendens adde sy. pre dicto specierum dyalacc. ʒ. i. dum aromatizatur aut

dyacurcume que forte est melior. Confectio bona qua vti debent patientes ante cibum semper ex ea sumendo rotulam vnā. ℥. ß. in prima mensa. ℞ specierum dyalacce. ʒ. i. specierum dyacurcume. ʒ. i. ß. seminis endiuie cuscute granorum iuniperi seminis acetose squinanti piperis albi ana. ℈. ß. zuccari albi lib. ß. fiat confectio solida cum aqua cicoree Cerotum bonū mollificans ⁊ resoluens opillationes ⁊ apostemata dura epatis. extenuat etiā superfluitates in eo inuentas. ℞ bdelii mollioris et subalbidi. ℥. i. aromatici electi. ℥. ß. emplastri de mucilaginibus simplicis. ℥. iii. rubee tinctorum spice nardi seminis leuistici ⁊ apii seminis endiuie siluestris ⁊ est cicorea cuius flores sunt celestini ⁊ folia icisa ⁊ amara ana. ʒ. i. melliloti. ℥. iiii. dissoluantur dicte gūme in aceto fortissimo ⁊ buliant cum lib. ß. olei de gessemini vel vini albi planensis ⁊. ℥. iii. olei de absinthio vel nardino vel de phisticis ⁊. ℥. i. cere deinde addatur emplastrum de mucillaginibus deinde cum infrigidare ceperit addantur species predicte. Huic enim emplastro per me composito nulla duricies resistere poterit. Fiat ergo lunaris figure ⁊ applicetur ipocūdrio dextro ita quod omnē regionē epatis bene amplectatur. ⁊ quotiens opus fuerit permittetur vt melius leniat duritiem ⁊ soluere possit. Et si quādoque propter caliditatem vereretur de continua residentia eius super loco remoueri potest ⁊ fiat inunctio cū. ℥. i. olei de mastice ⁊. ℥. ß. olei amigdalarum dulcium calefactorum. Trocisci boni resoluentes opillatiōes ⁊ collectiones duras in epate ℞ ligni aloes squinanti cassie lignee florū absinthii camedreos ana. ℥. i. spice nardi. ʒ. i. ß. melliloti. ʒ. iii. bdelii mollis. ℥. ß. pulueri zentur subtiliter species ⁊ incorporentur cum bdelio dissoluto cū aceto squillitico de quibus in mane exhibeatur. ʒ. i. per vnā septimanā cum aqua decoctionis amigdalarum amararum. Puluis ad eandē intentionē resolutiuus ⁊ lenitiuus predictarum duricierum ⁊ aliqualiter solutiuus. ℞ reupontici. ʒ. ii. foliculorum sene ʒ. i. violarum siccarum. ʒ. i. ß. liquiritie melliloti amigdalarum amararū su meu assari ana. ℈. ii. fiat puluis subtilis de quo in potu dentur. ℈. ii. vsque ad. ʒ. i. cum aqua decoctionis passularum nigrarum. Pro hac etiam intentione memorādū quod valde vtile esset ei comedere limatias inuentas in dumetis elixatas ⁊ etiam in cibo si contingeret accipere epar adip. i. lupi ellissū vel assatū. ⁊ iterū in cibis endiuia cuiuscunque speciei cocta vel cruda. Hec enim tria a tota spetie sunt epatis confortatiua vt patet in tertii capitulo de rebus conferētibus epati in fine. Hec quidem omnia sunt de melioribus quibus curari potest oppillatio ⁊ durities epatis iam predicte principaliter. licet non parum conferre possit ad malā cōplexionem frigidā ⁊ humidam matricis ⁊ cursum premissū. Pro cuius tamen curatione aliqua spetialia magis notāda consideramus.

Capitulū tertium de cura male complexionis frigide ⁊ humide matricis ⁊ menstruorum alborū principaliter.

Primū itaque quod necessarium esset in cura cursus matricis est euacuatio materierum quarum generatio continetur in epateo consumptio earundē que in matrice ⁊ partibus intermediis continentur verum quia talis euacuatio non potest conuenientē fieri propter apostema epatis ⁊ inclinationē ad asclitem vel yposarcam est multum caute in euacuationibus procedendum. Itaque materia iā digesta cum sy. in precedenti capitulo iam descripto quod apparebit eo quia vrīa in colore et in substantia ad mediocre reducta erit ⁊ habebit in fundo ipostasim albam in colore mediocrem inter tenuem et grossam cuius partes erunt equales ⁊ coniuncte ⁊ erit in fundo sedens. Omnibus autē pluribus coniecturationibus de numero earum apparentibus euacuatio fiat cum hoc solutiuo cuius descriptio est. ℞ aque sublimatitnibus violarū cicoree ana. ℥. ß. aque mellisse. ℥. i. ß. aque matricarie. ℥. ii. agarici pulpe coloquiutide carthami hermodatilorum ana. ℈. ii. turbit. ℈. i. ʒʒ. spice nardi squinanti dauci florum eupatorii florum arthemisie ana. ℥. ß. zuccari fe decoctionis. ℥. ii. resoluantur omnia simul per diem naturalē deinde coquantur ⁊ diligenter exprimantur et colatura calida detur in potu in aurora. post quē obseruentur cōditiones que in minoratiuo obseruari debere scripte sunt. Et si volueris hoc minoratiuū fortius facere cum colatura illa misceantur. ʒ. ii. benedcē simplicis aut duplicetur dosis agarici suprascripta secundū coniecturam eorū qui operari debēt Et si iuditio astantiū aut quādoque presentari dominium sanguinis aut saltem materierum sufficienter commixtarū sanguini ⁊ cum velocitate ⁊ laxitudine corporis apparente venarum amplitudine ⁊ rubicūditate coloris ⁊ substantiā vrine de subtili in grossam conuersam cum rubedine coloris ad fuscum tendentis tunc flobotometur de basilica dextri brachii sub cubito aut ramus eius saluatella inter anullarem ⁊ auricularē digitos eiusdem manus in uentus. ⁊ educatur sanguinis ab. ℥. iii. vsque ad. v. raro tamen contingit hunc matricis cursum prouenire propter dominiū sanguinis licet theorice consyderanti hoc concedendū sit. Multitudo enī materiei suffocando calorem innatū aut minuendo erit causa multiplicandi flegma per viā indigestionis quod quidem per venas quibus matrix continuatur ad epar erit materialis causa predicti cursus quare ⁊ cetera. Comprehensa autem euacuatione sufficienti procedendū est ad particularē euacuationē materierum in matrice habundantiū cuius gratia plura ponā simplicia ab illustribus auctoribus collaudata. Quorum primū est encatisma. i. semicupiū ex decoctiōe tamarisci iuxta Aui. 2° canō. in proprio capitulo. In decoctione tamarisci sedeant mulieres ad cursum matricis. Secundū semicupium vel euaporatio facta ex decoctione ligni aloes quod quidem confert euaporatum ⁊ bibitum 2° canō capitulo de xiloaleo.

Tertiū vero ⁊ mirabile est suffumigatio facta ex decoctione mirifolios ⁊ est mille foliū. hec quidem tria abscindunt matricis cursum attrahēdo ⁊ mollificando magis. De his vero simplicibus que ad hauc intentionem conferre scribuntur exiccādo magis materiā ⁊ coartando vasa sunt sicut decoctio granorum mirti. Item decoctio granorum iuniperi. Item suffumigatio facta cum decoctiōe stercoris leporis. de fortioribus vero magis laudatis est puluis cornu cerui adhusti ex quo in potu dentur. ℈. ii. cum aqua decoctionis mirti vel coriandri. de his que leniendo conferunt laudatur oleū de piperibus vt scripsit Mesue in antidotario

descriptiõe de oleis. Descriptio olei boni ad illũ ℞ olei onfancini. ℥. iii. olei de mirto. ℥ i. ʒ. scorie ferri preparate secundum artem. ℥. iiii. ossiũ datilorum ⁊ mirobalanorum indorum combustorum ana. ℈. ii. acatie ipoquistidos cornu cerui adbusti ana ʒ. iii. puluer gipsi. ℥. ʒ. glutinis piscium dissoluti cum aceto nigro. ʒ. vi. cere quantum sufficit ⁊ fiat vnguentum satis glutinosum. hoc quidẽ vnguentum si diligenter componatur ita vt non comburantur speties nunq̃ me decepit in cura huius dispositionis si vngatur ex eo partes omnes alchatin ⁊ anterior regio tota ab vmbilico vsq; inguina ⁊ pudibunda. Habeo etiam notissima experientia q̃ si conquassetur lib. ʒ. pulueris gipsi cum ʒ. x. gũmi arabici torrefacti ⁊. iiii. albuminibus ouorum ex quibus cum faldelis de coto emplastrentur partes predicte omnẽ mulieris fluxũ abscindit. Cerotum vtile valde ad hanc intentionem qđ super loco alchatin iam portauerunt mulieres duobus mensibus continuis ⁊ curate fuerunt dũ modo in coitu ⁊ dieta frigida ⁊ humida no effrenitauerint. ℞ colofonie. ℥. iii. ipoquistidos cupularum glandium corticis intermedii castanearũ glandium quercus exiccatarum ana. ℥. ʒ. granorum mirti coriandri preparati cum aceto gallarum cupressi ana. ʒ. vi. seminis agni casti corticũ caparorũ ana. ʒ. i. ʒ. olei onfancini antiqui si haberi potest lib. ʒ. dissoluantur glutines supradicti cũ aceto stiptico ⁊ cum predictis incorporentur cere rubee. ℥. ii. ⁊ additis spetiebus cum ceperint infrigidari fiat cerotum super membrana ⁊ applicetur vt suprascriptum est. Compositũ bonum quo sepe vti soleo ad vigorandum matricem et proprie que debilitata est ab humorositate multa est hoc. ℞ ipoquistidos acatie granorum granatorum siccorũ masticis corallorum alborum ⁊ rubeorũ ana. ʒ. i. rasure eboris. ʒ. ii. coriandri preparati. ℥. ʒ. spodii de canna. ℈ ii. gũmi arabici dragagãti torrefactorum ana. ʒ. i. ʒ. mellisse anthere arthemisie matricarie camedreos camepiteos nepite ana. ʒ. ii. doronici. ʒ. i. macis nucismuscate galãge ana. ℈. iiii. puluerizentur omnia per se cum lib. i. zuccari fe decoctionis ⁊ lib. ʒ. mell' fiat ellectuarium cuius dosis sit exhibendo de eo. ʒ. iiii. in aurora ⁊. ʒ. ii. semper ante prandium ⁊ ante cenam ⁊ quando vadit ad lectũ Ad laudẽ dei amẽ.

Consiliũ de retentione menstruorum.

Hec domina que non conueniẽter mundificatur in suo menstruali fluxu rectificato regie suo ita q̃ in cibis abstineat a viscosis oppillatiuis grossis et difficilis digestionis cibariis. Regimine medicinali per hunc modum regenda est apud me. Primo flobotometur de vena saphẽa dextre pris hora retentiõis diei ⁊ extrahãt sanguinis ad minus. ℥. v. Sequenti die immediate soluatur venter eius cum hac infusione. ℞ agarici electi turbith reubarbari ana. ʒ. i. spice nardi ʒʒ macis ana ℥. vi. salis gẽme ℥. ii. aque eupatõii arthemisie ana. ℥. i. ʒ. misce ⁊ stent infusa per diẽ naturalẽ aut maiorẽ partẽ eius. demũ colentur ⁊ exprimantur ⁊ colatura illa icorporetur cũ. ʒ. iii. bñdicte siplicis. ⁊ bibat obseruando post illud conditiones in exhibitione farmacorum obseruandas. Sequenti die post euacuationem predictam incipiat accipere. ℥. v. apozimatis vel decoctionis de radicibus secundum hunc modũ. ℞ radicum feniculi petrosilini sparagi brusci ⁊ apii ana. ℥. ʒ. aque fontis lib. ii. buliant simul vsq; ad consumptionem medietatis deinde colentur ⁊ cum zuccaro exhibeantur per octo vel decem dies. Diebus autem intermediis venter eius fluxibilis teneat cum comuni clisteri. Mihi autem placeret magis q̃ omni sero parum ante cenam loco clisteris acciperet vnam pillã alefanginam aut saltẽ de aloe abluto factam cum succo endiuie si timeretur caliditas pillularum alefanginarum. Item post minoratiuã euacuationẽ iam predictam placeret mihi q̃ ter in die naturali vngeretur tota spina eius cũ hoc vnguento. ℞ olei de violis citrinis. ℥. ii. olei de croco. ℥. i. pinguedinis tassi ⁊ galine ana. ℥. ʒ. croci folii ligni aloes artemisie ana. ℈. ʒ. cere quãtum sufficit fiat vnguentum. Continuato digestio per octo vel decem dies in quibus satis verisimile est digestam esse materiã. soluatur venter eius cum istis pill'is. ℞ pill'arum fetidarum. ℈. ii. pillularũ de yera composita. ℈. i. ambarum boni ponderis reformentur pill'e. vii. cum benedicta ⁊ exhibeãtur ei cum regulis solutiuorum. Postq̃ autem predicta domina fuerit euacuata si menstrua suo tempore ⁊ conuenienti quantitate apparuerint habetur intentum ⁊ speratur de bona terminatione eius. si autem non apparuerint prouidendum est ei cum istis tribus remediis. Primũ est q̃ ligentur extrema eius apud inguina cũ instittis bene compresi mentibus. Secundum est si non apparebunt menstrua vt i medietate domestice partis coxarum apponantur ventose notabiliter ignite que multotiens reiterentur. Tertiũ vero est vt predictis non valentibus fiat ei encatisma secundũ hũc modum. ℞ pulegii calamenti origani apii recentium ana. M. iii. sauine recẽtis. M. vi. oppoponaci mirre ana. ℥. ʒ. aristologie rotunde rute ana. M. iii. coquantur omnia in lib. c. aque vsq; ad consumtionẽ medietatis ⁊ dimittantur herbe in ea infuse. Accipiantur ergo de predicta decoctione scutelle. 8. vel. x. ⁊ calefiant ⁊ sedeat in ea mulier vsq; ad vmbilicum per horã mediã aut per tertiã partem eius secundum tollerantiã. Cum ergo exit balneũ parumper quiescat. deinde subiciat sibi frustrũ coti infusi in succo mercurialis cum modico croci ⁊ non dubito q̃ habebit intentũ ad laudẽ dei omnipotentis amen.

Ad prouocandũ menstrua sequuntur remedia. Primo fiat ei applicatio ventosarum sine scarificatione super partibus interioribus coxarũ ⁊ lateralibus earum bis vel ter in die deinde 3° sequenti die faciat sibi fieri flobotomiã de vena saphena posita super cauilla pedis per quã educantur sãguinis. ℥. v. vel. vi. ventre tamen eius existente bene fluxibili. post flobotomiã vero iterũ p. ii. l'. iiii. horas imediate reponat ventosas super loco deõ saluo si exirent ei menstrua non apponantur. Si autem neq; per ventosas neq; per flobotomiam dictã aperirentur sibi menstra tunc omni mane per duas horas ante diem accipiat quinq; de infrascriptis pillulis ⁊ post ipsas imediate bibat ciatũ. ʒ. vel. ℥. iiii. aquarum infra scriptarum calefactarum

Est aūt pillularū descriptio hec. ℞ se. apii cassief. ana. ℈. ʃ. musci. ℥. xv. trocis. de mirra. ʒ i. ʃ. cū suc co apii formentur pill'e ex omni. ʒ. vii. Descriptō vero aquarū est hec. ℞ aq̄ apii enule radicū rubee tinctorū ana lib. ʃ. misce. Si autē per oia predcā non fieret prouocatio. tunc fiat sibi hoc linimētū pro suppositorio. ℞ oppoponacis. ʒ. i. ellectuarii al. ʒ. ʃ. fellis thauri. q. s. ad incorporandū ꝛ fiat li nimentū in quo intingatur frustrum coti in quo conseruatur muscus ad quantitatē vnius dactili quod cotū imbibatur in predictū linimentū et cū appensione facta imponatur in orifitio nate bis vel ter in die naturali permutetur. hoc enī in dubitanter aperiet vias. Itē vtat cinamomo cro co. ℥ʒ. apio vel se. eius aniso feni. petro. aut aliquo istorū in omni cibario. Caueat autē a cibis pastil bus a granis leguminū a caseo acuto et a neruof ptibus animaliū a lacte ꝛ a lacticiniis cibis oibus ꝛ a rebus multū salsis frigidis stipticis et a vino nigro rubeo grosso brusco pontico.

Licinia prouocantia menstrua. ℞ calamentū cl damis agni casti rute sauine artemisie pulegii ra fani origani abrotani vrtice seminis iunipi rubee tinctorū ellectuarii albi pulpe coloquintide cētau ree bdelii sinapis oppoponacis ana. ℈. ii. ꝛ que sū terenda terantur ꝛ fiant ex eis licinia cum succo cucumeris asinini cū felle tauri galliemuscate q̄ tum sufficit ꝛ fiant licinia que vulue supponātur.

Consiliū ad corruptionem matricis prouenientē ex aborsu.

I venter huius domine non est multum solutus omni quinta die parū ante cenā deglutiat vnā partem huius ellectuarii ꝛ bibat post illud d aqua zucca rata cuius descriptio. ℞ ellrii d epithimo ꝛ d psi lio ana. ʒ. vi. incorporentur simul. De confectione ista hec domina accipiat pluries in die quando p cipit se debilitatam tamen semper ante cibū acci piat de ea vnū frustrū vel duo ꝛ bibat post ipsaꝫ vinū rubeum mediocriter dulce ꝛ nullo modo tā gat aquam ordei. cuius descriptio. ℞ confectiōis de phisticis cum speciebus triasandalorū. ℥. ii. de hac vnctione vngat tota spina ꝛ regio ventris ab vmbilico vsqꝫ ad femur quattuor vicibus i die na turali ꝛ superponatur pannus calefactus pluries suffumigatus cuius descriptio. ℞ vnguenti agrip pe. ℥. ii. olei de sisamo. ℥. i. ʃ. bdelii mollis ꝛ subal bidi. ʒ. vi. croci. ℈. i. trociscorū stelle. ℈. ʃ. incorpo rentur ꝛ dissoluatur bdeliū cum modico aceti et cere albe quantū sufficit ꝛ fiat vnguentū molle d hoc vltimo ellectuario accipiatur 4ª pars cū qua omni 3ª die fiat sibi clistere vnū cum tribus ciatl brodii pulli. cuius descriptio. ℞ cassiefi. ℥. i. bene diete. ℥. i. ʃ. agarici electi. ʒ. ii. incorporētur simł ꝛ fiat ellectuarium cum. ℥. ʃ. salis gemme ad lau dem dei amen.

Consilium de exitu matricis.

Ragilitas humane conditionis obtulit mihi dispositionē que licꝫ rari sit euentus non tamē minus periculū offert q̄ raritas euentus eius rei difficultatem ostendat. est enim quedā nobilis ꝛ honesta do mina d vrbino q̄ egrotat dispositiōe que a q̄plu ribus sapientibus dislocatio matricis nominata fuit vt Gilbertus Anglicus in proprio caº talitē ipsam nominauit. Alii vero lubricitatē matricis dixerunt non nulli hanc egritudinē exitum ꝛ con uersionē matricis appellauerunt vt 21ª tertii tra ctatu 4º caº 3º literaliter colligendū. Et huius qui dem dispositionis licet a sapientibus q̄plurime assignantur cause effectiue ex parte eorū que ꝯforꝫ adueniunt vt casus percussio frequens ꝛ repenti ꝯ scalarū vel montium descensus vehemens cursus tussis ꝛ sternutatio perseuerantes ꝛ fortis vocife ratio hominꝫ ꝛ omniū strepituū aliorū extrisecus eidē euenientiū vehementer ꝛ subito propter q̄ꝫ vehemens ꝛ subita accidit in spiritibus ꝛ humori bus agitatio ꝛ proprie versus inferiora propter quod comprimuntur membra ibi existentia vt se pe contingit ex horū applicatione exire intestinū rectum ꝛ matricē. vnitū ex inuestigatione q̄ lōgo processu ab ipsa ꝛ astantibus habere potui. vior huius dispositionis causa fuit ꝛ est multitudo ma teriex flaticarū que dominantur in ligamētis ma tricis exterius ipsam suspendentibus ad anchas que nominatur cornua a sapientibus vt 21ª ᵗtii capitl'o primo colligendū que etiam materie nō solum predicta loca sed omnē matricis substātiā vsqꝫ ad orificitiū exterius eius longo tempore l eas infuse mollificauerint. quare non est mirabile si exterius prōminet ꝛ a suo naturali situ elon-gata est. Contingit etiam quandoqꝫ partem eius exteriorē matrici seruientem latorie scꝫ vulua cū eius collo exterius descendere absqꝫ corpore ma tricis. et hoc quidēꝫ non est adeo verendū quoniā significat materiam ꝛ nocumentū in parte matri cis adesse que vilior est que vulua nominatur ꝛ est omnis pars illa que ab orifitio terminatur exclu siue vsqꝫ ad os tinche. Cū autē contingit non so lum hanc partem exterius prominere sed etiam substantiā matricis q̄ est locus generationis tūc illud est valde verendūꝫ ꝛ proprie cum tota eius exiuerit substantia qd non raro contingit imo se pe accidit vt tota matrix educatur ꝛ hoc stante vi ta. licet tamen feliciter completa ꝛ sunt omnes s mones principis 21ª tertii tractatu ꝛ caº allegatī Si igitur autē huius dispositionis veritatem q̄ plurima signa que omnia in hac muliere verifica ta vidi silicet dolor in pectine ꝛ in alchatin ꝛ ī dō so ratio est propter colligantiā harū partiū q̄ non solum situal' est. imo essentialis per ligamenta et neruos a matrice terminantes ad istas partes et econtra. Secundū signū est se. euentus cuius cā nota est. Tertiū signū est mltitudo ꝛ difficultas cōprimēdi superfluitates in itestis contentas cū enim matrix superiacet intestino rcō qd est eius culcitra 21ª tertii caº pº. si ipsa exterius descendit necesse est intestinū predictū cui superiacet ab ea descendente comprimi ꝛ distēdi sed ex tali distē sione constringuntur feces in eo contente ꝛ proptē talem constrictionē superueniente dolore cōpres siuo icitatur expulsiua virtus ad expulsionē earū

⁊ locus est strictus vt probatū est ergo necessariū est adesse nocumentū compressionis quod declarādum erat. Quartū signū principale est aggregatū eo quia hanc dispositionē sequitur sepe vł semper spasmus tremor ⁊ timor sine causa scȝ manifesta. spasmus enim potest esse non proportionatꝰ ad materiam accidens propter dolorem vel simplicem alterationē. sed hoꝝ duoꝝ cause non sunt medico eque bene manifeste sicut cause materiał spasmi. quare ⁊ cetꝫ. ⁊ eodēmō ex suis causis verificaretur tremor ⁊ timor ⁊ tu considera. Quintū signū est aparitio rei rotunde in pectnie cuius cā potest esse ventositatis propulsio ad loca illa. Amplius etiam materieꝝ humoraliū fluxus ⁊ iterum frigidioris fundi matricis super ossa femoris situalis collocatio. Ultimū signū est manifestatio alicuius rei descendentꝭ cuȝ leuitate quando superior pars matricis iam descendit. ⁊ hoc quidem est rationale eo qꝛ superior pars matricis descendere non posset nisi propter multā humiditatē mollificantem ipsam sed cum humiditate sentitur lenitas descensus igitur ⁊ cetꝫ. At vero signa distinctiua exitus partium comprehenduntur ex istis.

Primo quidē ex visu vt aspiciens videat exterius prominere colluȝ cum orifitio absqȝ corpe. Secundo vero in actu eo quia patiēs percipit separationē matricis ab orifitio exteriori precise per spatiū. viii. vel. x. digitoꝝ. Tertio iteruȝ per signū demonstratiuū ab auctoribus positū. si enim egreditur precise collū matricis absqȝ corpore ipsius. tunc non percipitur in exteriori pte fōamē. i. osiū vel pars matricis durior que est orificium eius intrīsecū. Si autē totaliter exiuerit matrix tūc sensu tactus ⁊ visus percipitur illa rotūditas ⁊ significat matricē secūdū sui totā extra conuersā esse. Et hec quidē ꝺ theoria huius dispositionis itellꝭ dn̄t. que cum sit non leuiter verenda vt predictū est aduocat ad se curā solicitā ⁊ festinā ⁊ subitam. non enī speratur huius dispositōnis curatio nisi dum est recens 2ª tertii capitulo ⁊ tractatu quartꝫ. Huius ergo dispositionis curatio pendet ex rectificatione regiminis eius qꝺ omnino inclinetur ad calefacientia ⁊ exiccantia. sūmopere euitare debet res humectantes ⁊ īfrigidantes sicut omnia pinguia cibaria lac ⁊ ex eis ꝯposita pisces cancros bletas spinachias maluas lactucas ⁊ similia. Caueat a balneo aque dulcis ⁊ de rebus acribus ⁊ acetos tussim inducentibus. Si autē in tali patiente acria ⁊ acetosa tussim non īducerent tunc essent ei conuenientia ⁊ proprie cū .c. et. l. aromatibus mixta. Fugiat omne genus acutoꝝ que per inspirationē assūpta sternutationē prouocant. Fugiat etiā vehementiā coitus ⁊ omē exercitiū per quod partes inferiores vehementer agitantur. Caueat a frequenti descensu per scalas ⁊ montes. dimittat vsus omniū reꝝ que vhemēti prouocatione suā materiā inclinant ad matriceȝ ⁊ agitant eas in ea. Usus vero diureticoꝝ p vias vrine materias diuertentiū est sibi conueniens ⁊ vtilis. Caueat etiā a frequenti euentu furoris et ire imo conetur esse tranquilla ⁊ leta. Et cū fuerit interius conuersa vel impulsa matrix ingenietur dormire posterioribus notabiliter eleuatꝭ ⁊ super latera magis ꝙ resupine. per talem enī decubitū matrix elōgatur a rectitudine vie descēsus. Regimen autē qꝺ ex medicinalibus eiꝰ administrāꝺ est quattuor principalibus sustentatur intentionibus. Prima quidem est materieꝝ diuersio que est causa mollificationis huius. Secunda est matricis exterius ad intra impulsio ⁊ restauratio. Tertia est membri interius impulsi in suo naturali loco conseruatio. Quarta est prohibitio iterati exitus eius. Prima quidem intentio multis completur instrumentis. Primū quidē clisteribus lenientibus ⁊ materias a matrice ad intestina trahentibus sicut cum clisteri hoc. ℞ folio 2ū mellisse arthemisie ⁊ tanaceti ana. ℳ. i. viol. maluaꝝ ana. ℳ. ii. fiat hoꝝ decoctio vsqȝ ad medietatem de qua accipiatur lib. i. Cui addanī hec ℞ benedicte simplicis. ℥. ß. ellectuarii diacostorei ℥. i. olei de costo de violis citrinis ana. ℥. i. ß. zuccari ru. ʒ. vi. salis indi. ʒ. i. ß. misce accipiat hoc clistere ter in septimana cum quo multas mulieres ab hac dispositione curaui. Et cum volo ipsum facerē magis exiccatiuū ⁊ illaꝝ partium confortatiuuȝ superadiungo ei. ʒ. i. ß. optimi metridati. Secūdum vero quo diuertitur materia est prouocatio vrine facta cum decoc. radicū infrascriptaꝝ quaȝ assumat in aurora per totum vnum mensē continuū. ⁊ sit dosis eius. ℥. v. cū zuccaro albo. ℞ radicū feni. petro. sparagi brusci ⁊ apii ana. ℥. i. ß. mūdētur ⁊ minutiȝ inscidantur ⁊ coquantur in lib. viii aque vsqȝ ad consumptionē medietatꝭ. Tertiuȝ quo diuertitur materia a locis istis est administratio harū pillaꝝ de quibus accipiat. v. ter in septimana in aurora. ℞ spicenardi granoꝝ milii sol valeriane se. leuistici orobi rubee tictoꝝ se. petro. apii ana. ʒ. i. formentur pillule cum succo appii ⁊ accipiantur vt supra. Quartū diuersiuū potest esse prouocatio emoroidaꝝ. sȝ quia ī mnliere ista deficit sanguis magis ꝙ habundet ideo non curo aliquid de hoc dicere. Modus autē administrādi intentionē 2am debet esse talis vt situetur mulier super tabula resupine iacens. deinde dilatet crura sua ⁊ tunc mulier aliqua matricem que iaȝ exiuit conuenienter mundificet ⁊ consequenter īvngat ipsam vnguento statim describendo. Deiꝺ inungat ipsaȝ in palma manus sue leuiter propellendo ipsam interius versus posteriora scȝ spōdiles quoniā ille est locus naturalis situs eius. Cum ergo impulsa fuerit interius habeatur pila magª de coto vel lana molli facta ⁊ comprimatur vt fiat eius figura fere sicut cepe. ⁊ cum fuerit orifitiū matricis ⁊ partes circunstantes diligenter iuncte vnguento predicto. pila illa tali etiam vnguento conuenienter superillinita ponatur super orifitium matricis ⁊ ibidem sustentata ligetur insita p vtrumqȝ spatulā superius conuenienter cōducta que etiam supercingat vel superliget corpus trāsuersaliter velud cinguluȝ ⁊ dimittatur hec ligatura taliter duobus vel tribus diebus muliere superiacente vt predictū est. Et si necessitas vrie vocaret eam melius est vt emittat ipsam sine dissolutione ligature ꝙ ea dissoluta. Si autem fieri non posset tunc dissoluatur ⁊ iterato ligetur ⁊ talis modus teneatur vsqȝ ad completam eius sustētationem interius. Conseruatur autem matrix iam interius reducta in loco suo naturali per ligaturam predictam. Adhuc etiam per apōȝ ventosaruȝ super parte natū absqȝ scarificatione. Tertio iterum cum rebus aromaticis per superius applicatꝭ sicut cū musco ⁊ ambra si nō abhoreret

eam. Adhuc odorando lignũ aloes galliam muſ. folium macem amomũ cardamomum maius. Et hoc compoſitum quod eſt eleganti operationis ℞ ſtoracis calamite. ℥. ſ. ligni al'. rox. cinamomi ellecti galie muſ. florum roſmarini ana. ʒ. ſ. ambre camphore ana. ℈. v. ſpicenardi. ℈. iiii. pulverizentur omnia et ligentur in ſindone et ſepe odoret. Et in ſumma omnia aromatica et proprie. c. r. ſ. ſũt ei convenientia eo quia matricem inclinãt ad ſuperius ſicut e contrario omnia fetida odorata ipſam inferius declinare faciunt. Adhuc etiam matrix conſeruatur iam reducta ſuperponendo emplaſtrum iſtud orificio matricis bene calidũ et proprie poſt ſecundam permutationẽ. Cuius hec eſt deſcriptio ℞ ſumach granorum mirti coriandrorum preparatorũ lentiũ excorticatorum ana. ℥. ii. cupularum glandiũ gallarum cupreſſi gallarum quercus et proprie perforatarũ ana. ℥. iiii. acatie ciperi ſandarace ipoquiſtidos licii glutis piſciũ ana. ℥. i. farine volatil' molendini lib. i. ſ: coquantur omnia in aceto nigro non valde acuto aut in vino granatorum uſq3 ad cõuenientem ſpiſſitudinẽ et poſt raſis pilis apponatur pudibundo ut predictũ eſt. Item conſeruatur matrix iam reducta per adminiſtrationem pulueris facti ex rebus predicti emplaſtri que ſuper pulverizetur inguinibus et pudibundis circumferentialiter et dorſo prius madefacto cũ aceto predicto. Item ex rebus huius emplaſtri poſſũt fieri embrocationes et epithimata predictis locis. Scio etiam ego certa experientia et auctorum teſtimonio quod ſi coquantur lib. ii. aluminis in lib. 50. aque et ſedeat mulier in eam tepidam pluribus diebus bis vel ter in die omnino ſanat taliter patientes. Prohibetur autẽ de nouo matricem exire poſtquam curata fuerit per ingenia multa. Primo quidẽ per abſciſionẽ cauſarum ipſam exire facientium velud eſt clamor vociferatio fortis ſternutatio tuſſis fortis motus progreſſiuus fortis. ſaltus timõ magnus et ſimilia. ſi'r effugiendo vehementem coitũ et frequentem uſq3 ad confirmatam ſanitatẽ. Itẽ de his que prohibẽt matricem de nouo exire eſt uſus medicinarũ abſcindẽtiũ humiditatẽ a toto cõpore per viam exiccationis proprie velud eſt frequens uſus metridati et tiriace andromaci et tiriace hermetis que omnes debent eſſe bene fermentate ex quibus bis in ſeptimana in aurora accipiat a. ʒ. i. uſq3 ad. ii. et proprie cum aqua decoctiõis matricarie calefacta. Et optima medicina ad illũ eſt compoſitum hoc. ℞ gũmi arabici dragaganti torrefactorum ana. ℥. ſ. maſticis corallorũ al. et ru. oſſiũ dactilorum ipoquiſtidos ana. ʒ. i. ſ. ſandarace ʒ. ſ. balauſti corticũ granatorum ſcorie ferri preparate ſecundũ artẽ ana. ʒ. ii. rox. ſpodii acatie ana ʒ. iii. gallarum cupreſſi. ʒ. iiii. mell' cocti et deſpumati. ℥. iiii. zucca. rox. antiqui. q. s. fiat ellectuarium. cuius uſus ſit accipiendo ex eo omni die in mediis tertiis et in veſperis ante cenã coclear unũ abſq3 potu aliquo. Etiã prohibet matricis deſcenſũ hoc cerotũ quod portare debet ſuper ſpina ab extremitate ſiteris per longitudinẽ magne ſpanſe. Cuius deſcriptio. ℞ colofonie glutinis piſciũ vel' carte ana. ℥. ii. reſine electe. ℥. iiii. aromatici. ℥. i. mumie ſanguinis draconis boli armeni thuris maſticis ſandarace ana. ʒ. ii. acatie gallarum cupreſſi corticum granatorum medulle ſeminis mirti ana. ℥. ſ. diſſoluantur omnia cum aceto fortiſſimo et cum ſufficienti quantitate cere fiat cerotum magne glutinoſitatẽ et adminiſtretur ut predictum eſt. Ego iterum certa experientia ſcio quod ſi fiant pillule ex duabus partibus limature eboris et 3ª parte electi ſpodii de canna cum ſucco plantaginis et accipiantur ex eis longo tempore. iii. in aurora vel' ante cenam per duas horas omnino curant hanc diſpoſitionẽ. Eſt enĩ remediũ efficax ad faciendũ mulierem ſterilem ex augmento hũiditatẽ fieri fecundã. Deſcriptio autẽ unguẽti ſuperius nominati ẽ hec ℞ mumie boli ar. ſan. dra. maſticis ſpodii cortic. thuris ana. ℥. ſ. glutinis carte cinis oſſiũ dactilorũ combuſtorum corallorum al. et ru. ana. ʒ. iiii. ſtoracis calamitte bdelii torrefacti ana. ʒ. i. ſ. olei de mirto olei rox. antiqui olei maſticini ana. ℥. i. ſ cere. q. s. fiat unguentum molle et liniat' ex eo matrix que iam exiuerit. deinde ſuperpulverizetur ex puluere de quo ſupra dictũ eſt. Et hec ſufficiãt.

Prohibitio aborſus.

℞ margaritarum perforatarum ʒ. iii. piretri thuris maſticis coſti rox. ana. ʒ. i. macis. ʒ. ii. zuccari ℈. ſ. cõ coc. ℥. v. cum aqua mente fiat confectio in rotulis magnis de qua confectione hec mulier omni mãe per. iii. horas ante prandiũ accipiat. ℥. ſ. et poſt ipſam bibat ciatũ ſ. vini nigri vel rubei dulcis et groſſi et de ipſa per horam ante cenã accipere põt ʒ. i. ſ. bibendo poſt ipſam parum vini ſupraſcripti. ℞ thuris gumoſi. ʒ. i. karabe ſcorie ferri acatie ana. ℈. ſ. pulverizentur omnia per ſe deinde põderata conuertantur in pillulas cum miua citoniorum de quibus hec mulier accipiat omni mane per xx. dies ante et poſt tempus quo abortire ſolebat. ℞ pulueris glandiũ bene ſiccarũ. ℥. ſ. pulueris cõticum intermediorum caſtanearum. ʒ. vi. ipoquiſtidos thuris maſticis acatie armoniaci ſicciorum ana. ʒ. i karabe ematitis corallorum ru. ana. ʒ. iii. arillorum uuarum et proprie ſilueſtriũ. ʒ. v. ſcorie ferri diu frixe cum aceto nigro. ℥. ſ. farine frumenti volatilis molendini farine fabarum ana. ℥. i. ſ. ſucci plantaginis. ℥. viii. terantur farine cum ſucco diu in mortario. Deinde ſuperaddantur pulueres longa et forti contritione et fiat linimentũ de quo mulier omni ſero cum vadit ad lectum et manẽ cũ ſurgit inungat totam ſpinã a cingulo inferius uſq3 ad finẽ eius ſatis copioſe de ipſo ſuperponendo. Hec tria preſcripta remedia ſunt mirabilia iuuamẽti ad conſeruandũ et felicitandũ fetum in utero et prohibendo ipſum ab aborſu per me valde frequent' experta. Abſtineat tamen hec mulier omnio a coitu menſe illo quo abortire ſolebat et a deſcenſu ſcalarum vel montis. et caueat ſibi ab infrigidatiõe capitis et pectõis propter que perducatur ad ſternutationẽ et tuſſim. Et euitet in cibis ſuis uſum brodiorum leguminũ oĩu preterquam lentis panici et rizi que tria ſunt omnino ſibi valde utilia. Item effugiat uſum croci cinamomi piperis et aromatũ omniũ uſum et ſimiliũ ut ſunt petro. ſen. apium ruta paſtinaca ſilueſtris et domeſtica a quibus et ſibi ſimilibus tamquam ab igne ſibi precauere debet. Taceo hic de caſu ſaltu percuſſione et accidentibus iracundie et furie que omnia effugere debet ut apud omnes manifeſtũ eſt. Licet diſpoſitio huius domine aduocaret ſibi tẽpus ample conſiratõis ut diligenter reduceretur hec diſpoſitio ad unam

causam egritudinalē omniū alioꝝ accidentium ꝛ egritudinū efectiuā ꝛ conseruatiuā. Tamen secundum ꝙ melius potui tria videntur mihi conuenire remedia que nunc scribam. Non enim mihi vacat tempus extendendi calamū. Primū namqꝫ remediū est hoc vt hec mulier inungi faciat ptes spine omnes ꝛ ilia vsqꝫ ad anchas cum hac medicina. ℞ olei de cinamomo olei d̄ pice ana. ℥. i. pulcimini ꝛ ameos ana. ℈. ß. nitri. ʒ. v. conquassentur simul in mortario ꝛ cum eo calido fiat vt dictum est. Secundū remediū est hoc. ℞ spetieꝝ el'rii diamargaritonis descriptione Nicolai. ʒ. i. ß. spetieꝝ el'rii de ligno aloes descriptione quā sibi approptiat A. quinto canō. ʒ. ii. zuccarii secunde de coc. lib. ß. cum aqua betonice fiat confectio in rotulis de qua accipiat. ʒ. iii. per horam vnā ꝛ mediaꝫ ante prandiū ꝛ ante cenā ꝛ post ipsam bibat. vi. ptem ciati vini albi aromatici et bene fumosi.

Tertiuꝫ remediū est hoc de quo omni mane deglutiat. ℥. ß. aut saltem bibat ipsam dissolutū cuꝫ ℥. i. aque ros'marini. Cuius descriptio. ℞ spetierū ellectuarii cordialis descripti a Rasi 9° almans. ca° de egritudinibus cōdis. ʒ. i. spetieꝝ ellectuarii sotire magne descripte ab Auicē 5° canon. sūma prima. ʒ. vi. sy. confuatiōis. ℥℥ ℥. iii. zuccari albi. ℥ ii. coquatur zuccaruum cū sy. et fiat el'riū ad laudem dei omnipotentis amen.

Consilium de apostemate matricis.

Ex his que mihi per litteras nuper scripta fuerunt de dispositione huius honestissime domine manifeste apparet ꝙ ipsa patitur apostema in matrice sua aut plenitudinē multā ipsius matricis a materia sanguinea cōmixta flatibus corruptis. Et hanc quidē corruptionē intelligendum est prouenire a calore extraneo materias in matrice putrefaciente. siue ipse contineantur ī ea apostemantes ipsam. siue ipse materie inueniant in ea oppillationē facientes absqꝫ apostemate. In quibus duobus punctis stat necessitas speculatiōis ad inueniendum radicaliter egritudinē que ē cā tantoꝝ ꝛ tot accidentiū que ī ipsa perseuerauerūt a multo tempore citra vt iam mihi nunciatuꝫ est Si quis tamen desideraret secernere inter apostema matricis quod est causa illoꝝ accidētiū aut oppillationē in substantia eius absqꝫ apostemate ex quibusdam signis facile poterit prouenire in notitiam. Et primo quidem ex vehementia doloꝝ. materie enim apostemantes cuꝫ aliorum pitate maiorē effitiunt dolorē ꝙ precise oppillātes eo ꝙ fortior est solo continuitatis ꝛ manifestior in apostemate ꝙ in oppillationibus. Secundū signū est dolor proueniens ab apostemate vt plurimū complicatꝰ cum vehementi pulsatione. eo ꝙ materia apostemans arterias maiores ꝛ minores per modum conculcationis mutat ad maiorē pulsationē. Materia autē oppillans secundū magnā sui partem continetur in venis non pulsatilibus ergo pulsatio est apostematꝭ inseparabilius signū ꝙ oppilationis. Et tertiū signum est sūptū ex pte caliditatis percepte in loco apostemoso. Cū enī materia in apostemate per modū suffocationis retineatur magis ꝙ in oppillatione. ꝛ ad prohibitā trāspirationem sequatur innati caloris extinctio ergo in tali loco maior percipietur sensu tactus caliditatis intensio. Quartū signū sumptū est a longitudine temporis egritudinis eius. est enī difficile imaginari materiam longo tempore in aliquo membro morā contrahere nisi locū illum secundū partem aliquam apostemet ergo longitudo temporis egritudinis eius est signū fixionis ꝛ ibibitionis materieꝝ in membro sꝫ ad hec omnia facile sequitur apostematis euentus igitur ꝛ cetꝰ.

Quintū signū est exitus materieꝝ corruptōis vestigia habentium. Materie enī flatice mucose albe que simul cum sanguine descendunt non videntur prouenire posse nisi ab apertione apostēatis aut saltem ex apertione venaꝝ vel arteriaruꝫ in quibus hec materia a calorē extraneo corrupta fuit. Sextuꝫ signū ꝛ satis demōstratiuū est ꝗa materie iste non existunt sine magno dolore. Cuꝫ igitur dolor iste non possit prouenire nisi aut a mala complexione mēbri subito permutata aut a solutione continuitatis. si a mala complexione videtur rationabilius dolorem istum prouenire a caliditate intensa ꝙ a frigiditate eo quia caliditas est fortioris actiuitatis ad subito alterandū ꝙ frigiditas. Amplius si dolor tante intensionis proueniat a soluta continuitate partium matricis ꝛ ad effitiendū illā proptior et fortior sit caliditas ꝙ frigiditas in aliis paribus sequitꝰ necessario ꝙ hic dolor tante intensionis a solutione continuitatis a calore intenso facta proueniat. Per hec igitur subtiliter considerando deduci peterit ꝙ hi dolores cuꝫ descensu taliū materierū a matrice in ea proueniant a subita alteratione cōplexionis matricis ꝛ solutione continuitatis partiū eius magis ꝙ a simpici oppilatione vel oppilatōnibus. Et si velis hec omnia a posteriori confirmare magis. considera ꝙ fetor proueniens a materiebus predictis a matrice expulsis erit signuꝫ demonstratiuū putrefactionis in ipsa existentis. quoniā fetor semper consequitur putrefactionem materieꝝ corporis humani primo pronosticorū comento vltiº. Amplius hoc confirmatur fortius quoniā si cum sanguine iam predicto prouenīēte a matrice simul euacuantur pus sanies ꝛ virulentia necesse est concludere causam putrefactionis ī ea. sanies enī in humano corpore fit ex humoris eius intensione sicut cinis ex lignoꝝ combustiōe vt comentator 4° affourismoꝝ comento 64°. Ex quibus omnibus clarissime apparet ꝙ dispositio huius domine valde verenda est. eo quia minatur ei vlcera corrosiua aut cancrenosa substantiā matricis profūditus apta corrūpere. eo ꝗa hoc facile arguitur ex parte egritudinū que sunt. et iterum ex parte materieꝝ que corrupte sunt quia saniose vel virulente. Et adhuc tertio ex parte situs membri eo quia matrix est satis in partibus infimis reposita. Et 2° adhuc quia ipsa est mēbꝝ in quo ꝛ adhuc in sanitate facile aduenit putrefactio aliqualꝭ quod fetor ostendit. Est enī in humano corpore matrix posita velut sentina in naui ī terioꝝ 64° capitulo. sed in sentina nauis plurime putredines ꝛ ad ipsa facile decurrunt superfluitates igitur ꝛ cetꝰ. Quare necesse est huic mulieri cito subueniens regimen administrari

Capitulum secundum de cura per dietam.

Itaqꝫ regimen eius ex parte reꝝ non naturaliuꝫ

conuenienter mensurandũ est ita vt omniũ illaꝝ rerum operatio in corpus sit notabiliter exiccan do exicatione proueniente vsqȝ ad vltimũ secũdi gradus. Et si virtutis constantia tolleraret auda tius exiccantia conuenirent ei vt ea que inueniũ tur in prima mansione gradus tertii. In qualita tibus vero actiuis non debent res non naturales esse multum elleuate vt in gradu caliditatis ne putredo augmentetur. Et forte ꝙ securius est ꝑ gere ipsam regimine sex reꝝ non naturaliũ fri gidantiũ in primo gradu. ⁊ hoc veritatẽ contigit magis vbi hec dispositio cum febre complicaret̃ siue febris esset illius dispositionis accidens siue non. Et apparet ꝙ horum omniũ applicatio pen det ex prudentia medici in theoria ⁊ opere non mediocriter eruditi. Aer igitur cibus ⁊ potus ci bales essent ei conuenientes ⁊ si ad aliquam qua litatem inclinari debent. administretur locus in quo sit aer remisse caliditatis ⁊ notabiliter siccus Cibi autem medicinales aut medicine cibales o perentur in ea leuiter calefaciendo ⁊ notabiliter exiccando velut calida in primo ⁊ sicca in secũdo Similiter etiam effectus qui consequitur per ex ercitium debet esse talis. licet quiescere omnio sit ei melius ꝙ̃ motu corporis exercitari. Ita ꝺ aliis rebus non naturalibus dicendũ est. Frigida igit̃ ⁊ hu. cibaria omnino velut pisces canceri lac ⁊ lac ticinia omnia bleta spinachia lactuca endiuia et portulaca ⁊ rapaꝝ vlus ⁊ brodialia multa ⁊ pin guia eidem sunt nocitiua ⁊ alioꝝ omniũ exᵃ colli ge per complexionẽ eaꝝ. Potus autem eidẽ cõue niens debet esse vinum remisse potentie ponticũ ⁊ bruscum materieꝝ exiccatiuũ quod sua nimia caliditate non habeat ponere materias in fluxu eliquando eas. sed potius exiccando ⁊ consumen do eas. quale esset vinum colore subrubeum velut aurũ permixtũ cum decoctione granoꝝ mirti et melius illo est mastix aut cum deco tione radicũ consolide ma. vel mi. Et si posset tollerare fractio nem vini factam cum decoctione radicum veuen 2° canon. proprio capitulo. Et est veuen matrica ria vt a sapientibus colligi potest.

Capitulum tertiũ de cura per medicinalia.

Pro regimine autem huius dispositionis ex par te medicinaliũ instrumentoꝝ occurrũt mihi. viii. que videntur mihi fore necessaria in cura huius dispositionis. Quoꝝ quattuor respiciunt regimẽ totius corporis. alia vero quattuor appropriant̃ membro patienti. Primũ igitur hoꝝ est vt cõ stante virtute ãte omnẽ aliã operationẽ huic mu lieri statim fiat fl'oia saphene. dextre partis ⁊ est vena posita super cauicula dextri pedis in longũ protensa ꝫ facile superius tibie ⁊ prius in aquaȝ calidam infusa vena illa hora vesperaꝝ aperiat̃ ⁊ educantur sanguinis. ℥. iii. aut quattuor ad plus constante virtute ⁊ non materie inde extrahãtur quantitas ne debilitetur virtus. eo quia fl'oia vẽa rum inferiorum magis debilitat ꝙ̃ superioꝝ 4ᵃ primi 21° capit'lo. Facta autẽ fl'oia tali occurrit secundum instrumentum quod est lenitiuum or dine rationali materieꝝ euacuando minoratiꝫ et illud quidem fiat secundũ hunc modum. ℞ be nedicte simplicis descriptione Nicolai in antido tario. ℥. ß. agarici electi. ʒ. i. ȝȝ. ğ. quattuor aque sublimationis vel decoctionis veuen. ℥. ii. ß. hoc to tum calidum exhibeatur in potu in aurora ⁊ obs̃

tientur canones post solutionẽ medicinaꝝ celebrã di quoꝝ memoriã vide 4ᵃ primi capitulo de eo quod agere debet ille qui sumpsit farmacũ. quod propter prolixitatẽ dimisi. Post hoc autẽ lenitiꝫ occurrit instrumentum tertium quod est materie rũ adequatio quod fieri debet cum medicinis to tum respicientibus ⁊ principaliter matricem. et debent aduersari qualitatibus primis ⁊ secundis materieꝝ putredini. quare debent esse frigide et eoꝝ grossitudini. ideo debent esse subtiliatiue. ⁊ se parationi viscositatis materieꝝ. propter quod de bent esse incisiue qualis est potus iste. ℞ oximell' squillitici. ℥. ß. sy. de bisantiis ⁊ simplicis aceti anã ʒ. vi. aque leuistici aque eupatorii ana. ℥. i. aque ci coree. ℥. ii. misce ⁊ totum exhibeatur in potu i au rora. ⁊ dormiatur super ipso ⁊ tardetur assumptio cibi saltem vsqȝ ad horas quattuor. ⁊ cõtinuetur diebus aliquibus vsqȝ quo aspitiens vrinã perci piet ipsam in substantia mediocrem esse ⁊ colore citrinã aut subrussã habentẽ in fundo sedimẽ gn qȝ priuilegiis dotatã. s. ꝙ sit albũ 2° ꝙ in fundo sedeat. 3° ꝙ sit coniunctum. 4° ꝙ habeat partium equalitatem inuicem cõptarũ. 5° ꝙ sit diafanum ⁊ adde 6° si velis ꝙ figura eius sit piramdalis. Et concludere potes ex istis equalitatẽ digestiõis vt pꝫ 2ᵃ primi sũma vltiᵃ capitulis tribus de co loribus substantia ⁊ contentis vrine lege per te ibi. Apparente igitur digestionis sufficientia ex predictis demõstrata. statim soluatur hec mulier solutiuo materias predictas educente velut esset hoc ℞ pill'aꝝ de benedicta. ʒ. iiii. aut. ʒ. i. ß. ꝼfor mentur cum succo arthemisie ⁊ dentur in potu. Et si velis solutiuũ maioris audatie. ℞ pill'arum de opponaco pill'aꝝ de yera cõposita vel maio ri ana. ʒ. ß. reformentur pill'e vt predictum est. Et si adhuc velis esse audatior ad soluendũ tunc. ℞ pill'aꝝ fetidaꝝ descriptione maiori collecta a Mesue in antidotario distinctione 4ᵃ aut ab A. 5° canõ. sũma prima tractatu de pill'is. ⁊ de quali bet istarũ descriptionũ exhibere potes ʒ. ʒ. i. cum debilitate virtutis vsqȝ ad. ʒ. i. ß. cum constantia eius. Et attendatur semper post hoꝝ farmacorũ exhibitionẽ regule obseruande que supra post mi noratiuũ tacte fuerunt. Post hec autẽ instrumẽta ex quibus iam totum corpus mundificatum fuit administrentur instrumenta membrum patiens principaliter aspicientia. Et primũ quidēꝫ dꝫ esse sedatiuũ doloꝝ ante ꝙ̃ instrumenta materias diuertentia vel alit̃ educentia aproximentur iux̃ sententiã Auicẽ 4ᵃ primi primo cap'lo ibi. Cũqȝ ad diuersum trahere volueris membri in quo do lor existit prius dolorẽ seda. Licet igitur gratia huius intentionis multa scribantur a sapienti- bus instrumenta. melius tamen ⁊ conuenientius inter ea esset clistere factum ex decoctione radicũ arthemisie cum mundificantibus ⁊ abstergenti- bus. velut hoc compositum. ℞ aque decoctionis artemisie lib. ß. yere simplicis Galieni descripte septio terapentice. ʒ. vi. misce totũ ⁊ impone. Si autem velis clistere equalius illo. ℞ sape. ℥. iiii. a que cineris mediocris decoctionis. ℥. iii. misce. et si iteꝝ velis remediũ leuius istis. ℞ ydromellis lib. ß. succi apii. ℥. i. mirre subtilissime trite. ʒ. ß. Ipone totum ⁊ est remedium quo omnes matrices meo tempore mundificaui ⁊ nulla euasit insana ta nisi fuerit ipsius vlcera cãcrosa l' bestiomẽata

Et quia difficile est nostris tēporibus quibus me
dicine flores operandi vt multū euanuerunt. tale
instrumentum cum quo tales liquores iniciuntur
reperire. ideo describo ipsam vt iunioribus facili
us inotescat. Est igitur canula artificialiter compo
nēda longitudinis maioris q̄ sit spāsa cuius gros
situdo paruꝫ sit maior q̄ polex. ⁊ habeat in extre
mitate figurā latā ⁊ planam satis amigdale cum
suo cortice similimā. que i sua extremitate ab vno
latere ad aliud sit intercisa velut vides figuram
oris piscis tince perforatā. Et quia vt in pluribus
mulieres in nostra etate talium instrumentorꝫ ap
plicationem effugiunt. ⁊ adhuc semper propter in
suetudineꝫ medicorꝫ peritia defficit ab hac opera
tione conuenienter fienda. ⁊ iterꝫ mulieres non re
periūtur i hoc opere sagaces ⁊ consuete. ideo pau
cos inuenies medicos qui in etate nostra talia ad
ministrauerint istrumenta. Ideo alia mundificā
di ingenia nunc scribenda sunt. quorꝫ aliqua sūt
vnguenta vel linimenta velut esset linitio facta fe
mori ⁊ posteriori parti spondiliū nominate al-
chatin. in quibus notabile mundificandi matricē
iuuamentū reperitur. imo frequens applicatio pā
norꝫ qui infunduntur in succo apii artemisie aut
matricarie notabiliter operatur. Secundū vō
instrumentum ⁊ melius illo est liciniū satis lōgū
vulue impositū quod pessarium antiqui nomināt
vel pessum. Et proprie quando linitur cum yera
simplici ⁊ quatter vel quinquies permutatur i die.
Et fortius illo est vnguentū hoc. ℞ olei de flori-
bus matricarie olei de croco ana. ℥. s. olei de kei
ri citrina ⁊ proprie quando dolor est fortis. ℥. iii.
mirre sarcocolle oppoponacis ana. ʒ. i. terbentine ele
cte. ʒ. vi. musci. ℈. i. cere albe quantū sufficit fiat vn
guentū molle. quod postea bulliat i. ℥. iiii. succi ap
pii vsqꝫ ad consumptioneꝫ illius succi. intingatur
ergo in ipsum pessariū ⁊ imponatur matrici et se
pe permutetur vt dictum est. Est enī experimentū
nobile vt experientia sepe cognoui et rationibus
posset valde facile demonstrari. Et si posses tale
vnguentū clisterizando matrici imponere melius
operaret̄. Tertiuꝫ vero instrumentū a sapienti
bus positū est encatisma vel semicupium nomina
tum. ⁊ sunt sublimationes vel decoctiones medici
narum in quibus sedendo mulieri pudibunda stēt
infusa vsqꝫ ad vmbilicū velut esset decoctio talis
magnifice experta. ℞ radicum peucedani radicū
fu meu ⁊ apii ana. ℳ. iiii. mirre oppoponacis ele
ctorum ana. ʒ. ii. radicum millefolii. ℥. iiii. bulliāt
omnia in lib. v. aque vsqꝫ ad consumptionē medie
tatis. deinde colentur forti expressione ⁊ colature
addantur mellis. ℥. iiii. ⁊ totum illud lento igne
coquatur vsqꝫ ad consumptionem tertie partis no
tabiliter dispūando ipsum. In hunc ergo liquoreꝫ
sedeat mulier calidū multiplicando eius descrip
tionem tuo modo. ⁊ est remedium conuenientis
operationis. si bene consideras virtutem simplici
um ex quibus componitur. Scio etiaꝫ ego experi
entia certa q̄ sessio sepe facta in decoctione radi
cum ⁊ foliorꝫ cucumeris asinini melioris operatio
nis est q̄ aliquod predictorꝫ. Quartū instrumētū
⁊ proprie conferens post mūdificationē matricis
⁊ abstersionē eius a superfluitatibus iam predi-
ctis ⁊ conferens ad incarnationem ⁊ consolidatio
nem partium eius est istud. ℞ centauree minoris
lib. s. radicum yreos vtriusqꝫ consolide ⁊ foliorꝫ
agrimonie ana. ℳ. iii. sarcocolle gūmi arabici dra
gaganti mumie thuris ipoquistidos ana. ʒ. i. coquā
tur in lib. 30. aque vsqꝫ ad consumptionē medieta
tis ⁊ post medietatem decoctionis addantur scorie
ferri preparate. ʒ. x. ⁊ completa decoctione iaꝫ di
cta sedeat in ea mulier vt tactum est ⁊ est efficax
valde. Et si ex hoc composito fierent pessaria vel
emplastra optime conuenirent ⁊ non dubito. Et
si velis rem facilioris experientie saltem vbi iue
nitur. Accipias aquam balnei aluminosi ⁊ appli-
ces eam cum sua potentiali ⁊ actuali caliditate. et
est remedium expertū ⁊ omniū auctorꝫ sententia
approbatum. Hec sunt que videntur in hac mat̄ia
sufficere ad laudem dei amen.

Consilium de motu contractiuo in inferioribus p
tibus. et de prefocatione matricis. ⁊ de impoten
tia motus inferiorꝫ partium ⁊ de nocumento sto
machi.

Iuersitas accidentiū que mihi
cōscripsisti eximie doctor argu
it diuersitatē membrorꝫ patiē
tium ⁊ non solum matricis hu
ius honestissime domine. Neces
se enī est concedere nocumētuꝫ
magnum fixum in neruis omnibus orientibus a
sex spondilibus renum ⁊ a tribus spondilibus al
chatin ⁊ ab aliis inferioribus. Sensibilis enī lesio
arguit egritudinem in eis. Cū ergo mēbra motus
⁊ sustentatiua corporis a media spina inferius
omnia lesa sint. ita q̄ corpus nec manere nec cōue
nienter sustentare se possit. necesse est concludere
nocumentū esse fixum in eis. Neqꝫ etiā est possibi
le credere huiusmodi nocumentum in predictis mē
bris esse per colligantiam eorꝫ ad matricem. Mi
Et tertium apparens est quod cartillago supposita ori stomachi apud italos nominatum granatum et parua et extenuata multum sensu tactus percipitur et visus. Quartum apparens est quod quinque mendose coste tam in sinistra quam in dextra parte exiles et fere torrefacte sunt. quod apparet ex eodem fundamento verificari. Et quintum sensui notum est fortis et saltuosus motus cordis. intantum quod sensu visus huius adolescentuli coste percipiuntur eleuari. Cum enim per talem torturam trachea arteria necessario sit aliquantum circumflexa propter quod aer ab extra ad intus quantus et quando oporteret non sufficienter ingreditur etiam si virtus ad attrahendum esset fortis. virtute itaque existente debili et via tractus aeris existente tortuosa vel flexa parumper non attrahitur aeris quantitas sufficienter et quamcito oporteret ad satisfaciendum necessitati. sed necessitate crescente vltra temperamentum et corde necessitato ad faciendum conatum magnum necessario accidit talis pulsus cordis qui est vehemens et velox motus partium eius de centro ad circumferentiam. Nec constat quod virtus pulsatilis sit debilis. propterea quia virtutes necessitate vehementius agunt vt Gal. primo comento pulsuum comento 4o. Et superadde huic motiuo quod cum propter necessitatem auctam multitudo fumorum et vaporum et aeris facti vilis congregatio fiat in corde adhuc maior virturis conatus est necessarius ad constringendum cor. Ita quod non minoris magnitudinis velocitatis et frequentie esset hic motus saltuosus cordis penes sistolem quam diastolem. si eque bene comprehensibilis esset sistole sicut diastole. et horum sermonum quamplurimi capiunt fundamentum ex sententiis G. iteriorum 4o ca° 3° et xi° contiendi ca° 2°. Et 22° etii ca° de gibbositate et pluries alibi. Et tu lege volumina si vis bene itelligere. Secundum capitulum declarationum premissorum. vt autem predictorum sententie clarius elucescant. pro notitia causarum diuersitatum et signorum prefate dispositionis premittatur primo descriptio huius dispositionis que est quod gibbositas est tumor vel eminentia spondilium spine ad aliquam differentiam positionis facta propter incuruationem spondilium prouenientem aut a forti impulsione a ventositate aut a materia mollificante ligamenta et neruos a nucha orientes. aut propter motum spasmosum in predictis partibus factum vel fientem per quam remouetur formositas et pulchritudo stature hominis cum corruptione figure vel forme partium predictarum. Dicitur gº primo quod gibbositas est tumor. propter enim incuruationem aliquarum spondilium necessarium est presens consyderatio. Nam dato quod aliarum partium corporis ossa vt focilia brachiorum et crurium incuruari possint et proprie in etate pueritie. vt sensus manifestat apud plurimos in quibus tortum est focile tibie vel alterius partis. Illa tamen curuatura non est de qua ad presens intenditur. cum non sit necessarium in illius ossa remoueri a propria iunctura eorum. Dicitur 3° ad aliquam differentiam positionis. nam cum propter aliquam de causis statim dicendis spondiles incuruantur. tunc si contrahuntur ad extra ad intus est species gibbositatis ad anteriora que nominatur struma. Si vero contractio fiat ab intus ad extra. tunc fit eminens in posteriori parte. et incuruatio versus anterius Si autem contractio spondilium fiat a dextro in sinistrum. tunc accidit gibbositas in situ et arcuatio partis dextre versus ipsam. Et ita si bene consyderetur huius iuuenculi dispositio proprie est in parte dextra eius et in anteriori eminentia manifesta et concauitate in posteriori et sinistra partium vt supra etiam tactum fuit. Dicitur autem quito prouenire hec propter impulsionem et hoc quidem exterius accidere potuit vel potest et proprie in etate infantie cum imprudentia et intemperato motu pertractandi infantes ligando comprimendo vel distrahendo spondiles ipsorum costas et toraces. aut frequenter contingit a cunabulis et brachiis educantis eos cadere. necnon super spondilibus adueniente casu contusione compressione vel impressione. propter que ossa que teneritate sua velut cera sunt flexibilia talia nocumenta acquirere possent Similiter etiam in infantibus propter corruptionem lactis eorum multiplicantur ventositates que in neruis et ligamentis spondilium colli et dorsi multiplicate extendunt et dilatant predicta membra et consunctiones cartilaginosas spondilium ad inuicem Et hec quidem dispositio cognoscitur per paulatinum et tardum euentum eius et multiplicationem gurgulationum et rugituum in stomacho et in intestinis omnibus et ypocundriis. sicut imediate dicta dispositio cognoscitur per velocem et subitum euentum eius. Ponebatur 6° spondilium eminentiam fieri posse propter mollificationem. Si enim mucillaginosa materia imergatur in ligamentis et inter partes spondilium cartilaginosas diu permanens ibi est causa vt non fiat bona partium compositionis substentatio et secundum quod contigit intus vel extra vel in dextra vel in sinistra parte magis multiplicari materiam mollificantem. Ita et incuruatio et gibbositas representatur in illa. Et hec iterum etiam velocis et festini euentus est. propter

quod distinguitur ab ea que fit a causa primitiua Et differt ab illa que fit a ventositate per absentiam rugituum predictorum et mollitiem tactu perceptam et sic de aliis. Potest iterum et 4° gibbositas in spondilibus euenire propter apostema magnum genitum in lumbis interioribus. aut in ipso medio costarum aut in musculis exterioribus appositis lateraliter ad spondiles vel in venis ipsarum Adhuc etiam et 5° contingere potest incuruatio spondilium: propter spasmum euenientem in aliquo vel in aliquibus xii. parium neruorum orientium a spondilibus dorsi. vel septem parium orientium a spondilibus colli. Cum enim materiam grossam contingit infundi in eis. si fuerit in his qui oriunt a dextra parte contractio fiet versus illam. et eminentia versus sinistram et e9°. et sic de differentiis positionis. que est anterioris ad posterius et e9°.

Sexto iterum contingere potest hec impulsio spondilium propter vehementem impulsionem a virtute factam in laboribus crisis. materias enim illas frequenter expellit multas et vehementi motu. propter quod spasmus et mollities in predictis partibus accidere potest. Et hec quidem cognoscitur quia precesserunt ipsam febres molestissime a multa materia prouenientes. Et etiam a numeratione signorum euenientium in febribus reuolutis per quartanarios dierum vt quarti ad septimum septimi ad vndecimum. vndecimum ad decimumquartum et sic de aliis. Et tales quidem dispositiones plurimum sunt male terminationis. Ultimum vero quod ponitur in descriptione iam notum est. propterea quia sicut per debitum situm partium spondilium ad inuicem et recte statur et formose redditur homo. ita per earum remotionem ab inuicem defedatur. Et quorum omnium fundamento intelligenti apparet quod tortura spondilium omnis reduci potest ad ternarium numerum. Et prima quidem ad ipulsionem. Secunda ad mollificationem. Et tertia ad spasmum. Et prima quidem potest variari quatrupliciter. primo propter impulsionem a causis primitiuis euenientem. Secundo propter impulsionem a ventositatibus predictis factam. Et tertio propter apostema magnum. Et quarto propter vehementem impulsionem in crisi ante factam

Secunda vero ordinis species torture spondilium fieri posset a multa materia mollificante et lubricante ligamenta neruos et nucam vt iam dictum est. Secundo etiam fieri posset hec mollificatio a primitiua causa cum applicatione et frequentatione rerum mollificantium. vt linimentorum embrocationum et balneorum et consimilibus. Tertio vero ordini species torture spondilium assignant due Et prima quidem est propter spasmum de repletione

Secunda vero propter spasmum de inanitione Et hec quidem distinguitur a prima. propterea quia non fit nisi in tempore prolixo. et cum signis significantibus euacuationes fortes exiccantes corpora aut propter insensibiles euacuationes vt per multam resolutionem in febribus sudore et consilibus factam. Ex quo si bene consyderas ad istas nouem species torture spondilium omnes euenire et imaginari possibiles reduci possent. preter decimam prouenientem a venenis de qua non curo ad presens Et ex hoc fundamento iterum correlarie concludit secundo principaliter noticia causarum. Tertio iterum apta est declaratio signorum inseparabilium istarum dispositionum. Et quibus tandem vltimate concluditur. quod huius viri dispositio triplex est procuratione digna. Et prima quidem est gibbositas a prima spondilium dorsi vsque ad sextam ad anteriora facta. Secunda est gibbositas et eminentia magna in dextra parte ad exterius. Et 3a est attractio duarum costarum inferiorum de completis. et attractio etiam costarum que mendose dicuntur versus interius et superius. propter quarum contractionem comprimitur cor. Et sequitur motus eius saltuosus. vt in primo ca° demonstratum est. Hec in summa est huius viri dispositio non leui labore demonstrata.

Tertium capitulum est de regimine huic viro conuenienti per sex res non naturales dictas.

Ut conuenienter possit eligi modus regiminis huius viri. Premittendum est p° quod causa efficiens materialis huius dispositionis est multa materia flatica mucillaginosa dominanti. et partim aquosa que mollificationem fecit in spondilibus et cartilaginibus earum et neruis orientibus a nucha. Uerum quia apparet modus attractus versus dextram partem cum soliditate et duritie non est dubitabile materie grosse flegmatice magnam partem inueniri in nucha. et magis in neruis orientibus in sinistra parte eius. et in musculis lumbalibus intrinsecis et exterioribus. propter quod versus sinistram partem fit contractio et tumor versus dextram partem. vnde ex hoc concluditur quod hec dispositio est valde difficilis. quoniam est composita ex spasmo sinistre partis et mollitie dextre partis. Uerum quia talis spasmus iam est factus et non in fieri propter absentiam doloris attractiui motus. Ideo videtur quod omnia instrumenta que administratur debet esse calefactiua in 2° gradu et vltra ipsum aliqualiter exiccatiua. non tamen transcendentia primum gradum aut mansionem primam fi. Et vbi deficiunt instrumenta talia que multum rara sunt. vbicunque legatur. oportet virum optime tritum moderari talia confrangendo simplicia frigida aut temperata cum calidis et siccis. quare vir iste eligat locum habitationis eius et aerem calidum notabiliter et leuis exiccationis. et quia tam aer pluuensis quam rodigii notabiliter sunt frigidi et amplius humidi quam frigidi Ideo camera decubitus eius sit tabulis bene munita inferius lateraliter et superius. et in ea accensus perseueret ignis magnorum lignorum. Et si quandoque virtus exiccationis adderetur in igne ex combustione lignorum abietis lauri iuniperi ficuum mentastri pulegii valde conueniens esset ei. Intantum quod necessarium esset fieri sepe suffumigium cum storace calamitta laudano cupresso gallia muscata sandaraca ligno aloes colofonia thure et mastice et sic de aliis omnibus vel aliquibus horum Et hoc est principium magne preseruationis huius viri. s. aeris conuenientis electio. De alia vero re non naturali vt exercitio vel motu pertranseundum est. huic enim viro motus corporis conuenit non pedititius neque equitatiuus et nauigatiuus. imo neque conueniunt ei fricationes aliquarum partium. imo adhuc neque leues et proprie frequentate. quare corpus omnino quiescere debet. Similiter omnis motus anime vt ira furor et sim'ia euitari debent. maxime propter nocumentum in corde eius inuentum ex motu saltuoso eius. Corpus igitur et anima eius quiescere debent. propter quod etiam ab hoc viro concedu

est a coitu frequentato. intantum q etiam semel in die complacere veneri non esset ei bene concedendum. De modo autem dormiendi ipsius somnus prolixus ei conuenit et nullomodo excessus in vigilia. et de figuris dormiendi melior est incuruatio super latus dextrū. et perseuerantia super illud. latere vero sinistro non conueniret ei dormire. propter grauitatem dextre partis accumbentis super contracta sinistra. Neqz etiam resupine dormire conuenit ei ratione accidentis quod est nocumentum in anhelitu. cum illud nocumentum anhelitus augmentetur in decubitu resupinato. vt 2a primi caº de somno et vigilia. p illa Resupineqz dormire maluz et cetera. Si tamen super illa parte posteriori decumbere posset absqz magno nocumento sui anhelitus esset ei vtile. propterea qz iuuaret ad rectitudinem spondiliū dorsi et colli que incuruate sunt ad anterius. et primo et 2º caº declaratum est. dormire autem super ventre et pectore placet mihi. dummodo caput eius teneat curuatum versus partem dextraz. tunc eiz liberior fiet canna pulmonis ad attrahendum aerem necessarium pro euentatione membrorum pulsus et anhelitus. quocunqz tamen decubitu iaceat caput eius respectu partium inferiorum mediocriter eleuatum teneat. prolixas autem vigilias omnino euitet. De alia vero 4a re non naturali iam dictum est. vbi de exercitio parum ante hoc sermo fuit. verum sēper agere debet leto et iocundo animo. tantum cum volantate altissimi mētē suam confirmare quantum ei placuerit auferre. et hoc quidem adiuuabit non leuiter ad regimē suū

De modo vero accipiendi cibum et potum. Regula est prima q nunquaz comedat nisi vero et conuenienti appetitu inducatur ad illud. Secunda regula q fugiat accipere cibum cum aliquª reliquia fastidii nausee vel abhominationis.

Tertia regula q nunqz accipiat cibum nec potum facientes extensiones in stomacho propter magnam quantitatē eorum. Quarta q cibus diligenter masticatus accipiat et non cito vel ingluuiose deglutitus. Quinta q non prolonget moram magnā in accipiendo cibaria. Sexta q multitudo ciborum spē diuersorum fugiatur ab eo.

Septima q nullus accipiatur potus vel cibus cum ventris stipticitate et plenitudine. Octaua q post assumptionem ciborum et potuum quiescat et nullomodo exercitetur saltem vehementi motu anime vel corporis neqz coitus. In sexta autē re non naturali parumper insistendum magis eo qz in ipsa substentatur regimen sanitatis huius viri tam conseruatiuum q preseruatiuum vel curatiuuz. Memorandū igitur vt tactum fuit i principio capituli precedentis q cibaria et potus eius declinent ad calefactionē notabiliter et ad exiccationem mediocriter. propter quod bonū erit cibaria sua confrangi semper ex calefacientibus mediocriter. de foliis radicibus seminibus et aromatibus que dicentur inferius. Igitur panis huius viri sit fermentatus magis q communis panis et non multum salitus sed mediocriter coctus non transcendens numerum triū dierum. Cibaria vero de pasta et de farina facta non habeantur in vsu. imo rara et in parua quantitate accipiantur. Carnes de quadrupedibus domesticis sibi laudande sunt vt carnes capreti carnes vituli et castrati. Carnes vero agni et porcellorum recentium nō placēt mihi nisi assate. et elixe meliores essent et proprie decocte cum menta sisimbrio serpillo petrosilino et mellissa que melior est omnibus aliis. Quadrupedum vero siluestrium carnes placent mihi. velut leporum capreolorum inter alia et iuuenculi apri etiā De domesticis volatilibus sunt pulli galine capones columbi elixi vel assati suo modo. anates vero non placent nisi assate. De siluestribus volatilibus optimi sunt fasiani perdices turtures columbi siluestres tam in ruribus q turribus vescētes. Nullius enim animalis carnes tanto iuuamēto possent esse quantum iste. Et si multum adherere potest vsui eorum. inueniet excellens iuuamentuz in eis et in turturibus etiam. Turdi vero meruli et minute aues et coturnices et francolini sibi cōueniunt. minime vero ortigines qz humiditatem mollificatiuā habent. Carnes etiā pauonū si potēs esset sibi conueniunt. Similiter grues. anates vō meruli aquatici cucunelli et rostrirotuli. Et ī sūma aliuz in aquis degentium carnes dimittantur. Similiter et piscium omniū vsus dimittendus ē et proprie elixorum nisi cum feniculo petrosillo mēta rosmarino et aliis aromatibus condiantur.

Frixi vero pisces cum bono oleo et conditi cum foliis et seminibus plantarum calidarum que concedent inferius accipi possent. non tamen valde frequēt Saliti vero pisces omnes possent ei conuenire. et de dulcibus aquis. velut sunt regine lutii capedones sardilie trilie et reliquis solidarum carnium Anguille vero dimittantur. Pisces āt salsi et de aquis salsis accepti. sicut lchinales palamine morene et similes solidarum carniuz accipi possunt. Torzentino vero et variolo vti potest. Cancri vero et ostrea codorine dimittantur. De granis vero vti potest cicere rubeo et albo rarius. Pānicum et et proprie cum plantis calidis conuenit ei. et rizū etiam. ordeum vreo fabe et faseoli dimittantur. De plantis autē conueniūt ei caules feniculus petroselinuz saluia menta ysopus calamentū pullegium mentastarum serpillum et mellisa inter alia. Borago autem lactuca portulaca cucurbita endiuia crisolocana et alie similes frigide dimittanē. De seminibus vero conueniunt ei ciminū petros. feniculus anisium cardamomū maius et minus et omnia alia semina calida aromatica conuenient De radicibus vero que comeduntur optime sunt ei pastinace siluestres et domestice napi rape. Rafsanus autem non sit in eius vsu. neqz allcum neqz cepe porrum neqz bulbus. De salaticiis autē negantur ei omnia frigida. vt cressones lactuca endiuia et alia supradicta frigida. Locustis autem que ram puncioli dicūtur et sparagis vti potest et lupullis. Cappares vero non sunt ei vtiles. et proprie cum aceto bene acuto. Agresta etiam salita vel limōes et succus aranciorum possent ei conuenire. Uinū autē granatorum nō placet mihi nec acetū acre. Olei vō oliuarum vsus omnino est ei conueniens quocunque modo. Butirū autez non placet mihi. pinguedo vero porci salita que lardum dicitur et axungia salita sibi conueniunt. De aromatibus vero peregrinis conueniunt ei piper zinziber galanga nux muscata cinamomū vtraqz grana paradisi carpobalsamū xilobalsamū et lignū aloes nux mus et cōt ex eius macis nominatus et consimiles omnes calide aromatice species et semina neqz timendū ē

et vsu ipsorum quoniam pauca quantitas ex eis accipitur. etiam confranguntur a carnibus ab aqua et reliquis cum quibus preparantur. De fructibus recentibus euitentur cerasa pira muscata poma acria pruna crisomilla persica et granata nisi dulcia. sorbe mespile euitentur. Ficubus vero recentibus et siccis amigdalis et anellanis vti potest. Jusube vero dimittitur. Summa et omnes alii fructus frigidi et humidi abhorrendi sunt. Potus autem huius adolescentis esse debet vinum album colore substantia subtile bene aromaticum et sapore declinans ad dulcedinem aliquantam. minime vero ponticum et acre vel acetosum. Et caueat a commistione aque simplicis cum vino. imo ab ea pura fugiat velut ab igne. Potest autem ipsam cum modico cinamomo coquere. deinde suo vino commiscere et iuuamentum magnum accipiet. Et si abhorreret cinamomum propter acuitatem eius. tunc aqua cocta cum modico ligni aloes minutim incisi. Et iterum si abhorreret lignum aloes propter aliquam amaritudinem que percipitur in eo. tunc coquat aquam cum liquiritia bene munda ta et vino commisceat eam. Et quamuis vtraque earum sit ei valde vtilis ego tamen scio quod si posset vti infrascripto potu a me dictare mensis septembris vsque ad medietatem mensis martii per plures annos. esset sibi potus valde vtilissimus. Et si non posset vti ipso puro absque vino saltem commisceat ipsum cum altera medietate vini. Est autem huius potus descriptio hec ℞ aque boni fontis vel fluuii vel cisterne que melior esset lib. xxv. mellis electi lib. ii. florum ameos et florum maiorane ana .ʒ. i. se. basiliconis. ʒ. ʃ radicum andachoche. ʒ. iii. se. rute. ℈. ii. liquiritie bene rase anisi dul. ana. ʒ. iii. Bulliant primo mel et aqua vsque ad consumptionem quarte partis semper dispumando ipsa. deinde superaddantur species supradictorum subtiliter contrite. non tamen cribellate. iterum vsque ad consumptionem quarte partis tunc ergo per vnam noctem omnia sic infusa dimittantur. deinde in sequenti mane calefiant absque ebulitione et colentur per telam valde spissam. deinde ponantur in vasis vitreis et vtatur eo. vt iam dictum est et non dubito inueniri ipsum valde vtillimum.

Quartum capitulum erit de regimine tam preseruatiuo quam curatiuo huius viri et erit in duas partes diuisum. In prima quidem parte ponetur modus preseruatiuus a maiori lapsu. Et cum hoc conseruatiuus dispositionis quam habet In secunda vero parte ponentur quedam simplicia et composita ad curationem possibilem sibi seruientia. Pro expeditione prime partis huius quarti capituli primo ponam quattuor composita. Deinde sex simplicia ad hoc conferentia. Pro secunda vero parte ponetur vnum compositum ad hanc materiam conferens et decem simplicia. Pro expeditione primi compositi de prima particula huius capituli. supponitur primo quod ad conuenientem preseruationem a lapsu vlteriori omnino vsque ad duos vel tres annos hic vir in anno purget bis. s. in tempore veris et autumni. Igitur iuxta principium veris vᵒ mane accipiat hoc minoratiuum ℞ pillularum de oppoponaco et de serapino ana ℈. i. et accipiantur in mane per nouem horas post cenam. et dormiat super eas per horam vnam cum dimidia. tunc surgat et quiescat cum appositione pannorum calidorum super ventre. Et quando transiuerint hore quinque accipiat ciatum vnum aque ordei calefacte zuccarate et post vnam horam accipiat prandium suum. Sequenti vero mane accipiat hoc digestiuum calefactum eadem hora. quod continuet diebus octo. Cuius descriptio est. ℞ sirupi de calamento sirupi de eupatorio et geleniabin ana. ℥. ʃ. aque andachoche aque iris ana. ℥. i. ʃ. misce. Nona vero sequenti die accipiat hoc solutiuum. ℞ pillarum de oppoponaco pillarum de sarcocolla ana. ʒ. ʃ. et corporentur pille vii. cum electuario ros. et accipiantur obseruatis conditionibus que statim dicte sunt. Secundum compositum est. ℞ aloes preparati. ℥. i. oppoponaci pinguis serapini ana. ʒ. ʃ. et incorporentur simul cum succo ros. et fiant pille de quibus toto tempore anni assumere potest et 4ᵒ vel 5ᵒ sero vnam imediate ante cenam. Et si acciperet de eis omni mense bis quinque vel sex. esset valde vtilimum sibi obseruando conditiones dictas in primis pillulis. Tertium compositum est hoc. ℞ beronice sticados maiorane bdelii masticis se. rute siseleos ana. ʒ. ii. pulueris acori. ʒ. ii. andachoche. ʒ. i. ʃ. ben al. et ru. croci cinnamomi. ana. ℈. ii. liquiritie ana. ℈. iiii. mellis conseruationis zinziberis lib. i. zuccari albi. ℥. ii. coquantur omnia simul et fiat electuarium. de quo accipiat toto anno presenti omni mane per quattuor horas ante cibum quantitatem vnius nucis mus.. Et credo in hoc pendere magnam quantitatem curationis eius. Et si non posset ita frequenter accipere de eo. saltem accipiat omni tertia die vel bis in septimana quantitatem iam predictam. Quartum vero compositum est hoc. ℞ olei de lateribus. ℥. i. olei de costo. ʒ. ʃ emplastri ceronii descriptione Nicolai in antidotario. ℥. iii. incorporentur omnia simul et ex hoc vnguento per totum mensem martii omni sero vngatur tota spina eius quando vadit ad lectum et supponitur frustrum lane bene carminate. Primum ergo de simplicibus conferentibus ad has dispositiones et securius est beronica. que calida est et sicca in fine secundi et principio tertii secundum quosdam Cuius vsus in cibis confert conquassationi et attritioni neruorum et contusioni et lassitudini eorum. Et. ʒ. i. pulueris eius in potu data omni septimana semel in aurora cum ℥. ii. ydromellis calidi et mirifice confert toti pectori et cordi. Secundum simplex est crocus. et concordant in eo omnes sapientes ad pulsum et tremorem cordis. quod est maximum nocumentum in hoc viro et propter vsus eius in cibis Et si omni mense bis acciperet de eo. ℈. i. cum. ℥. ii aque cicoree efficeret ei presidium singulare. Tertium simplex et magne vtilitatis est brionia si ex radice eius fiat decoctio cum qua fiat clistere simpliciter. Et si etiam ex decoctione radicum eius fomentetur aut suffumigetur tota spina esset ei iuuamentum arduum. Quartum simplex est vsus calamenti in cibariis eius mediocri quantitate. eradicat enim materias in profundis nuche annexas. Et si peruenerint ei dolores in spatulis et spina. tunc fomententur cum herba eius bene calefacta mirabili iuuamento conferet. Quintum simplex est siseleos. Cuius decoctio confert dolori dorsi et lassitudini eius si ex eo dentur. ℥. iii. in septimana bis vel ter. Sextum simplex est adeps vrsi ex qua fit inunctio super spina et confert lassitudini et duritiei eius contractioni vt Plinius 28ᵒ naturalis historie caᵒ de eo. Et hec de pᵃ particula

huius capituli dicta sufficiant. Sciendum tamen q quando assumitur vnū istoꝝ sex simplicium dimittat ellectuarium ꝛ alia. Pro 2ª particula huius capituli premittatur primo purgatio i autumno celebranda secundum hunc modum. ℞ benedicte. ʒ. iii. agarici electi. ʒ. ii. ʒʒ. ʒ. i. aque maiorane. ℥. iiii. misce ꝛ accipiatur cum conditionibus in purgationibus veris superius assignatis. Sequenti vero die accipiat hoc digestiuum. ℞ sirupi rosati. ℥. i. sirupi de eupatorio. ℥. ʃ. aque abrotāi ℥. i. ʃ. aque mellisse. ℥. ii. misce ꝛ continuet ipsum diebus octo calidum in aurora super dormiendo ei. Die vero nona imediate sequenti euacuet cum hoc. ℞ ellectuarii indi. ℥. ʃ. aque centauree mi. ℥. iii. calefiat aqua ꝛ dissoluatur cum eo ellectuarium ꝛ assūatur obſuatis cōditionibus ī purgatiōe veris assignatis. Pro descriptione vero compositi ad curam harum dispositionū sufficientis. premittatur primo q he quidem dispositiones secundū disputationem faciles sunt. actu vero ꝛ opere ꝓlixe ꝛ difficiles 4° interior ca° 5° nil minus quantum est possibile ad earum curam securius peruenire. ponetur hoc compositum a Galo acceptum de melioribus ad torturam ꝛ inclinationem spondilium ꝛ spasmum cuius series est. ℞ calamenti rosarum cinamomi masticis ameos fu meu ypericonis zedoarie doronici gariofil. ana aur. i. sandal. ru. xiloaloes ana. ʒ. i. musci. ʒ. ʃ. terantur subtiliter ꝛ liniantur cum oleo balsami. deinde incorporentur cum melle dispumato ꝛ fiat electuarium. dequo precipio debere assumere omni mane quartā. ʒ. vnius. ꝛ sunt grana xv. cum sirupo de calamento ꝛ fortassis q inuenitur littera corrupta. deberet enim scribi quarta pars. ℥. ꝛ essent. ʒ. ii. vt sit sic ð scriptio. ℞ sirupi de calamēto. ℥. i. ellectuarii prescripti. ʒ. ii. incorporentur ꝛ lambendo deglutiatur Et si bene consideras virtutem componentium omnia sunt sīplicia ꝫ omnes illustres viros preclarissima laude approbata ad dispositiones tales tamen elige compositionem modo tuo. Primū ergo de simplicibus prelaudatis ad hanc dispositionem ꝛ proprie ad accidens molestius. quod est tremulus ꝛ saltuosus motus cordis est zedoaria. De qua scripsit Auicē. q confert tremōi cordis vehementi valde. Et ego dico q tam interius q̄ exterius applicata magnifice confert. siue administretur in cibis vel altero modo administrationis

Secundum simplex est acorus qui est calidus ꝛ siccus in fine secundi. Cuius iuuamentum ad oēs egritudines lacertoꝝ ꝛ neruoꝝ comuniter ab oībus approbatur. intantum q de eo circumducūt de acoro ꝛ ellectuarium de eo ꝛ confectiones ꝛ alios modos diuerse administrationis approbātur a sapientibus. Tertium vero simplex est cētaurea quelibet ꝛ proprie minor. Cuius laudes vere sunt ad omnes egritudines neruoꝝ lacertorum et iuncturarū. siue ex ea fiat emplastrū balneum embroca vel fomentum. Quartum vero simplex est serapinum. cuius quidem potentia est ad tensiones contractiones ꝛ iuncturas articloꝝ neruorū ꝛ lacertorum. siue hoc faciat soluendo materias flegmaticas imersas in predictis membris. siue linita vel emplastrata calefaciendo resoluendo et exiccando consumat predictas materias. Quintum vero simplex est gelons ꝛ est granū vnū pini tam maioris q̄ minoris. Cuius quidē iuuamētū excellens est ad omnia neruosa membra ꝛ articulos confortando. imo oleum de granis illis oēs durities iūcturaꝝ ꝛ ostracositates earum soluit. Sextum simplex est ypericon. Nam vsus folioꝝ eius in cibis ꝛ emplastratio etiam attrahit materias iūcturaꝝ īmersas. ꝛ clistere etiam factum ex oleo eius ꝛ proprie cum oleo de andacocha est magni iuuamenti. Septimum simplex est mucillago fenugreci ꝛ proprie granorum eius cum aqua cineris facta ex qua spatula ꝛ tota spina frequenter liniatur calida. Octauum simplex non negligendum est sulfur ꝛ aqua termaꝝ eius ꝛ fordicies aluearioꝝ in qua si infundantur sepe egrotantes. ꝛ cum ea fricentur tantum iuuamentum accipiunt q multi torti actu entes in aqua distenduntur q̄i ad rectitudinem rationalem. Et simile ꝛ adhuc melius efficit fumus per angustum foramen a fōte vnde scaturit aqua eleuatus qui percutiat spinam totam ꝛ reflectatur ad eam contrahēdo moram super ea vsq ad tollerantiam virtutis.

Nonum simplex et de familiaribus est decoctō sparagi recentis assumpta sepe calida. aut saltem decoctio radicum eius quando non inuenitur rēcē

Ultimū simplex est fex olei yrini de qua confricentur sepe spondiles actu calida ꝛ superponatur eis pellis dabaon. aut saltem vulpina actu calida ꝛ diligenter circumligata. Et his administratis cū inclinatione diuine mīſcōdie preseruabitur ꝛ rīstaurabitur conuenienter. quod sibi concedat qui cūcta semper felicitat ꝛ rḡulat. ad laudes eius īmortales amen.

Consilium de gibbositate cuiusdam pueri capitulum primum.

Modus processus in cura huius adolescentuli est talis. Primo q p quattuor dies mane ꝛ sero fomentetur vel epitimetur locus cum hoc composito. ℞ cimini carui fenicl' anisi ana. M. ii le. rute. M. iii. furfuris grossi scutellas sex. calefiāt omnia in caldariola super cineribus calidis absq flāma ꝛ ponantur in sacculo qui applicetur secundum consuetudinem. Secundo q post fomētationem vngatur locus cum hoc linimento. ℞ mucillaginis fenugreci ꝛ seminis lini ana. ℥. i. olei ð sisamo ꝛ amigdal'. dul. ꝛ de ireos ana. ℥. i. ʃ. emplastri ð mucillaginibus. ℥. iiii. incorporentur oīa simul cum sufficienti quantitate cere ꝛ in fine apponantur croci. ʒ. ii. ꝛ ita continuetur per q̄ttuor dies. Tertium instrumentum est q post istos quattuor dies fiat sibi ligatura cum applicatiōe condecenti excludente dolorem. cui ligature oī die mane ꝛ sero superaddatur vna fascia absq remotione prime. ꝛ ita fiat continuatio per sex dies.

Quartum est q post istos sex dies iterum fiat reditus ad euaporationem suprascriptam cū invnctione iam predicta. Quintum est q post euaporationem ꝛ vnctionem continuatam quattuor diebus fiat reditus ad ligaturam. prius tamē superponendo cerotum toti spine ꝛ spatule torte factum per hunc modum. ℞ emplastri de mucillaginibus. ℥. ii. emplastri de oxiracro co. ℥. i. ʃ. extendatur super subtili corio vel super panno laneo qui melior erit. superponantur astelle cum coto

vel stupis diligenter circumligate. ⁊ ita continuẽtur alteris sex diebus. Sextum est ꝙ iste iuuẽculus quandoq; in mane accipiat istas aquas infrascriptas. ℞ aque enule aque altee ⁊ yreos ana ℥.i. Septimũ est ꝙ post aquas per horas tres accipiat. ℈.i. huius pulueris. ℞ cimini. ʒ.i. ſ. se. feniculi apii petros. anisi ⁊ liquiritie ana. ℈.ii. puluerizentur omnia per se ⁊ fiat puluis. Octauũ est ꝙ huic iuuenculo semper post cibum detur frustrum vnum confectionis de phisticis cum diamo mo. Nonum est ꝙ bis in septimana parum ãte cenam detur sibi vna de infrascriptis pillˀis. ℞ aloes preparati. ʒ.i. ſ. bdelii mollis ⁊ subalbidi. ʒ. ſ. se. apii. ℈. ſ. cum succo ros. formentur pillule ex omni. ʒ. vii. Decimũ ⁊ vltimũ est ꝙ in cibis suis vel post cenam imediate apponatur vel detur modicum de infrascripto puluere. ℞ cinamomi subtilis ⁊ electi. ℥. ſ. liquiritie se. altee ana. ℈. ſ. croci ℈.i. puluerizentur omia per se ⁊ fiat puluis subtilˀ Hoc in sũma est regimen quod videtˀ mihi vtile ad laudem dei amen.

Consilium ad varices.

Regimen preseruatiuũ a uaricibus ordinatum pro domino Petro de monte vltra regimen ꝑ vi. res non naturales est prohibitio materieꝝ ne fluant ad membrũ ⁊ illud quidem fit cum calcia stricta facta de pelle canina que si quandoq; contingeret remoueri defendatur membꝝ a receptione materieꝝ cũ ligatura latitudinis triũ digitoꝝ incipiendo a cauicul' pedum ⁊ ascendendo vsq; infra genu ꝑ duos digitos. deinde cum eadem vel alia incipiendo supra genu ascendendo vsq; ad inguina. Complent etiam hanc preseruationis intentionem ablutões embroce linimenta. Ablutio itaq; ad illud optia potest esse hec. ℞ gallaꝝ cipressi gallaꝝ quercus ⁊ proprie perforatarum ana numero. xxv. sũmac g̃norum mirti corticum granatoꝝ ⁊ floꝝ eius ana ℥.i. scorie ferri. ℥.iiii. buliant hec omnia in aqua vsq; ad consumptionem medietatis. aqua tepida ĩ diebus frigidis ⁊ frigida in diebus caloris. ambo crura ab inguine vsq; ad plantas diligenter abluantur. Ex ista etiam fieri potest embroca efũdẽdo ipsam ab alto cum expressione per spongiam sup membris vt dictum est. Ego autem laudabile embrocha inueni factum ex aqua extinctionis ferri a balneo fabroꝝ accepta ⁊ proprie quando in eadẽ longo tempore fuerunt plura extincta feramenta Linimentũ bonũ ad eãdem intentionẽ. ℞ scorie ferri subtilissime puluerizate. ℥.i. sandarace ipoq stidos acatie thuris ematitis carabe ana. ʒ.ii. glutinis piscium dissoluti cum aceto nigro. ℥.i. olei ꝺ mastice olei de mirto ana. ℥.iii. cerˀ quantũ sufficit ⁊ fiat vnguentum molle quod postea leuitˀ buliat in lib.i. aceti rubei vsq; ad consumptionem eius. Hanc etiã intentionẽ cõplet hic potus laudabilˀr ab omnibus approbatus 22ª tertii allegato capº ℞ aque lactis caprini lib. ſ. epitimi. ℥. ſ. violaꝝ ʒ.i. infundantur omnia simul per diẽ naturalẽ deinde colentur ⁊ exprimantur ⁊ aqua illa calida bibatur omni mense semel. Hec ꝺ preseruatione dicta sint.

Consilium ad varices.

Remissis purgationibus ⁊ factis flomiis venaꝝ varicosaꝝ lamina plumbi vestita panno birello qui diu steterit infusus in aceto potẽti ⁊ portetˀ mediocri adhesione ligata ipsa prohibet varices intumescere ⁊ locum confortat. Cerotum prohibitiuũ ꝺ scensus materieꝝ ad patientẽ particulã. ⁊ hoc per applicationem eius ad cruris medietatem vsque ad genu exclusiue. ℞ sandarace spodi ossium datiloꝝ combustoꝝ aluminis crudi ros. capellaꝝ glandium seminũ mirti plantaginis coriandri ana. ℥. ſ. plumbi vsti. ℥.i. masticis. ʒ. x. picis naual' lib. i. coquatur pix in aceto acuto vsq; ad bonam glutiositatem ⁊ aceti consumptionẽ deide addita cere sufficienti quantitate fiat cerotũ. hoc enĩ prohibꝫ materias ad varices descendere. Unguentũ ꝙ vlcera sanat ⁊ maxiẽ varicũ. ℞ picis naual'. ℥.i. terbentine resine ana. ℥.i. ſ. mirre serapini galbani armoniaci ana. ʒ.i. ſ. tucie preparate ceruse lote ana. ʒ. ſ. amili. ʒ. vi. plumbi vsti. ʒ.i. ſ. oleoꝝ de mastice omfancini ana. ℥.ii. cere quantum sufficit fiat vnguentum molle bone glutinositatis. Linimẽtũ quod applicari debet post vlceris consolidationẽ nam prohibet materias in loco cõsolidato recipi ⁊ si que sunt resoluit ⁊ fit omni die bis vel semel adminus. ⁊ imo prohibet vlcerationẽ comũicari ossibus ⁊ profundis partibus membri. ℞ plumbi vsti. ℥.ii. acatie. ℥.i. ossiũ datiloꝝ combustoꝝ ⁊ coralloꝝ mumie gipsi torrefacti ana. ʒ. x. amili ⁊ ꝓprie de ordeo. ℥.i. ſ. succi folioꝝ ros. recentiũ ⁊ cõsolide maioris ana. ℥.ii. terantur omnia longo tẽpore in mõtario plumbeo cum suo pistello vsq; ad bonam viscositatem ⁊ fiat linimentũ.

Consilium de varicibus in sinistro crure. Capitulum primũ de causis eius ⁊ signis.

Eximius vtriusq; iuris doctor dñs petrus de monte laborat dispõne varicosa in crure sinistro eius. que etiam extenditur per totam domesticã partem eiusdem tibie. ⁊ est quidem hec dispositio in eo verenda satis. qꝺ pluribus rationibus ꝺduci potest. Et primo qr hec est dispositio disproportionalis complexioni que notabiliter sanguinea est. Etiam disproportionalis est etati que est iuuentus in qua non est rationabile generari ⁊ multiplicari materiã huius egritudinis de qua postea dicetur. Et tertio iterum molesta videtur hec egritudo. eo quia pendet a materia multa. Et 4º iteꝝ qr hec dispõminatur euentum elefantie cui valde propinqua est propter conuenientiam materieꝝ in generˀ ꝓportionali. Et 5º iterum qr si huius egritudĩs causa materialis exiccaretur indubitanter produceret ad vlcera difficilis aut ĩpossibilis consolidationis. Est autem dispositio hec in eo proueniens ex multitudine sanguinis cui materia melãcolica vel flegmatica notabiliter cõmiscetur. licet materia in mixtione vincens prima sit sanguis 2ª flˀa ⁊ 3ª melˀia. Et licet hec dispositio quandoq; fieri possit a multitudine sanguinis laudabilis vt colligitur 22ª tertii tractatu pº caº 5º. In hoc tamen

viro hec egritudo prouenit a materiebus sā ocle
⁊ non a laudabili sanguine cum hic etiam ī mix-
tione tali multum inueniatur de mat'ia mel'ica.
poterit ipsa in venis exuberare tantum q̄ ab eis
expulsa in capillaribus venis ⁊ membroꝝ poris
retenta perducet ad elefantiam. tantum enī vicie
sunt he due egritudines inuicem propter comūi
tatem materieꝝ a quibus fiunt q̄ a sapientibus ī
uicem pertractantur. ⁊ in eodem caº vt in pl'ribus
curantur. vt 22ª tertii 5º ⁊ 6º caº viōri potest. Hec
igitur de theoria huius dispositōis dicta sufficiat
Signa autē cognitionis eius facile īnotescūt sciē
ti cognoscere venaꝝ plenitudinē ⁊ extensionez vi
su ⁊ tactu perceptibiles. Ex quibus facile cōcludi
potest q̄ dominus iste solers multum esse debet ī
cautela curationis huius dispositionis ⁊ preserua
tionis ipsius a transitu in vlcera ⁊ elefantiam ad
quas amplissime paratus est vt patet ex dictis. Cū
itaqz dispositio prescripta dependeat a malitia
complexionis calide ⁊ sicce ipsius epatis cōuertētī
laudabilem sanguinem in melanconiaz adustam
⁊ concurrat etiam ad hanc egritudinem efficiēdā
debilitas attractiue splenis ipsius. propter quam
non bene purificatur sanguis a mel'ia fecali ī epa
te eius genita. propter quod vtraqz mel'ia tā nal'
q̄ adusta effunditur per chilim descendentem ad
crus sinistruz eius. Patet manifeste consyderanti
inuentio curationis huius dispositionis. que fieri
debet ⁊ compleri per rectificationē male compl'o
nis prefate. ⁊ debitas euacuationes materierum
predictarum. omnis enī egritudo de repletione
cum malitia complexionis curatur sufficienter p
euacuationē ⁊ bonitatē regiminis vt 4ª primi pº
caº in fine coligendum. Uerū q2 intentio curatōis
indicata a malitia complexionis indigeret discus
sione prolixa mensurando regimen conuenienter
ex parte omniū sex reꝝ non naturalium ⁊ tēporis
paucitas non concedit. hic solum sª partic'aria tā
gam discurrendo per omnes res nō naturales q̄
mihi vtiliora videbuntur.

Capitulū secundū de cura per dietā.

Euitet itaqz morā ⁊ habitationem in aere notabi
lis caliditatis ⁊ siccitatis. similiter etiam in aere
climate ciuitate ⁊ loco multe frigiditatis ⁊ siccita
tis. propter primuz enim intenderet lapsus epatī
supratactus. Propter secundum vero adderetur
ī debilitatez splenis prenominatam. quare necessa
rio vtraqz materia multiplicaretur. Sit itaque
aer ciuitatis ⁊ domus eius inclinatus ad humidi
tatem ⁊ caliditatem. Amplius autez ad humidi
tatem q̄ caliditatem vt contrarietur predictis.
Et similiter dicendum est de annexis aeri vt ve
stibus ⁊ similibus. que non ita multiplicentur in
qualitate ⁊ quantitate que sequitur ad eas ne pre
dicti lapsus intendantur. propter quod sumopere
prouidendum ne vestes eius tali vel tanta strictu
ra applicentur ypocundriis vt propter vehemen
tem stricturam epatis splenis ⁊ alioꝝ visceꝝ cali
ditas īnata suffocetur sicut in etate nostra lasiua
iuuenum consuetudo facere consueuit. Similiter
eius exercitium tale esse debet vt non calefaciat
⁊ exiccet īmoderate neqz etī plene laudo deinceps
esse indulgendum otiose vite sicut fortasse vsque
modo se rexit. per talem enim otio deditam occu
pationem multiplicantur superfluitates omnes
⁊ proprie flegmatice. ⁊ ista ē causa multiplicatōis
flegmatis in eo quod positum est superius eē ptia
lis materialis causa sue dispositionis. Cum lapsu
enim notabiliter intenso in caliditate ⁊ siccitate
contingit multiplicari flegma per accidens sicut
ex priuatione exercitii dictū ē. propter quod tale
flegma multiplicatum frequenter est causa ethice
.i. consumptionis corporis. dimittens eniz exer-
citium ethicaz frequenter incurrit 3ª primi capº
de exercitio in fine. Si autem occupatio actuum
eius omnino otio expleri cogeretur. saltē supplea
tur resolutioni fiende per exercitium cum fricatō
nibus admīstratis sano pedi eius. .i. cruri aut saltī
ītendatur fricationi spatularꝝ ⁊ similibus. Sō
no autem eius debet mensura conueniens exhibe
ri ita vt in nocte dormiat horis septem ad mīus
aut saltem. viii. ⁊ proprie in diebus frigoris. cor
poribus etiam humorosis conuenit amplior mē
sura dormiendi vt melius fiat materieꝝ digestio
q̄ fieret si essēt corpora sicciora. In sūma tamen ī
hoc consuetudo attendi debet. Si enim per exces
sum in vigilia non comprehēderet sequi debilita
tem manifestam. conuenientius esset sibi vigilan
do parumper excedere q̄ dormiendo. vigilie enī
exiccant corpora ⁊ somnus humectat ipsa 2ª pri
mi de his que proueniunt ex vtrisqz. Amplius
ex fundamento in pº caº stabilito facile videri po
test. qualis debet esse accidentium anime applica-
tio. Omnia enim anime accidētia propter que fe
stinus ⁊ vehemens motus in spiritibus ⁊ humori
bus accidat. cause sunt intensionis lapsus in epa
te suo supratacti. fortassis autem conueneintius ē
ei incurrere frequentius accidentia anime calefa
cientia ⁊ exiccantia q̄ accidentia contristantia et
angustias animales facientia. per hec enim talia
multiplicaretur mel'ica materia que maior est pa
raꝝ varicum. Et facile ex multiplicatione ipsius
perduceretur ad elefantiam vt supra tactum est.
videtur itaqz q̄ occupari debeat passionibus anīe
leticiam ⁊ iocunditatem efficientibus. ⁊ a predi
ctis extremis secedere q̄tū est possibile. licet huma
ne vite infelicitas in nostra etate magis inducat
ad oppositū. Hec enim non ita facile fieri possent
sicut scribi. De reliqua autem re non naturali
vt repletione que sequitur ad cibos paulo post ī or
dinanda cibatione mensura scribetur. Ratione āt
approbante omnino conuenit ei per subtractionē
ciboꝝ ⁊ potuum īanire corpus eius. quod valde
repletum est. fames enim exiccat corª affōrismoꝝ
7ª. De euacuatione autem materieꝝ in cañ euacu
ationum per medicinalia dicetur inferius. De
regimine vero per cibos ⁊ potus amplior doctri
na necessaria foret. eo q2 hec res non naturalis ē
illa que est omniū fere egritudinū mater ⁊ funda
mentum. q2 per eam materie multiplicātur
⁊ in quanto ⁊ in quali excedunt. aut q2 fertilitas
circa hanc rem non naturalem est causa diminuē
di caliditatem innatam ⁊ alistimbre. .i. digestiōis
conuenieter impeditiua causa. propter quod cibi
eius mensura ⁊ potus talis esse debet. vt nullum
nocumentum ex eius quantitate sequatur. Dete-
rior enim cibus est qui stomachi grauitatē efficit
sicut potus deterior est qui in stomacho natat et
fluctuat 3ª primi cº ð rgīmie p cibū. Secūda
obsuāda regula est q̄ nūq̄ assumantur cibus ⁊ po
tus nisi ad illud irritet naturalis appetitus stōci.
Comedere enim ⁊ bibere absqz naturali appetitu

fastidium generat ꝛ cronicas egritudines difficil eradicationis. Tertia regula ꝙ nunꝙ̄ assumat cibus cum stomachi facietate ꝛ humorosa repletione patet ex dictis. Quarta regula ꝙ nutrīētia plura numero ꝛ spetie vitentur. ne materie grosse per viam indigestionis multiplicentur. Quīta regula ꝙ cibaria nunꝙ̄ deglutiantur nisi solēniter masticentur. taliter enim melius digestioni parantur. De qualitate vero ciboꝝ. Euitanda sunt cibaria omnia grossa inflatiua ꝛ mel'ica. vt ā tique carnes animalium omniū ꝛ pisces magnorum corporum. Item cibaria magne salsedinis. Item caseus antiquus caro salita. Oleum cepe pōri caules rafanus pira citonia mespila castanee ꝛ similia spissum ꝛ mel'icum sanguinē generantia. Euitetur etiā panis furfuraceus antiquus ꝛ valde coctus. Sil'r ꝛ legumina omnia euitentur. ꝛ proprie risum lentes ꝛ fabe ꝛ faseoli. Effugiat etiam multi aceti vsum. acredo enī aceti excitat mel'iā agresta etiam ꝛ proprie salsa multum non placet De preparationibus vero euitentur frixa omnia cibaria ꝛ partes solide vel indurate assatoꝝ ꝑpter aptitudinem conuersionis eaꝝ ad mel'iā. In reliquis autem cibarioꝝ spetiebus tam elixatoꝝ ꝙ̄ assatoꝝ licentiam habeat suo placito. Potus aūt eius existat vinū in colore albū vel nigꝝ remisse nigredinis ꝛ grossitudinis sil'r a superfluitatibus bene expurgatum sapore dulce aut sibi vicinū potentia mediocre aut saltem remisse fumositatis. quod si oportuerit aqua confrangi sit aqua de cisterna bene expurgata leuis ꝛ diafana ab oī odōis extraneitate denudata. Hec de regimine cibatōis sunt dicta.

Capitulum tertiū de regimine preseruatiuo a varicibus.

Regimen autem medicinaliū ī duo capitula partiendum est. ꝛ primo in regimen preseruatiuum 2° vero in curatiuum huius dispositionis. Primū itaq3 capitulum complebitur partim ex his q̄ dicta sunt in regimine sex reꝝ non naturaliū. propter quod prohibetur materieꝝ huius morbi augmentatio. Item etiam completur hoc regimen per prohibitionem descēsus materieꝝ ad loca patientia ꝛ proprie cum defensione ex calcia d' pelle canina facta. vt sibi ordinatum est. Et si quando q3 contingeret remoueri calciam predictam. defēdatur membꝝ a receptione materieꝝ cum ligatura latitudinis trium digitoꝝ. incipiendo a cauill' pedum ꝛ ascendendo vsque infra genu per duos digitos. deinde cum eadem vel alia incipiēdo supra genu adherere ligatura totum eius vsq3 prope inguina circumuoluendo. Complent etiā hanc preseruationis intentionem ablutiones embroce ꝛ linimenta. Ablutio itaq3 ad illud optima potest eē hec. ℞ gallaꝝ cupressi gallaꝝ quercus ꝛ ꝑprie perforataꝝ ana numero. xxv. sumach granoꝝ mirti corticū granatoꝝ ꝛ floꝝ eius ana. ℥. i. scorie ferri. ℥. iiii. buliant hec omnia in aqua vsq3 ad cōsumptionem medietat'. ex qua tepida in diebus frigidis ꝛ frigida in diebus caloris ambo crura ab inguine vsq3 ad plantas diligenter abluantur. Ex ista etiam fieri potest embroca effundendo ipsam ab alto cum expressione per spongiam super membris vt dictum est. Ego autem laudabilē embrocā inueni factam ex aqua extinctionis ferri ab alueolo fabroꝝ accepta. ꝛ proprie quando in eadem lōgo tempore fuerint extincta feramenta. Linimentum bonū ad eandem intentionē. ℞ scorie ferri subtilissime puluerizate. ℥. i. sandarace ipoquistidos acatie thuris ematitis carabe ana. ℥. ii. glutis piscium dissoluti cum aceto nigro. ℥. i. olei de mastice olei de mirto ana. ℥. iii. cere quantum sufficit fiat vnguentum molle quod postea leuiter buliat in lib. i. aceti rubei vsq3 ad consūptionē eius. Hāc etiam intentionē eandem complet hic potus laudabiliter ab omnibus approbatus ꝛ proprie 22ª tertii allegato ca°. ℞ aq̄ lactis caprini lib. v. epithimi ℥. v. violaꝝ. ℥. i. infundantur omnia simul ꝑ diem naturalem. deinde colentur ꝛ exprimantur ꝛ aqua illa calida bibatur oī mēse sel'. Hec d' preseruatione sufficiant

Capitulum quartum de regimine curatiuo varicum.

Si autem ad canonicā curationē trāsire opus esset. quod cognoscitur eo q2 membrū ingrossabit ꝛ vene illius manifeste intumescent ꝛ grauitas in membro percipietur progressiuum motum notabiliter impediens. ꝛ 4° ex sensatione frigiditatis ꝛ 5° ex stupore. i. diminuta sensatiōe quadā. ꝛ 6° ex soliditate vel membri duritie inualescente. Signa erunt necessitatis exquisite curationis. que ita fieri debet. Primo quidem euacuetur antecedētis materie particula sufficiens per fl'oiā basilice eiusdē patient' part'. ꝛ accipiatur inter annularem ꝛ auricularē digitos extrahendo sanguinis ab. ℥. iiii. vsq3 ad vi. sequenti vero die soluatur venter cum infusione de epithimo in precedenti ca° descripta. Secunda vero intentio curatiua est materieꝝ diuersio. de qua licet plura scribere possem. nulla tamen erit felicior materieꝝ diuersio ꝙ̄ ꝑuocatio emoroidaꝝ iuxta testimoniū vet'is. Me l'icis enim maniacis ꝛ varicibus emoroides inate bone. Aperiantur itaq3 emoroides sepe fricando eas cum foliis ficus aut consolide ma. aut cū felle thauri aut cum panno de bisso multum aspero aut cum superpositione ventose diligenter ignite.

Tertia vero principalis intentio est materieꝝ coniunctaꝝ particl'ar' euo. ꝛ illud quidem fit cum fl'oia saphene partis patient'. per quā sufficienter educatur sanguis in toto crure contentus. aut saltem fiat hoc cum ventosis ignitis in domestica ꝑte carnositatis coxe ꝛ tibie applicat' per quas sufficienter fugatur sanguis ꝛ si aborreret fl'oiā ꝛ vētosas fiat saltem illud cum sanguisugis in predictis partibus applicat'. Quarta vero intentio principal' est membroꝝ recipientium confortatō que quidem sufficienter fit cum calcia ligaturis ablutionibus ꝛ reliquis que in precedenti ca° tacta sunt. Quinta vero intentio est materieꝝ antecedentium digestio. que licet partialiter fiat cū rectificatione facta per regimen sex rerum non naturalium. conuenientius etiam fieri potest ꝑ hūc sirupū. qui accipiatur per octo dies. deinde interpollentur dies aliqui. ꝛ iteꝝ reaccipiatur bis l' ter vsq3 ad manifestationē sufficient' digestionis. Est autem sirupi descriptio talis. ℞ sirupi de epithīo ℥. i. oximell' de ℞eisim. i. de leuistico. ℥. i. aque buglose ꝛ capilloꝝ veneris ana. ℥. ii. ꝛ accipiatur in aurora post quem tardetur cibus horis quattuor

Sexta vero intentio est materieꝝ eradicatio que licet fieri possit cū medicina de epithimo iā descripta. etiam non minus sufficienter cōplebit

cocti quandoqз comedi possent cum sale ⁊ feniculo. Composite etiam conuenire possent non multũ ace tose sed sufficienter melle condite. Radix aũt que comeditur quandoqз accipi potest. ⁊ maxime post cibum. facit enim digeri cibum. ⁊ licet sit inflatiuã tamen plus prodest qз diuretica subtiliatiua exic catiua resolutiua. non multum tamen in vsu ha benda est. Locusta etiam. i. rampontioli quia cali di sunt comedi possent. melius tamen est ꝙ coq̃t ⁊ cum aromatibus ⁊ aceto non valde acri condiãt. De ferculis autem vti potestis pannata facta cum brodio laudatarum carniũ cum pane supradicto. cõ uenit etiam ius cicerum rubeorum ius caulium bletarum ⁊ radicum conuenientium vt petrosilinũ et sil'ia. Laudantur fercula herbarum ⁊ granorum de qui bus supra facta est mentio. conueniunt etiam suis temporibus bruscandoli ⁊ sparagi conditi tamen cum aceto non valde acuto vt supra. ⁊ enim tales aperitiui sunt ⁊ optimi. De fructibus vero gene ralis regula est. ꝙ fructus omnes aquosi humidi ⁊ viscosi euitandi sunt. ⁊ generaliter omnes fructus recentes deteriores sunt siccis. Secunda regla ꝙ fructus lenitiui ventris semper premittendi sũt aliis cibis. ⁊ constipatiui postponendi. Tertia r̃ gula ꝙ fructus qui post cibum comeduntur pluri mũ meliores sunt cocti q̃ crudi. Poma igitur vitã da sunt ⁊ precipue vsus eorum. assiduatio enim come stionis pomorum facit euenire dolorem neruorum ⁊ proprie in vere. Si tamen quandoqз ex eis iu uat accipere. sit post cibum ⁊ sint cocta ⁊ zuccaro a spersa. dat enim eis zuccarum lenitionem. ⁊ eligã tur poma apiola vel dattilica aut calimana aut gayola aut alie pomorum spetiee ad dulcedinẽз tra hẽtes. Pira vero securius q̃ poma sumi possent ĩ hyeme post cibum igne cocta cum zuccaro. vt pira sancti Nicolai pira glatiola sementina ⁊ alia sil'ia non valde dura. Ea vero que dura sunt solida ⁊ ĩ sipida magis euitentur. Estate vero eligantur pi ra muscatella iuniola glatiola de pola ⁊ sil'ia. ⁊ su mantur post cibum. nec tamen ex eis stomachus ĩ pleatur. Persica vero qз frigida sũt ⁊ humida eui tentur. Si tamen ex eis quandoqз sumer̃ libet sit raro ⁊ eligantur non valde per maturationẽ mol lia. ⁊ ƒз Auicẽ. preceptum debent sumi ante cibuз post cibum enim prona sunt corruptioni. ⁊ freq̃n ter alios cibos ad putrefactionẽз disponunt. Pru na etiam frigida sunt ⁊ humida. ideo euitãda. quã doqз tamen intentione mundificandi stomachuз a colera sumi possent ieiuno stomacho ex eis qnqз vel sex. ⁊ sint nigra vel citrina. Sicca vero qз põ tica euitentur. Uue vero laudantur si sint albe. qз nigris meliores sunt. ⁊ ante q̃ comedantur stete rint collecte ad minus per tres vel duos dies. et comedantur post cibuз vel ante si placet. Ficubз ẽt vti potestis. maxime albis vel citrinis vel rubeis recentibus bene maturis. ⁊ comedi debent ante ci bum. est enim in eis lenificatio vltima 2° canõ. Et ideo post eas cõceditur potus aque vt adiuuet ad lenificandum. ex eis tamen meliores vobis sunt sicce qз stomacho conformiores. aperiunt enĩ op pillationes epatis ⁊ splenis quod ĩ vobis maximũ est remediũ. aperitiua enĩ taliter patientibus lau dauerunt valde sapientes. Quia tamen ficus sicce sua caliditate aliqualiter nocere habent epati cole ram augendo. ideo docuerunt sapientes auctores vt cum amigdalis comedantur dulcibus. augetur enim ab eis lenificatio earum. Et quidam dixerunt ꝙ si comedantur cum nucibus in ieiuno mirabilis iuuamenti sunt in aperiendo vias cibi. laudauerũt etiam non parum sapientes arabes ⁊ yspani vinũ de ficubus conferre stomacho incitare appetitum prouocare vrinam. lenit etiam ventreз abstergit velociterqз descendit ⁊ penetrat. Et posset fieri sic vt in mastello vno musti ponerentur lib. iiii. ficuũ siccarum ⁊ bulliret totum in simul. ⁊ intelligi etiã po test vinum de ficubus. vinum in quo coquerentur ficus sicce. Et licet ficus calide existant ⁊ iflãmabi les. tamen propter paruam moram quam ĩ viis contrahunt caliditatem non augerent. Laudo igi tur ꝙ bis aut semel in mense coqui faciatis fialaз vnam vini planensis albi cum ficubus decem mi nutim incisis vsqз ad consumptionem quinte ptis ⁊ ex tali vino bibatis per duos continuos dies cia tum vnum ante cenam. ⁊ tantũ ante prandium. Amigdale dulces temperate sunt ad calidum ta men trahunt. qз tamen difficilis sunt digestionis graues ⁊ multum in stomacho morantes vt 3° Al mansoris. Ideo comedantur cum zuccaro. sic eniз dant bonum nutrimentum licet paucum. Laudo tamen magis ferculum vel panatam ex eis secũdũ ritum paduanũ factam. ⁊ in sũma aperiunt et le niunt. Auellane qз calide ⁊ epati amice cõuenirẽt vobis. tamẽ qз tarde digestionis existunt vomitũ excitant. ideo relinquantur. possunt tamen post ci bum sumi zuccaro confecte. qз tunc correcte sunt. ⁊ laudauit eas peritissimus Hypocras ꝙ ĩ cerebro augmentum faciant. Citra licet in ciuitate ista nõ sint in vsu. tamen si habentur euitanda sunt. quia frigida. licet eorum complexio diuersa existat. Cor tex enĩ citri calidus ẽ ⁊ humidus caro eius frigida ⁊ sicca. semen calidum ⁊ siccum. Quandoqз tamen citra melle confecta comedi possent. ⁊ ƒm Auicen. preceptum canõ. 2° nihil post ipsum nec ante come datur. Cerasa quoqз qз frigida ⁊ humida sunt fu gienda. Si autem quandoqз suis temporibus su merentur sint cerasa dura rubea vel alba ⁊ post ci bum comedi debent ⁊ pauca. Crisomilla etiaз sine armillia frigida sunt ⁊ humida ideo relinquantur generant enim humorem velocis putrefactionis ideo apta sunt febrem inducere. Si tamen liberз quandoqз ex eis capere comedantur ante cibum. ⁊ post bibatur bonum vinum. ⁊ post iterum come dantur anisi conditi. Castanee frigiđ sunt ⁊ sicce ⁊ ventose valde. ideo non sint in eis vsus. possent tamen quandoqз comedi cum zuccaro post cibum ⁊ dant nutrimentum satis congruum. ⁊ cõfortãt membra omnia ƒз Auicẽ. ĩ ñiaз. Dactili licet cali di existant. non tamen conueniunt complexõibus calidis. calefaciunt enim ⁊ generant sanguinem grossum. qui cito ad coleram conuertitur. ⁊ nõ sũt conueniẽtes habentibus epar calidũ vt Serapio dixit auctoritate Raf. Ideo non sint in vsu. Piee autem grana laudantur vobis. calefaciunt enim corpus ⁊ mẽbris tremore patientibus conferũt 3° Almansoris. Phistici vel pistachii calidi ⁊ sicci existunt boni stomacho. aperiunt oppillationes e patis prohibẽt nauseaз ⁊ confortãt os stomachi ⁊ subuersioneз remouẽt. ideo laudãtur post cibum plus q̃ amigdale dulces. Iuiube autẽ secũduз Aui. frigide sũt ĩ primo gradu ⁊ tẽperate in humidita te ⁊ siccitate. Nescio autẽ ad quid conferãt vobis Dixit autem Galienus. Non reperi iuiubas in

conseruanda sanitate ꝛ egritudine remouenda a
liquid operātes. sed reperi eas difficilis digestionis
ꝛ pauci nutrimenti. Mora bene matura ad cali
ditatem declinant. ea vero que immatura sunt fri
gida ꝛ sicca existunt. Et in summa dulcia vobis ꝯ
uenire possent ante cibum ꝛ leniunt ventrem. non
plene autem matura prohibent fluxum hūoꝝ ad
stomachum ꝛ alia membra. ꝛ non bene matura co
medantur post cibum. Granata triū sunt speciez
dulcia que frigida sunt ꝛ humida. acetosa que fri-
gida sunt ꝛ sicca. Muza que dicuntur medii sapo
ris ꝛ sunt media in complexione inter alia. Dul
cia conueniunt vobis non multum tamen in vsu
Acetosa vero magis via preuisiōis ꝙ via cibi cō
uenire possent. magis tamen competunt muza ꝙ
alia. Et in sūma inquantum omnia granata sunt
prouocatiua vrine laudarentur. Acetosa tamen
magis inter alia prouocatiua sunt. ideo conuenir
possent ex hoc. ꝛ quia habent mirabilem proprie
tatem in prohibendo corruptionem cibi in stōcho
vt Auerois 5° colliget. Citonia frigida sunt ꝛ sic
ca. que ante cibum sumpta ventrem stringunt oī
modo coctionis. post cibum ventrem largū faciūt
comprimendo. ꝛ omnes species eoꝝ tam dulcium
ꝙ acrium prouocant vrinam. ideo ex hoc ꝛ qꝛ sto
machum confortant appetitum incitant laudarē
ea vobis non multum tamen sint in vsu habēda.
Multitudo enim comestionis eoꝝ generat dolo-
rem iuncturaꝝ. 2° canon. Nuces calide sunt ꝛ sicce
ꝛ licet ex hoc laudande essent vobis. tamen qꝛ gra
ues stomacho ꝛ digestioni ꝛ vomitiue sunt capiti
nociue ꝛ pectori ꝛ generant coleram multam. ideo
relinquantur. cum ficubus tamen minus male sū
ꝛ possunt securius hyeme ꝛ tempore frigido conce
di. ꝛ dicitur ꝙ faciunt paralisim lingue. Sorbe ꝛ
mespile omnes frigide complexionis ꝛ sicce sunt.
ideo raro comedantur. stringunt enim ventrem.
ꝛ digestioni difficiles sunt. qꝛ tamen appetitū ex
citant deiectum. ideo rarissime post cibum tamen
sumi possent. Et hec de fructibus pauca sufficiant
Reliqua autem terre nascentia vt fungi tartufule
spongioli ꝛ talia omnia euitentur. qꝛ venenosa sū
ꝛ dicuntur apostemata terre. De saporibus aūt
ꝛ conditis diuerse species conuenire possent vt si
napismum inter acutum ꝛ dulce medium ꝛ cum
grossis carnibus vel piscibus sumi debet. cum sub
tilibus autem non. Aleata etiā potestis vti facta
cum aleo precocto ꝛ cum granis feniculi vel pipis
Salsa autem etiam conueniret vobis. sed fiat ex
agresta loco aceti ꝛ cum pipere vel gariofil. vel bu
liat acetum cum rosmarino serpillo maiorana. et
ex tali aceto fiat salsa. frangitur enim per decoctō
nem talē aceti malitia. Est enim acetū haud pa
rum neruis inimicum. vt 2ª tertii p° ca° dum in
quit. Et ledit eos omne acetosum stipticū ꝛ infri
gidatiuū potentia. Conuenit etiam vobis sapor
ex amigdalis factus. quem camelinum vocant. et
sapor ex agresta qui sofritum dicitur. ꝛ sapor al-
bus ad acetosum non tendens. Sapor etiam qui
apud nos dicitur compostella competit nisi ad a
cetosum declinet. Ideo corrigatur acetositas ab
eo ꝛ ab omni cibario vt supra dictum est. Et ī
sūma laudo omnes sapores qui dulces ꝛ calidi et
non valde acetosi existunt. De conditis vero ꝛ sal
samentis conuenire possent oliue condite calid' sū
enim ꝛ sicce aperiunt leniunt ventrē. ꝛ co stōchi
faciunt robustum. Napi etiā conditi conueniunt. ꝛ
enim aperitiui sunt. caueantur si acetosi fuerint.
Cepe etiā sub cineribus cocte ꝛ aceto pauco ꝛ mel
le ꝛ oleo condite conuenire possent raro tamen. sꝫ
qꝛ exiccant ꝛ appetitum excitant. ideo aliquando
conueniunt. Omnes etiā cibi melle conditi conue
niunt. euitentur tamen estate ne epar inflāment
sed zuccaro condiantur cibi in estate. Cappares ē
saliti sꝫ vsū conditi conueniunt. sed corrigatur
acetum. Salsamenta etiam omnia ex parte quali
tatis conuenirent nisi aliud repugnet. vt caliditas
epatis timor de adustione sanguinis scabies ꝛ si
milia. Mel etiam qꝛ calidum ꝛ siccum omni mō
conuenit. sed tempore magni estus dimittatur.
zuccarum vero calidum ꝛ siccum omni tempore ꝛ
omni modo securius comedatur. Uinū etiaꝫ coctū
conueniens est. ꝛ ex ipso tempore estiuo condiri ci
baria possunt. vino autem granatoꝝ quandoque
vti potestis. vt estiuo tempore sed raro. ꝛ silr vino
citonioꝝ. Oleum autem quo vti debetis. sit oleū
oliuaꝝ dulce ꝛ duoꝝ annoꝝ ad minus. Species
autē que in cibis vestris poni possent sunt omnes
calide ꝛ sicce existentes vt sal cinamū cinamomū
gariofilus galanga zinziber macis cardamomū
maius ꝛ minus feniculus anisū petrosilinū lignū
aloes crocus piper triū generū. s. al. lon. ꝛ ni. cimi-
num carui leuisticū anetū ameos origanū serpil
lum menta ꝛ alia similia. Conueniunt etiam aro
mata dulcia comunia estate. hyeme vero fortia.
Laudo quoqꝫ non paruū tempore hyemis harum
speciez vsū. ℞. ℥. albi. ʒ. i. coriandri per diem et
noctē ī aceto macerati ꝛ siccati. ʒ. v. amōi bheen al
bi origani rosmarini ana. ʒ. ii. gariofil. croci ana
ʒ i. cinamomi electi. ʒ. i. fiat puluis. Estate autem
fiant species tales. ℞ cinamomi electi. ʒ. i. ℥. albi
ʒ. v. ros. gariofil. sandaloꝝ rubeoꝝ ana. ʒ. iii. spice
nardi. ʒ. i. fiat puluis. De confectionibus vō pul
ueres conuenire possent vt tempore hyemis cina
momū diacinamomū diaciminū aromaticū ros.
dyagalanga dyambra dyamargariton dyatrion
pipereon. delectabilior ꝛ mihi magis dilecta con
fectio est pª 2ª et 6ª. Tēpore autē estiuo laudan
tur diarodon abbatis triasandali confectio rosate
nouelle letificans etiaꝫ Almāsoris licet calida sit
ꝛ debent confectiōes iste sūmi per duas horas āte
cibum sine potu aut cum pauco potu non potētis
vini. Attinent tamen dicte confectiones medicine
magis ꝙ cibo. Magis autem cibales sunt vt pina
chea pistachea auellane condite amigdale confecte
siuonea anisū ꝛ coriandrū ꝛ silia. Inter hec eli
gantur pª ꝛ 2ª ꝛ due vltime. De electuariis vero
talis datur regula. ꝙ electuarioꝝ quedā sumunt
pro confortatione appetitus. quedā pro digestio
ne melius celebranda. Illa ergo que assumunt ꝑ
appetitu excitando per horas duas ante cibū ca
pi debēt. vt statī dictū est. talia autē sunt vt zin
ziber conditū yringi cōditi acorus cōditus nuces
condite ꝛ alia que omnia meliora sunt a medieta
te autumni vsqꝫ ad medietatē veris. Reliquo āt
tēpore conueniret magis cinamū confectū lignū
aloes confectū. Confectio autē ō mirobalanis ke
bulis. Hec enī confectiones hūoꝝ superfluitates
in stomacho remanentes exiccando ꝛ exprimēdo
educunt. Conueniunt etiaꝫ pira condita ꝛ citra eꝭ
condita. Laudo etiaꝫ vt peritiores dicunt vsū
ellectuarii huius. quod apud me expertum est et

secretum teneō. ℞ trium piperum galange cassie ligne calami aromatici croci ciperi spice inde gariofil'.cinamomi costi dulcis cardamōi cinami carpobalsami. ℥℥. seminis mirti omniū ana .ʒ.i. masticis.ʒ.v.terantur cribellentur ⁊ conficiantur cum melle dispumato.Dosis huius est coclear medium in mane ante cibum ⁊ tantundē hora q̄ vaditis dormitū.⁊ cap̄ hēte ellectuarium hoc. valet enim obliuioni frigori renū dolori iūcturaꝝ egritudinibus vesice humori crudo. soda frigide et vaporose tussi flegmatice.preparat ⁊ rectificat stomachum.fugat ventositates grossas.digerit cibuꝫ excitat appetitū.resoluit flegma grossū ī stomacho valet visui menti voci caniciei podagre frigide ⁊ conseruat sanitatem peroptime. Sit autem eius vsus a principio nouēbris vsqꝫ ad finē februarii Alio autem tempore vtamini ell'rio de xiloaloes cuius intentio est calefacere confortare stomachuꝫ ⁊ calefacere membra sine superfluitate ⁊ digerere cibum ⁊ exiccare moderate flegma ⁊ aperire vias ⁊ est mihi eius descriptio.℞ spice indē ⁊ celtice semis apii anisi masticis ana .℥.i.ligni aloes marubii ana.℥.iii. calami aromatici gariofil' rof. ana ʒ.ii.macis cinami gallie muscate ana .℥.ii. nucis muscate.ʒ.v.conficiantur cum sir° rof.⁊ accipiat ex ipso coclear vnū per vnā horaꝫ ante diē . ⁊ pōt sumi medium coclear per duas horas post cenam sine potu.

Que animaliū partes sint eligende.

Dicto d̄ ell'riis r̄stat iux̄ tacta dicer̄ quoꝝ mēbroꝝ aīaliū vsus conueniat.pro quo tales premittātur regule. Prima qd̄ oīuꝫ mēbroꝝ grossuꝫ viscosū frigidum ⁊ oppillatiuū nutrimentū generantiuꝫ fugiatis vsum. Secunda regula q̄ si predicta quandoqꝫ placeant.vt feruoris tempore sunt pedes ⁊ similia.sumi debent cuꝫ aliquo sapore subtiliatiuo incisiuo ⁊ temperate acetoso. Tertia regula q̄ aīaliū omniū anteriora leuiora sunt digestioni ⁊ calidiora. Posteriora vō frigidiora ⁊ grossiora. A capite ergo incipiēs sermonē inq̄ cerebꝝ quodlibet esse frigidum ⁊ humidū.Uolatilium tn̄ cerebꝝ ⁊ maxime montanoꝝ melius est.non sit g° in vsu.generat enim flegma ⁊ humores grossos facit nauseam ⁊ inuolutionē stomachi.tarde digeritur ⁊ deicit appetitum.Si autem ex eo quandoqꝫ placet sumere laudatur cerebꝝ leporis cuniculi edi ⁊ vituli maxime estiuo tempore.⁊ sit preparata cum spetiebus supradictis ⁊ sale.Alie autē capitis partes grosse existentes flegmatice ⁊ viscose reprobantur.generant enim febres ⁊ colericos dolores licet multum nutriant. Medulla calida est ⁊ humida.⁊ vituperatur q2 stomachū conturbat ⁊ mollificat delet appetituꝫ .minus tamen nocebit si sale ⁊ aromatibus vt de cerebro dictum est condiatur.Uber frigidum est ⁊ siccum. quod tamē cōplexioni vestre estiuo tempore conuenire potest.si fuerit ex lactenti animali pingui aut ex animali lac habente quod melius est ⁊ cum aromatibus comedatur.Pulmo frigidus est ⁊ humidus ⁊ non boni nutrimenti.ideo dimittatur.licet tamen facil'r digeratur.Cor calidum est siccum nec vobis competit.est enim difficilis digestionis pauci grossi ⁊ non conuenientis nutrimenti . Epar calidū est et humidum tarde digeritur sanguinē dat grossum ⁊ tarde in venas penetrat. Melius tamen epar ē anatis pinguis gallin e edi ⁊ non multū p assatōeꝫ induretur.Splen frigidus est ⁊ siccus mali nutrimenti grossi . ⁊ est tarde digestionis.melior tamē inter alios est splen porci.dicitur enim conferre stomacho sua stipticitate.Renes licet in caliditate equales existant.in siccitate tamen excedūt. nutrimentum prebent paucum ⁊ grossum . ⁊ meliores renes sunt porcini ⁊ edini ⁊ potestis ex eis comedere.sed non in vsu.Uentres frigide complexiōis existunt pauci nutrimenti ⁊ flegmatici.ideo dimitantur.Uentres autē meliores sunt auiū q̄ q̄drupedum.Si autem comedantur cum spetiebus cōdiantur ⁊ raro.Uentres autem galloꝝ ⁊ gallinaꝝ stomacho conferunt si bene digerantur. Cauda calida est ⁊ coleram generat.non tamen in vsu habeatur.q2 fastium stomachi facit. Pedes non multū vituperantur . licet humoreꝫ viscosum generent humor tamen qui ex eis generatur est laudabilis paucaꝝ superfluitatum ⁊ sunt boni kimi ⁊ nō m'ti nutrimenti.⁊ licet viscosi sint sui tamen viscositate ventrem molliunt.Cauete tamen ab vsu eoꝝ diu in aceto maceratoꝝ. Testiculi calidi sunt ⁊ humidi. ⁊ quanto sunt grossiores ⁊ maioris animal' tanto difficiliores digestioni ⁊ plurimi nutrimenti existunt.Et melior testiculus est iuuenis animalis ⁊ inter testiculos volatilium meliores sunt galloꝝ perdicum ⁊ fasianoꝝ.Quadrupedum vero aīaliū testiculi meliores sunt.vt yrcoꝝ vitulorum ⁊ edoꝝ annualium. Conueniunt igitur vobis q2 laudabile faciunt nutrimentum.meliores tamen sunt elixi q̄ in alio preparationis modo.Ale vero auium laudabiliuꝫ vt partes ossuole ⁊ pulpose laudantur in vobis omni modo. Caro tubera sine pinguedine vobis laudabilis existit. generat enī sanguinem bonum paucaꝝ superfluitatū ⁊ magis et melius nutrit q̄ pinguedo.nutrimentū namqꝫ humidum prebet pinguedo.⁊ multaꝝ superfluitatū Caro vero variata vel virgulata nutrimentū prebet satis equale ⁊ conueniēs. Cutis frigida ⁊ sicca generat sanguinem viscosum oppillatiuum. ideo euitetur .

Regule de mō preparatōis ⁊ coquēdi carnes.

Dicto de membris animalium nunc de preparationis vel coctionis modo dicatur . Premittende tamen sunt regule alique . Prima q̄ carnes omniū animaliū habentium corpora grossa ⁊ macra meliores sunt elixe q̄ aliter preparate

Secunda q̄ carnes volatiliuꝫ pinguiū valdē meliores sūt assate.macroꝝ autē e9°. Tertia q̄ carnes omnes cum cibis grossis ⁊ viscosis cocte ⁊ cum faseolis faba frumento ⁊ sil'ibus vitari debent.

Quarta q̄ assataꝝ carniuꝫ superficies non cōedatur . Caro igitur elixa laudabilis animalis vt supra sufficienter cocta a vobis est eligenda pre aliis.Caro autē super prunas assata multū nutrit ⁊ corpus forte reddit si bn̄ digeratur . dicitur tn̄ q̄ difficilis existit digestioni.ita q̄ nunq̄ tota digeritur que cum comeditur sola sumi debet.ita q̄ nullus alius cibus eam precedat vel sequatur et post eam parū aut nihil bibendū est.Caro vō frixa cum pinguedine fastidium generat.⁊ stomachū nauseat.ideo non sit vobis in vsu.⁊ grauior est q̄ cocta super prunas. Frixa vero cum oleo melior ⁊ leuior est q̄ cum pinguedine. Caro vero omnis assata ⁊ in furno vl' craticula cocta quāuis paucuꝫ det nutrimentū conuenit vobis ⁊ sil'r caro omnis conseruata vt lādutulorū vl' mortariolaruꝫ aut

ssatū non valde pinguiū cōuenit vobis q2 exiccat consumit ⁊ paucificat humores. Caro autem in veru assata etiam vobis conuenit si bene digerit q2 tamen tarde digeritur. ideo habeatur cautela hec. vt non multum ex ea repleatur stomachus. Caro vero cocta cum laganellis baldonatiis frumento ⁊ similibus viscosis mala est. Caro etiā ois aceto preparata mala est ⁊ vitanda. Ledit enim acetum neruos valde ⁊ infrigidat: si tamen quandoq3 vt calidis temporibus acetosa placent vt gelatina q2 coleram reprimit epar confortat et icidit grossos humores corrigatur acetum cū zuccaro vel aliter vt supra cum agresta vel vino citōiorum dulcorato. Gelatina igitur sulcida ⁊ sapor omnis acetosus euitetur nisi malitia aceti reprimatur zuccaro aut spetiebus calidis vt supra. Caro etiam omnis cum spetiebus condita laudabil' est vobis maxime hyemali tempore ⁊ similit' cocta cum amigdalato pannico durello feniculo pet° silino aliisq3 multis supradictis calidis aperitis.

Sermo an vinū cōueniat in dolor' iuncturaꝝ. Prolixo satis habito sermone ciboꝝ ad potu3 veniendo inuestigabitur quis ⁊ qualiter potus cōueniens existat. Dico igitur ꝙ illustriu3 auctoꝝ plurimi videntur omni modo prohibere vinum vt Auicē. 22ª tertii ca° de cautela a doloribus iuncturaꝝ. et deuitent potare vinū plurimū. imo oē vinū. Idē etiā Rasis 9° almansoris ca° p° ⁊ idem in diuisiōibus Serapio quoq3 haliebas ysaac Galienus Auenzoar ⁊ omnes idem. Amplius ratio talis est. q2 vinū sua caliditate humores ponit' in fluxu. Et quia a debili iuncturaꝝ calore non bene digeri potest. imo resolutis leuibus ⁊ subtilibus ꝑtibus acetat frequenter in iuncturis mordicando quare ledit eas multū vt princepes Aboali 2° tertii p° ca°. Ad intelligendum autē hoc sciendu3 ꝙ dum auctores videntur prohibere vinū. vel esse potest dum actualiter dolor existit. vel dum iam euanescente dolore volunt ab eius incursu preseruare iuncturas. Intelligendū secundo ab auctoribus non fuisse preceptum hoc absolute. sed magis ⁊ minus secundū diuersitates complexionū ⁊ alioꝝ. Alicui enim complexioni vinum concedunt vt Auicē. placuisse videtur dum inquit. vinū plurimū ⁊ grossu3. Concedit enim vinum. sed nō absolute. imo moderamie recto. ⁊ sic Rasis nono Almansoris ⁊ alibi in libro iuncturarū. Sciendum tertio sententiam auctoꝝ esse veram nō repugnāte cōtrarietate maiori aut debilitate ⁊ similibus Sciendum quarto ꝙ sermones auctoꝝ extendi possent ad vinum fumosū potens ⁊ vinosum l' ad paucifeꝝ aquosu3 aut ad mediocre. Et iuxta premissa talia sunt iste conclusiones recte tenende. Prima conclusio stante actuali intenso dolore nō premissis vl'ibus euacuationibus nullum vinum conueniens existit. Probatur 9° primo q2 fumosum ⁊ potens vinū non conuenit quia calidum existens in fluxu ponit humores ⁊ dolorem sic augeret. Secundo nec debile ⁊ aqueum vinu3 conueniens est. quia veluti frigidum existens sui caloris paucitate in iuncturis aptum est acetare ⁊ ipsas taliter mordicare. ⁊ dolorem augere. Tertio non competit mediocre q2 partim habet calefacere et fluxum augere. partim q2 infrigidat ⁊ debilitat. Hanc conclusionem intellexerunt auctores dum dixerunt omne vinū esse vitādū. Secūda cōclusio ꝙ premissis vniuersalibus euacuationibus ⁊ materia existente flegmatica in declinatione vniuersali ⁊ vā paꝝ vini potentis in aurora sumpti conuenire potest. Patet 9° quia tunc tale vinum habet reliquias materieꝝ consumere ⁊ exiccare. nec sui paucitate superflue calefacit. nec humores in fluxu ponit. q2 presupponitur eos euacuatos fore. Tertia conclusio ꝙ intentione habita ad preseruandum in calidis complexionibus ⁊ materiebus virtute existente forti ⁊ corpore per dimissionem vini non incurrente debilitatem stomachi vel principalium membrorum nullius vini potus conuenit. Hec 9° rōnalis clara est. Primo q2 vinum calidum existens materiam habet augere in calida complexione. Item q2 virtus fortis non eget restauratione per vinū. Tertio q2 si ex dimissione vini corpus incurreret debilitatem. possint subsequi accidentia morbo suspectiora. vt apostema stōchi vel epatis paralisis tremor ⁊ similia. Ideo in conclusione dicebatur ꝙ corpus non incurreret debilitatem ex dimissione vini. Et hec conclusio fuit i mente auctoꝝ prohibentium vinū insil' cum conclusione pª. 4ª conclusio sequitur ex 3ª. ꝙ du3 preseruare intendimus suspecta existente virtute. vinum mediocre competit. P3 ista q2 sui mediocritate virtutē roborat nec calefacit. ita ꝙ humores in fluxu ponat. et virtus etiam que fortis est satis sufficit ipsum bene digerere. ideo nō ē aptum i iuncturis acetare. Quinta ⁊ vltima conclusio ꝙ licet vinum competat vt precedens cōclusio ponit. magis tamen conuenit vinum medicinale diureticu3 opponens generationi materieꝝ que sunt cā doloris in vobis. conclusio ista patet. primo q2 tale vinum habet prohibere generationē materiei q̄ facit dolorem. ⁊ generatam exiccare ⁊ sic a dolore preseruare. Secūdo q2 diuretica omnia material per vias vrine precipitantia conuenientissima st Et intellexit hec princeps Aboali dum inquit. De inde administra prouocationē. nam prouocatio siccat materias doloꝝ iuncturaꝝ. quoniā ipsa sic scis est ex superfluitate que est epatis ⁊ neruoru3 ⁊ proprie in podagra calida. Ex quibus omnibus facile tolli pōt apparens contradictio in auctōitatibus supra allegatis. Ex qua vltima conclusione infero ꝙ vinū cuius descriptionem dedi vobis cōuenientissimū est. Primo q2 virtutis confortatiu3 propter vinū. Secūdo q2 materiei prohibitiuu3 propter mel ⁊ rosmarinum. Teertio q2 generate materiei per vrinales vias eductiuum propter passulas ⁊ feniculum. Valde igitur laudo potū illū Cuius descriptio. ℞ rosmarini feniculi ana lib. ß passulaꝝ lib. v. mellis lib. xii. ponantur in duabus mastellis musti ad bulienduū ⁊ fit hoc pro hyeme. Pro estate vero. ℞ rosmarini seminis fenicl'i ana lib. ß. passulaꝝ lib. i. mellis lib. viii. ponātur i duobus mastellis musti vt supra. De potu tamen alique notentur regule. Prima ꝙ si quandoq3 propter estum plus de vino bibere contingit tunc parum sumatur. Secunda ꝙ si vinum vestrū limphare placebit. fiat semper cum aqua decoctiōis feniculi in hyemis tpe. Passularum vero vel ordei in estate. aut etiam in estate cum aqua decoctionis panici anisi vel feniculi. Tertia ꝙ si vinū bibitur limphatum sēper fiat per duas vl' tres horas anteꝗ bibatur. Quarta ꝙ nunꝗ bibatis vinu3 post prandium vl' cenam p tēpus ⁊ si sitis infestat vos

bibatur zuccarum rosatum cum aqua cõcta estate
⁊ zuccarum cum aqua cocta hyeme vel aqua mellis
Quinta regula ꝙ potus vini non conuenit vobis
post fructus humidos.⁊ aquosos qr facit aqueitatē
in venis penetrare.est enim vinū cibo penetrator
bonus. Sexta regula ꝙ si ex vino d'scripto per
cuteretur caput vestrum.limphetur vt supra.Se
ptima ꝙ si estiuo tempore sentiretis ex vino calefa
ctionem comedatis post cibum quattuor vel sex g̃
na mirtilloꝝ.Octaua regula ꝙ via turbida ⁊ gros
sa ⁊ valde fumosa non tangantur.Nona ꝙ caueatis
bibere vinū aliquod stomacho ieiuno. nocet enim
valde cerebro ⁊ neruis.Decima regula ꝙ si vinuꝫ
propter intensam sitim sumeretur.illico post ipsū
prouocandus est vomitus vt infra videbitur.Un
decima ꝙ aqua mellis potestis vti tēpore hyema
li nisi ex ea sentiretis calefieri epar.De aqua sim
plici regulas non pono.qr non est conueniens vo-
bis.Potestis etiam vti tempore frigoris hoc alio
potu.℞ cinamomi electi.ℨ.i.ʒʒ.ʒ.ii.piperis lõgi
galãge gariofil'.ana.g̃.v.granoꝝ paradisi carda
momi ana.ʒ.i.ʃ.vini nigri vel cerosolii planensis
lib.xv.aque lib.xl.mellis lib.vi.buliant simul per
terciam partem hore.deinde colentur per saccū
totiens quotiens clarefiat.Hec de 2ª nõ naturali
re dicta sufficiant.

Capitulū tertiū de motu et quiete.

Tertia res non naturalis supra in ordine premis
sa fuit quies ⁊ motus pro quibus dicenduꝫ.ꝙ vta
mini quiete ⁊ exercitio temperato. vt equitatione
et non superfluat.quoniam excitat ad podagram
⁊ dolores iuncturaꝝ 22ª tertii.Dico igitur ꝙ ma
ne expulsis debite superfluitatibus.bonuꝫ est facer̃
fricationē membrorū dolentiū cum oleo sale com
mixto vel cum aqua pauca multo sale commixto l'
cum solo puluere salis. Cuius sententiam vide a
Serapio.4° breuiarii vltimo ca° dum inquit.Et
ex eis que custodiunt hominem ne accidat ei poda
gra est embroca cum aqua salsa ⁊ sale cõmixta.quã
do infunditur super duos pedes semper ⁊ sal tritū
⁊ quando aggregatur cum oleo ⁊ fit ex eo empla
strum pedibus vel fricatio fit cum eo. Et posuit
Serapio oleum qr timuit multam exiccationem
salis.Facta fricatione potestis equitare attendēdo
tamen ne iuncture frigus incurrant.Laudatur ēt
motus brachiorum ⁊ partiuꝫ superioꝝ.Diuertūt
enim humores a fluxu ad inferiora.vnde conueni
ens esset frequenter arcu sagitare. aut gladio aliq̃
liter ponderoso ligna incidere.aut maleo maleare
aut secar̃ aut ad aleas ludere aut alia exercitia fa
cere.quibus superioꝝ motus fiat.tantoq; tēpore
exercitium fiendū est.vt comprehendatur corpo-
ris caliditatē intendi.anhelitum aliqualiter pmu
tari.⁊ tunc ab exercitio desistendum est. conuenit
etiam mane altis verbis moderate loqui.⁊ ieiuno
etiam stomacho rationari.De his que vocis altitu
dinē exigunt vt cantare similia. Pedestre tamen
exercitiū vitandū est.nisi manifestū ex eo iuuamē
tuꝫ comprehendatur.Hec de 3ª nõ naturali re di
cta sufficiant.

Capitulū quartū de repl'one ⁊ inanitione.

Quarta res non naturalis est repletio ⁊ inanitio
pro qua dicēdū primo repletionē omnē vitandaꝫ
esse.⁊ maxime ciboꝝ materiã doloris multiplica
tium.de quibus satis supra visuꝫ est.Secunda re
gula ꝙ non repleatur valde stomachus.imo in sto
macho seruētur famis reliquie.Tertia ꝙ cibus am
plior sit in prandio ꝗ̃ in cena.Quarta ꝙ cibus vr̃
sumatur determinatis horis. ita ꝙ inter prãdiū
⁊ cenam cadant ad minus octo hore. Quīta ꝙ nū
ꝗ̃ comedatis nec cenetis.nisi superfluitatibus d'bi
te expurgatis.vt per ventrem per vrinam p emu
cationē nariū per sputum ⁊ cet. Sit igitur ordo
iste ꝙ postꝗ̃ surrexeritis mãe.Primo intendatis
ad mundificationē ventris ⁊ vrine.deinde ad de
mucationem nariū excreationē per sputum ⁊ si po
stea aliqua in stomacho perceperitis grauitatem
omnino a prandio abstinendū est vt supra.Si ãt
non prandere potestis premisso exertitio ex cibis
laudabilibus vt supra.Si autē post prandiū aliq̃
in stomacho percipiatur grauitas aut ex nimio ci
bo vel ex eius qualitate mala.illico prouocandus
est vomitus.ipse enim sublimior existit medicina
que esse possit.Et laudauerunt ipsum in passiõibus
iuncturaꝝ sapiētes idi arabes ⁊ greci.Unde Aui.
4ª primi cap° d' vomitu.Et ex dignioribus egri
tudinibus.vt ex eis fiat vomitus sunt cronice vt
ydropisis epil'ia appl'ia mel'ia lepra podagra et
sciatica. idem 2ª tertii.⁊ 22ª tertii dum īquit.De
inde administra vomitum ⁊ proprie quando do
lor est in inferioribus. vomitus enim magis ē in
uatiuus ei ꝗ̃ ventris solutio.Et Rasis quarto Al
mansoris ca° de iuuamentis vomitus ⁊ ī diuisioni
bus ca° de podagra.⁊ in libro de egritudinibus iū
cturaꝝ. ⁊ idem Serapio 4° breuiarii.Isaach Auē
zoar.Galienus ⁊ omnes volunt ꝙ vomitus eradi
cat ab inferioribus.Adhuc si in stomacho nullam
percipiatis grauitatē.tamen melius est singl'o mē
se vel saltem in fine duorū mensium vomituꝫ pro
uocetis.placuit enī Hypocrati vt quolibet mense
fieret.⁊ duobus continuis diebus.vt ī 2ª die seq̃n
ti educatur illud quod in prima die fuit agitatuꝫ
⁊ non sufficienter eductum.Iteꝝ qr complexio ve
stra est de illis que non suspicantur ex vomitu qr
colerica.vnde 4ª primi de iuuamento vomitus:
Et ille quidē cui maius iuuamentum affert vomi
tus est.cuius complexio pª est colerica ⁊ est macer
In prouocando autē vomitū he attendantur r̃gl'e
Prima ꝙ si vomitus faciliter prouocatur sine me
dicinaꝝ auxilio.nunꝗ̃ capiatis medicinas. Secū
da ꝙ si necessarie sunt medicine a leuioribus sēp
incipiatis.⁊ si non valent.ad fortes transeunduꝫ
Tertia ꝙ dum prouocare placet vomitū. capiatis
cibos diuersos in substantia ⁊ sapor̃ vt dulces ace
tosos vnctuosos salsos mellitos oleagineos.⁊ sil'es
in vna mēsa.fastiditur enī ex talibus stomachus.
q̃r citius ad vomitū iclinatur ⁊ cet.Quarta ꝙ dū
vomitū prouocare libet.nõ sūt cibi ml'tū mastică
di.Quinta ꝙ hora vomendi exercitetur corpus
si possibile est.Motus enim facit magis vomere
⁊ quies minus 4ª primi ca° de vomitu.Sexta ꝙ
tempus ad vomitum aptius est estas ⁊ si aliis tē
poribus fiat eligatur hora diei calidior. Septia
ꝙ hora vomendi ligentur oculi cum binda ne re
cipiant humores multos vomitu agitatos ad ca
put. Octaua ꝙ post vomitū lauetur facies cum aq̃
rosata. Nona ꝙ post vomitum nõ fiat repletio
ex cibis et precipue caueatur potus aque fri-
gide. Item ꝙ post vomitū comedatis assata leuis
digestionis vt perdices aues minutas ⁊ cet. Et si
post vomitum sentiatur in stomacho mordicatio.
comedatis fercula pinguia ⁊ stomacho superpõat

lana infusa oleo comuni calido vel camomillino vel anetino. Si vero post vomitū superueniat singultus bibatur aqua calida sepe. ⁊ paulatim prouocetur sternutatio cū odoratione vel tractione piperis pulue rizati per nasum vel eleboro albo. Itē nūq̄ fiat vomitus stante ventris constipatione. imo sp premittenda est ventris lenitio naturalis vel artificialis cum clisteri statim dicendo. Laudo etiā q̄ post vomitū sequenti die fiat clistere ex decoctione maluarū blitis mercurialis ⁊ furfuris. cuius decoctionis accipiatur lib. i. olei comunis. ℥. iii. salis ʒ. ii. cassie fistule benedicte zuccari rosarū ana. ʒ. v. ⁊ fiat clistere in mediis tertiis. Modi autem vel instrumenta vomendi sunt vt post predicta cibaria intromittatur digitus ori cōmouēdo supra ⁊ infra. vel intromittat̄ pēna cū oleo comuni vncta vel oleo commixto aceto. vel sumatur aque. ℥. v. aceti fortis. ℥. ii. ⁊ bibatur hoc totum tepidū ⁊ non calidum. Exoluunt enim tepida omnia robur ventris. xi° terapeutice. Hi vomendi modi meliores ⁊ leuiores existunt. Si tamen his leuibus non prouocatur vomitus fiat cum fortioribus. vt cuꝫ hac medicina mihi pluries experta. ℞ succi ceparum liliorū alborū olei comunis ana. ℥. v. salis gemme ʒ. v. misceatur ⁊ tepidū bibatur vel sumatur succi corticū radicū sambuci. ℥. i. ſ. ⁊ bibatur tepidum vel bibatur succi radicū melonū. ℥. i. ⁊ bibatur et pulueris radicum melonū. ʒ. i. ſ. cum. ℥. i. ſ. aque ⁊. ℥. v. aceti tepidorū. Ista sunt vomitiua experta ⁊ secura. fortiora vero dimitto. Confert etiam frequenter ad repletionē minorandā saltem bis in mense capere ante cenam pillulaꝫ vnā alefanginaꝫ Ad intentionē etiam istam valet vsus ellariorū supradescriptorū. Item vitetur etiam imoderata tam per vomituꝫ q̄ per alios modos eūatio. Superfluitas enim ⁊ defectus ad easdem ducūt cās. Hec de 4ª re non naturali sufficiant.

Capitulū quintū de somno ⁊ vigilia.

Quintū propositorū expediendorū fuit in ordine somnus ⁊ vigilia. pro his dicendū primo q̄ sicut somnus temperatus. s. non profundus ⁊ non prolixus valde virtutes efficit fōtes. Ita e9° contrarius facit. q2 humectat cerebrū ⁊ neruos ⁊ totum corpus. Dormitio enim diurna euitetur. In die enim dormire malū ad malas preparans egritudines generat egritudines humectantes ⁊ reumatismos corrumpit colorē ⁊ generat splenē. laxat neruos ⁊ efficit pigritiaꝫ. Melior autē somnus ē nocturnus. ipse enim virtutes fortificat nisi superfluat. Prima igitur in somno regula est. q̄ nō dormiatis imediate post cibum. Secunda q̄ caueatis dormire discoopertus. Tertia q̄ nō dormiatis resupine. preparat enī ad malas egritudines. sicut neruorū. q2 facit superfluitates declinare ad nucham. Quarta q̄ naturalis somnus nō trāseat octo vel nouem horas. Sit igitur ordo iste vigiletis per duas horas ad minus post cenam semper deinde exponatis vos lecto. primo super latere dextro. ⁊ post primū somnū super sinistro. deide iteruꝫ reuoluatis vos super dextro. ⁊ iaceatis capite eleuato aliquantulū. nec dōmiendum est etiam vētre existente vacuo. dormire autem super ventre digestionē roborat. sed oculis nocet. Uigilandum est etiam ⁊ non superflue. q2 vigilie resoluūt spūs valde. Et post eleuationē a somno attendatis ex pulsioni superfluitatum vt in 3ª re non naturali dictum est. ⁊ post illud fiat occupatio in sermone rerū animā delectantiū vt pulchrarū istoriarum nouorum sermonum ⁊ cum prudentibus conuersatio. Et hec de re non naturali 5ª sufficiant.

Sequitur de sexta re non naturali scilicet de accidentibus anime.

Ultima res non naturalis ī ordine fuit premissa de accidentibus anime. pro qua dicendū esse talia vt leticia tristitia timor angustia ira sollicitudo mīa ⁊ siīia. Et q2 in his omnibus passionibus fiunt motus in spiritibus. aut. s. subito aut paulatiꝫ aut ad extra aut ad intra. dentur alique regule. Prima q̄ omnia accidentia anime in quibus fit motus subitus de centro ad circumferentiam euitanda sunt. sicut ira imoderatū gaudium fortis risus ⁊ cet. Secunda q̄ accidentia in quibus fit motus paulatinus de intus ad extra conueniunt calefaciunt enim talia iuncturas. nec remanent interiora calore depauperata. Tertia q̄ accidentia in quibus fit motus subitus de circumferentia ad centrum fugienda sunt. vt timor ⁊ similia. Ultiā q̄ postponenda est sollicitudo tristitia melancolia considerando de passione ista. nā vt placuit Gal'o Accidentia talia exterminant ⁊ mutant ab ea que est secundum naturam consistentia corpus tegni 3°. Ultīo vero q2 coitus circa anime accidentia accipi potest. ideo nunq̄ ipsum esse a vobis in vsu tamq̄ venenū enitādū ita q̄ natura studiose ad ipsum non incitetur. Effeminat enim ⁊ exanimat corpus superfluus eius vsus. nec aliquid est quod iuncturas ita laxet ⁊ debilitet. Nunq̄ ergo ad coitum accedendum nisi cum incitatione a natura ītrinsecus absqꝫ exteriori inuitatione perducatur corpus. Tunc. n. si fuerit prima digestio completa cū 2ª quod videtur esse tempus aurore in diebus hyemis ⁊ hore none vel decime in diebus estatis iam incitante vos ad coitum natura ad ipsum exequendū transiri potest bis in ebdomata aut ter ad plus. eius actum expediendo non magna cōcussione in ipsum elaborando. sed suam motu corporis eius delitiam acquirendo. ⁊ post eius tempus ī dormitiōe occupandum est. Nec mirandū ex his q̄ de coitu dicta sunt. non enim solum iuncturas laxat. sꝫ vltimos ītimis medullis īmitit aculeos. vt senio accidēte incurabiles ⁊ effeminantes passiōes quibus mors preeligenda foret adducat. est igit̄ ab eius vsu desistendum. Ex nunc autem dictis consulo anime tristitia accidentia fore vitanda. ⁊ esse letandum ⁊ bene sperandum. nec circa hanc passionem diuturne meditandum vel imaginandum. frequens enim ⁊ assidua imaginatio casū imprimit vt Auicē. placuit primi 2ª. Hec sunt vir honorande que de preseruatione a dolore iuncturarū vestrarū ex illustrium auctorū sententia meum exiguū ingenium exhaurire valuit. quibus attentis spero duce deo in breui tempore debilitatem iuncturarū vestrarū esse defecturā. ⁊ pristinā salutē quā qui solus oēs lāgores sanat vobis oro exhibeat reuersuram amen.

Consilium de doloribus arthreticis prouenietibus a materiebus flegticis mucillaginosis ⁊ aquosis dominantibus a materiebus colericis sub dominātibus ad inuicem mixtis ⁊ cet.

I cui languentiuꝫ morbis magni fice molestātibus misericorditer sub ueniendum. video ⁊ intelligo nimium mansueto animo ⁊ summa pietate subueniendū his qui non solum sibi sed toti mundo vtilimi sunt: ⁊ maxime ī ea parte regenda qua saluari ⁊ beatificari potest quilibet homo. Ideoqꝫ cum viꝝ dei ⁊ sacrosancte legis feruentissimū athletaꝫ dei qꝫ ⁊ sūme gerarchie yhū christi predicatorē cōstātissimū videā molestari morbo arthetichо ingenti satis magne reuerentie ⁊ collendi nomīs fratrem Bernardinū de ordine sancti Francisci vnuꝫ. imo fere vnicum legis christi cultorē magnū exēplar toti mundo colendissimū magna pietate misericōdiqꝫ oculo ⁊ māsueto animo doloribus artheticis ad eius saluberima remedia decreui ordinare q̄ꝑtum mihi summi creatoris misericordia condonabit. Est igitur arthetica eius vniuersalis ⁊ particularis dolor frequentius molestans ipsum in pedibus: licet fortasse aliquando genua ipsius non parꝝ molesta sint ⁊ aliquando in spatulis eius dolor adueniat. imo ⁊ ibidem longo tempore mansiuus extiterit. ⁊ proprie in sinistra spatula. quorꝝ dolorꝝ materiales antecedentes cause dominātes sūt flegmata mucillaginosa ⁊ aquosa. sub dominantes autem sunt materie colerice que flegmatibus iam dictis commixte ⁊ vim nocendi augent ⁊ adiūgunt. Est autem materia colerica illa verius dicendo colera notha de spetiei citrina nomīata a sapiētibus. que componitur ex cōmixtione tenuis flegmatis mlti cū pauca colera sibi cōmixta. Huius autem colerice materiei generationē arguit complexio naturalis eius. que a generatione sanguinea fuit ⁊ colerica. imo adhuc remansit talis. quod facile multis motiuis demōstrari posset. s. facilitate aprehensionis ex interioribus sensibus. bonitate operationis potentiaꝝ imaginatiue cogitatiue ⁊ memoratiue coloris rubicunditate ⁊ claritate mediocritate carnositatis totius habitudinis complexione calida in vniuersa totius corporis habitudine per sensū tactus tangentibus manifesta ⁊ sic de aliis. At vō multiplicationis flegmatū predictoꝝ in ipso cā ꝑ se non posset esse complexio naturalis eius iā precdicta. sed illius cause sunt accidentales mlte ī modo sue religionis necessario euenientes. Oportet enim euangelizantes verbum domini feruenter ⁊ assidue sicut ipse multis incumbere vigiliis. propter studii magnitudinē. indigestiones aduenirī eis propter vsum ciboꝝ. qui frigidi grossi ⁊ viscosi in pluribus administrantur. propter distractionem virtutis ⁊ spirituū pª 2ª ⁊ 3ª digestionibus. q̄ necessario accidunt propter speculationis ⁊ contēplationis instantiam. Hec enī anime passiones extерminant ⁊ mutant corpus ab ea. que secundū naturam est consistentia 3º tegni. propt̃ que flegmata multa generantur in epate. ⁊ plurima non ꝓprie sed equiuoce dicta flegmata in stomacho ⁊ in reliquis partibus corporis generantur. Cum igitur haꝝ materieꝝ alie necessario generent̃ a naturali complexione ipsius. s. materie colerice. Alie vero vt flegmatice per viam indigestionis multiplicate ⁊ non euacuentur aliunde nec frequenter. oꝫ de necessitate materias istas retentas in corpore inuicem cōmisceri ⁊ multiplicatas a virtute per corpus hinc īde expelli. Et q2 rationale est ī hoc viro inferiores partes debiles esse. propter longaꝫ corporis erectionem in euangelizando. Ideo stimulata natura expellit materias ad pedes ⁊ ad inferiora alia. Post hoc autem consyderandū. ꝙ cōplexō cerebri huius viri serui dei a generatione multuꝫ humida fuerit ⁊ etiam a tēpore propter vigilias ⁊ frequentem ⁊ longam capitis detectionē. q̄ preparat cerebrū eius ad frigiditatē ⁊ humiditatem. Ideo non est mirabile si in spatulis eius ⁊ ꝓprie in sinistra longo tempore portauit dolorē propt̃ causam assignatam necessario que contingit ī hoc viro. Et hoꝝ sermonū duo testimonia facilius possunt esse. Primuꝫ q2 hic vir ex diaricis fluxibus molestari consueuit. Etiam q2 nō leuiter traulizat ⁊ caulizat. Sed illi omnes facile adiaria capiunt̃ affori smoꝝ 6ª. ergo ex eis facile cōcludi potest mltiplicatio predictoꝝ flegmatum in cerebro. ⁊ eoꝝ expulsio ad neruos per nuchā. Est enī nucha vicarius cerebri incursu dorsi. pª tertii caº iiº colligēdum. Ex quibus omnibus accurate collectis deducūtur correlaria quedam. Primū est ꝙ dispositō huius viri est arthetica vl̃is accidentaliter. Secundum ꝙ ipsa est arthetica particularis. s. in pedibus. Tertiū est ꝙ egritudo eius essentialiter est mala complexio frigida ⁊ humida accidentaliter in eo facta. Quartum correlariū est ꝙ cā materialis suorū doloruꝫ est materia mixta ex dominanti flegmate tenui ⁊ mucillaginoso. Si enim flegma vitreum esset. non ita cito deferuesceret hec egritudo neqꝫ resolueretur materia ⁊ deficeret tumor. Quintū correlariū est ꝙ membra recipientia rationabiliter tam superiora q̄ꝑ inferiora debiliora sunt propter causam assignataꝫ. Sextū correlariū est ꝙ membra mandantia ⁊ multiplicantia predictam flegmaticā materiam sunt cerebrū stomachus ⁊ epar. Septimū correlarium est ꝙ colerica materia predicta principaliter mādatur ab epate propter multiplicationē eius in eo ex naturali ipsius complexione. Octauū est ꝙ talis dispositio minatur sibi hanc egritudinē de interpollata artetica transiturā ad continuā. Nonum est ꝙ oportet ipsum esse diligenter solicituꝫ ad obseruandū infrascriptum regimen. ne egritudo eius cum suis accidentibus perducat ipsum ad ad hazaheme. ⁊ est prohibitio motus progressiui Auicē. 22ª tertii. Itaqꝫ regimen eius in duas diuidendū est particulas. Quaꝝ prima describit regimen per sex res non naturales. Secunda vō de regimine medicinali vtiliora ⁊ meliora describit medicamina ⁊ secura. Pro expeditione primi oportet hunc venerabilē dei seruū euitare stationem ⁊ mansionē in celulis ⁊ locis terraneis frigidis ⁊ humidis expositis aeri frigido penetratiuo ⁊ partibus borealibus ⁊ sibi propinique ⁊ non dormiat in celulis nisi bene clausis ⁊ calidis. ⁊ caput suum q̄ꝑ comodius potest teneat couenienter coopertum ⁊ munitum tecturis calidis. quod tamen difficillimū est viro tam sacre professionis ⁊ religionis propter reuerentiam sacramenti ⁊ sāctualium. Similiter quantum potest euitet exercitia ⁊ maxime exercitia peditādi ⁊ progressiui motus. Caueat longa mora stare erecta statura ꝑ se. Etiam q̄ꝑ magis potest fugiat dormitionē assūpto cibo. Dormiat licet repugnet consuetudini capite eius bene eleuato super pannis apodiato ⁊ non super lapidibus ⁊ paleis nudus sic sepe facer̃ cōsueuit

Caueat etiam resupine dormire ꝛ pedibus ꝛ cru ribus non bene coopertis. De mensura vero ci borū dicendū primo ꝙ caueat quantum potest ac cipere cibaria ꝛ potus stomachi repletiuos. Et nl lum accipiat cibum nisi senserit preassumptū ci bum a stomacho ad inferiora descēdisse ꝛ alleuia tum esse stomachum eius. Iterū nullū cibum de glutiat nisi bene coctum ꝛ melius masticatum. ac etiam non assuescat diuersitatem ciboꝝ assumere Sed satis erit sibi vnico vel duobus ferculis ad plus in suo regimine vti. De qualitate vero ci boꝝ. premittendū est primo ꝙ omnia cibaria di mittenda sunt. quoꝝ complexio frigida ē ꝛ humi da. vt sunt blete spinachia potulace lactuce cucur bite citruli cucumeres ꝛ āgurie. que omnia dimit tenda sunt. aut saltē raro ī pauca quantitate assu menda. ꝛ preparata cum vegetalibus calidis. ve lut feniculo petrosilino aneto dauco serpillo mēta saluia rosmarino origano ꝛ cōsimilibus. Hec oīa conuenienti calefactione coniuncta sunt exiccatōi plurima eoꝝ alicui stipticitati prohibenti fluxū materieꝝ ad iuncturas. Premittēdū 2° ꝙ hec omnia cibaria difficilis digestionis fugienda sūt vt antique carnes ꝛ pisces magnoꝝ corpoꝝ ꝛ pa nis azimus non bene coctus ꝛ antiquus et caseus antiquus ꝛ cōsimilia. Tertio etiā euitare debet cibaria omnia viscosa grossa materieꝝ difficilis digestionis generatiua ꝛ viaꝝ oppillatiua. velut sunt cibi de pasta pp farinā ꝛ cutanee partes aīa lium ꝛ cerebrū. Et cibaria mollitie ꝛ vnctuositate multa neruos ꝛ iuncturas laxantia ꝛ mollificātia vt multitudo piscium ꝛ proprie elixoꝝ. Simil'r etiam euitare debet omnia nutrimenta que gros sum generāt sanguinē ꝛ flegma. ꝛ proprie illa sꝫ legumina omnia que nocitiua sunt iuncturis et neruis. vel euitare debet omnia cibaria mucillagi nosa sua humiditate ventosabilia ꝛ repletia ner uoꝝ ꝛ iuncturaꝝ ventositate multa habente apti tudinem extendendi neruos ꝛ iuncturas. Preter hec autem cibaria dicta ꝛ sibi similia. vti ptest omnibus fere cibis aliis libito suo. De potu aūt dicendum. ꝙ oportet ipsum euitare vsum vini ꝙ̄ magis potest. ꝛ proprie vini albi fumosi ꝛ acuti quod nullo modo tangere debet. ꝛ maxime sipler vti autem potest vino subrubeo vel rubeo claro a romatico boni saporis ꝛ mediocriter dulcis aut paꝝ pontici. Et melius erit huic viro vt vino cō misceat terciam partem aque aut saltem quartā in diebus estatis partem aque crude non cocte. Et si aqua illa precocta esset cū zuccaro conueniētiō esset. Et si cum melle non multe quantitatis ꝛ vio cōmisceretur conuenientissima semper esset. Et si vteretur tali aqua per totū mensem aprilis esset ei potus saluberrimus. Et simil' a pncipio octo bris vsq; ad mediū nouēbris. Uinum autem pon ticum vel bruscum omnino dimittat. Hec eni oīa propinqua sunt sapori aceti. quod est de peioribus rebus nocumenta neruoꝝ efficientibus. Et si ppt etatem huius viri etiam propter sui stomachi de bilitatem percipiet lesionem stomachi vel epatis propter aquam mellis predictam vbi contigerit ipsum esse quietum ꝛ habere comoditatem. faciat sibi fieri claretum secundum hanc descriptionem ℞ cinamomi electi. ℥. i. piperis albi. ℈. i. ʒʒ. electi ℥. ß. florū ros. ℥. ii. liquiritie mundificate. ℥. iii. bu liant omnia in lib. aque. xxv. lento igne vsque ad consumptionē tertie ptꝭ. Deīde colent absq; aliq̄ expressione. ꝛ illi colature addantur mell' citrini ℥. xviiii. ꝛ iteꝝ lento igne simul buliant sēper dis pumando. vsq; quo cadat tertia pars duabus re manentibus. tunc ergo coletur tribus vicibus per sacculum spissū. ꝛ vsui reseruetur. ꝛ poterit vti ta li potu siplici. ꝛ ipsū cōmiscere vīo ad libitūeius.

Capitulū secundū de cura per medicinalia.

Regimen autē medicinale huius vir in sex capitu la partiendum est. Capitulum primū describit re media preseruatiua quibus hic venerandus athle ta dei vti debet in vere ꝛ autumno pro sua cōser uatione. Secundum describet remedia per os assumenda tempore doloꝝ suoꝝ. Tertium vero describet remedia localia a principio dolorū ap plicanda vsq; ad octo dies. deinde illa que erunt conuenientia vsq; ad finem sedationū dolorū.

Quartum describet remedia quedam stomachi ꝛ epatis ꝛ renum confortatiua in tempore suorū doloꝝ. Quintū vero describet linimenta q̄dā prohibentia fluxum materieꝝ ī iuncturis. Se xtum memoriam faciet quarundam medicinarū que sua leui diuersione materieꝝ facient euacuatō nem earum ꝛ sedabunt a membris dolorē ꝛ secu rabunt ipsum ab aduentu eius ꝛ tandem acquire tur finis preseruationis ꝛ reductionis eius.

Pro complemento itaq; primi capituli premittē dum ꝙ de instrumentis preseruātibus homines ab euentu egritudinū a quibus periodice molesta ri consueuerunt meliora sunt duo instrumenta.

Quoꝝ primū est regimen conueniens per sex res non naturales. de hoc quidem iā pertrāsiuit sermo in parte 2ª pncipali huius operis. Se cundum vero instrumentum est regimen patiētis indicatum a materia. ꝛ hoc quidem est digerendo ꝛ euacuando eā cum rectificatione membrorum mundantium ꝛ suscipientium. propter quod pre mittendū secundū sententiam sūmi Hypocratis ꝙ in corporibus talibus est necessarium premitte re euacuationes ꝛ diuersiones materierū anteꝙ̄ hec corpora in egritudinē incidāt. Et qz iste egri tudines paroxismales solent frequentius in tēpo ribus veris ꝛ autumni aduenire. ideo hic dscribā euacuationes veri ꝛ autūno proportionatas iuxta illud. Quibuscunq; farmatia aut flobotomia con uenit vere flobotomare aut farmatare necessariū est, afforismoꝝ 6ª sermone 2°. Itaq; circa medieta tem mensis septembris futuri de hoc anno 1443 circa quartum vel quintū diem noui lunaris. In quo huic viro seruo dei vt fiat flobotomia de vēa basilica dextri brachii sub cubito inuēta. per quā educantur sanguinis. ℥. iii. ß. aut q̄ttuor ad plus Neq; terreatur aliquis propter etatem; Iste eniꝫ vir propter bonā temperiē sui epatis multiplicat sanguinem adhuc colere multe commixtū. Facta vero flobotomia mane immediate sequēti ī auro ra accipiat hoc digestiuum calidum. ꝛ continuet ipsum diebus adminus octo. ℞ geleniabim siru pi compositi acetꝭ de radicibus sirupi de bisantiis ana. ℥. ß. aque scariole feniculi ꝛ absinthii ana. ℥. i misce ꝛ accipiatur vt supra. Et si esset in loco vn̄ hr̄e non posset predictos sirupos. tunc loco eorum accipere posset istas aquas. ℞ aque ypericonis ꝛ fe niculi ana. ℥. i. aque cicoree. ℥. ii. ꝛ. ß. misce. Cū g° continuauerit aliquod istorum digestiorū ita vt vrina eius fuerit in substantia ingrossata medio

eriter respectu priorís. & í colore aliqualít fuerít magis parumper intensa vel citrina q̃ esse solita fuerit. & in fundo eius apparuerit contentū album vnitum & equale. que sunt signa complete digestionis materiez. tunc statī euacuēt materie cū his pillulis. ℞ pillaz de sarcocolla descriptione Mesue in libello de cōsolatione caº .ppº. ʒ. ß. pillulazū de hermodactil'. descriptione Rasi 9º Almāsorís. ℈. i. formentur pille. v. cum sirupo de sticados. & exhibeantur ei in aurora cum conditionibus requisitis vt tardet cibum horis quinq; & tūc accipiat scutellā vnā brodií pulli macri conditi cum zuccaro & post ipsum per horam vnam prandeat. Et attēdat iterū q bonū erit ei quolibet tempore vti pillulis imediate descriptis. Ita q si oī mense semel acciperet dosim suprascriptam. et iterū omni septimana semel aut bis imediate ante cenā acciperet vnam ex eis non credo remediuz in virtute cōsile & in poª preseruandi ipsum a nocumentis & doloribus eius. Sil'r etiam consulo ei. q oīo procuret purgationē facere sibi ante tempus veris. q̃r circa medietatem februarii mensis fiat ei flobotomia de vena mediana vel nigra vel purpurea nomiata dextri brachii per quam educantur sanguinis ʒ. iiii. Mane vero sequenti imediate accipiat hoc digestiuū. ℞. oximellis compositi. ʒ. i. geleniabim ʒ. ß. & totū hoc calidū accipiatur. et fiat post ipsū vt de superiori dictum est. Cū ergo acceperit ipsū tot diebus vt apparuerit in vrina sedimen supra dictū. tunc euacuetur cum istis pillulis. ℞ pill'az fetidaz. ℈. i. pillulaz de sarcocolla predictaz. ʒ. ß fiant pille sex & administrentur vt dictuz est supª de aliis. memorando semper q vsus pillulaz que scripte sunt in purgatione autumni nullomō pretermittendus est. Et non miretur aliquis si digestiua & euacuatiua materiez diuersificātur in vere ab eis que in autumno conueniunt. qz enim in vere materias euacuari grossiores & maioris resistētie. que genite fuerunt in hyeme precedēte. Et iterum memorandum q si post purgationes vtrasq; dictas iste vir vteretur vnctione iuncturaz oīum que fuerūt solite molestari cū hoc vnguēto sel' aut bis in die administrato valde vtile foret ei. Cuius descriptio est talis. ℞ olei oliuaz antiqui lib. ß. salis comunis torrefacti. ʒ. i. terantur omnia simul ī mortario eneo & de ipso calido fiat iunctio. Sil'r inungi possent membra ex oleo omfancino puro & calido. & hec de preseruatione sufficiant.

Si autem contingeret q per antescripta remedia non potuerit preseruari a doloribus. imo adiūgāt ei dolores. tunc in principio administretur digestiuum tale. ℞ aque acetose ypericonis ana. ʒ. i. ß. sirupi simplicis acetosi. ʒ. ß. sirupi rosati. ʒ. i. misce & in aurora calidum accipiatur. aut loco illius accipiatur sirupi de sticados. ʒ. i. aque violaz & iuiubarum ana. ʒ. i. ß. misce & totum accipiatur duobus vel tribus diebus & 3ª vel 4ª die ī aurora accipiat tres de pillulis descriptis in purgatione autumni Et qz vir iste abundat sanguīe colerico satis & subtili adhuc in etate sua propter complexionē radicalem eius colericam & sanguineaz. Ideo oportet ī eo vti medicinis sedantibus laboriosaz agitationem materiez fluctuantiuz. que etiam habeat potentiam intercipiendi fluxum materiez. & inducēdi somnū cum ipse ab instantia vigiliaz molestetē vehementissime. Ideoq; bonū esset ei vt per duas horas post cenam acciperet has pill'as. ℞ trocisco ruz stelle. ℈. i. & fiant pille tres cum sirupo de calamento. aut loco eaz detur. ʒ. ß. auree alexandrine cum. ʒ. ß. aque camomille aut aneti tepide. & de hº caº 2º dicta sufficiant.

Postq̃ ergo cum remediis oportunis prouisum ē agitationi materiez adequationi eaz statim necessarium est aggredi iuncturas procurando sedare dolorem & auferre ab eis cum localibus oportune applicabilibus. Prima itaq; die applicetur istud vnguentum. ℞ olei rosati. ʒ. i. sandarace. ʒ. i. rosarum. ʒ. ß. terantur simul & liniantur ex eo iunctūr tepido aut actu frigido octo vel decē vicibus ī die

Secundū vero & fortius illo est vt predicto linimento addatur camphore. ʒ. ß. acatie sumach ana. ʒ. i. tritis inuicem applicetur vt supra. Tertium remedium iterū efficatius predictis est hoc ℞ olei rosaz & omfancini ana. ʒ. i. ß. succi memithe ʒ. i. ß. camphore seminis plantaginis ypoquistidis acatie sandarace ana. ʒ. i. terantur simul & fiat vnguentum. Et hec omnia administrari possent vsq; ad quattuor dies incipiendo ab vltimis & ascēdendo ad prima. Cum vero pertransiuerit dies quattuor tunc predictis linimentis addendum est aliquid de mollificatiuis & resolutiuis. sicut puluis carui & ypiconis thuris sarcocolle & proprie nutrite. vsque ad betonicam origanū pulegium calamentū. de quibus tamen parua quantitas apponatur. propter eorū caliditatē. hoc autem tempore administrare soleo emplastrū hoc. ℞ pulueris rosarum. ʒ. ii. masticis. ʒ. i. croci. ʒ. i. camphore. ʒ. ß. farine ordei lib. ß. buliat hec omnia lento igne in vino albo planensi vsque ad eoz conuenientem inspissationē cadez cōtinuo cum spatula cōmiscendo. & de hoc calido membra omnia diligenter emplastrentur & circumligētur hoc enim medicamen non solet me decipere in cōfortando membra sedando dolores resoluendo et exiccando materias. Et ideo etiam ego dico q si magna quantitas pulueris hermodactiloz terat cum lacte caprino & spongia eis infusa calidis fomententur membra confert solemni iuuamento.

Cum autem prima transiuerit septimana. tunc necessarium est vti resoluentibus & residuuz materiei consumentibus. propter qd vti soleo linimentis quattuor in hoc tempore applicandis. Quorum primū est hoc. ℞ olei de costo olei lilioz alboruz ana. ʒ. i. rosaz florū ypericonis calamenti origai croci ana. ʒ. ß. terantur omnia simul longa cōtritione & de tepido liniantur membra decē vicibus in die. Secundum vero & fortius illo est. vt predicto linimento addantur thuris costi sandarace ana. ʒ. i. hermodatil' peonie sticados ana. ʒ. ii. incorporentur simul & fiat vnguentum grossū. quod calidum super applicetur membris. Tertium vō adhuc conuenientius predictis est hoc. ℞ vnguēti dialtee & agrippe amborū descriptione Nicolai ī antidotario suo ana. ʒ. ii. croci. ℈. ii. sādarace pirectri sticados eupatorii arthetice ana. ʒ. i. ß. incorporentur simul in mortario & applicētur calida mēbris lesis. & est mirabile iuuamentum in sedando dolores & exiccando reliquias materiez. que rēmaserunt in eis. Ultimū vero & leuius predictis cōueniens tamen est. vt membra omnia dolentia liniantur abundanter ex cassia nuprime abstracta & proprie cum aqua camomille aut cum aqua sublimationis vel decoctiōis floz papaueris & proprie

cū instātia dolozis. Et hec de 3° ca° dicta sufficiāt.

Quoniā materia generationis harū egritudinum est superfluitas tertie digestionis. que in membris fit ⁊ h̄c digestionis que fit in epate. Ideoq3 colice superfluitates ⁊ mucillaginose flegmatice maṫie sunt harum egritudinum materiales cause. vt supra in primo capitulo huius operis demonstratū est. Ideo necessariū est in hac cura attendere ad r̄ctificationē epatis principaliter. Deinde ad rectificationem stomachi in quo propter debilitatem digestiue eius generantur ⁊ congregantur materie per viam indigestionis. q̄r etiam opoztet stomachi dispositionē rectificare. materie enim flegmatice ⁊ aliquando colerice equiuoce dicte de eis in stomacho generantur ⁊ commiscentur chilo ex quo postea epar massam sanguineam diminute aut cōzupte digestam generat. Patet ergo q̄ cū iste materie superfluunt in epate a quo non consequenter per offitium discretiue virtutis delegari possunt. Ideo labuntur simul cum sanguine ī vniuersum corpus. quare debilitatem in diuersis hominibus inuentam in iuncturis siue contractam a pricipio generationis in complexione. siue propter aliquā de efficientibus cauṡ dbilitatē generantibus ī iuncturis vt superfluitatum earum exercitiū laxitas immoderata frigiditas aut raritas ⁊ sic de aliis. Multiplicantur he materie ī iūcturis que propṫ spetiem male complexionis subito alterantis vel propter extensionem que est spetics solute cōtinuitatis dolozem efficiunt in iuncturis diuersarum spetierū vt pruritiuum cum materie fuerint subtiles ⁊ pauce. pungitiuum acutum mozdicatiuū cu3 materie fuerint acutiozes ⁊ participantes adustione. Extensiuu3 cum materie in iuncturis ventosantur aut in ventositatem conuertuntur. Compressiuum vero dolozem contusiuū ⁊ contractiu3 cum materie fuerint grossiozes ex quarū spetieru3 dolozum cognitione assumitur fundamentū curationis rationalis sine quorū cognitione casuales ⁊ varie sunt operationes omnes. ex quorū omnium fundamento colligitur primo qd̄ necesse est rectificare membza mandantia: v3 stomachum et epar

Colligitur ſ̄o q̄ necesse est foztificare suscipientia membza. de quo in sequenti cap° dicetur. Confoztantia igitur stomachum ⁊ eius appetitiuam rectificantia sunt plura instrumenta simplicia vt granum masticis sepe deglutitum per hora3 ante cibum: Siṙr ⁊ granū thuris. Tertio ⁊ non minus potens est deglutiri sex vel octo grana carpobalsami. Quarto deglutitio granorū cubebarum. Quinto in cibariis sepe vti menta serpillo silimbzio cinamomo mace gariofiḋ. ⁊ similibus De compositis autem est confectio de cinamomo cōfectio de ameos cōfectio diamusci dulcis cōfectō d̄ ligno aloes ⁊ sibi siles in dispositiōe valō frigida ⁊ leuiozes illis sunt confectiones aromatici ro. de scriptione Gabziel. Cōfectio de mace aromaticu3 rosatum aromaticum muscatū. Confectio triasilō ⁊ alie consimiles. At vero epati omnia predicta ꝯferunt ⁊ tamen apropriata esset confectio de spodio ⁊ diarodon ⁊ trocisci cōfectio dianthos diacurcuma ⁊ ellectuariū homozision dictum ⁊ mirobalani kebuli conditi ⁊ ligna balsami condita. Ego aute3 experientia scio certe q̄ decoctio ligni aloes est electissima. quod debet esse graue sub nigrum suauiter aromaticum ⁊ ad fundum aqua statim d̄scendens cu3 proicitur in eam est magni iuuamēti. facta ita decoctione cum aqua cuius due partes consumantur tercia remanente. Si detur ex ea. ℥ iiii. calefacta in auroza quibusdam diebus mirabili operatione rectificant stomachū ⁊ epar debilitata in operationibus suis. ⁊ collige corū sententia3 a Diascozide 4° simplicium. ⁊ lege quod scribitur de eo ab Auicē. 2° canō. ca° d̄ ligno aloe ⁊ placebit Et hec dicta suffiant de ca° 4°.

Iam vero apparet pro materia quinti capituli ponendas esse quasdam medicinas prohibentes fluxum materierū ad membza. Et licet plurime ipsarum posite fuerint in 3° ca° precedente. tamē hic ponentur quattuoz composita. que solēt esse d̄ meliozibus ⁊ electis meis. Quorū primū est hoc. ℞ succi plantaginis succi consolide maiozis ana lib. ß. farine fabarū. ℥. v. croci. ʒ. 3. gallarū cipressi. ℥. viii puluerizentur puluerizanda ⁊ inspissentur in mōtario conterendo cum predictis succis ⁊ emplastrētur ex eis membza ante tempus principii euētus dolozis Secundum remedium est vt ante tempus dolozum lauentur sepe membza cum aq̄ maris. in qua bulierint multe galle cupressi ⁊ multo tempoze. Tertiu3 remediū est hoc. ℞ aque cineris lib. ii. farine volatilis molendini lib. ß. farine milii ⁊ fabarū ana. ℥. ii. pulueris gallarū quercus et propzie perfozatarū. ℥. viii. landarace thuris masticis ana. ℥. i. fiat linimentum in moztario sicut de predicto dictu3 ē. Quartum remedium est hoc ℞ pulueris rosarū sumach granorū mirti cupularū glandiū scozie ferri ana. ℥. i. ypericonis calamēti pulegii hermodactilorū ⁊ baccharū lauri ana. ʒ. ii. farine volatilis molendini lib. i. sanguinis draconis lib. ß. incorpozentur omnia cum succo plantaginis ⁊ albumine trium ouorū vsq3 ad bonam inspissationē. ⁊ de hoc emplastretur. ⁊ hoc potest esse conueniens in materia frigida magis. licet etiā conueniat in calida. ⁊ propzie in principio. ⁊ hec d̄ c° 5° dicta sufficiant.

Pro materia vltimi capituli valde vtilis premittendum primo. q̄ diuersiones conueniunt magis in principio inclusiue egritudinis q̄ alio tempoṙ propterea quia per eas distrahuntur materie. que inceperunt fluere ad membza ad alias partes distantes non lesas. licet ipsa diuertentia etiam cōpetere possunt per totum tempus augusti. in quo materie fluctuāt ⁊ ad membza mouentur. De diuertentibus ergo licet plura possent dici ⁊ ostendi vltra ea que dicta sunt de flobotomia in ca° precedente quattuoz solum hic tangam que mihi habiliora ⁊ meliora videntur. Primū itaq3 est ventosarū applicatio. que possent materiam intercipeṙ ⁊ ad distantia loca trahere. Exemplū primi vt si fluerent materie ad pedem ponatur ventosa ī domestica parte carnosa tibie in dispositione leui sine scarificatione. ⁊ in dispositione foztiozi cū scarificatiōe. Et si fluerent materie ad genua ponaṫ ventosa in coxa. Et si fluerent materie ad anchas ponantur vētose ī spatulis. Et si ad spatulas distᵃbatur materia ad superiozes partes natum. ⁊ sic de aliis que ventose longo tempoze apposite membzis permanere debent. aut saltem frequenter apponi ⁊ remoueri. quod est conuenientius ⁊ securius

Secundum vero de diuertentibus cum euacuatione sēsibili est q̄ fiāt ei vesicationes sup mēbzis

⁊ rubificationes. Et prime fiunt cum appositione flāmule contrite super membris aut persicarie. vt apii silvestris vel alterius acute plante. Secūdo vero vz rubificationes fiunt cum fricatione membrorum circumstantium facta cum calamento cōtrito diu applicato. aut cum foliis apii ranini. vel foliis ficus. vel elebori albi. aut pulveris euforbii cū felle thauri. que omnia caliditate sua acuta materias de profundo membrorum trahunt ad subcutaneas partes. Tertium divertens ⁊ sollemne ē clistere sicut est istud. ℞ foliorum sicle ⁊ liliorum alborum calamenti ficuuz siccarum ana. M. i. passularum. M. i. ß. hermodactilorum assari peonie arthetice ana. M. ß. fiat horum decoctio in magna quantitate aque de qua decoctione accipiatur lib. i. ⁊ superaddatur ei hoc. ℞ olei de rutha olei de sisamo ana. ℥. i. olei liliorum alborum. ℥. ii. sal' gemme. ʒ. ii. yere hermetis yera logodion zuccari ru. ⁊ cassie fistule ana. ℥. ß. ⁊ applicetur totū. ⁊ est valde salubre. Quartum vero divertens. ⁊ de melioribus ⁊ securioribus ⁊ mihi magis gratum esset provocare emoroidas in hoc viro ante tempus eventus dolorum ⁊ ī tempore eorum Et hoc quidē fieri posset cuz multiplici instrumēto fricando intus ⁊ extra. primo cum foliis consolidē Secundo cum foliis fici. Tertio cū foliis apii ranini. Quarto cū felle thauri cōmixto cū pulver̄ eufōbii. que omnia emoroidas cecas convenienter aperiunt. ⁊ magnam spem ⁊ fidutiam satis vnicuiqz taliter languenti promittunt. Tu igitur sūme omniuz conditor accipe iocunda mente ⁊ placida hoc opusculum salutare. quod ego fidissimo ⁊ cōstāti tuo athlete erecta ⁊ complacida caritate cōposui domnio patri in x° venerando fratri Bernardio de religione sancti Francisci vnico fere ī etate nr̄a sancte religionis honestatis ⁊ devotionis speculo amplissimo. Ad laudem dei omnipotentis amen.

Consilium ꝺ passione arthetica vl'i.

Vir cōmēdatissimus Lippus Bononiensis egrotat dispositione que ē dolor iuncturarum. Et hic quidē dolor non est particularis alicuius iuncture magis vni q̄ alteri appropriatus. verūtamen vl'is est per omnes fere articulos discurrens ⁊ permutabilis. q̄r merito artetica dispositio nominari debet. pertranseunte enī causa. s. doloris effectiua ad omnes corporis iūcturas arteticam illā nominare consueverunt. vt scribit Paulus p° practice ca° centesimo 84° ꝺ arthetica ⁊ podagra. hic itaqz dolor in hoc viro. quādoqz spatulis quandoqz spondilibus colli ⁊ dorsi. aliī etiam digitis manibus ⁊ cubitis comunicatur. et non raro etiam non nullas inferiorum iuncturarum perambulat. Est autem hoc rationale contingere in viro isto. quoniam apparatum habet ad adventum talium dolorum. Primo ex parte complexionis Secundo ex parte compositionis. Tertio ex parte habitudinis. Et quarto ex parte horum q̄ extrīsecus evenientia consimiles dolores efficere possent. Ex parte quidem complexionis. p° vl'is. fuit enim hic vir a generatione colericus. ⁊ adhuc remanet talis complexionis manifestum vestigiuz. licet ex parte exterius evenientium vt aeris ⁊ mali regiminis ex parte ciborum ⁊ potuum coitus et sl'iuz. lapsa sit eius complexio ad flegmaticitatē. propter enim innati caloris debilitatem generantur materie frigide flegmatice per viam indigestionis. Remāsit igitur in epate suo caliditas notabiliter refracta cum multorum flegmatum generatione ⁊ congregatione in epate stomacho ⁊ in renibus eius. ppē quam etiam debilitatem non est difficile videre. q̄r hic vir existat in habitudine sua adeo macilētus Cum enim flegmata congregantur sanguinez qui est nutricationi materia conveniens faciunt ī dispositu augmentationi carnis ⁊ membrorum. Unde ⁊ raritas texture huius viri a duplici potest provenire causa. Primo a reliquia caliditatis in epate. Secundo ex paucitate materiei nutricationis Adhuc etiam in hoc viro ē apparatus ad eventuz dolorum iuncturarum. ex parte particularis cōplexionis cerebri sui. Est enim cerebrū eius notabiliter frigidū m'ltiplicatiuū fl'at' mucilaginosi ⁊ aquosi. qd quidem defluens ⁊ pullum a cerebro non solum p venas ⁊ arterias. sed etiam per nervos infunditur spatulis ⁊ spondilibus ⁊ musculis predictarum partium inde dictum dolorem in eis efficiens. Et qr materia est multa ad multas iuncturas deferri potest. prius tamen ad propiquas secundario ad remotas. Et qr ista materia magna pticipat mobilitate per se. qr aquosa ⁊ accidentali mobilitate sibi adiuncta admixtione materiei colerice aliquanta. hinc est q̄ discurrit ab vna iunctura ad aliaz. imo de pluribus ad plures. At vero iterum in hoc viro ē apparatus ad hos dolores ex parte quidez habitudinis. qr macer ⁊ extenuatus est vt supra. Membrorum autem substantifica dissolutio maxime est cā debilitatis eorum. vt pz 2° primi ca° de causis debilitatis. Tertius vero apparatus in ipso ad hos dolores est qr membra iuncturalia sunt extenuata pauca carne vellata. ⁊ habent concatenationes ⁊ ligamenta eorum satis lapsa. i. mollificata a m'lto flegmate aquoso ⁊ mucilaginoso in eis invento ⁊ profundato potestate colere facientis ipsum imbibi ⁊ maiori penetratione profundari in iuncturis q̄ p se facere posset. At vero iterum quartus modus apparatus hominum ad dolores iuncturarum facile intelligi potest ex his que occurrunt exterius ⁊ proprie in hoc viro. qui occupatus fuit ī armorum exercitio. ī quo necessarie sunt magne alterationes ex parte aeris. nunc calidi nunc frigidi humidi vel sicci sereni caliginosi ⁊ sic de aliis. Etiaz ex parte ciborum ⁊ potuum quantitate qualitate ⁊ substantia diversorum ⁊ male preparationis vt in pluribus ⁊ motuum excellentium etiam non sua hora ⁊ coitus ī congrui. ⁊ in sūma omnium rerum non naturalium excessus videtur necessario consequi ad exercitia armigerum. Ex quorum omniū fundamento sequitur. P° q̄ dolores in hoc viro evenisse est rationale. qr ad eorum eventum omnes concurrunt cause. Primo quidem ex parte complexionis. Secūdo habitudinis Tertio lapsus cōpositionalis. Quarto ex pte eorum que exterius eveniūt. ⁊ multorum particulariū convenientia. q̄r correlariū veruz. Quomodo enī aliter esse posset. vbicunqz enim ad effectum inducenduz convenienter assignantur cause ⁊ potentes ⁊ applicate cum temporis sufficientia ⁊ dispositione passi necesse est consequi effectum ⁊ tota philosophia clamat. Sed omnes cause invente fuerunt ī hoc viro vt supra inductive demonstratuz est q̄r ⁊ cet'. Sequitur 2° q̄ dolores in hoc viro valde suspecti ita probatur correlariū cum diuturnitate temporis

secum admixta. Item q2 morbus in hoc viro dis-
proportionalis est saltem etati. ergo difficilior:
oña notissima. ex lege afforistica particule secunde
In morbis minus periclitantur egrotantes 7 cet.
Et sequitur tertio q nisi dolores isti curentur in
hoc viro ab etate consistentie per totam partē pri
mi senii. fortassis hic vir nunq sanabitur ab eis.
nisi cum beneficio. Probatur correlariū q2 si nō
curatur egritudo in tempore maioris fortitudis
virtutis 7 potentia caloris naturalis non poterit
curari adueniente debilitate virtutis 7 innati calo
ris paucitate. sed hec accidunt ambo post etatem
consistentie prima primi ca° de complexionibus
etatum paraso post etatem consistentie caro nota
biliter diminuitur 7 cet. Ex quoz omnium cōgre
gatoz fundamento concluditur. q oportet istum
virum esse sapientem solertem 7 diligenter obser
uantem in cura sui ea que inferius scribentur. Et
horum quidem omnium sermonum fundamenta
substentantur super 22ª tertii i subtili materia de
doloribus iuncturaz. Et a Rasi colliguntur in li
bello de egritudinibus iuncturaz diffuso 7 accura
to sermone multum 7 a Paulo primo practice ca°
184° 7 tu lege ibi si velis. Itaq3 regimen huius vi
ri duplici fundamento substentatur. Primum ex
parte conuenienti rectificationis omniū sex reruz
non naturalium. Secundum ex parte itentionuz
7 instrumentoz medicinalium electione cōueniēti
Regimen itaq3 per sex res non naturales fuit ta
ctum ab illo consilio magno illius de taruisio. qđ
incipit Uir insignis.

Capitulum secundum de regimine huius viri
per medicinalia.

Modus autem regiminis huius viri per medici
nalia consistit in duabus intentionibus principa
libus. Prima est preseruatiua ab euentu doloruz
7 paroxismis eorum 7 multiplicationis. Secūda
vero intentio est proprie curatiua 7 eradicatiua
causaz efficientium hos dolores quantum theori
ca contemplatione 7 cottidiana experientia capi
potest. Prima quidem intentio completur per
ea que preseruant materias ab augmento quanti
tatiue eaz 7 motu ipsaz. Et hec quidem intentio
perficitur partim per applicationem consimiliuz
Actus eniz preseruatiuus completur ex applicatōe
talium. vt patet 3° tegni ibidem. Si vero regere
7 permutare volueris. 7 4ª primi etiaz colligitur
dare 2° ca° de medicatione spetiez male cōplexio
nis materialis 7 immaterialis. Preseruat autem
homines ab incursu egritudinum que periodice
reuoluuntur partim ea que de electione sex rerum
non naturalium precedenti ca° tacta sunt. partim
per ea que quantitatem materiez abscindūt. Qui
buscunq3 enim periodice reuoluuntur egritudies
īmateriales 7 a multa materia fientes hos euacua
re oportet afforismoz 6ª textu 7 comento secūdis
vbi comentator scribit se plurias gentium preser
uauisse ab euentu arthetice podagre epilentie 7 cō
similium egritudinū. Itaq3 in huius viri cura ita
procedatur. vt i principio huius veris anni 1446
vsq3 ad medietatem mensis aprilis hic vir euacue
tur secundū istū modum. ℞ agarici electi. ʒ. i. pul
ueris hermodactiloz. ʒ. i. ſ. ℈. i. zuccari secunde
coctionis. ℥. i. cassie nuper preparate. ℥. ſ. aque ar
tetice. ℥. iii. ſ. calefiat aqua 7 omnia infundantur
in ipsam per diem naturalem. tunc ergo itez cale

fiat aqua. 7 omnia infundantur in ipsam per diez
naturalem. tunc etiam iterum calefiant in aurora
7 exprimantur diligenter 7 colatura bibatur cali
da. post ipsam dormiendo per horam. 7 tardetur
assumptio prandii horis ad minus sex. Die vero
immediate sequenti accipiat hoc digestiuuz. quod
continuet diebus ad minus octo hora predicta ca
lidum. post quod tardetur prandium horis ad mi
nus quattuor. Cuius descriptio est. ℞ sirupi cōpo
siti aceti. ℥. ſ. mell. ros. colati. ℥. i. aque calamenti 7
arthetice ana. ℥. i. ſ. misce. Die vero nona sequenti
euacuetur materia cum istis pillulis. ℞ pillularū
de hermodactil. pill. aur fetidaz ana. ʒ. ſ. formētur
pillule. vii. cum ellectuario rosato 7 accipiant ho
ra 7 conditionibus obseruatis omnibus q̄ scripta
sunt de minoratiuo precedēti. Silr etiā ad pre
seruationem huius nobilis necessaria est euacuatō
in tempore autumni fienda secundum hunc mo-
dum. Itaq3 vno mane post medietatem septēbris
accipiat hoc minoratiuum. ℞ pillulaz de agarico
ʒ. ſ. pillularum de hermodactil. ʒ. ſ. boni ponde-
ris salis indi. g. ii. formentur pille cū ellectuario
ros. 7 accipiantur obseruatis regulis post alia solu
tiua pretactis. Mane vero sequenti accipiat hoc
digestiuum continuatum diebus ad minus. x. ℞
sirupi de absinthio sirupi de eupatorio ana. ʒ. vi.
aque lupuloz 7 arthetice ana. ℥. i. ſ. misce. Unde-
cima vero sequenti die accipiat hoc solutiuum. ℞
benedicte. ʒ. iii. ellectuarii indi. ʒ. ii. ſ. aque yris. ℥
i. ſ. calefiant 7 accipiatur totum memorando con
ditiones que post alia solutiua prescripte sunt. Cū
ergo hic vir nobilis fuerit euacuatus hac duplici
euacuatione regulari. Tunc insurgit intentio par
ticularis curationis dispositionum suarum secun
dum hunc ordinē celebranda. Primo eniz scribē
tur decem remedia inter tēpus veris 7 autumni
particulariter administranda. Secundo vō prin
cipaliter tangentur plura instrumenta membro
rum particularium huius viri lapsum rectificātia
Tertio principaliter ordinabuntur instrumenta
principalia. que a principio mensis octobris vsq3
ad principium mensis martii āni futuri obseruari
debent. Ex quibus videbitur acquisitum medicis
le regimen suarum dispositionum curatiuū. Ut
autem explicentur instrumenta necessaria inter tē
pus veris 7 autumni premittendum est. q quedaz
ipsorum erunt particularium euacuationum effe
ctiua. Altera vero erunt ipsaz materiez diuersia
Non nulla vero erunt consumptiua materiez. q̄
iam ad membra effuse sunt. Ultiā vero erunt mē
broz confortatiua. ne aliaz materiez sint recep
tiua. Pro declaratione primi hoz duo scribēt
instrumenta quoz primū erit hoc. ℞ aloes epati
ci electi. ℥. ii. agarici hermodactilorū ana. ʒ. ii. pul
pe coloquintide. ʒ. i. ſ. ℈. ciamomi assari gariofil.
macis ana. ℈. i. turbith electi epithimi ana. ʒ. i. cro
ci. ℈. i. pulueri3entur omnia per se. deinde infūdā
tur in. ℥. v. aque arthetice 7 exponantur sub radiis
solis sepe commiscendo vsq3 ad consumptionē aque
que iterum renouanda est bis 7 exiccanda. de illa
ergo materia iste vir accipiat omni fine. xv. dierū
ʒ. i. 7 fiant pille. vii. cū obseruandis modis i aliis
solutiuis declaratis. Et attendat q de predictis
pillulis vii. ex. ʒ. factis omni quarta die prius āte
cenam accipere potest vnam. Euacuationes enim
iste particulares 7 paulatine distrahunt materias

ꝛ finaliter prohibent eaꝝ generationem dillatan do membra. Secunduꝫ vero remediū ad hanc intentionem ꝛ de auctenticis est hoc. ℞ ieralogodion.ʒ.v.pulueris turbit.ʒ.ſ.diagridii.g̃.i.ʒʒ.g̃.iii.misce ꝛ totum hoc assumatur in aurora saluatꝭ conditionibus que in aliis solutiuis fuerūt scripte

Secundum vero principale de applicandis inſ purgationem veris ꝛ autumni est vt materiebus detur distractio ꝛ diuersio per alienas vias. prio per aperitiua poroꝝ. Secundo per distrahētia penitus ad oppositum. Primus autem modus diuersionis per diuretica securissimus est. intantum ꝙ dixit Rasis in libro de iuncturis ꝙ vsus eoruꝫ facit hominem etiam iacentem surgere a lecto. Et idem scribitur 22ª tertii ca° de curationibus haꝝ dispositionum. Et merito quidem hoc approbādū est. Materie enim superflue que faciunt dolorem iuncturaꝝ sunt reliquie tertie digestionis. vt allegatis locis percipitur. sed diuretica potenter educunt eas distrahendo ne ducant ad iuncturas. igitꝰ 9° vera. minor nō est intelligenti propinquitateꝫ viaꝝ vrinalium ad epar ꝛ ad venas. Et non calūnies mecum de digestione 2ª vel 3ª. Si enī excludis digestionem a masticatione. tunc superfluitates talium egritudinum erunt attestande digestioni 3e ꝛ e9°. Quattuor igitur ponantur hic diuretica duo simplicia ꝛ reliqua cōposita. Primū erit vt.x.vel.xv.diebus patiens in aurora bibat ℥.v.aque assari cum zuccaro calefactas. Secūdū ꝛ melius illo est aqua rubee tinctoꝝ lib'r exhibita. imo fortis eius vsus prouocaret vrinam vſqꝫ ad sanguinem. Primū de compositis est hoc. ℞ trociscoꝝ de spica qui describuntur nono Almā℟.ʒ.i pulueris g̃norūꝫ orobi.ʒ.i.tiriace Andromaci antique.ʒ.ſ. exhibeatur totum in potu in aurora cū duabus.℥.aque apii calefactis. ꝛ tardetur cibus horis ad minus.v. Secundum compositum ē hoc ℞ trociscoꝝ de eupatorio.ʒ.ſ.granorum milii solis ſiseleos ꝛ carui ana.g̃.v.benedicte simplicis.ʒ.i ſ.misce ꝛ totum accipiatur cum.℥.ii.vini albi subtilis ꝛ potentis tardando comestionem vt dictum est. Materias vero in membris infusas ꝛ earū reliquias auferre possent instrumenta ꝙ̃plurima.

Et primū de comunibus auctoꝝ ꝛ leuius est. vt fiat sepe omniū dolentium partium leuis fricatio cum hoc composito. ℞ olei omfancini.℥.ii.salis comunis torrefacti.℥.ſ.calefiat totum ꝛ fiat vt dictum est ligando conuenienter membra cum pannis calidis. Secundum est vt sepe mēbra suffumigentur hoc modo. habeantur lapides marchasite notabiliter igniti ꝛ effundantur super eis mixtio ex antiquo vino rubeo subtili cōmixto cum 4ª parte aceti. stillēt ergo sup lapibꝫ p embotū habētem orificium non latius ꝙ̃ penna alaꝝ anseris. teneat ergo eger super illo vapore membra elōgata per duos pedes supercooperta corio vel tapeto vel sclauina ꝙ̃diu perceperit caliditatem penetrasse in profundas partes membri. tunc ergo remoueatur ab opere illo. ꝛ ligentur membra pānis condecenter ꝛ cooperiantur quiescendo. Est autem lapis marchasite lapis rubeus quo acuuntur feramenta. cuius magna copia inuenitur ī diocesi veronensi. Tertium instrumentum ad hanc intentionem est vt membra patientia omnia liniantur condecenter cuꝫ hoc ceroto. ℞ serapini.℥.i.bdelii rubei ꝛ armoniaci sicciorís ana.℥.ſ.sandarace.ʒ.ii.dissoluantur gumme cum aceto rubeo subtili et cum sufficienti quantitate cere fiant cerota ambiētia omnē partem egram ꝛ lanā per duos digitos circumquaqꝫ. Ad hanc etiaꝫ intentionem cōferūt balnea naturalia. ita ꝙ premissis purgationibus ante dictis a decima die mensis aprilis vſqꝫ p totum mensem madii. Iste vir contrahat moram in balneis per.xx.aut saltem per.xv.dies nunc infūdendo totum corpus in eis et proprie in mane. In sero vero sufficiant ei stillas aque recipere sup spatulis nudis. ꝛ aliquando spatulas exponere foraminibus quibus exit fumus balnei. ꝛ pedes etꝭ illis foraminibus imponere absqꝫ contactu aque. Et pluries in die spatulas manus ꝛ omnia mēbra lesa cooperire ex luto balnei actu bene calido grosso superextenso eis. Et in summa permutare se ꝺ aqua balneoꝝ ad fumum de fumo ad lutum ꝛ e9° in die bis vel ter secunduꝫ ꝙ clare habere poterit in consilio de balneandis per me conscripto. vbi etiam ponitur regimen in omnibus. Et per hec etꝭ remedia non solum consumuntur materieꝝ reliquie sed etiam confortantur membra. Iam āt nunc memorandum est ponere aliqua membroꝝ interioꝝ confortatiua. ne sint generatiua materierum ꝛ congregatiua earum. De numero ergo eorum solet esse vt aliquando eger in aurora deglutiat de electa terbentina quantitatem grani fabe minoris aut loco illius tantundem oppoponacis aut serapini. aut quarto iterū conueniens est aliquando potare in aurora.ʒ.ſ.pulueris ligni al'. cum.℥.i.aque artetice calida aut bis in septimana alternatim deglutire in aurora.ʒ.i.optimi metridati Aut loco illius ꝛ domesticum magis est. vt di 4ª die in aurora cū modico andachoche calefacte bibat.ʒ.i.tiriace hermetis vt scribitur 22ª tertii. Scio etiam ego ꝙ in omni septimana semel dglutire masticando mirobal'. kebuluꝫ erit ei valde cōueniens. Et melius ꝛ magis domesticum illo est. ꝙ xv.diebus in aurora deglutiat patiens coclear. i. xilobalsami conditi masticando. hec quidem eia securissima sunt ꝛ experta. Post hec autem circa predicta contemplandum est ꝙ omnes intentiones ꝛ instrumenta quibus vtendum est in tempore veris ꝛ estatis etiam conueniunt in tempore autumni ꝛ hyemis. differenter tamen parumper qꝛ opōtet eis vti cum dosi parumper ampliori. vt si de aliquorum predictoruꝫ instrumentoꝝ in vere ꝛ estate conceditur vna.ʒ.de eis autumno ꝛ hyeme concedi potest.ʒ.i.ſ. ꝛ si conceduntur ei balnea in verē xv.diebus ꝛ ter in die applicanda concedi debent xx.vel.xxv.diebus in hyeme ꝛ frequenter applicari. ꝛ reliqua de alio regimine ex parte sex rerum non naturalium ꝛ medicinalium applicari medicamina potentiora in hyeme ꝛ autumno ꝙ̃ aliis temporibus. Hoc igitur in summa est regimē huius generosi viri quo se preseruare ꝛ curare poterit a suprascriptis dispositionibus eius. Et ille benignissimus omniū languoꝝ curator sanitatem ei prospere concedat. ad laudes eius imortales amē.

Consilium de doloribus iuncturaꝝ.

In dei nomine amen nobilis vir et spectabilis Rainaldus de a[illegible]ostris ī diget regimine duplici doloꝝ iuncturaꝝ suaꝝ. Et primum quidem est

regimen conueniens ei in tempore paroxismi dolorꝝ si acciderint. Secundum vero est regimen preseruatiuum ne tales accidant dolores temporibus veris ⁊ autumni. in quibus vt plurimū exacerbare solent dolores tales. Et primū quidem cōscribere prolixuꝫ esset. ⁊ esset difficile propter particularia accidentia. que istos dolores concomitari solent. secundum diuersitatem etatum complexionum regionum ⁊ materierꝝ humoralium. que peccant ⁊ aliarꝝ rerꝝ particularium que a medico consyderari debent. esset enim euidenter audatiā presumptionis incurrere. eo qr debet dimitti doctoribus qui tunc presentes aderunt et affuerunt tempore quo a doloribus periodice molestari consueuerunt taliter egrotantes. verum qr non raro contingit generosos viros peregrinas ciuitates ⁊ regiones incumbente necessitate percurrere. vbi quandoqꝫ abest illustrium doctorꝝ presentia. Ideo quantum facilius conscribi potest ⁊ vtilius aliqua particularia conscribentur. Et primū quideꝫ ē vt cum iam dolores inceperint a prima vsqꝫ ad tertiam diem apparentibus signis tumoris cum rubore pulsationis ⁊ caliditate ⁊ inflammatione cum pruritu ⁊ dolore grauatiuo aut extensiuo cuꝫ repletione corporis notabili. fiat sibi flobotomia de basilica per rectam lineam supposita dolenti p̄ti. Si autem non apparent tanta repletionis sig̃ tunc flobotometur saphena aduerse partis. p̄ has enim flobotomias a suo fluxu diuertitur materia notabiliter. ⁊ est adiutorium bonum. Sequēti vō mane imediate soluatur eius venter si apparuerit dominium colerice materiei super flegmatica cuꝫ hoc solutiuo. ℞ pillularꝝ de hermodactil. ma. ℈. ii pillarꝝ cochiarꝝ. ℈. i. in aurora per quiqꝫ horas accipiat ciatum vnum aque ordei calide cum zuccaro. ⁊ per horam post accipiat cibum suum. Tertiū vero principale est vt tertia die sequenti inungat membrū stantibus signis caliditatis cum hoc vnguento. ℞ olei rosͣ recentuꝫ. ℥. ii. sief memithe sā dal. ru. sandarace ana. ℈. i. conquassentur omnia simul ⁊ tepefiat dum administratur. Quartum vō principale considerānduꝫ est. vt si apparuerint signa dominii materierꝝ flegmaticarꝝ soluatur eius venter cuꝫ. ii. ℈. pillarꝝ ma. de hermodactil. ⁊. ℈. i. pillarꝝ de sarcocolla ma. Quintum principale consyderandum est q̄ in hoc casu nunc vltimo dicto inunctione suprascripta superaddatur olei liliorū alborꝝ. ℥. i. ß. ⁊ administretur vt prius. Sextū vō principale intendendum est q̄ cum tumor loci iā infrigidatus est. ⁊ locus aliqualiter induratus. gratia resolutionis cōplete materierꝝ administretur hoc emplastrum. ℞ pulueris masticis camomille ana. ℥. i. ß. rosͣ. ℥. ii. mellilioti. ℥. i. pulueris radicuꝫ peonie. ʒ. x. olei de sisamo fecis olei liliorꝝ alboruꝫ ana. ℥. iii. croci. ʒ. i. fiat emplastrum. Et si desiderares loco eius accipere linimentum. ℞ olei ∂ costo olei liliorꝝ alborū ⁊ amigdalarꝝ dulciū ana. ℥. i pulueris sandarace hermodactil. costi ana. ʒ. ii. vitellorꝝ ouorū numero. ii. conquassentur omnia in mortario longa contritione. ⁊ īfundantur in ipsū panni linei ⁊ calidi ponantur super loco cum ligatura condecenti. Septimum principale consyderādum est vt in hoc tempore semper ipsius vēter lubricus teneatur. ⁊ proprie accipiendo pillulā vnā lesanginam factā ex duabus partibus sue descriptionis ⁊ tertia parte pulueris hermodactil parꝝ

ante cenam exhibēdo eaꝫ. aut duas ex eis ad plus ⁊ felicitabitur operatio earꝝ. quam sepe cognoui. Dimitto autem hic digestiuum. qr intentio mea principaliter est ad doloris abscisionem. Ultimū vero consyderandum in hac parte est vt si remāneret in iuncturis debilitas prohibens motum progressiuum administretur eis inunctio cuꝫ oleo oliuarꝝ ⁊ sexta parte salis inuicem subtiliter contriti ⁊ sūmo iuuamento iuncturas liniendo ⁊ materias resoluendo fortificat. Et hec de regimine obseruādo in tempore paroxismi vel in instantia dolēris

Regimen autem preseruatiuum ab euentu dolorum iuncturarꝝ succinte tangendum substentatur duobus fundamentis. Et primū ē supra discursū sex rerꝝ non naturalium. Secundum vero supra medicinalium administrationē. Primū quideꝫ cōpletur euitando nimiam ciborꝝ ⁊ potuuꝫ repletionem. Abstinendo etiam a cibis sua qualitate ⁊ nō solum quantitate nociuis. de quorꝝ numero sunt cibi omnes frigidi ⁊ humidi actu ⁊ potentia. velut lac pisces cancri lactuca endiuia spinachia ⁊ reliq̄ istis silia. Etiam de numero eorū sunt omnia nimia sui acuitate cum frigiditate dolores punctiones ⁊ mordicationes iuncturis inducentia. Exemplū sicut acetū ⁊ acria omnia. Tertio iterū de numero eorum sunt omnia que nimia sui acuitate ⁊ dissolutione materias in fluxu ponunt ⁊ eas exacuunt. velut sunt cepe alleum porrū nuces sinapis ⁊ reliqua similia. saltem cuꝫ presentia repletionis Adhuc etiam de genere istorꝝ sunt omnia nimiaꝫ viscositatem ⁊ grossitieꝫ humoribus inducētia. velut sunt cibi pastiles omnes ⁊ cutanee pellicl'e neruose ⁊ ligamentales animalium partes. Etiā īsup de hoc genere sunt omnia edilia materias grossas graues ⁊ ventosabiles generantia. vt sunt legumina omnia ⁊ proprie lentes fabe faseoli robilie ⁊ cicera alba ⁊ pisa ⁊ his silia. Uide quantum subtilit̃ considerare oportet in regimine preseruatiuo.

De potu autem alr dicendum. q̄ vini vsus salteꝫ fumosi sua caliditate materias inclinantis ad iuncturas vituperandus est. ⁊ proprie etiam in quantitate multa. ⁊ ante futurꝝ paroxismū salteꝫ p̄ vnū mensē. ⁊ in toto tempore durationis eius. ⁊ talis in hac parte videtur esse omniū sapientuꝫ sentētia Neqꝫ enim in tempore intermedio video a sapiētibus omnibus vetitum esse vinū. imo concedunt rubeum clarū non valde fumosuꝫ mediocri stipticitate participans. Et elici potest horū sermonuꝫ sententia a Rasi in diuisionibus Almansoris. 19° eiusdem ⁊ in libello de doloribus iuncturarū suis capitulis appropriatis. Et clauditur ī sermonibus Auicē. 22ª tertii in loco appropriato. ⁊ pluries alibi quod allegare non curo. Et propter hoc ego nō laudo opinionē illorꝝ. qui in quolibet egrotāte generaliter doloribus iuncturarꝝ administrant potum aque oīo abscindentes vinuꝫ. Neqꝫ enim illud potest esse verꝝ saltē in omni cōplexione vl'r frigida. aut in partiali dispositione stomachi. aut argumento sumpto a consuetudine ⁊ aliorꝝ plurīū particulariū disconuenientia. Sicut enim naturaruꝫ he quidem ad hyemē. Ille vero ad estateꝫ bene vl' male nate sunt affo rismorꝝ 3ª. Ita consil'iter varie hominū dispositiones vl'es ⁊ particulares ad aliq̄ rerꝝ non naturaliuꝫ aliarꝝ que eidē administrant non sunt nate pati. ab altera vero egrotare ⁊ labi Amplius ⁊ licet abstinentia a vino videatur qñꝫ

conferre iuncturis. maius tamen efficere potest in
terdum nocumentum multiplicando materias ꝑ
viam infrigidationis ꝙ iuuamentū per viam pri
uationis materieꝝ a fluxu. Tertio iterū qꝛ si vini
abstinentia quibusdam conferre videatur. hoc vi-
detur esse in quibusdam robustis pinguibus ⁊ val
de repletis corporibus. que omnino indigent con
sumptione ⁊ subtractione materieꝝ notabili. Pro
pter quod conuenientius videtur esse dicendū. ꝙ
laudabilius esset in complexione tali ⁊ habitudine
qualis est huius viri vti vio subrubeo ⁊ mediocris
stipticitatis naturaliter paucifero. aut saltē artifi
tialiter facto confrangendo ipsum aqua secundū
mensuram discretionis. Per reliquas autē res
non naturales euitet locum aerē ⁊ habitaculū fri
gidum ⁊ humidū ⁊ terraneū ⁊ positū prope decur
sum aquarū ⁊ venti borealis flatū ⁊ oīa istis silia
Iteꝝ abstineat a motu ⁊ exercitio vehementi. et ꝑ
prie in tempore propinquo euentui paroxismi.
aut post ipsū repentine facto. De quātitate vō
ciboꝝ accipienda iam dictū est ꝙ oportet euitare
repletionem ciboꝝ ⁊ potuum. imo inanitioni intē
dere ⁊ nullomodo repletioni. Melior enim est ste
rilitas tempore fertilitatis. ꝙ fertilitas tempore
sterilitatis 3° primi de regimine per cibos. De re
gimine vero per somnū facile dicendū. ꝙ somnus
conueniens est gratia digestionis materieꝝ. ⁊ paꝝ
per in mensura somni augmentando excedere me
lius est ꝙ vigiliaꝝ instantiam applicare multam
De accidentibus anime sciunt omnes non esse con
ueniens aliquid quod materias nimiū dissoluēdo
in fluxu possit ponere. ⁊ distrahere innatū calorē
ab operatione in materias antecedentes ⁊ conium
ctas si que remanserint in iuncturis. Et hec de re
gimine preseruatiuo ex parte administratiōis sex
rerum non naturalium dicta sufficiant. De me
dicinalibus vero que ad hanc intentionē collauda
ta sunt a sapientibus dicendū. Primū enim vlē
est vt nobilis iste semper in fine hyemis ⁊ estatis
generali purgatione suum corpus mundificet. vel
flobotomando vel farmatiis euacuando aut vtrū
qꝫ istoꝝ administrando cū consilio sapientū. que
hic dimitto propter euitare superfluitatem scribē
di. Secundo etiam intendere debet diuersioni
bus materieꝝ. nūc quidem euaporāt eas faciendo
cum sacculis ex furfure milio ⁊ sale ⁊ camomilla et
silibus compositis. Aut saltē ⁊ melius est diuerte
re materias cum euacuatione sensibili facta cum
diureticis vt cum decoctione vel comestione radi
cum aut folioꝝ petrosel dauci sparagi apii aut si-
miliū. aut hoꝝ sublimationes accipiendo. vel con
fectiones ex eis componendo. aut sirupos vel iulep
⁊ silia sapientum consilio ponderibus suis limitā
da. Et 3° iteꝝ diuerti possent materie cum sca
rificationibus ventosas natibus applicando. Et
melior quidem diuersionū esset si natura prouidis
set de apertione venaꝝ emoroidaꝝ. ⁊ in hac pte
laudarem ego ꝙ talium prouocatio ante ver ⁊ au
tumnū artifitialiter fieret. Quartum vero in
quo persistit preseruatio a doloribus iuncturarū
est particularis subtractio. non quidem cū euacua
tionibus vel diuersionibus vt iam dictum est. sed
cum ellectuariis confectionibus ⁊ silibus habenti
bus potentiam consumendi vel exiccandi maťias
fluxiuas ad iuncturas. de quoꝝ numero sit tiriaca
magna Andromaci aut metridatum aut tiriaca
diatessereon aut yera hermetis que excellenter lau
datur a pluribus sapientum. quoꝝ omnes descri
ptiones colligende sunt 5° cañ. sūma p° ⁊ a Me
sue in antidotario distinctione prima. ⁊ hoꝝ diuꝫ
exhibeatur in aurora .ʒ. i. saltem per duos mēses
continuando ipsam in aurora deglutiendo ipsam
⁊ tardetur post eam cibus saltem horis quattuor.
Multi autem in vsu habent simplicia quedā. ⁊ ꝑ
prie exhibendo pulueres ossiū rasete hominis mō
tui vel aliaꝝ partium ⁊ non curo de talibus. Alii
autem exhibent castoreum in vnā pillulā conuer-
sum. ⁊ multo tempore continuatum. Ego autem
magis laudo ipsum in dominio multe materiei
flegmatice ⁊ vehemēter frigide ⁊ viscose. non nlli
autem administrant terbentinam electam deglu
tiendo ex ea .ʒ. i. vsqꝫ ad .ii. i aurora ieiunādo post
ipsam saltem horis quiqꝫ. Placet mihi notabiliter
propter iuuamentum quod ex ea percepi in eiiciē
do flegma dominans ⁊ colerā vitellinā ⁊ citrinā
subdominantem. non curo plura simplicia nunc
conscribere. Ultimū vero in quo consistit caute-
la partialis preseruatiua a doloribus iuncturarū
est partialis confortatio membroꝝ recipientiū. ꝙ
fieri debet per apozima. quoniā expellunt a se va
sa stipticis farmaciis confortata tertio tegni. Et
de numero hoꝝ instrumentoꝝ plura cadūt sub cō
syderatione sapientis. Alii enim administrant aqꝫ
termales. ⁊ proprie conueniunt ille que calefacien
do ⁊ exiccando membra sui stipticitate contrahē
do confortant. velut aque aluminose ferree attra-
mentine ⁊ sulfuree. Et de sedantibus dolores sūt
aque aspaltine ⁊ sibi consimiles. Alii autem admi
nistrant frequentes embrocationes cum aquis ex
tinctionis ferri aut calibis. Non nulli autem ina
tum calorē membrorū confortant tegendo ipsa
cum caligis vel cooperimentis factis ex pellibus
vulpinis aut ex pelle dabon vel lincis ⁊ similibus
Quidam autem membra confortant leniendo ea
ex oleo cum sale contrito de quo supra dictum est
Non nulli etiā membra defendunt cum cerotis
caliditatem ⁊ stipticitatem habentibus. que appli
cari debent partibus superioribus membroꝝ pa
tientium per que materie effundūtur ad iūcturas
Alii autem audatiores in re ⁊ opere administrāt
cauteria potentialia satis profunditus applicata
partibus carnosis coxarū ⁊ tibiaꝝ. quoꝝ doctorū
modum administrationis ⁊ formaꝫ cauteriorum
lege Albucasim. Hec enim non curaui ponere pro
lixitatem fugiens. Et iterū qꝛ non credo hunc ge
nerosū virū ad taliū necessitatem produci debē
Ad laudem dei amen.

Consilium de doloribus iuncturarum a materia
frigida ⁊ humida.

Onorandus ser Iohānes niger
laborat doloribus iuncturarū
qui extenduntur ad plurimas
partes. principaliter dolores
intensi versantur circa genua
magis ⁊ pedes ⁊ tument predi
cte partes tumore notabili. imo neqꝫ recedit neqꝫ
euanescit quandoque anno integro. Sunt autem
dolores isti egritudines per essentiam secundum
magnam partem ⁊ fixi in iuncturis predictis. ꝑ
pter diuturnam debilitatem que remansit in eis

diuturnitate temporis afflictionis eius. Sūt etiā dolores isti per colligātiā dependentes mediate a stomacho. minus autem mediate ab epate eius. stomachus enim eius flegmate multo abundans dē bilitare digestiuam facit ⁊ chilum valde flegmati cum transmittit ad epar. qui non potest corrigi conuenienter ab epate. quin ab eo etiam generet sanguis multum flegmaticus Et qr in viro isto etiā abundat colerica materia. que precipitatur per venas. Ideo facit flegmaticas superfluitates recipi ⁊ profundari in iuncturis predictis. Ex qbus oībus concluditur primo ꝙ hec egritudo secūdū magnā partem est per essentiam. ⁊ secundū minorē partē per colligantiam in predictis membris. Et seqt 2° ꝙ materialis causa horꝝ dolorꝝ est flegma muci laginosum dominans ⁊ aquosum subdominans et adhuc flegmatis vitrei minor inuenitur quātitas Si enim flegma vitreū dominaretur iūcturis acquireretur ibidem durities maior ꝙ̄ sit. Et sequitur tertio ꝙ hec egritudo difficil' ē curationis. propterea quia ipsa pendet a materia multa ⁊ multiplici. ⁊ pendet a nocumento prime digestionis in stomacho. ⁊ 2e digestionis eparis. ⁊ tertie mēbrorꝝ in quibus tertia perficitur digestio. Est etiaʒ difficilis hec egritudo propter frequentiaʒ paroxismorum eius cum aliquando pluries in anno affligāt ipsum. In cuius quidem regimine procedēdū ē p rectificationē sex reꝝ nō naturaliū. Secūdario vō cū administratōe q̄rūdā medicinaꝝ.

Capitulū 2m de cura p dictam.

Sollicitet igitur iste vir habitare cameras ⁊ loca notabiliter calida ⁊ sicca. sicut est camera eius que satis conueniēs est. Et teneat membra diligenter cooperta die ⁊ nocte super quibus ⁊ saltē pedibus bonum esset. ꝙ haberet coopertura factaʒ de pellibus vulpinis. ⁊ meliores essēt pelles taxi bene laborati. In estate vero teneat mēbra cooperta pellibus leporinis vel de agno nigris. Et si melius cōsideraret super eis teneat calligulas dē pellibus variorū. Exercitio autem vti non debet nisi quando membra fortificata erunt nec resoluta. sed loco exercitii conueniens est ei fricatio leuis cum pāno aspero. ⁊ melior est ei fricatio facta cūm hac mixtura. ℞ olei antiqui oliuaꝝ lib. ß. salis comunis torrefacti. ℥. ii. terantur simul in mortario vltimata ⁊ longa contritione. deinde exponantur in sole in fiala vitrea. ⁊ fricentur ex eo iuncture omnes leuiter actu calido. Somnus autem eius sit notabilit longus septem vel octo horaꝝ in die naturali scil. In vigiliis enim licet conueniant ei ample propt exiccationem que sequitur ad eas tamen nocerent debilitando digestiuam. Passiones vero anime ex quibus intenderetur calor ⁊ agitatio fieret aliquā ta in spiritibus ⁊ humoribus. vt modica ira sollicitudo ⁊ angustia resoluendo ⁊ distrahendo mat'ias conuenirent sibi In comedendo vero obseruet istas regulas. Prima est vt nunq̄ comedat nisi senserit appetitum superuenisse. Secunda vt nō comedat festinanter neqʒ velociter. imo in tempore prolixo cibum bene masticando. Tertia regula vt nō accipiat ciboꝝ diuersitatē multā. imo sit contentus vna cibatione elixi ⁊ assati non mltiplicando fercula vltra duo vel tria. Quarta regl'a vt cibus eius non sit tante quantitatis acceptus q̄ grauetur ⁊ extensus percipiatur stomachus. Silr potus nō sit tātus vt fluctuatio eius ⁊ īgurgitatō percipiatur circa os stomachi. Quinta regula vt nunq̄ accipiat cibum stante rugitu fastidio vel abhominatione in stomacho. De cibis enī eius hūc debet obseruare modum. vt abstineat a rebus frigidis ⁊ humidis in potentia. sicut sunt blete spinachie cucurbite portulace lactuce endiuia scariola a triplex ⁊ similia. Et si contingit assumere ista cibaria semper ipsa misceantur cuʒ plantis calidis: velut feniculo petrosilino saluia rosmarino menta ysopo serpillo ⁊ silibus. Secundo principalit abstineat a rebus viscosis ⁊ opillatiuis. sicut sūt cibi de pasta vel de farina ⁊ panis azimus non bene fermentatus neqʒ coctus. Tertio principaliter abstineat a viscosis ⁊ frigidis actu ⁊ potentia. velut sunt pisces ⁊ proprie elixi ⁊ anguille tinche cephali cancri ⁊ consimiles degentes ⁊ viuentes in aquis fetidis ⁊ limosis. Quarto pricipaliter abstineat ab illis que sunt cibaria grossa ventosabilia ⁊ iuncturarum ingrossatiua. velut sunt omnia legumina. Greci enim incurrunt dolores iunctura propter vsum leguminum. Similiter 5° euitet cibaria corruptibilia ventosa frigida ⁊ humida sicut est lac ⁊ omnes lacticinii cibi. ⁊ caseus mollis ⁊ cibi facti cum eo. Sexto pricipaliter abstieat a cibis valde vnctuosis ⁊ proprie vnctuositate aīalium recenti. salita autem pinguedo. vt lardo ⁊ pinguedo dissoluta ⁊ colliquata cuʒ sale condita sunt sibi bona. Cibaria vero facta pinguia cum bono oleo oliuaꝝ vel oleo de nucibus sunt sibi conuenientia. Panis igitur eius sit bene coctus ⁊ ml'tuʒ fermentatus ⁊ de pura farina factus. Et si quādoqʒ comederet panem de furfuribus non bene mundum esset sibi vtile Et placeret etiam mihi panis biscoctus cum puluere feniculi factus in vsu suo et braciadelli bene fermentati. ⁊ nebule zuccarate stāt sibi vtillime ⁊ proprie si sunt fermentate. Carnes vero laudabiles ei sunt. carnes pullorum maiorum ⁊ minorum perdicum ⁊ fasianorum auium minutarum ⁊ proprie columborum domesticoꝝ et siluestrium. Et caro salita ⁊ proprie macra est sibi vtilis. Pisces vero non placent mihi frixi et saliti etiam. Cicera vero alba ⁊ rubea placēt mihi cum feniculo petrosilino. ⁊ saluia cocta ⁊ paꝝ ex g̃nis comedendo. Et far etiam ⁊ rizuʒ sunt bona ei De plantis vero placent caules rape pastinace rafanus carote ⁊ alie tacte superius. Aromata etiā oīa sunt sibi bona. vt crocus piper cinamomū nux muscata ⁊ sil'ia ⁊ de oleo vt superius dictum est ad sufficientiam. Caseus etiam antiquus conuenienter salitus ⁊ modicuʒ durus est sibi vtilis. De saporibus vō placet arantioruʒ succus agresta vinū granatorum. Acetum vero non placet saltem in frequenti vsu ⁊ puꝝ. De potu autem bonū esset valde sibi vt ipse assuefaceret se huic potui. esset eniʒ sue conualescentie principium ⁊ instrumentū magnū ℞ floꝝ rosmarini ℥ʒ. pipis al. anisi hermodactil' mundatoꝝ ana. ʒ. i. nucismus. galāge croci peonie artetice ana. ʒ. ß. buliant in. xx. lib. aque vsqʒ ad cōsumptionem tertie partis. deinde superaddatur mellis ellecti lib. i. ⁊ cum predictis iteꝝ coquatur vsqʒ ad consumptionem quarte partis dispumando conuenienter cum capite euerso. Post hoc autē coletur per pannum spissum ⁊ reseruetur in vase ⁊ bibat de hac ad libitum. aut saltem misceat ipsā cum altera medietate vini nigri vel subrubei mediocris in sapore inter bruscū ⁊ dulcem. melius tū

esset quod biberet vinum ad dulce declinans magis quam ad bruscum. aut saltem in diebus estatis bibat vinum commixtum cum altera medietate aque cisterne precocte. Et hec de cibis et potibus dicta sufficiant

Pro regimine vero medicinali videtur mihi quod vtatur octo remediis infrascriptis. de quorum numero vtatur quattuor a principio mensis martii vsque per totum mensem septembris. Aliis vero quattuor vtatur a principio mensis octobris vsque per totum mensem februarii. De illis vero medicinis que conueniunt sibi a principio mensis martii vsque ad tempus dictum: Prima est vt ipse vtatur ellectuario infrascripto. de quo omni mense semel per duas horas ante diem vel per vnam cum dimidia accipiat. ʒ. vi. cum medio ciato vini albi subtilis calefacti et tardet accipere cibum per sex horas post ipsum Et non dormiat post ipsum nisi per horam vnam et ante cibum per vnam horam bibat ciatum vnum aque calide cum zuccaro cocte. Ellectuarium autem est hoc. ℞ ellrii de psilio. ℥. ii. ellectuarii rosarum. ℥. ii. ſ. incorporentur simul diligenter et contritione longa et reseruetur in vase stricti orificii. Secunda vero principalis medicina est vt iste vir accipiat diebus intermediis inter ellectuarium predictum omni 3° vel 4° sero vnam vel duas de infrascriptis pillulis ad subducendum et diuertendum materias fecales et humorales per vias ventris et vrine. quarum descriptio est hec. ℞ aloes preparati. ℥. i. pulpe coloquintidis hermodactilorum ana. ʒ. i. ſ. turbit. ʒ. i. reuponti ci. ℈. iiii. diagridii. ℈. ſ. incorporentur omnia diligenter prius pulverizata cum succo rosarum. et fiant pille de omni. ʒ. vi. vel. vii. Et si vna ex eis non conuenienter mouet ipsum. poterit accipere duas vel tres hora prescripta. Tertia vero principalis medicina est vt diebus in quibus dolores non affligunt ipsum et minus male se habet. vngi sibi faciat genua circumquaque et pedes omnes a cauilla inferius cum infrascripta vnctione actu frigida aut saltem tepida diligenter confricando ea membra cum suauitate per quartam partem hore. Cuius descriptio est ℞ olei omfancini olei rosarum oliuarum antiquoris quam haberi potest lib. ſ. sandarace sanguinis draconis boli armeni et terre sigillate ana. ʒ. ii. salis communis torrefacti. ℥. i. terantur omnia subtilissime in mortario et exponantur radiis solis per menses duos Est tamen hoc linimentum vtile siue ad solem teneatur siue non. Quarta medicina principalis est hec. ℞ foliorum ypericonis rosmarini et saluie ana. ʒ ii. pulueris acori. ʒ. i. masticis rosarum ciperi maiorane ana. ʒ. i. zuccari secunde coctionis. ℥. viii. cum aqua ypericonis fiat confectio in rotulis medic. ℥: De remediis vero quibus vti debet reliquo tempore. Primum est quod adueniente principio octobris accipiat iste vir aquas infrascriptas per. xv. dies et sextadecima sequenti die purgetur cum pillulis istis ℞ pillularum fetidarum et de hermodactilis. ana. ʒ. ſ. pillularum de sarcocolla. ℈. i. auari ponderis formentur pille. viii. cum succo rosarum et accipiantur obseruatis conditionibus superius tactis in assumptione ellrii in principio capituli de medicinalibus scriptis. Descriptio autem aquarum est hec. ℞ aque ypericonis aque yris et peonie ana. ℥. i. ſ. aceti squillitici. ℥. ſ. misce totum hoc et accipiatur frigidum aut tepidum libito suo. Secundum vero principale est vt membra eius in hoc tempore vngantur bis aut semel mane et sero ex hoc linimento. ℞ olei liliorum de costo ana. ℥. i olei de castoreo. ℥. ſ. hermodactilorum. peonie artetice artanite et aristolo. ro. ana. ℈. i. sandarace ypoquistidos acatie ana. ʒ. ii. sanguinis draconis. ʒ. i. ſ. cere albe quantum sufficit fiat vnguentum molle. Tertium principale est hoc. ℞ specierum diambre specierum diamusci dulcis ana. ʒ. ii. spodii rosarum ypoquistidos ana. ʒ. ſ. zuccari secunde coctionis. ℥. viii. cum aqua maiorane fiat confectio in rotulis magnis. de qua predicto tempore accipiat semper ante cibum per vnam horam quantitatem. ʒ. v. bibendo post ipsam. ℥. ii. aque mellis. Quartum principale remedium est vt aliquando in tempore hyemis faciat sibi fieri in sero ante cenam ablutionem a pedibus vsque ad inguina cum aqua infrascripta bene calida et lauet membra sua leui fricatione. et postquam fuerit diligenter exuccata elapsa hora inungat ea cum vnguento suprascripto in 2° principali huius tertii capituli. Si autem venter eius non esset conuenienter largus. tunc accipiat de pillulis suprascriptis in tempore veris et estatis. quibus superaddat quartam partem pillularum de castoreo descriptione Nicolai. Hic in summa est modus quo hic vir honorandus regere se debet. et spero quod prosperabit dispone sua. Ad laudem dei omnipotentis amen.

Consilium de artetica.

Altitudo generosi et spectabilis viri domini Johannis de mercato nouo notitia generali nullam includit ambiguitatem. quoniam ipsa est dolor iuncturarum Sed speciali cognitione sui est et denominari debet arteticus dolor. quoniam ipse circuit et perambulat iuncturarum fere partem omnem aut maiorem vt scribitur. et hoc quidem est rationale satis et pluribus mediis deducendum. quoniam quando dolores perseuerant in vna duabus aut tribus iuncturis difficile est intelligere. quod ipse non communicetur omnibus aliis. Quis enim dubitat quod debilitas vnius vel duarum iuncturarum non relinquit vestigium suum in eis. et maxime quando sepe recidiuando a doloribus affligitur eger. Adhuc etiam materia antecedens a venis effusa et que cotidie effunditur est eadem spetie cum illa que actu dolores efficit. igitur ipsa facile moueri potest ad iuncturas omnes. eo quia ad omnes iuncturas terminantur vene magne vel parue licet tamen exclusiue. Et tertio iterum quia spetiés male complexionis calide et humide que notabiliter a proprio temperamento elongata est iuuat ad attrahendum materias ad iuncturas. Et vie sunt late et materiei non repugnat ex parte multitudinis et distemperantie ipsius. Quare necesse est pro assignatis causis productiuis effectus sufficienter concedatur effectus. Amplius longitudo egritudinis etas que est primi senii et debilitas etatem et longitudine morbi et eius fortitudinem consequens. cause sunt generationis et congregationis multi flegmatis in toto corpore. et maxime in iuncturis propter earum debilitatem et frigiditatem Cum ergo tales materie frigide congregate calefiant dissoluantur et in fluxu ponantur a caliditate sanguinis. non est mirabile si dolor iste fortis est et quasi perforatiuus. Hoc in summa est fundamentum inuentionis et specificationis dolorum huius generosi viri. Ex quo plura sequuntur correlaria plurium

accidentium que inueniuntur in eo declarati.

Sequitur eniꝫ primo ꝙ dolores huius viri au tentici nominari debent. pꝫ qr omnibus fere arti bus comunicati. Sequitur secundo ꝙ hii sūt qʒ mansiui ꝛ diuturni. probatur qr in membris est mala complexio proueniens ex materia mixta ex colera ꝛ flegmate. prima sumitur ex parte natura lis complexionis ꝛ dominii sanguinis in eo. 2ª vō deducitur ex multitudine flegmatum per viaꝫ in digestionis congregatoꝝ. Sequitur tertio ꝙ t'es non habent periodū determinatā ita vt paroxis met in vere aut autumno. Plurimū enim hi dolo res molestant istum virum quasi semper propter multitudinem materieꝝ ꝛ facilitatē descensus ea rum ad iuncturas per concaua venaꝝ ꝛ arteriaꝝ. Et mala complexio frigida iam fixa est in iunctu ris. ergo facile multiplicatur in eis dolor ex quo cunqꝫ fere motu talium materieꝝ ꝛ alteratiōe ab eis. Et sequitur 4º ꝙ licet dolores diuturni et mansiui quasi semper assistant non tamen tollitur quin fieri debeant intensiores in vere ꝛ autumno magis ꝙ̄ aliis temporibus. Primū apparet quia materie multe ꝛ grosse congeste in hyeme vehemē tius mouentur in vere propter caliditatem conti nentis dissoluentis attrahentis ꝛ facientis fluere eas. Secundum vero qr materie diuerse speciei et qualitatibus eaꝝ vehementius imprimunt in iun cturas propter frigiditatem continentis in autū no facientem eas profūdari in iuncturis. ad quod iuuat etiam diuersitas eaꝝ ex parte motuū. Quā doqꝫ enim accentrantur. quādoqꝫ vero exacentrā tur propter varietatē consistentie autumnalis. Et sequitur adhuc quinto propter frequentem ad uentum doloꝝ ꝛ fixionē eoꝝ in iuncturis huius viri. ꝙ hic vir est paratus ad azchēma ꝛ est prohi bitio motus progressiui 22ª tertii colligendū caº de dolore iuncturaꝝ. Materie enim in iuncturis frequenter ingrossāt cordas neruos ꝛ ligamenta etiam ita ꝙ non sunt bene parata flexibilitati et sustentationi mollis corporis. Sequit̄ adhuc sexto ꝙ adhuc iste vir paratus est īcidere ꝛ fortasse incidit gipseitatem in iuncturis. Flegmatice nāqꝫ materie multa aqueitate priuate frigiditate sup ueniente congelantur. ꝛ congelate conuertuntur ī substantiam gipso similē. Et adhuc 7º sequitur ꝙ nisi aliter conualescat hic vir a dispositione sua timetur de eo ꝙ oporteat ipsum sēper in lecto ia cere. Ex quibus omnibus vltimate colligendo. pꝫ ꝙ necessarium est huic viro se diligenter ꝛ sollicite r̄ gere vt preseruetur a predictis quantum est possi bile vt nunc sequitur. Lōgitudo egritudinis hu ius viri ꝛ fortitudo accidentium que concomitant̄ ipsam. mouet me ad describendum ei regimen qº possit preseruare se a magnitudine nocumentorū predictoꝝ. ꝛ ab eis euadere ꝙ̄ magis est possibile. Itaqꝫ deinceps regimen eius diuidā in duas par tes quaꝝ prima erit regulatiua applicationis sex rerum non naturaliuꝫ. Secunda vero instrumēto rum medicinaliū serieꝫ ꝛ modū ānuntiabit. In executione vero prime partis discurrendū est per regimen sex reꝝ non naturaliū. Eligatur itaqꝫ primo aer serenus clarus ꝛ siccus aspectui orienta li vel meridionali subiectus ꝛ nullomodo al'r dis positus. Frigidum enim ꝛ humidū aerem inhabi tare apud eum esset ipsum efficere semper in lecto mansiuum. Et de annexis aeri vestes habeat bene calefacientes ꝛ a frigore extrinsecus applicabili be ne defendentibus ipsum velut pellibus agninis ꝛ vulpinis bene munitas. Et omnino caput suū vbi fuit fons ꝛ est origo suarum egritudinum pellibus bene coopertum conseruet. De motu autem ꝛ q ete dicendū ꝙ oīo ab omni exercitio peditatiuo et equitatiuo ab eo fugiendum est intantum ꝙ neque nauibus cōduci curribus agitari mihi placet. imo omnino aut quasi semper quiescendū est. lege vl'i vetustissimi patris precipiēte. In omni nāqꝫ mo tione corporis ꝛ cet. ꝛ cum in membris debilibus semper superflua multiplicentur que maioris no cumēti effectiua causa sunt. Ideo loco exercitii cō petunt fricationes spatulaꝝ ꝛ natum mediocres ꝛ coxarum ꝛ cruriū paulisper fortiores ante dictis.

De somno autem ꝛ vigilia memor esse debet ꝙ somnus prolixus paulisper esse debet consueto sibi naturali longior vtilis est ei propter necessitatem digestionis materieꝝ ꝛ vigorationem digestionis Et qr ad restaurationem animalis virtutis ꝛ de bilitatem prius in exercitiis acquisitam mediocri ter reficit competit somnus. intantū ꝙ placet mihi ꝙ mensura somni eius existat. viii. horaꝝ aut septē ad minus. Reliquo auteꝫ tempore vigilandū est. Sil'r etiam anime passiones ꝛ maxime iracundia aut angustia fortis ꝛ relique passiones anime a q bus vehemens motus ꝛ ebulitio ꝛ fluxibilitas in spiritibus ꝛ humoribus apponuntur. Contempla ri autem ꝛ frequenter negotiari conuenientissimū est ei. Et quinto iteꝝ dicendū est quantū ad quītaꝫ rem non naturalē vt de modo assumptionis cibo rum ꝛ potuum attendat hec. Primo ꝙ numꝙ̄ comedat aut bibat prius ꝙ̄ verus appetitus ꝛ nō mendosus ipsum ad hoc inuitauerit. Propter quod 2º euitet assumptionē ciborū super reliquiis preassumpti cibi ꝛ potus. Tertio ꝙ numꝙ̄ come dat nisi longa ꝛ grandi masticatione cibum cōmi nuat. Quarto ꝙ in cibatione non expendat tē pus prolixum multū. Quinto ꝙ cibaria nume ro plura ꝛ specie distincta non accipiat. Sexto ꝙ ciboꝝ mensura talis existat vt stomachū non ḡ uitet ꝛ potus quantitas ita moderata vt in stoma cho non fluctuet. Septimo ꝙ leuia ꝛ lubricatia cibaria aliis anteponat que sequenti capitulo vide buntur. Octauo ꝛ vltimo ꝙ nūꝙ̄ potū aut cibuꝫ accipiat cum fastidito stomacho. imo opponat ei cum ieiunio vel abstinētia. Colliguntur hi sermōes particulariter 3ª primi capº de regimine corpōis humani ꝛ cet. Iaꝫ vero vltimo de ciboꝝ ellectōe ꝛ potuum aliquid dicendū est. Et primo de potu premittendū est ꝙ si esset possibile viꝝ istum oīo dimittetere vinū ꝛ ab eo abstinere bonuꝫ esset ar gumentis acceptis a caliditate epatis eius a mul ta humiditate stomachi ꝛ a multa repletione capi tis que omnia a vino intendūtur qualicūqꝫ. Quar bonuꝫ esset ei vt vteretur ydromelle isto. Rx mell albi vel citrini odoriferi clari lib. i. ʒ. floꝝ rosma rini. ʒ. i. sandaloꝝ rubeoꝝ. ʒ. i. ʒ. Coquantur oīa in xvi. libris mūdissime aque cisterne que melior eēt aut fluuialis vel fontalis electe vsqꝫ ad consūptio nem quarte partis ꝛ lento igne semper ipsam dis pumando. Deinde colentur bis per stamē spissum ꝛ reponatur in vasis vitreis ꝛ vtatur eo simplici. Et si propter aliquam de contingentiis non possꝫ vti hoc potu saltem accipiat ipsum quartaꝫ partē vini rubei clari aromatici boni saporis nō dulcis

tamen ei cōmiscendo. Adhuc iterū si neturū taliū potuum accipere posset eligat vinum rubeū clarū pauciferuz quod accipiat purū aut saltē altera me dietate aque cisterne cōmixtū aut aque clare cocte vsqz ad consumptionē tertie partis. De cibis āt pzemittendū est q hic discurram per cibos sibi cō uenientes quibus nullomodo vti debet 7 pret ipsos in aliis poterit habere licentiam ad libitū. licet etiā non nullos conuenientes connotabo. Itaqz nll'a tenus comedat panē semi azimū non bene fermentatum neqz coctum. Ita q brazadellos placentias 7 consimilia condimenta effugiat nisi fuerit cū fermento diligenter cōfecta 7 bene cocta. vnde 7 oēs cibi farinacei vt pastilles 7 alagana tri 7 minutelli dimittantur. vnde panis eius existat bene coctus 7 crustatus 7 salis duplā quantitatem sup cōi pane recipiens. In carnibus autez notet q carnes laudabiles essent pulline vituline capreoline caro gazelli inter reliquas ei vtilis est sicut caro colūborum inter volatilea est ei melior. Et starna coturnix fasianus turdus merulus perdices 7 frācolini omnes bone sunt. meliores tamē assate q elixe. Et caro etiam mandioli salita 7 apri 7 porcelli iuuenis macrior pars hec omnia bona sunt. Carnes vero antique animaliū grossorū volatilium siue pedicantium 7 proprie in aquis degentiuz dimittātur. Oūa autem quolibet modo preparationis mihi placent. Lactis autem alicuius vsuz non approbo nisi valde raro aut in pauca quantitate accipiatur. Caseus aūt dulcis distinctus cōtra salsū valdē potest ei concedi. Et in sūma caseus ad salsedinem inclinatus notabiliter ē ei melior q mollis pinguis 7 dulcis. propter quod non displiceret mihi caseus a Creta isula nauigatus. imo non dubito q omni alio caseo sibi melior esset. De piscibus autem dicenduz q non video argumentum concedendo sibi pisces recentes. Maxime aūt disconueniunt sibi pisces omnes etate parui tactu molles 7 viscositi soliditate fluxibiles 7 limosi 7 ita naturalit' tales vt sunt tince anguille regine capedani cancri. Et de maritimis gotti cephali 7 consi'es. Pisces aūt ei laudabiles sunt sicut orade rumbi sturiōes varioli torrentine carpiones 7 lucci i aquis tamē laudabilibus inuenti. Et in sūma maritimi cōueniūt ei melius q valosi 7 lacūales 7 salsi magis q dulces. Et assati semper eligantur magis q elixi 7 proprie quando laudabili oleo coquuntur 7 gnis feniculi anisi petroselini vel nigelle superaspergūtur. Ad sūmū tamen vtilius est ei vti salsis q recētibus piscibus. De his aūt quibus fiunt condimenta placet mihi magis oleum q butirū siue fuerit oleū oliuarū siue amigdalarū dulciuz siue d' nucibus quod mihi placeret magis. Pinguedine autē anseris vel galine quandoqz vti potest. De leguminibus autem placent mihi cicera rubea 7 proprie oleo condita cum plantis calidis feniculo petrosellino rosmarino saluia menta 7 similibus. Placet etiam rizum secundū comunem modum sui vsus. Silr etiam 7 far de ordeo vel frumento ei conueniunt. ptisana vero ordeacea 7 alia legumina dimittantur. De oleribus autez placent mihi caules 7 proprie non perfecte cocti 7 cōditi oleo oliuarum electo. Olere autem spīachie portulace lactuca endiuia citrulli cucurbite cucumeres oīa talia frigida dimittantur. Plante autem operatione et virtute caliditatez operantes sunt eligende velut petrosilinū feniculus menta sisimbriū saluia rosmarinus ysopus anetum nigella tarcon 7 consil'ia eligenda sunt. cum quibus semper eius cibaria artificialiter condiātur. aut maxime rosmarino serpillo menta pulegio betonica 7 ysopo. que inter alias celebranda sunt planta. Fructus autem suo tēpore conuenientes esse possent velut ficus recētes 7 cerasa bene dulcia propter paruam moram carū 7 auellane 7 amigdale recentes 7 nuces 7 granata dulcia. Pira quoqz muscata poma citrulli 7 cōsil'ia fugiantur omnino. Castaneis vero coctis quādoqz post cibū vti non est malum. Ficus autez ante cibū 7 amigdale 7 auellane sicce 7 vue grosse de romania. Passule vero non placent mihi. Et carubiis ēt vti potest. De radicibus vero placet mihi vsus allei semel vel bis in septimana. Cepe autē dimittantur 7 scalongie. Carotis vero vti potest suo tēpore. Et iterū placet mihi vsus raffani ter 7 quater in septimana 7 ante cibum semper. De speciebus autē quibus cibaria condiri possent qr multe tacte sunt. scz cinami cinamomi gz galange gario filorū macis nucis muscate cardamomi maioris et minoris vsus. 7 crocus 7 piper omniū triū speciērum vtilia sunt ei. Et de dulcioribus conuenientibus zuccarū est ei conueniens 7 mel etiam 7 pprie coctum. Et si quandoqz in septimana semel ēglutiret coclear. i. mellis electi 7 post ipsum comederē tardaret per horas. v. esset ei vtile 7 electū. nisi stomachus eius esset de illis i quibus facile mel vētosatur 7 tortiones in eo efficit. Hec in sūma satis mihi sufficere videntur pro electione ciborū 7 potuum huic viro competentium.

Capitulū de instrumentis medicinalibus.

Post hec autem sublimiori contemplatione agendum est in regimine huius viri per medicinalia instrumenta. Diuidam itaqz regimen eius in itētiones octo subsequentes. Prima intentio ē administratio euacuationū que preseruatiue sūt tam in vere q in autumno celebrande. Secunda intentio ē distractio vel diuersio materierū ad pātes oppositas fluxui carū. Tertia intētio est particularis digestio materierū sui morbi. Quarta itētio est interpolata 7 reiterata particularis euacuatio earum. Quinta vero est instantia sedatiōis dolorū tempore quo augentur. sicut in augmento vel statu. Sexta vero est completa consumptio materierū que effuse fuerunt ad membra. 7 hoc iux possibile. Septima intētio 7 pulchrior aliis erit rectificatio membrorū mittentium materias ad partes offensas. Octaua 7 vltima erit roboratō membrorū recipientium materias. Itaque pro executione prime intentionis i ordinatione iuuamentoruz cum quibus ipsa compleri debet. Premittendū est primo q qr hec egritudo quasi sēp infestat istum virum. oportet de necessitate concedere alteram duarū conclusionū vel ambas. 7 pª ē q in hoc viro continue noua fluit materia ad iuncturas. 7 hoc quidem videtur veritati satis propinquū. quoniā corpus huius viri non leuiter ē plectoricum. Et 2ª conclusio est. q ipse continue molestatur propter materiam que iam declinit ad loca 7 dolores in eis conseruat efficiendo solutionē continuitatis in eis semper. Et ad generando etiam de nouo malam complexionē fientē. que est dolorū causa. propter quod omnino intendendum est euacuationi materierū antecedentiū i omnibus quatuor

temporibus anni ꝛ maxime in vere in quo mate rie amplius fluere solent secundū sententiā vel'is affozismoꝝ 6ª. Quibuscunqȝ farmacia aut floboto mia conuenit. hos vere euacuare conueniens est. Comentatoz enim ibi scribit se multa cozpoza pr̄seruauisse ab euentu multaꝝ diuersaꝝ egritudinū cum antemissis euacuationibus. Et quoniā cōpus hoc notabiliter plenum est sanguine ꝛ aliis mate riebus in venis existentibus. Idcirco pzimū ꝛ salu bzius instrumentuȝ videtur mihi foze. ꝙ circa qn tā vsqȝ ad decimātertiā diem lunaris apzilis. hic vir flobotometur ꝺ vēa media dextri bzachii aut saltem de basilica sub cubito posita. per quā educā tur sanguinis. ℥. iii. vsqȝ ad quattuoz cum dimidia Naturalis enim complexio eius qꝛ calida est et ꝛ habitudo que transcendit mediocritatē non mi nus tamen inclinat ad flobotomiā. ꝙ etas eius que est pzimi senii. quare omnino fiat ꝛ hoza dicta flobotomandi. que est pzope oztum solis cum mū dificatione ventris a fecibus. Secundū vero in strumentum huius intentionis est hoc. ℞ ellectua rii idi. ʒ. ii. agarici ellecti. ℈. ii. reubarbari. ℈. i. ℥℥ ǧ. vi. spice. ǧ. iii. salis gēme. ǧ. i. misce ꝛ totum acci piatur in potu cum. ℥. ii. aque distillationis centau ree minozis calefacte ī auroza. ꝛ super dozmiat hoza vna cum dimidia. Deinde vigilādo permit tat eam operari. Cum ergo transiuerint hoze qn que bibat scutellam vnam bzodii macri pulli. post ipsum per hozam vnam pzandeat. Tertium in strumentum est hoc. ℞ aque eupatozii aque yreos ana. ℥. i. ʃ. aque cicozee. ℥. i. aceti squillitici. ʒ. i. misc ꝛ totum calidum hoza pzescripta accipiatur. Et si voluerit digestiuuȝ sublimius pzecedenti scio ego ꝙ non poterit reperirī melius isto. ℞ aque distilla tionis centauree minozis ꝛ cucumeris asinini ana ℥. ii. misce. Non miretur aliquis si hic nō describo sirupos. q dato ꝙ vtiles fozent. multi foztasse plus nocerent ꝙ iuuarēt. ꝛ hoc pzopter magnā abomia tionem stomachi sui a sirupis longo tēpoze factaȝ Cum ergo acceperit pzedictum digestiuum totiēs continuatum. vt vzina eius videatur esse in substā tia parumper ingrossata in colorē remissa. ꝛ habēs in fundo sedimen album coniunctum equale. tūc statim sequenti die purgetur cum istis pillulis. ℞ pillulaꝝ de sarcocolla pillulaꝝ cochiaꝝ ana. ʒ. ʃ. boni ponderis. fozmentur pillule. vii. cum ellrio rosaꝝ ꝛ accipiantur tres in auroza obseruatis cō ditionibus que in pziozi minozatiuo posite sunt.

Quartum instrumentū hanc intentionē cōplēs est hoc. ℞ spetieꝝ diarodon. ℈. ii. spetieꝝ trocisco- zum de violis ꝛ de spodio ana. ℈. i. zuccari albi li. ʃ. cum aqua violaꝝ fiat confectio ī rotulis magnis ꝛ vtatur ea ante cibum ꝛ post cibum ad rectificatiō nem digestionis ꝛ pzohibitionē augmenti mate- rieꝝ flegmaticaruȝ. Quintū instrumentum ad hanc intentionem faciens est hoc. ℞ olei omfācini ℥. iii. salis comestibilis bene tozzefacti. ʒ. ii. conqs sentur ambo simul in moztario longa contritione Deinde post purgationes ex hoc linimento in sero quando vadit ad lectuȝ cum leui fricatione faciat inungi genua ꝛ pedes eius. ꝛ est instrumentū con ueniens ꝛ ab omnibus auctozibus laudatum. Et hec omnia videntur obseruanda foze in purgatōe veris conuenienter. Pzo regimine autēȝ huius viri obseruando in tota latitudine estatis. videtur dulcius esse pzocedendum circa ipsum. ꝛ pzecipue

cum quattuoz instrumentis infrascriptis. Pzi mū est hoc. ℞ aloes epatici. ℥. ii. pulpe coloquintidō ʒ. i. ʃ. bdelii mollis. ʒ. i. masticis. ℈. i. pulerizentur omnia ꝛ infundantur in succo scariole cum. ʒ. i. sa lis indi ꝛ bene cōmiscendo exiccentur sub tegula calefacta renouando succum ter ꝛ de illa materia fiant pillule de omni. ʒ. vii. De quibus iste vir om ni 4ª vel quinta die accipiat vnam per totā estatē parum ante cenam. Secundum remediū ē hoc ℞ ℥℥. cinamomi cimini tozzefacti spodii sandara ce ana. ʒ. i. violaꝝ seminis acetose scariole ana. ʒ. ii ʃ. oximellis simplicis mellis rosati collati ana. ℥. i. ʃ. zuccari albi. ℥. ii. ʃ. coquantur simul sirupus et zuccarum ꝛ additis spetiebus fiat ellectuariū. De quo iste vir omni alterna die per tres hozas ante cibum accipiat. ʒ. iii. degluttitas. Tertium instru mentum est hoc. accipiatur vinum ribolicum anti quum potens non tamen acetosum. ꝛ mane circa oztum solis ipso accubante lectū suffumigetur crus a medietate coxe vsqȝ ad pedeȝ inclusiue fumo hu ius vini recepto in membzū coopertum sclauina aut alio panno grosso ꝛ tamdiu fiat donec sentiat caliditatem in pzofundo membzi bene penetrasse deinde exiccetur membzū. Quartum instrumē tum est hoc. ℞ olei de mirto olei de mastice ana. ℥ i. olei nardini. ʒ. vi. spodii sandarace costi ana. ʒ. ʃ conquassentur simul. ꝛ post pzecedentem suffumi- gationem iungantur membza. ꝛ panno bissello cir cundatum bene ligentur. Et hec satis conuenienē videtur sufficere pzo regimine estatis. Iā vero adueniente fine estatis pzo regimine autumni re gatur hoc modo. ℞ pillulaꝝ ꝺ hermodactil' ꝺscri ptione Rasis 9º Almansozis caº de dolozibus iun cturaꝝ. ℈. iiii. accipiantur in auroza obsuatis his que dicta sunt in pzimo minozatiuo. Non time at aliquis dosim istam qꝛ pillule leues sunt ī opan do. Secundū instrumentū est hoc. ℞ olei vulpi ni olei omfancini ana. ℥. i. pulueris hermodactilo zum ꝛ peonie ana. ℈. ii. mirre. ℈. i. sāguinis dzaco nis acatie ana. ʒ. ʃ. sādaloꝝ rubeoꝝ. ℈. iiii. puluerī zentur omnia subtiliter. deinde conquassentur ve hementer in moztario. ꝛ de hoc linimento omni die aut saltem alterna bene calido liniantur mem bza. Deinde circumligentur pelle dabaon calida secundū pzeceptū Auicē. 22ª tertii de cura doloꝝ iuncturaꝝ ꝛ tu ibi lege. Tertium instrumentuȝ est hoc. ℞ aque ypericonis aque eupatozii ana. ℥. i aque scariole. ℥. i. ʃ. misce ꝛ continuetur ad minus xii. diebus in auroza sicut de aliis dictum est.

Quartū instrumentū est hoc. ℞ hermodactilo zum. ʒ. ʃ. turbit. ℈. i. boni ponderis diagridii. ǧ. ʃ ℥℥. spice nardi ana. ǧ vi. salis gēme. ǧ. i. misce et totum accipiatur in potu in auroza cuȝ vno ciato ydromellis calidi obseruando post illud sollemni tates dictas in aliis solutiuis. Quintum instru mentū est hoc. ℞ olei de costo. ℥. i. ʃ. cozalloꝝ ꝛ sā daloꝝ ambozum ana. ʒ. i. conquassentur simul ꝛ ꝺ hoc linimento vngantur supzadicta membza vt pzius dictuȝ est. ꝛ hoc pertranseat pzo regimīe au tumni. Pzo regimine hyemis pzimo accipiat vno mane has pillulas. ℞ pillulaꝝ de hermodac tilis ꝛ de sarcocolla ana. ʒ. ʃ. fiant pillule. vii. cum succo rosaꝝ ꝛ accipiantur cum regulis dictis in su periozibus minozatiuis. Secundum instrumē tum est hoc. ℞ aq̄ eupatozii ypericonis ana. ℥. i. ʃ aq̄ cicozee. ℥. i. misc. ꝛ totū calidū accipiat ī auroza

omni die aut saltem alterna die quousque viderit urinam rectificatam cum ypostasi ante dicta. Tertium instrumentum est hoc. ℞ ellectuarii indi.ʒ.ii. ellectuarii rosati.ʒ.i. pulpe coloquintide.℈.ʃ. zuccari secunde coctionis.℥.ʃ. cum modico mellis rosati fiat dactilus unus qui comedatur in aurora obseruatis regulis que dicte sunt de aliis solutiuis.

Quartum instrumentum est ut omni fine sex dierum circa mediam noctem accipiat.ʒ.i. ellectuarii metridati cum modico vini ribolici calidi continuando ipsum per totam hyemem alternando de sexto in sextum diem ut dictum est. Ultimum instrumentum est hoc. ℞ olei vulpini.℥.i.ʃ. pinguedinis taxi.℥.i. sandarace prius in aceto infuse per duos dies.ʒ.ii. conquassentur omnia simul et de hoc linimento iuncture omnes mediocriter fricando liniantur saltem omni 3° die bene calido et ligetur membrum cum pellibus suprascriptis et ita transeat per totum hyemem. Et iam apparet ordinatum esse completum regimen reuoluendum per quattuor tempora anni in salutem huius viri mediante altissimo.

Capitulum secunde intentionis.

Quantum autem ad secundam intentionem diuertendi materias multa sunt ingenia diuertendi eas. Uerumtamen illa omnia quibus frequenter utuntur sapientes non ita conuenienter applicari possunt sicut deberet. neque fricationes extremitatum conueniunt huic. quoniam membra dolorosa sunt in quibus ex agitatione materierum per fricationes et ligaturas augetur dolor. neque etiam earum partium ventosationes cum scarificatione et sine illa vesicationes rubificationes placent mihi propter eandem causam. Si qua igitur diuertendi instrumenta videntur conuenire. erunt diuertentia cum euacuatione sensibili trium modorum principaliter. Primo erit per diuersionem materierum ad urine vias. Secundo per ventrem. Tertio per emoroidas. Primum autem instrumentum complent diuretica que sunt tam nobilis efficacie. quod scribitur de eis 22ª tertii quod faciunt homines a lecto surgere velut hoc. ℞ spice nardi.ʒ.i.ʃ. seminum apii siseleos fu meu radicum sparagi florum eupatorii ana.ʒ.i. capillorum veneris.ʒ.iii. radicum saxifragie.ʒ.ii. liquiritie bene mundate et rase anisi ana.ʒ.ii. radicum yringi.ʒ.ii. radices minutissime incidantur et terantur subtilissime et incorporentur cum tribus.℥. sirupi compositi aceto si de radicibus et.℥.ii. zuccari. De his igitur fiat ellectuarium. de quo iste vir accipiat post purgationes precedentes bis in die.℥.ʃ. degluttiendo illum in aurora et per duas horas ante cenam et bibat post ipsum ciatum unum aque calide decoctionis infusionis cicerum rubeorum. Hoc enim est diuersiuum potens non solum preseruatiuum sed etiam curatiuum cum instantia dolorum. Secundum diuertens est hoc. ℞ aloes preparati.℥.ʃ. oppoponacis pinguis serapini armoniaci coloquintide ana.ʒ.i. rubee tinctorum saxifragie ana.ʒ.ʃ. diagridii.g.iii. cum succo rosarum formentur pillule ex omni.ʒ.vi. de quibus iste vir accipiat aliquando unam parum ante cenam. attendendo semper quod quando sumit eas tunc dimittat ellectuarium iam predictum. Tertium instrumentum diuersiuum quod esset mihi gratius est aptio emoroidarum. que multum gratior esset mihi. si natura de ea prouidisset sibi. verum quia virtus quandoque non est potens ad aperiendum illas venas. Idcirco quando declinaret intentio sapientum ad applicandum eas fiat secundum hunc modum. Primo fiat ei per triduum mane et sero encatisma cum aqua calida decoctionis fenugreci granorum silami et radicum altee

Secundo post eam fricet extremitatem longaonis cum foliis fici aut cum foliis boraginis aut consolide maioris aut cum panno aspero bisello aut cum leui fricatione flamule euerso tamen intestino cum compressione ad extra. Et si sic non aperirentur per hunc modum finaliter administretur ventosa stricti capitis super capite intestini recti cum vehementi exuctione. Non enim dubito apertionem futuram fieri cum aliquo istorum. Timeo enim ego applicationem flobotomie in eis a qua multi incipiunt et non bene consulte. Et hec de diuertentibus dicta sufficiant.

Capitulum tertie intentionis

Iam vero tertio principaliter occurrit necessitas digerendi materias huius morbi et hanc digestionem voco particularem. eo quia ipsa respicit particularius materias antecedentes que efficiunt dolores in istis membris. Etiam voco particularem quia respicit principalius iuncturas. Reliqua autem digerentia et medicamina in prima intentione consumata dicebantur uniuersalia respectu totius corporis. Et iterum quia eadem non solum respiciebant antecedentes materias horum morborum sed etiam alias materias specie distinctas ab eis. Itaque volentes has materias digerere oportet supponere hoc principium scientie operatiue. quod est quia superfluitates que efficiunt has egritudines sunt superfluitates secunde digestionis que fit in epate excludendo digestionem que fit in ore. Et per hoc fundamentum poterit intelligi sermo Auicenne et aliorum qui scripserunt materias efficientes dolores iuncturarum esse superfluitates tertie digestionis. Intelligentes digestionem digestibilium in ore esse primam. stomachi vero secundam et epatis tertiam. ut clauditur in sermonibus principis pª primi c° de generatione humorum. ubi dixit Nutriens masticatione aliquam habet digestionem. licet hoc parumper videatur absurdum a proposito meo. Supponendum est secundo quod materie efficientes egritudinem in hoc viro sunt flegmatice mucilagiose et aquose et colerice. prime tamen sunt superantes quantitate et virtute. secunde vero superate. His antemissis describatur hoc digestiuum satis efficax. ℞ sirupi de bisantiis sirupi de eupatorio oximellis compositi de radicibus ana.℥.ʃ. aque cicoree et acetose ana.℥.i. aque centauree minoris aut peonie.℥.i.ʃ. misce. Secundum vero digestiuum delectabilius et leuius precedenti est hoc. ℞ aque ypericonis aque acetose ana.℥.i.ʃ. aque sublimationis hermodactilorum.℥.i. misce.

Tertium digestiuum et utile et delectabile est accipere.℥.iiii. peonie cum.℥.i. aque scariole. Et quodcunque horum sit dilectum magis assumatur post octo horas post cenam calidum actu cum.℥.i.ʃ. zuccari albi et dormiat post ipsum ad libitum. et tardet comedere post ipsum horis ad minus quattuor. Est igitur totiens assumendum digestiuum ut videatur urina in substantia ad mediocritatem reducta remissa in colore declinans tamen ad citrinum magis in qua sit contentum album in fundo sedens coniunctum equale in partibus et diafanum diafaneitate elongante ipsum ab omni excessiuo colore. propterea quia diafaneitas pro certo non est nisi manifestorum colorum priuatio 2ª primi c° de coloribus

vrinaꝝ. Quoniaȝ cronice egritudines pendent a
materia raro vincibili a virtute per vnam vel duas
digestiones ⁊ euacuationes imo opoꝛtet in eis rei
terare vtramqȝ pꝛopter resistentiaȝ eaꝝ ex parte
qualitatem eaꝝ pꝛimaꝝ ⁊ secūdaꝝ ⁊ modi substā
tie earū. Idcirco cum apparent aliqua digestionis
signa de melioꝛibus vt ipostasis in fundo existen
tis albe iuncte ⁊ equalis statim materieꝝ pars p
farmacū educenda est sicut hoc. ℞ ellectuarii īdi
ʒ.i.ß.ellʼrii rosati.ʒ.i.pulueris hermodactiloꝛum
ʒ.ß.ℨℨ.g̃.v.violaꝝ.g̃.iii.misce ⁊ totum exhibeatur
in potu cum.℥.ii.aque ypericonis vel yris obseruan
do conditiones que in farmaciis purgationū tem
poꝛū anni superius dicte fuerunt. Si autem st a
chus eius abominatus esset ab assumptione soluti
noꝝ potabilium. tunc loco eoꝝ capiat hoc. ℞ pillʼa
rū de hermodactilis.℈.ii.pillularū cochiarū.℈.i.
foꝛmentur pillule septē cum succo rosaꝝ ⁊ exhibe
antur ei cum obseruatione canonū qui solemnizan
tur in farmaciis. Scio iteꝝ ego ꝙ si patiens come
dat.℥.ß.confectionis diaturbit cum reubarbaro r̃
ctificatione mea esset sollemnis iuuamenti ⁊ non
minoꝛis ꝙ̃ pꝛedicte. Uerū hic memoꝛa ꝙ per pil
lulas de hermodactilis intelligo illas que sunt cō
posite a Rasi 9° Almansoꝛis cap° de artetica. Ra
ro enim inueni iuuamentū in eis que scribuntur a
Mesue ⁊ Auicē. ⁊ adhuc ī 7° bꝛeuiarii Serapio
nis in respectu ad istas. Taceo hic de particulari e
uacuatione per flobotomiā. si enī quādoqȝ euacua
retur aliquid de materia per venam sciaticam de
xtre vel sinistre partium non dubito sequiturā vti
litatem grandem. Silʼr etiā si aliquid euacuaret̃
de vena geniculi. Et adhuc etiam si sapienti viro
pꝛesenti videretur quandoqȝ apponendas esse vē
tosas cum scarificatione in domestica parte medie
tatis tibiarum solet egris iuuamentū seq magnū
hi enim modi euacuationum particulares iunctu
ras inferioꝛes respiciunt magis. Silʼr etiaȝ si do
loꝛes essent in spatulis cubitis ⁊ manibus essēt eli
gende vene que apꝛopꝛiate respiciunt has partes
colligende pulcherrime 4ª pꝛimi ca°.20. parafo
illo. Uene pꝛeterea que flobotomantur ī manu sci
ser lege ibi. qꝛ hic peꝛtransiui fugiens lōgitudinē
Et hec de intentione 4ª sufficiant.

Capitulum quinte intentionis.

Est autem nunc accurate contemplandū circa intē
tioneȝ quintā que est doloꝝ sedatia. ⁊ lȝ mlʼta hinc
inde medicamīa a sapientibus cōscripta sint. Illa
tamen non nisi cum pꝛofunda scientia capi debēt
Cum ergo doloꝛes eueniunt in membꝛis in pꝛin
cipio. pꝛopterea qꝛ materia multa fluit rudis ⁊ in
digesta. Id circo opoꝛtet medicamina esse parum
per retentiua materieꝝ ⁊ anodinitate participan
tia velut hoc. ℞ olei rosati completi olei omfacini
ana.℥.i.ß.masticis sandarace ana.ʒ.ß.croci.℈.i.cō
quassentur in moꝛtario ⁊ liniatur cum eis mēbꝛū
decies vel duodecies in die. ⁊ infundantur in ipso
panni linei quibus membꝛū circumligetur. Et si
velles hoc medicamen efficere sollemnius. tunc cū
eo conquassetur.℥.ß.aceti. Ipsum enim dato ꝙ sit
frigidum confert ī emplastris scie ⁊ doloꝛum iun
cturaꝝ. eo qꝛ alias penetrare facit medicinas 4ª
pꝛimi cap° p° in fine. Adhuc etiam licet ī augmē
to plus fluat ⁊ fluxerit de materia ꝙ̃ ante. opoꝛtet
tamen intendere ad materiā que iam defluxit vt
non tantum ingrossetur. Qr̃ opoꝛtet cum repulsi

uis adiungere lenitiua velut esset hoc. ℞ bo.ar.ʒ.i
terre sigillate.ʒ.ß.olei rosati.℥.ii.croci.ʒ.i.hec oīa
diligenter conquassentur cum duobus ouis ītegris
⁊ madefacto coto in eis emplastretur membꝛū. et
est potens sedatiuum anodinitate potenti partici
pans. Tertium instrumentū quod conueniens
esset versus fineȝ augmenti. ℞ lactis vacini lib.i.
croci.ʒ.i.vitellos oui numero .iii.albumina duoꝝ
ouoꝛū farine oꝛdei.℥.i.conquassentur hec omnia ī
moꝛtario ⁊ intincto in eis coto emplastrentur mē
bꝛa. Cum autem doloꝛes vehemētissime molestāt
tunc concedendum est egritudinem ad statum per
uenisse. In eo enim laboꝛes ⁊ accidentia vltimāt̃
affoꝛismoꝝ pª cōmento 7°. igitur in hoc tempoꝛe
securius est pꝛocedere cuȝ puris anodinis. In sta
tu enī vincere debent anodina. imo debent fieri
parua 4ª pꝛimi ca° 25. ⁊ 3ª quarti tractatu p° ⁊ c°
7°. Erit autem hoc conueniens anodinū. ℞ vitel-
los oui numero.x.conquassentur in frixoꝛio ⁊ sup
cineribus calidis coquantur leuissime cum lib.ß.
olei ro. vsqȝ ad inspissationē ⁊ cum .ʒ.ii. croci dili
genter incoꝛpoꝛando. Cuȝ hoc tali nāqȝ remedio
vidi doloꝛes in instāti sedari. Et si renouetur sepe
non fuit mihi necessariū recurrere ad alia auxilia
⁊ non est mirabile. In hoc enim composito latet
virtus anodinitatis melioꝛ fere ꝙ̃ reperiri possit
Scio autem ego ꝙ nlʼ melius ⁊ subito iuuans ap
plicari potest ꝙ̃ instrumenta pꝛecedentia suis tem
poꝛibus congrue applicata. Et taceo hic narcoti-
coꝛum applicationē que nunꝙ̃ mihi placuit. pꝛo
pterea qꝛ talia coꝛrumpunt membꝛa ⁊ aduersāt̃
rei vite. i. spiritui qui est instrumentuȝ omniū opa
tionū. Talia enim non nisi in desperato casu a vi
ro sapiente applicari debent vt pulcherrime colli
gendum est a Galieno 12° terapentice ⁊ a pꝛinci
pe. xª tertii ca° de cura asmatis vbi dixit ꝙ antiq
non posuerunt in cura asmatis opiuȝ neque man
dragoꝛam neqȝ psilium. nisi secūdū ꝙ voluit dus
excellus ⁊ gloꝛiosus lege ibi. Et hec de intentione
5ª subicient.

Capitulū sexte intentionis.

Ut autem perueniatur ad completam curationeȝ
talium egritudinū opoꝛtet intendere ad consūptiō
nem materieꝝ. nisi enim hec intentio adimpleat̃
non est securum credere egritudines esse complete
curatas. quoniam que relinquuntur ī moꝛbis post
crisim subuersiones facere cōsueuerūt affoꝛismoꝝ
2ª. Intelligo autem post crisim siue a natura siue
ab arte factam. Cum igitur materie que solent effi
cere recidiuas necessario sint aut antecedētes aut
coniuncte. ideo opoꝛtet ad vtrasqȝ intendere iuxͣ
sermones Galieni 3° tegni dū inquit. Pꝛius vnā
quamqȝ causam abscindere. Credo autem ego satis
rationabiliter esse pꝛocessum ad gubernandū ma
terias antecedentes per ea que in pª 2ª ⁊ 3ª inten
tionibus scripta fuerunt. vnd̃ relinquitur esse attē
dendum ad materias coniunctas. ⁊ sunt materie
quedam que remanserunt infuse ligamentis iūctu
rarum non tamen efficientes doloꝛes in eis. quoni
am ligamentoꝝ nullum sentit pª pꝛimi cap° de
membꝛis. Non nulle tamen haꝝ materierū stant
infuse in neruis diu ibideȝ commoꝛātes ꝓ̃ bilitate
caloꝛis īnati nō resolute. Unde ex his sequūtur cō
rolaria duo declaratiua quoꝝdam apparētium.
Pꝛimum est quare quibusdam remanet tumoꝛ ī
iuncturis cum quo etiam ambulare possūt absque

dolore.hec enī contingit quādo materie remāſūt in ligamentis que non dolent. Et eo° videntur q dam qui prohibentur a motu progreſſiuo quē effi cere non poſſent ſine vehementia doloris. He igit ſunt ille materie ad quarꝝ excluſionez intendo cū medicinis conſumptiuis earumdē.ſunt enī harū medicinarꝝ diuerſitates ꝗplurime. Et p° quidē he materie conſumuntur cum linimentis exiccati uis.quorꝝ primū eſt.℞ ſandarace gallarꝝ cupreſſi gallarū quercus ſpodii ſumach ⁊ granorū mirti a na.ʒ.i.ſ.farine orobi ⁊ farine volatilis molēdini ana.℥.ii.buliant hec omnia ſimul in vino rubeo pontico diligenter agitando ea vſqꝫ quo bene viſ coſa fiunt deinde liniantur vel emplaſtrentur bñ cum ea iuncture. Secundū remediū eſt hoc. ℞ gallarꝝ quercul lib.ſ.farīe fabarꝝ.℥.iiii.vini citōio rū.℥.iii.buliāt oīa ſic de priori dictū ē ⁊ eodē mō applicēt̄.Ego autē diebus meis nō ineni dſiccatiꝫ conuenientius ꝗ hoc.℞ pulueris roſarꝝ lib.ſ. ma ſticis.℥.i.ſ.croci.ʒ.i.buliant omnia in vino ſupra ſcripto ⁊ etiam eodē modo applicentur actu ſemp calida.Scio etiam ego ad complete exiccandū et confortandum iuncturas excellenter conferunt aq termantice ⁊ proprie que ſūt ſulfuree cinericie cal cee eree ⁊ ferree.que omnes licet efficaciſſie ſint.ef ficatius tamen in hac intentione conferre vidi lu tum ex his mineris interimis inuentū ⁊ proprie non viciatum ⁊ non contactum ab immundicie cor poris humāi ⁊ altius fede rei.Et hec videt̄ ſuffice re de intentione 9ª.

Capitulū ſeptime intentionis.

Pro ſeptima vero intentione perficienda premit tendum eſt primo ꝙ membra que ſolent manda re materias efficientes has egritudines poſſent eē fere omnia in quibus generantur ⁊ congregantur fleg natice materie ⁊ colerice. Plurimū tamen cō tingit ꝙ epar eſt mēbrū mandans quando ipſum diſtemperie ſua generat ſanguinē flegmaticū ⁊ co lerice materiei comixtū. Silr etiam poteſt eē ſto machus per viam indigeſtionis cōgregatiuus ma teriērꝝ flegmaticarꝝ.Et ſi contingeret in ipſo inue niri diſcraſiā calaꝫ per ſe vel per colligantiā ita vt multiplicarentur in eo materie colerice nō na turales.ſicut contingit cuꝫ in eo generatur colera praſſina. tunc non eſt dubitabile.ꝙ multum mul tiplicate he materie deſcendentes ad iūcturas effi cere poſſent dolores in eis.⁊ hec ſunt duo mēbra vt plurimū mandantia materias tales.Tertiū āt membrū eſt caput.in quo per viam indigeſtionis ⁊ euaporationis congregantur materie multe fl̄a tice aquoſe mucillaginoſe deſcendentes ad iunctu ras per neruos cordas venas ⁊ arterias. Quartū membrū quod non rarius cauſa eſt horꝝ dolorum ſunt renes in quibus cum multiplicantur materie per viam indigeſtionis ⁊ receptionis earꝝ a mem bris ſuperioribus.⁊ proprie in his qui effrenitāt in coitu non eſt dubitabile tales rariſſime euadeř dolores iuncturarꝝ.Et ſi qua videntur mēbra di uerſa ab iſtis ſicut concedendum eſt.tunc talia mē bra facile rectificari poterunt per hec que rectifi cabunt hec quattuor prenominata mēbra quorū rectificatio iam nunc ſequitur ⁊ cetē. Incipiam igitur a primo ſuperiori quod eſt cerebrū ab eo d̄ ſcendens ad alia.Et licet purgationes veris ⁊ alia accipienda etiam in aliis temporibus anni poſſēt eſſe inſtrumenta ad hoc propoſituꝫ efficaciter con

ferentia.Verumtamen ego hic ſoluꝫ quattuor po nam inſtrumenta cerebrū bene rectificantia.

Primū eſt hoc.℞ maſticis ſandarace corallorꝝ amborū roſarꝝ ſpodii ana.ʒ.i.pulueris ſcorie fer ri preparate.ʒ.ſ.macis.ʒ.i.ſ.Cum eger percipit multum deſcenſum a capite ad inferiora . tunc oī ſero pulueriꝫet medietatem anterioris capitis aſ pergendo inter capillos.℈.i.huius pulueris . hoc enim eſt conueniens exiccatiuum ⁊ proprie cū ap plicatur per menſem vel medium ſemper cū pecti ne abſtergendo ante poſitum puluerē cum reitera tur ſecunda vice. Secundū inſtrumentū eſt hoc ℞ ſpetierꝝ diambre ſpetierꝝ diamuſci dulcis ābo rum deſcriptione Meſue in antidotario ana.ʒ.i. ſpetierꝝ auree alexandrine ſine opio deſcriptione Nicolai in antidotario.ʒ.i.mellis conſeruationis mirobalanorꝝ kebulorū.℥.iiii.zuccari albi.℥.ii.fi at confectio in forma elr̄ii.de quo ter in ſeptima na iſte vir accipiat.ʒ.i.deglutiendo ipſam quando ponit puluerem ante ſcriptum. Tertium inſtru mentum eſt hoc.℞ coſti dulciſ cubebarꝝ nucis muſ cate liquiritie aniſi ana.ʒ.i.ſ.piretri.ʒ.ii. ſaxifra gie doronici yringi ana.ʒ.ii.pulueriꝫentur per ſe ſubtiliter omnia.deinde fiant ex eis pillule groſſe ſicut auellane cum mucillagine dragaganti. de q bus cum iſte vir percepit deſcenſuꝫ.mane ⁊ veſpe maſticet vnam per quartā partē hore. ſemper ad extra expuendo totum quod per eas diſſoluitur a capite. Vltimū inſtrumentū eſt hoc.℞ maſti cis.ʒ.i.corallorꝝ amborū ciuꝫ ſubtiliſſime pulueri zatoruꝫ ſpodii de canna ana.℈.i.conſerue citonio ruꝫ zuccarine lib.ſ.fiat confectio ſolida in rotulis .ʒ.ſ.de qua ſemper hic vir comedat vnam in fine cibi cuiuſcūque continuando ipſā vſqꝫ quo pcepit materierꝝ fluxuꝫ totaliter ceſſauiſſe. Si autē con tingeret materias non percipi reumatiꝫantes a capite.imo nauſea rugitus vento itas aut dolor ī ſtomacho perciperentur.Tunc intendat ad ſtoma chi confortationem.cui triplici inſtrumento vidē mihi ſufficienter prouidendum eſſe. Primū ita ꝗꝫ eorꝫ eſt hoc.℞ maſticis.ʒ.i.ſ. gariofilorū. ʒ.i. folii mente rute ſtoracis calamitte ana.℈. ii.roſe ellecte clare ⁊ bene aromatice.ʒ.vi.laudani.ʒ.i.ſ. Diſſoluantur ⁊ coquantur gͥme cum vino aro na tico bene potenti.⁊ cum ſufficienti quantitate cere fiat cerotum ſcutale ſatis magnū.quod vir iſte ſto macho ſuo ſemper applicatum teneat ⁊ inueniet magnuꝫ iuuamentū.quoniā ſtomachus eius in di geſtiua ſua notabiliter debilitatus eſt. Secūdū ſpetiale remediū eſt vt iſte vir aſſueſcat ſaltem in ſeptimana ter ⁊ alternatiꝫ comedere mirobalanū vnum kebulum bene conditum ⁊ optime maſtica tum ⁊ multū facit ad cōfortationem ſtomachi ca pitis epatis ⁊ renū eius. Tertium inſtrumentū eſt vt iſte vir aſſueſcat ſepe in ferculo aut in potu eius miſcere ab.ʒ.i.vſqꝫ ad.ii.aque mente ellecte ⁊ bene aromatice quam aliqui nomināt balſamitā imo ⁊ comeſtio eius recentis ita potēter vigora bit ſtomachum defendendo ipſum ⁊ epar a multi tudine materierꝝ fl̄aticarū ꝙ ego ſpero interpolla re ōbere notabiliter ⁊ minorari euētū paroxiſmo rum ſuorū dolorꝝ.Quoniā autē plerique homines videntur eſſe ſatis bñ diſpoſiti circa caput ⁊ ſto machū ⁊ magis moleſtatur a nocumētis epatis ⁊ renuꝫ. que plurimū accidūt propter dolores renū ⁊ epatis aut oppillatiōes eorum aut propt mala

complexionem frigidam ꝛ humidã augmentataꝫ in eis aut propter multitudinẽ ciboꝝ aut mali chili cuius rectificationẽ non potest epar facere. Idcirco non apparentibus manifestis nocumẽtis capitis neque stomachi predominantibus epatis ꝛ renum. vtatur quinque infrascriptis remediis que comunicabunt iuuamentum epati ꝛ renibus excellenter. Primũ itaqꝫ istoꝝ est hoc. ℞ sada lorum rubeoꝝ spodii masticis rosaꝝ ana. ʒ. i. spice nardi. ʒ. ß. seminis milii solis capilloꝝ veneris ana. ℈. iiii. granoꝝ phisticorũ lib. ß. infundantur phistici in aque cicoree milii solis ana lib. ß. vini ribolici vel alterius sibi similis clari ꝛ aromatici ℥. iiii. Cum ergo infusi steterint per biduũ coquantur i infusione sua vsqꝫ ad bonam quasi dissolutionẽ deinde colentur ꝛ vltimate terantur ꝛ cum lib. i. ß. zuccari albi cocti cuꝫ aqua angurie fiat confectõ in frustris velut pineata. de qua hic vir sẽper ãte omne cibariũ accipiat frustra duo. Et si vteretur eo anno integro esset ei vtilissima sicut bene experire potest. Secundum remediũ est hoc. ℞ olei rosaꝝ ꝛ citonioꝝ ana. ℥ i. olei nardini. ℥. i. ß. specierũ diarodon. ʒ. i. trocíscoꝝ de violis. ʒ. i. ß. cere albe quantum sufficit fiat vnguentũ mole. quod aspergatur cum vnguento citonioꝝ quando coquitᷣ De hoc igitᷣ vnguento assuescat iste vir inungere ypocundrium ꝛ totam spinam a furcula spatulaꝝ inferius. Tertium instrumentum est vt iste vir faciat sibi condiri in sirupum zuccarinũ radices yringi recentes. ꝛ comedat sepe de eis ante prandium per duas vel tres horas radicẽ vnã magnitudinis digiti longi. Quartum instrumentum est vt iste vir cum instantia nocumentoꝝ epatis ꝛ renum sepe vt ter in septimana ad minus ante cibum comedat sparagos cum aceto acri non quidẽ valde acuto. propter quod si istis temporibus facere exiccari sparagos ꝛ proprie planenses. qui nõ sunt ita aperitiui quasi amaritudine priuati. velud sũt illi qui nascuntur in diocesi paduana apũ villam gambariarum. esset sibi iuuamentum magnũ comedendo eos sicut alios. Si autem astantibus apparet renes eius esse notabiliter lesos quod demonstrabit grauitas aut alter dolor i spina vrine harenose aut ardor ab eis. tunc memorer accipere frequenter fercula facta cum lacte ouino. Lacti nãqꝫ omino nulla medicina compar est i debilitate renũ 18ᵃ tertii capᵒ 3ᵒ. Et hec sufficere videntur ꝑ intentione 7ᵃ.

Capitulum octaue intentionis.

Pro consumanda vero intentione octaua ꝛ vltia plura superius posita sunt instrumenta exiccatiua ꝛ iuncturarũ confortatiua. Uerumtamen de conuenientibus iterum ponentur hic quoqꝫ. Primũ est hoc. ℞ luti balneaꝝ naturaliũ sulfureaꝝ exiccati lib. ii. propter quod bonum est vt habeat ipsum semper apud se gallaꝝ cupressi gallaꝝ quercus ꝑ forataꝝ ana. ℥. iii. habeatur ergo nobilis quantitas aque extinctionis calibis. ꝛ in ipsa bulliant p̄dicta vsqꝫ ad consumptionẽ medietatis aque. Cuꝫ illa igitur aqua mediocriter calida mane ꝛ vespe abluantur iuncture leui fricatione aut saltem i ipã infundantur panni canabini duplicati aut triplicati. ꝛ cum eis calidis iuncture fomententur mãe ꝛ sero saltem per mediam horaꝫ. Secundũ instrumentũ est vt sepe membra lesa suffumigentur cũ fumo sulfuris. Et si lederet ipsũ fetor. suffũgetᷣ cum fumo laudani. Aut tertio ꝛ melius ẽ suffumigetur cum fumo storacis calamitte. Magnũ enĩꝫ inueni iuuamentũ ego a suffumigatĩoibus talibus a carbonibus ignitis factis. Tertium instrumẽtum iterum confortatiuum membrorũ est hoc. ℞ olei vulpini. ℥. ii. storacis calamitte. ʒ. ii. pulueris andachoche. ʒ. iii. pulueris corticum agarici. ʒ. vi. sandarace. ℥. ß. agitẽtur ergo omnia ista prius bñ puluerizata in mortario diu ꝛ cum illo linimento omnia membra lesa frequenter inungantur ꝛ ꝛueniet ab eo iuuamentum excellens. Quartum instrumentũ est vt iste vir assuescat saltem in nocte tenere caligas vsqꝫ ad medium coxe factas de pelle vulpis aut dabaõ. i. taxi. ꝛ proprie post suffumigationes ante dictas. Ultimũ vero instrumẽtũ est vt si vir iste desideraret confortare mẽbra cũ remedio maioris excellentie. faciat sibi fieri cauteria actualia aut potentialia. in quibus tamen non curo extendere sermonẽ. quoniã teneret me eius etas ꝛ longitudo egritudinũ ꝛ accidentium que perpessus est iste spectabilis vir. Cui pie multũ ꝛ mihi corditer agendum ꝛ consulendum est. In quibus ei misericorditer prouideat altissimus excellẽtia potentie ꝛ benignitatis eius ad laudes eius perpetuas ꝛ imortales amen.

Consilium de artetica dispositione ꝛ de imoderata siccitate ꝛ duritie neruoꝝ ꝛ partium sibi consimiliũ ꝛ de dispositione saltuosa mẽbroꝝ motus.

Irum antiqua multũ priscorũ parentum nobilitate pspicuuꝫ diuina prouidẽtia nuper mihi obtulit. credo magis i detrimẽtum ꝙ in augmentum laudis ꝛ honoris mihi hec accidisse. et eiꝫ mlta morboꝝ congerie molestatũ accepi ipsũ sub spetie recuperande sanitatis. quod equidẽ idubitanter actum fuisset. si temporis cõmoditas et sufficientia condonassent. sed ꝓfugus ipse non tollerauit tantum nec credidit iuuamentũ fuisse secutũ ꝛ posse sequi quantum morboꝝ ipsius multitudo ꝛ non minus magnitudo postulabat. propter qꝺ idem nõ obtinuit. quod sine dubio habuisset. si patiens extitisset. Quis enim esset tante amẽtie vt credat morbos multa prolixitate vetustos ad conualescentiam aliquam nedum ad integrã sanitatem in breui tempore posse perduci. Scio enĩ ꝙ dispositiones affixe non nisi in longo tempore reduci possent ꝛ solent. iuxᵃ illud sũmi hypocratis vbulum. Que in multo tempore extenuantur cõpora tarde reuerti consueuerunt afforismoꝝ 2ᵃ ꝑmone. His tamẽ seorsũ positis dicamus ꝙ iste vir quadruplici laborauit ꝛ iterũ vexatur egritudine. Prima quidem est artetica. Secunda vero est neruoꝝ ꝛ partium sibi consimiliũ imoderata siccitas ꝛ durities. Tertia vero est saltuosa mẽbroꝝ motus dispositio. Quarta est epatis ꝛ viarũ vrine fortis oppillatio. Et prima quidẽ dispõ huius viri est artetica que est terminus vlis ad importandum articuloꝝ. i. iuncturalium membroꝝ que quidem i plurimas diuiditur species ꝛ in tot quot sunt maiores ꝛ famose iuncture in humano corpore. Cum enĩ hic vir dolet pedes podagra. cum vero manus ciragra nominatur. ꝛ contrahitᷣ iste terminus artetica ad importandũ tot iũctᷓrũ

dolores. quot sunt termini eidem adiuncti p quos specificatur ad spetialem dolorē importandum. vꝫ dolorē genuū ancharꝝ spondilium dorsi colli spatularꝝ ⁊ cubitorū ⁊ sic de aliis. Unde si ex hoc sermone clare veritas accipiatur apparebit ꝙ iste vir artetica laborat egritudine. Non enim ē necessarium ad rationē formalē artetice omnes dolere iuncturas. sed aliquas aut plures. aut oēs aptitudinaliter sed non de facto. Quod autem hii sermoēs contineant veritatem apparet. Hic enī vir doloris in villis ⁊ iuncturis pedum genuū ⁊ spondiliū dorsi ⁊ colli ancharꝝ ⁊ scie patitur. Potuit autē ī hoc viro hec egritudo accidere multis ex causis primitiuis ⁊ antecedentibus. s. mala complexione mala compositione ⁊ solutione membrorꝝ. sed veritas ē ꝙ causa dolorꝝ in hoc viro antecedens est mala cōplexio iuncturarꝝ frigida ⁊ sicca. ad qd iuuat mala complexio epatis eius a generatione etiaꝫ frigida ⁊ sicca. vt etiam nunc apparet. Et qꝛ indicāndo ab vniuersali complexione totius corporis complexiō eius a medio declinauit ad augmentū caliditatis ⁊ siccitatis: Ideo non est mirabile si propter hoc ⁊ propter etatem ⁊ regimen preteritum ī eo fuerit adhuc multe colere inuentio. que cōmixta sanguini ⁊ aliis hūoribus ⁊ flegmatibus reddit eos mobiles fluxibiles ⁊ penetrabiles in iuncturis ipsius Et sunt sermones Auicē. 22ª tertii colligēdi. Materia igitur hec multiplicata in iuncturis alteratōne subita ⁊ forti dolorem efficit in eis. Hec igitur materia cum hoc ꝙ alterando dolorem efficit in iuncturis etiam calefaciēdo resoluit positiue. ⁊ exiccando iuncturas exiccat priuatiue. quare membra eius non sunt potentia ad motum progressiuum imo neqꝫ ad flexionē neqꝫ ad corporis substētatōnem. q̄r nō est mirabile si iste pductus ē ad hazchema ⁊ est progressiui motus ablatio. Et ex hoc fundamento etiam deducitur inuentio pre egritudinis que est substantifica exiccatio membrorꝝ motus a siccitate positiua ⁊ priuatiua causata vt superius demonstratum est. Et iterꝝ ex fundamento predictorꝝ merito deduci potest causa saltuosi motus in iuncturis eius ⁊ in mēbris per iuncturas substentatis apparens. Propter eniꝫ debilitateꝫ iuncturarū ⁊ malā complexionē frigidaꝫ ⁊ siccā in mēbris predictis ⁊ collectam aut in venis ⁊ arteriis marie comprehensā generatur saltus. eo qꝛ ventositas mouet ⁊ eleuat membra superius. ⁊ ipsorꝝ grauitas trahit ad inferius. vnde ⁊ a pugna in vtrisqꝫ perseuerante videntur membra motu saltuoso agitata. qui si perseueraret non est dubitabile ꝙ mēbra illa perduceret ad spasmū de repletione nominādū. Quarta vero huius viri dispositio verenda satis est oppillatio in epate eius in venis ⁊ in viis vrinalibus. que iterꝝ prouenit a mala complexiōe predicta. cum presentia multorꝝ flegmatū. tam in epate eius generatorꝝ q̄ꝫ etiā congregatorꝝ in mēbris per viam indigestionis. Hec igitur mala cōplexio est causa repletionis venarꝝ ⁊ predicta flegmata sunt causa constrictionis. q̄r non est mirabile si mēbra omnia spetialiter iuncture continue magis exiccando procedunt. vbi reperitur efficiens causa per se ⁊ per accidens constrictiua mēbrorū ex defectu boni sanguinis nutrituri membra. ⁊ presentia multorꝝ flegmatū claudentium vias transitus nutrimēti ⁊ spiritus ad mēbra. Has autē dispositiones oēs facile posseꝫ demōstrare per signa tā a substātialiter inherentibus assumpta. q̄ꝫ ab operationibus ⁊ casibus. ⁊ tu consydera. qꝛ hec propter breuitatem dimitto. Unde ex omniū predictorꝝ intellectu colligitur primo. ꝙ hec dispositio ex omnibus congregata sad est in hoc viro fortis ⁊ verenda. Sequitur secundo ꝙ hec egritudo non est impossibilis curationis argumento sumpto ab etate complexione compositione ⁊ singulis ⁊ proprie quia nundū est confirmata vehementer. Sequitur tertio ꝙ si iste vir regetur conuenienti regimine inferius ostendendo. poterit ad bonam conualescentiā ⁊ motum progressiuum mediocriter deduci in tempore tn̄ prolixo. Regimen autem huius viri distinguā per rerꝝ non naturalium conuenientē administrationem. Et deinde per medicinaliū congruitateꝫ Pro expeditione vero primi dicendū ꝙ locus ciuitas ⁊ camera habitationis eius eligantur ad caliditatem declinantia ⁊ ad leuem siccitatem magis q̄ꝫ ad humiditatem excellentē. vnde euitet habitaculū camerarꝝ siue locorꝝ defluxibus aquarum propinquorꝝ. Et dimittat cameras terraneas ⁊ opaci turbulenti aeris ⁊ lutulenti vel fetidi ⁊ inhabitet loca a terra notabilit̄ elleuata vēto ⁊ flatui meridionali ⁊ occidentali exposita. minime autē septentrionali. Teneat corpus eius vestibus vulpinis de vario ⁊ dossibus eorꝝ suffultis. ⁊ folineis vel aliis notabilit̄r calidis. ⁊ caput eius tecturis calidis bene munitum diligenter custodiat. Similiter ⁊ vestes eius mediocri adhesione membris adhereant. ⁊ non strictura suffocatiua eligantur. Pro secunda vero re nō naturali. s. cibo ⁊ potu ita procedat. eligat enī panem recentem duorꝝ dierꝝ aut trium ad plus bene fermentatum ⁊ coctū ⁊ nullo modo combustum neqꝫ azimū. ⁊ habeat salis quantitatem aliquantam vltra eaꝫ que pro sanis administratur ⁊ fermenti etiaꝫ plus recipiat ꝙ coīs panis. De carnibus vero eligat eas que sunt laudabilis nutrimenti vt de volatilibus pullos magnos ⁊ paruos bene pingues ⁊ gallinas capones anates columbellos fasianos perdices starnas coturnices francolinos merulos turdos ⁊ minutas aues in dumetis degentes. Carnes vero volatilium in aquis habitantium nō curet comedere nisi raro. de aliis vero volatilibus considerandis attēdat ꝙ carnes columborū ⁊ proprie siluestriū mirabilē habent conuenientiam ad istam dispositionē. ⁊ ad omnes neruorꝝ egritudines. quocunqꝫ modo preparatōis earꝝ. q̄r laudo in ipso frequentem vsum earꝝ ⁊ proprie cum fuerint animaliū iuuenculorꝝ carnes. De partibus vero animaliū dimittantur ventres cerebra ⁊ eorꝝ medulle nisi raro vsu ⁊ modico. De piscibus vero eligantur marini solidarꝝ carniuꝫ q non sint viscosi neqꝫ mucillagiosa humiditate abūdantes. ⁊ magis mihi placet salitorꝝ piscium q̄ꝫ recentium vsus in eo. De ferculis vero eligendis de leguminibus cicera ru. non tamen ī multo vsu rizum autē ⁊ panicum meliora sunt ei. ⁊ far proprie cum laudabili brodio. reliqua vero legumīa dimittantur ⁊ proprie cuꝫ elixa fuerit. De herbis vero eligantur caules ⁊ reliqua caliditate ⁊ apertione participantia cum nitrosa aut calida pte eorum. velut sunt petrosel. feniculum serpillum saluia ruta abrotanum menta ysopus rosmarinū Frigida vero velut sunt blete spinachia endiuia pōtulaca cucurbita cucumeres ⁊ citruli dimittantur De fructibus vero conueniūt ei amigdale auellane

⁊ ficus recentes propter lenitionem. ⁊ sicce propt͛ apertionē ⁊ exiccationē. propter quam etiam cām non vituperarem cerasa suo tempore neque alia lenientia ⁊ aperiētia. fructus vero difficil͛ digestō nis infrigidatiui ingrossatiui ⁊ stiptici non placēt mihi. velut sūt citōia sorbe mespile granata acria citranguli limones ⁊ consil͛es. qui raro accipiātur nisi in pauco vsu saporose delectationis causa. Lactis vero vsus tam crudi q̄ cocti nō multus habeatur. ⁊ proprie cum simplex comeditur. Lac comestum autem cum aliis frangentibus eius frigiditatem ⁊ humiditatem ⁊ aptitudinē ad corruptōnem accipi potest. propter quod recent͛ etiā casei ⁊ mollis vsum vitupero cum fuerit simplex ⁊ placet mihi magis casei solidioris ⁊ bene salsi vsus ī hoc viro. De liquoribus vero placet mihi oleū oliuaꝝ recens siue nouum. sed vsus recentis olei conuenientior est tempore paroxismi doloꝝ. antiqui vero vsus conuenientior est alio tempore gratia resolutionis linitionis ⁊ apertionis eius. Butiri etiam vsus non est ei vituperandus ⁊ maxime si ad ipsum fuerit consuetudo. De saporizātibus vō conuenit ei agresta bene salsa. ⁊ limo in aqua salsa conseruatus ⁊ succus arantioꝝ ⁊ proprie cum sale cōmixtus. acetum autē acre vitetur omnino. acuti autem aceti vsus ⁊ proprie cum salsis ⁊ aromatibus erit ei conueniens. non multū tamē accipiē d͛de eo. De aromatibus autem aliquid dictū est iam vbi de ferculis sermo preteriit. de aromatibus autem alienigenis ⁊ nauigatis conueniunt ei cinamomū vtrūq3 grossum ⁊ subtile galāga piper macis nux mus. ꝫꝫ. ⁊ proprie conditum. cuius vsus erit ei valde conueniens. vt in sermone d͛ medicinalibus enunciatur. Crocus etiam ⁊ grana paradisi ameos ⁊ amomū ⁊ consil͛ia accipiātur sepe in cibis eius. Hec enī membra nutritionis aperiunt oppillata ⁊ neruoꝝ substantiam apertā expurgatam. ⁊ a superfluitatibus securam reddūt. pret͛ aūt talia cibaria que laudata sunt ei dimittantur omnia alia que non sunt conuenientia propter rationes aduersas ⁊ adhereat istis continuo vsu secedendo ab aliis. De potu āt dicendum q̄ si iste vir assuesceret potui aque mellis simplicis sūmum esset ei fundamentū in cura sui omnino dimittendo vinū. aut saltem cōmisceretur ydromel cū vini altera medietate. aut saltem aliquid de ipso iponendo vino. propter quod videtur mihi q̄ ydromel in vsu suo varietatem accipere debet secundū tempora anni. vnde a principio mensis octobris per totum mensem martii videtur mihi conueniens ydromell͛ compositio secundū hunc modū. ℞ mellis citrini vel albi electi lib. i. floꝝ rosmarini ℥. ii. ꝫꝫ. electi. ʒ. ß. coquantur omnia preter mel in lib. aque. xxv. vsq3 ad consumptionē quinte partis ⁊ tunc addatur mel ⁊ coquantur iteꝝ continue despumando vsq3 quo redierint lib. xx. aut lib. xv. et tunc coletur bis per saccum ipissuz. ⁊ sit eius vsus vt predictum est. A principio vero mensis april͛ vsq3 per totum mensem septembris ponātur lib. xxxv. aque ⁊ mellis ⁊ spetieꝝ vt predictum est. Et vtatur eo modo iam prescripto. ⁊ hec de regimīe reꝝ non naturalium dicta sufficiant. De regīe huius viri per quattuor alias res non naturales. vz per inanitionē ⁊ repletionē per motū ⁊ quietē per somnū ⁊ vigiliam ⁊ per accidentia anime non extendo calamū cum talia non videantur magnā impoztere necessitatem ⁊ inclusa videantur ī precedentibus. Pro regimine vero instrumentoꝝ medicinalium. xii. mihi in hoc viro obseruanda videntur. de quoꝝ numero sex obseruari debent a principio octobris per totum mensē martii. Reliqua vero in alio tempore administrentur. Igr̄ purgetur in vere secundum hunc modū post vigesimū diē februarii vno mane in aurora accipiat istas pillulas. ℞ pillulaꝝ de sarcocolla descriptōe inuenta a Mesue. ℈. ii. pillulaꝝ hermodactil͛ descriptione Rasis 9° Almansoris. ℈. i. formentur pillule sex vel septem cum ellectuario rosaꝝ. ⁊ accipiantur in aurora dormiendo per horam post eas. Quinta vero sequenti hora bibat ciatum aque zucarate calide. et sexta sequenti hora prandeat. Sequenti vero īmediate die accipiat hoc digestiuum calidum in predicta hora ⁊ tardet cibū horis ad minus quattuor ⁊ continuet ipsum diebus sex vel septem. vsq3 quo apparebit vrina ī colore ⁊ substantia rectificata ypostasim habens in fundo sedentem albam equalē ⁊ vnitam. Die vero sequenti iteꝝ purgetur cum istis pillulis. ℞ pill͛arum fetidaꝝ pillulaꝝ de hermodactil͛. ana. ʒ. ß. ⁊ cum succo rosaꝝ formentur pillule. vii. ⁊ accipiāt in aurora reseruatis post eas conditionibus que scripte sunt in primis. Est autem sir. quem d͛bet accipere descriptio talis. ℞ sirupi compositi aceti mell͛ ros͛ ⁊ sirupi de calamento ana. ℥. ß. aque ypericōis lauri ⁊ rosmarini ana. ℥. i. misce. In autūno autem purgetur per hunc modū. quoniā in principio octobris vno mane accipiat hoc ellectuariū. ℞ electuarii rosati. ʒ. i. ß. agarici electi. ℈. ii. zuccari rubei. ℥. i. aque volubilis. ℥. ii. ꝫꝫ. g̃. iii. misce ⁊ totū calidum accipiatur in potu seruando conditiones tactas in aliis solutiuis. Die vero īmediate sequēti accipiat hoc digestiuum. ℞ sirupi de bisantiis sirupi viol͛. ana. ʒ. vi. aque cicoree betōice ⁊ ypericonis ana. ℥. i. misce ⁊ calidum accipiatur totiēs quotiens de digestiuis dictum est. Sumpto vero hec digestiuo purgetur cum hoc medicamine. ℞ aque violaꝝ feniculi betonice ana. ℥. i. agarici hermodactil͛ turbith ana. ℈. ii. ꝫꝫ. dauci anisi ana. ʒ. vi. salis indi. g̃. ii. zuccari rubei. ℥. i. infundātur medicamina puluerizata in predictis aquis calidis per diez naturalem. deinde calefiant omnia ⁊ modicū bulliant ⁊ excolentur ⁊ exprimantur conuenienter. que colatura calida bibatur. ⁊ post ipsam obseruentur regule que in primis pillulis purgationis veris dicte sunt. Secundū principale instrumentū ē vt post purgationem istam incipiat inungere loca anchaꝝ coxarū ⁊ tibiaꝝ ambarū vsq3 ad plantaz pedis cum hoc vnguento. ℞ olei de bheen. ℥. i. ß. olei de sisamo. ℥. iiii. croci. ʒ. i. pulueris artetice sticados betonice ⁊ hermodactiloꝝ ana. ʒ. ß. pulueris floꝝ nenufaris ⁊ sandaloꝝ amborum ana. ʒ. ß. cer͛ quantum sufficit fiat vnguentum molle. ex quo calido inungantur predicte partes longo tempore fricando. leuiter tamen ⁊ suauiter vsque per totū mensem aprilis. ⁊ membra custodiautur cum caligis factis de pellibus vulpinis aut d͛ tasso. Tertium principale instrumentuz est vt postq̄ predictam inunctionem fecit diebus. xv. tunc lauet oīa predicta membra vno sero per horam ante cenā cum infrascripta decoctione calida. ℞ peucedani hermodactiloꝝ sticados ⁊ peonie ana. ℥. ß. pedum porci salitoꝝ et antiquoꝝ numero. viii. incidant͛

cum predictis ⁊ coquantur vsq3 ad dissolutionem in lib. ducentis aque cum lib. i. cineris ylicis bene cribellati. deinde in hac decoctione lauentur membra predicta diligenter: ⁊ ita abluta tribus vicibus permaneant per vnum diem cu3 dimidio deinde reuertatur ad applicationē inunctionis predicte aliis. xv. diebus. deinde reuoluat se ad ablutionem ⁊ econuerso hunc modum continuando ꝑ totum mensem aprilis vel madii. Quartū vō principale instrumentum est ꝙ his temporibus. imo extra paroxismū doloꝝ vtatur pillulis infra scriptis ⁊ de eis accipiēdo omni 4° vel 5° die vna ante cenam aut duas cum maiori stipticitate. de quibus etiam accipere poterit quinque vel sex di fine. xv. dieꝝ ⁊ tardare cibū horis ad minus quinque quaꝝ descriptio est. ℞ aloes epatici electi. ℥. iii. 3in 3iberis piperis hermodactil' calami aromatici artetice peonie ana. ʒ. ʃ. salis indi. ʒ. i. puluerizentur omnia ⁊ infundātur in lib. ʃ. aque betonice ⁊ exiccentur sub radiis solis aut in furno calido vsq3 ad consumptionem aque sepe agitando. deinde iteꝝ reuouetur aqua ⁊ exiccetur quattuor vicibus ꝑmutando ipsam. ex materia ergo remanente formentur pillule. vi. ꝑ. ʒ. quarū vsus habeatur vt iam dictum est. In ipsis enim consistit magna pars curationis ⁊ conualescentie egritudinū suaꝝ. Quītū principale instrumentum est vt vtatur ellectuario infrascripto gratia oppillationū epatis ⁊ viarum supzascriptaꝝ accipiendo de eo omni mane vel 3° mane in aurora. ℥. ʃ. cum. ℥. ii. aque feniculi calefacte. ⁊ tardetur post ipsum cibus horis ad minus quattuor. Et huius ell'rii descriptio est talis. ℞ granoꝝ orobi anisi feniculi se. petrosel' rubee tinctoꝝ assari ana. ʒ. i. ʃ. spice nardi cuscute ana. ʒ. ii. liquiritie. ʒ. iiii. oximell' compositi de quīque radicibus ℥. i. zuccari albi lib. ʃ. coquatur zuccarum cum oximelle vsq3 ad inspissationē3 ⁊ cum ceperit infrigidari ponantur species diu conterendo. ⁊ erit medicina efficax ad omnes egritudīes ⁊ accidētia eius

Sextum principale instrumentū est confectio ista. ℞ specierū ell'rii de ligno aloes descriptione Auicē. 5° canō. sūma prima specieꝝ ell'rii de seminibus descriptione Me. sue in Antidotario distinctione pª ana. ʒ. i. zuccari secunde coctionis lib. ʃ: coquatur zuccarum cū aqua ypericonis ⁊ addanī species apud infrigidationē eius ⁊ fiat confectio ī rotulis. ℥. ʃ. accipiat ergo de ea semper ante cibu3 omnē rotulā. i. ʃ. ⁊ continuetur hec confectio cum omnibus predictis a pīcipio veris vsq3 per totu3 mense septembris Nunc autem ponendū est regimen huius viri a principio mensis octobris vs3 ad finem mensis februarii. Dicendum itaq3 ꝙ oīa instrumenta que in fine autumni aut per totā hyemem conueniunt rationabilit' debent esse calidiora ⁊ ad materiā frigidam appropriata magis ꝑ totam hyemē vsq3 ad medium februarii ꝙ per totum mensem septembris vsq3 ad mediū octobris eo ꝙ indicatio in cura cuiuscunq3 dispositionis nō parua accipitur a consistentia tempoꝝ anni vt ꝑ3 3° tegni 4ª primi ⁊ ī ampliationibus afforismoꝝ pª super sermone illo. Dādū vero est aliquid etati tempori ⁊ regioni ⁊ cet. Cum igitur per totā estatem materie genite fuerint ⁊ multe ⁊ rationabilius calide ꝙ frigide. ⁊ corruptioni disposite. patet ꝙ hoc tempore vtendum est instrumentis minoris potentie in calefaciendo corpora. ⁊ maioris vtud in remisse calefaciendo ⁊ potentius humectando ⁊ econuerso de parte hyemis tota comparata ad finem estatis ⁊ principium veris. Et sunt ꝑmones speculatiui nō digni consideratione. nisi apud viros in scientia ⁊ opere longo tempore exercitatos propter quod describam remedia non nulla conuenientia secundū predictas considerationes quātū erit possibile ⁊ condecentius. Itaq3 adueniente pricipio mensis octobris laudo ꝙ iste purgetur secundum illū modū qui dictus ē superius. considerando semper corporis dispositionem. ⁊ si quidē in eo apparuerit reliquia caliditatis non naturalis satis manifeste confrangantur euacuantia minoratiue digerentia ⁊ eradicantia cum frigidis ⁊ hūis secundum discretionē eximii doctoris. qui in cura huius nobilis viri profunde semper ⁊ bene sollicitus fuit ex optima scientia sua. Possunt enim esse talia refrangentia velut sunt sirupus violatus sirupus de nenufare sirupus ros' sirupus iuiubinus sirupus simplex acetosus remisse acetositatis ⁊ reliqui consimiles. Refrangentia vero audatiam et potentiam solutiuoꝝ sunt sicut vnctuosa omnia lā bificatiua lubricatiua lenitiua acria vl' dulcia. Exemplū primi velut cassia ⁊ manna. Exemplū secū di velut sunt malua mercurial' ⁊ volubil'. Exēplū tertii velut est mucillago psilii granoꝝ sebesten ⁊ consiliu3. Exemplū de 4° lenientium cum acredine vt tamarindoꝝ granoꝝ muroꝝ ⁊ consimilium. Exemplum vero de lenitiuo cum dulcedine velut sunt iuiube sebesten ⁊ pruna dulcia bene matura. Exemplū vero refrangentiū solutiua cum lenitio dulcedine ⁊ acredine sil'. sunt velut est succus prunorum non perfecte maturoꝝ ⁊ sil'ia illis. ⁊ tu considera q2 in talibus latet scientia non exigua. Itaq3 premissa purgatione in autumni principio vt iā dictum est sex mihi occurrunt instrumenta parti3 localia ⁊ partim aliis membris competentia. A principio itaq3 mensis octobris per totum mensē nouembris vtatur iste vir hoc ellectuario. ℞ conserue ros. ⁊ viol'. buglosse ana. ℥. ii. specieꝝ diaris moni. ʒ. i. ʃ. specieꝝ dialtee ⁊ diacurcume ana. ʒ. ʃ. pulueris peonie. ʒ. i. ʃ. incorporentur simul oīa cum succo rute cocto cum melle dispumato ⁊ fiat ellectuariū de quo accipiatur coclear vnū in mane hora siropoꝝ deglutiendo ip'um ⁊ medietatis coclearis de eo accipiatur ante prandium ⁊ cenam. Est enim potenter rectificatiuum omnium principalium membroꝝ ⁊ seruientium eis virtute latoria ⁊ preparatoria velut sūt stomachus splen vene ⁊ arterie ⁊ nerui. In hoc enim ellectuario stat vis aperiendi membrorum oppillatōes ⁊ constrictiones ⁊ membra a superflua caliditate resoluta ⁊ a superflua humiditate relaxata reducit ad medium vt facile demonstrari posset ⁊ tu considera.

Secundum principale īstrumentū est vt si vēt huius viri stipticus fuerit secundum ꝙ in pluribus consueuit. reddatur mollificatus cum hoc ellectuario. de quo parum ante cenam accipiatur coclear vnum. vel ante prandium secundum ꝙ viro perito gubernanti hunc egrotantem apparebit melius procedendum esse. Quibusdam enim hominu3 ꝑpter varias eoꝝ dispositiones ⁊ proprietates individuales melius operantur medicine ī nocte cū fuerint ante cenā assūpte. quibusdā autē econuerso ī die cu3 fuerint ante prandiū assūpte. propter q3 ī istis standu3 est iudicio experimentali eius quod

continue apparet. est autem huius ellectuarii descriptio talis. ℞ mucillaginis granorum sebesten mucillaginis psilii et mucill. citoniorum ana. ℥. iiii. penidiarum. ℥. iii. turbit hermodactilorum ana. ʒ. ii. ʒʒ ʒ. ʃ. salis indi. ℈. i. diagridii. ℈. xv. fiat electuarium quod accipiatur vt dictum est. Quis enim vereri debet medicamina talia ante cibum exhiberi debere. cum etiam a sapientibus precipiatur talia cogi et commisceri debere cum cibis. vt pa tertii capo de canonibus curationum capitis et pa quarti et 4a primi colligendum est. Tertium principale instrumentum est vt istis temporibus iste vir vtatur hoc linimento super membris eius siccitatis et duritiei ipsorum remotiuo et dolorum etiam sedatiuo. ℞ olei de sisamo olei de ben pinguedinis anatis et tassi ana ℥. i. pinguedinis anseris ysopi humide ana. ℥. i. ʃ. sticados origani pulegii calamenti artetice bistorte ana. ʒ. ʃ. cere albe quantum sufficit fiat vnguentum molle. et erit membrorum neruosorum conuenienter confortatiuum. Administretur autem in die naturali saltem bis vel ter calidum actu et cum fricatione leui. et cooperiantur membra velut in 2o principali cao demonstratum est. Quartum instrumentum principale est ad conseruandum membra iuncturalia a receptione fluxus materierum et ad consumendum materias que iam fluxerunt ad ea. Abluantur membra frequenter et sepe ex aqua maris calefacta mediocriter duabus vel tribus vicibus in die et magnus pes et magna manus. Et quandoque ex eo fomententur collum et spatularum partes. In hac enim existit vis exiccationis materierum flegmaticarum membrorum neruosorum non exigua. Quintum vero principale instrumentum est vt sub genibus in inferiori parte inter duas magnas cordas applicetur hoc leue cauterium gratia distractionis et diuersionis materierum a superioribus et interceptionis fluxuum earum ad inferiora. Cuius descriptio talis est. ℞ saponis nigri. ℥. ii. calcanti combusti arsenici rubei argenti sublimati ana. ʒ. iii. incorporentur simul cum vnguento capitelli et fiant formule glutinose. que in medietate corticum nucis applicentur loco predicto. et tantum ibi remaneant quousque magna escara ibi fiet. que cum apparuerit cum nigerdine magna. regatur cum applicatione butiri recentis vsquequo ipsa ciderit. et post casum eius per decem dies medicetur cum vnguento veneris vel apostolorum quod est idem vt in hoc loco remaneat vlcus vigilatiuum. ex cuius diuturnitate et continua effusione saniei materie ab aliis partibus deriuentur ad vlcus securando iuncturas. Vltimum principale instrumentum est vt in hoc viro summopere attendatur ad prouocationem emoroidarum quantum magis est possibile. Credo enim earum euacuationem corpus sufficienter euacuare posse et diuertere materias ne fluant ad iuncturas. Multe enim egritudines cronice non raro curate fuerunt propter ipsarum emoroidarum euacuationem moderatam vt colligitur 17a tertii cao de iuuamentis apertionis earum. et clauditur in sermonibus Hali afforismorum 5a comento illius. Emoroidas sanare antiquas et cetera. Possent autem emoroides aperiri fricando eas po cum panno aspero. 2o cum foliis consolide mi. vel alterius asper plante et pungitiue. cum foliis nenufaris et cum felle thauri et puluere arthanite et sic de aliis. Ex quorum applicatione condecenti hic nobilis vir finem laudabilem obtinebit et intentum conualescentie magnum. et est rationabile et sperandum in amplissima et largissima summi conditoris liberalitate in cuius laude opusculum hoc velut a fonte suo emanans perpetue referatur.

Consilium de iuncturarum accidentibus.

Licet accidentia que iuncturis remanere solent post eorum vulnera vel vlcera percussiones aut fracturas vel dislocationes plurima possint esse. tamen secundum rei veritatem vel secundum quod per experientiam accipitur talia videntur esse. x. accidentia ad que omnia alia reduci possunt. Primum itaque ipsorum est dolor. Secundum est frigus in eis. Tertium est stupor. Quartum est tremor. Quintum est saltus. Sextum est paralisis. Septimum impotentia motus earum ad differentias positionis necessarias. Octauum est impotentia substentationis earum. Nonum est spasmosa dispositio earum. Decimum et vltimum vehemens duritics in eis. Que tamen accidentia a nullo ita congregatim posita in medicina reperies. Primum itaque accidentium quod est dolor licet plurimum esse possit et diuersum tamen vt in pluribus dolor talis est aut pruritiuus aut pungitiuus mordicatiuus intensiuus extensiuus et grauatiuus. Patet autem quod primi quattuor dolores prouenient a materia calida acuta incensiua que propter dolorem insequentem solutionem continuitatis attracta fuit ad locum quia mobilior Ideo ad fluxum parata magis. aut quia frequenter quantumcunque materie non sint acute vt sanguinee vel flegmatice accuuntur in loco propter medicinas calidas et acutas frequenter indiscrete applicatas que sunt causa harum specierum dolorum predictorum Que accidentia faciliter intelligenti possunt cognosci per tristem sensationem circa vulnerata loca percepta. per ruborem excoriationem cutis et pustularum multitudinem et emissionem alicuius virulente humiditatis que ex membris effusa excoriat ea. Cum igitur talis presentabitur doloris species securum est corpus taliter regere. Primo ab eo euacuando materias acutas cum pillulis aureis exibendo ex eis. ʒ. i. aut ellrii de psilio et ellrii de succo rosarum exhibendo ana. ʒ. ii. cum medio ciato aque lactis. Secundo vero circa loca prurientia administretur hoc defensiuum. ℞ succi semperuiue. ℥. ii. boli armeni ℥. i. ʃ. amili terre sigilate ana. ℥. ʃ. fiat linimentum in mortario plumbeo cum modico aceti et liniantur ex eo copiose partes circumstantes. Tertio vero tollitur talis pruritus vel inflammatio cum tali vnguento partibus patientibus applicato. ℞ corian dri preparati sarcocolle tutie preparate masticis ana. ʒ. i. mirre. ʒ. ii. litargiri. ʒ. i. ʃ. olei omfancini et rosarum ana. ℥. ii. cere albe quantum sufficit et fiat vnguentum molle deinde bulliat in. ℥. iii. succi enule foliorum vel radicis. hoc enim vnguentum talia accidentia indubitanter remouet. Reliqui vero dolores duo pretacti. s. extensiuus qui vt plurimum fit a ventositatibus et a materia imersa in musculis et neruis. et grauatiuus dolor qui vt plurimum fit a materia frigida et grossa et viscosa et in membris infixa. securius remouetur preeuacuando corpus cum pillulis de sarcocolla aut de lapide armeno ana. ʒ. ʃ. ex eis inuicem incorporando. Secundum instrumentum quo remouetur dolores fixi et grauatiui

⁊ extensiui est vt loco patienti ter vel quater ī die applicetur spongia bene calida in aqua decoctiōis radicum altee fenugreci ⁊ seminū lini infusa sex l octo vicibus replicata in die. In nocte vero sequēti applicetur hoc tertium instrumentum resolutiuū ℞ olei de aneto de costo ⁊ liliorum alboꝝ ana. ℥. i pinguedinis cerui vrsi ⁊ anseris ana. ℥. iiii. pulueris melliloti ⁊ camomille ana. ℥. i. cere albe quātū sufficit fiat vnguentum molle cū. ii. ℥. armoniaci pinguioris. hoc enī vnguentū in nocte ⁊ spongia predicta ī die applicari debent. Sic enī dolores fixi a partibus remouentur a mollificante instrumento pertranseundo ad resoluens ⁊ econuerso vt colligitur 4° terapentice capit'lo de cura sclirosis. Erat autem secundū accidens frigiditas in iuncturis remanens que frequenter contingit propter imoderatū exitum sanguinis ⁊ euacuationē spirituum. Secundo propter indiscretā custodiā vulneꝝ ab exteriori frigore ⁊ occursum ad aliqua vt ad ventū magnifice spirantē. Tertio vero solet hec frigiditas acquiri propter applicationē medicinaꝝ vehementis infrigidationis. Et 4° propter prohibitionē spiritus ad mēbra ⁊ proprie vitalis aut quia inciduntur vie transitus spirituū vt arterie ⁊ vene vel nerui aut quia clauduntur propter vehementē strictionē factam a ligaturis indiscrete applicatis. Cognoscitur autē frigiditas prime speciei ex occursu vulneꝝ ad infrigidantia exteriora ⁊ cum talia contigerit reperiri. tunc membra vigorentur a frequenti applicatione pannorū calidoꝝ actu aut pelliū vulpiū calefactoꝝ applicatōne assidua. aut membra patientia fomentando et embrocando cum aqua decoctionis calamenti pulegii ysopi origani sticados ⁊ aliaꝝ medicinarū neruolarū. Aut vngantur ea cum oleo de ruta vel de castoreo que sunt de sollemnibus. Cognoscitur aūt frigiditas in iuncturis acquisita ex strictura. P° quia membrū erit extenuatum. Secundo tactu reperitur solidū. Tertio quia colore liuidū ⁊ pallidū ⁊ hec quidē accidentia remouentur conuenienter effundendo super membris oleū comune calidum ⁊ melius illo est oleū de pulegio. ⁊ sublimius eo est oleum de ruta vsque ad castoreum. Cum autē cōtingeret frigiditas in iuncturis esse negatione trāsitus spirituum ad membra cognoscetur per hoc signū infallibile ⁊ est cordi mandandum quia post lectiones membrorū per que delegabatur spiritus membra illa instantanee infrigidantur. Secundo quia ab illa frigiditate nunq̄ releuantur. ⁊ huic quidem frigiditati releuandē deficit ingenium medicinale nisi q2 melius quod fieri potest est vt mēbra pellibus vel pannis ⁊ aliis bene calidis muniantur vel defendantur. Dato enī q̄ aliqui venarū ⁊ arteriaꝝ rami ⁊ vili lacertorū transuersaliter secentur. tamen per aliquos vilos ⁊ ramulos subtiles delegatur aliqua porciuncula spiritus q̄ mēbrū seruatur in esse. Dato enī opposito q̄ oēs vie transitus spiritus vitalis per arterias. naturalis p venas. ⁊ animalis per lacertos villos ⁊ cordas auferretur necesse esset q̄ membrū tenderet ad non esse. per quoꝝ enī presentia pōitur ⁊ saluatur vita per eoꝝ sublatiōnē aufertur ⁊ remouetur vita ipsa ⁊ hec sufficere possunt. Erat autē tertiū accidēs superius tactum stupor. qui in ratione formali sua proprie acceptus importat nocumentum in operatione sensus tactus vt patet 2ª tertii capitulo de stupore ⁊ colligitur etiam in ea in capitulo de diffinitione tremoris. Si igitur completa operatio tactiue potentie completur in membris per debitam temperiem primarum qualitatum ⁊ secundarum in ipsis ⁊ per presentiam spirituum animalium qui diffunduntur per vīe organū tactus quod est cutis. patet q̄ si variabitur proportio temperamenti qualitatū predictarū ⁊ auferetur aliquanta proportio spirituū sensibiliū. necesse erit diminute produci operationē tactiuā. Cum igitur proptē oppillationē aut propter corruptionē tēperamenti predicti contingat prohiberi transitū conuenientem spirituum animaliū sensibiliū. apparet q̄ in membris in quibus acciderunt vulnera vel vlcera accidit stupor iam predictus. Ex quo apparet intelligenti que sint illius stuporis efficientes cause complexionales. quia permutatio complexiōis mēbrorū. ⁊ compositionales vt apostemata compressiones attritiones ⁊ similia. Unde ex hoc fundamēto facile potest intelligi canō curatiōis qui cōsistit in rectificatione complexionis membrorū et apertione oppillationis ipsoꝝ ⁊ remotione causarum impedimentiū. que omnia compleri possunt vno et eodem instrumento diuersas habente operatiōes producere velut istud. ℞ floꝝ artemisie matricarie mellilotі ⁊ camomille ana. ℥. ß. ysopi calamēti pulegii origani ana. M. iii. sticados M. iiii. coquātur omnia in situlis quattuor aque vsque ad cōsūptionē quarte partis ⁊ huic decoctioni infundatur spongia magna. que actu bene calida applicetur ptibus decies vel duodecies. ita q̄ eger perceperit caliditatē penetrauisse. tunc ergo membro diligēter exiccato fiat inunctio cum oleo de costo mediocriter calefacto. ⁊ muniatur membrū pellibus vulpinis aut aliis bene calidis et ita procedatur vsque ad sanitatis acquisitionem. Scio etiam ego q̄ balneatio embrocatio ⁊ infusio membrorū stupidorum in aquis termāticis bene calidis auxilium est singulare ⁊ expertū. Quartū vero superius tactum accidens fuit tremor in iuncturis remanens. ⁊ licet multa speculabilia de tremore ad hunc locum adduci possent. tamē veritas ē q̄ modus tremulus prouenit in membris ex paralitate pugne virtutis ad causam complexionalē vel materialem eius. cum enī propter excessum frigiditatis aut alterius qualitatis debilitatur virtus substētatiua membrorū. patet q̄ membra mouentur ēt eorum grauitate deorsum. virtus ergo conatur erigere membra ⁊ sustentare ipsa. ⁊ cum iam adhuc perseuerat potentia mouentis ea membra deorsū ita q̄ ex paralitate potentie agentis ad passa oritē tremor qui est motus compositus ex depressione ⁊ eleuatione membroꝝ ad varias ⁊ diuersas differentias positionis. propter quod frequenter in mēbris vlceratis inuenitur tremor proueniēs a mala complexione calida ⁊ sicca ipsius tremoris effectiua. licet rarius. ⁊ hoc quidem cognoscitur p actualem tactum caliditatis membroꝝ per ruborem inflāmationē mordicationē ⁊ punctionem in eis. Et tales quidem tremulos modus curare possunt īstrumenta omnia que vigorant caliditatem naturalem in membris aliquali sua frigiditate ⁊ stipticitate vniendo spiritus. velut esset aqua cineris cū decoctione gallarū cupressi fomentata persepe aut oleum omfancinū cū puluere sandarace sepe iunctū si. ℥. eius apponendo. ℥. ß. sandarace ⁊ sepe ex eo in

ungendo membra. Similiter huic confert aqua vel succus andachoche cum puluere betonice rof ⁊ sandarace. Si autem vir sapiens tremorē in talibus membris inueniret a mala complexiōe frigida prouenientem. quod cognoscitur per membri frigiditatē tactualiter perceptaꝫ per membri v(coloratione paliditatem ⁊ rigiditatem ⁊ per hoc ꝙ semper nocetur a frigidis ⁊ iuuatur a calidis. tunc de melioribus instrumentis que reperire potui. Primū est ꝙ pluribus diebus ī aurora patiēs sumat. ℨ. i. tiriace andromaci vltra. xv. annos fermentate cum. ℨ. i. ſ. aque rute calefacte ⁊ tardet comedere post eā horas ad minus. v. Secundū vero principale remediū est vt membra trementia inungantur ex eadem tiriaca ter vel quater in die ⁊ confricentur ea. Tertiū vero principale de meis expertis est vt mēbra patientia fomententur cum pannis calidis infusis ī succū matricarie quā Aui. vocat vchuen in pᵒ caᵒ 2ᵒ canō. Ego autem scio ꝙ si talia membra sepe confricentur cuꝫ ellectuario oppopira iuuamentū acquirunt perfecte sanitatis

Fuit autem superius accidens quintū nominatum saltus qui est nocumentū corruptionis accidēs in operatione motiua. Mouētur enī membra motu eleuationis ⁊ depressionis partialium propter aliquā ventositatē inclusam in pannicularibus ꝑtibus mēbroꝝ ⁊ ī lacertis ⁊ musculis ipsoꝝ. Quō enī ibidē coartatur ventositas cuꝫ ipsa intrinsece inclinetur moueri motu recto sursum ⁊ membra cum sui corpulentia ⁊ poroꝝ suorū clausione resistant. patet ꝙ ventositas vnita ⁊ fortificata subleuatur impetuose ac si mēbroꝝ partes violenter sursū agitarentur quare merito saltuose dicuntur sicut enī saltans impetuose ⁊ subito mouetur sursū ⁊ deorsū. ita ⁊ ventositas in membris inclusa ⁊ in eis agitata motus dicitur efficere saltuosus. Ex qᵒ fundamento consideranti apparet cōplexionalis causa saltus que vt plurimū est mala cōplexio frigida. Apparet 2ᵒ causa compōalis que videtur eē oppillatio coartatoria partium que saltant. Apparet tertio causa materialis vel sibi proportioāta que est ventositas. ⁊ tandem ex hoc fundamento inueniri potest ingenium curationis quod est cōplendum ex operationibus medicinaꝝ calefacientium aperientium carminantium ventositates etiam educendo eas extra. propter quod de melioribus instrumentis tria maxīe iuuantia inueni. Primū est vt membra fomententur cuꝫ decoctiōe calamēti. Secundū est vt cotū vel panni molles infundātur in succū rute ⁊ actu bene calidum applicetur partibus saltantibus ⁊ est remediū indeficientis vtilitatis. Tertiuꝫ vero speciale remediū est vt mēbra emplastrentur ⁊ copiose inungantur cū elr[illegible]o diacalamento ⁊ proprie a Melue descripto in antidotario descriptione sibi propria. Sextū vō accidens memoratum fuit paralisis. ⁊ licet paralisis proprie sumpta importet nocumentū ablationis sensus ⁊ non motus aut econuerso. ita vt quandoqꝫ paralisis importet nocumentū ablatiōis motus ⁊ non sensus vt experimento cottidie comprobatur. Aliquibus enī membris accidit quandoque non posse moueri a virtute. tamen posse percipere oīa obiecta tangibilia calida frigida grauia leuia ⁊ sic de aliis. Et hoꝝ quidē sermonū cause fundantur super hoc principio quod ē alterū duorū. Primū ꝙ ad membra pertransit spiritus animalis motiuus ⁊ non sensitiuus. aut econuerso trāsit spiritus sensibilis ⁊ nō motiuus. Et alterū principiū est. ꝙ cōcesso adhuc ꝙ spiritus sensibilis ⁊ motiuus ad mēbra delegentur ⁊ in eis reperiantur. tamen propterea quia contingit corruptū esse temperamentū quo virtus modificat spirtus animales sēsibiles ⁊ integrū remanere principiū quo virtus modificat ⁊ dirigit spiritus motiuos ⁊ non sensibiles. patet ꝙ secundū hoc fundamentū acutus cōtemplator poterit soluere problema remanentie motus in mēbris ⁊ non sensus in eis aut econuerso. ⁊ tu considera quia hi sermones sunt phisici ⁊ ꝓfundi. Cum ergo continget virū sapientē percipe membra patientia nocita esse in operationibus sēsus ⁊ motus ambabus aut alteris soluꝫ. tunc si vidēbit mēbrū continue magis ⁊ amplius extenuari ⁊ tactu percipi frigidum squalidum ⁊ quasi humidum. tunc sciat talē spetieꝫ paralisis a frigiditate prouenisse. ⁊ huic quidem applicare poterit instrumenta que supra in stupore ⁊ tremore descripta sunt. Et adde istis ꝙ oleum de castoreo cum pinguedine leonis est remediū fere extremū. ⁊ frequens linitio facta super mēbrū cum tiriacha diatescreō est ex meis expertis. Et considera ꝙ oleū de andachocha ⁊ succus eius cuꝫ puluere agarici bulita ad inuicem sunt multū sollemnia ī hoc. Pro 7ᵒ vō accidente. s. pro mēbroꝝ impotentia ad oēs differentias positionis subleuanda ab eis paulisper cōtemplando procedere oportet. potest enī hoc accidens contingere. Primo propter debilitatē vtutis motiue ⁊ lacertoꝝ neruoꝝ ⁊ villoꝝ. Secundo vō potest contingere propter paucitatem instrumentorū motus que sunt spiritus motiui. Tertio vero potest hoc contingere propter defectum ex parte organorū motus predictoꝝ. Debilitas autē motiue virtutis intelligi potest ex parte principii manifestatiui motus ⁊ est cerebrū. multotiens enī debilitatur ipsum per viam resolutionis sicut contingit in fortibus euacuationibus ⁊ vigiliis ⁊ anime passionibus. Tunc quidē cum medicus considerat has euacuationū ⁊ causaꝝ species. opponet eis pro bibendo fluxū sanguinis a naribus cum appositōne linimentoꝝ infrigidantium exiccantiū ⁊ stipticantiū super temporibus ⁊ fronte ⁊ partibus gule ⁊ cum impositionibuus stueloꝝ in naso infusoruꝫ in albumine oui agitato cū bolo armeno san. dra. thure mirra sarcocolla. Immoderate vero vigilie debilitanti cerebrū opponet cum decoctione papaueris albi in cibariis patientis exhibendo sirupū de papauere. ℨ. i. cum. ℨ. ii. aque emulsionis seiuꝫ comuniū frigidoꝝ per horā post cibuꝫ. etiā prouocatur sōnus facile cum frequenti odore lilii aquatici albi vel floꝝ nenufaris. Aut facilius prouocabitur cum odore pomorū mandragore. Si autem cerebri debilitas contingat propter vehementes passiones melancolicas velut esset species melācolie proprie aut mania demoniaca vel lupina. tūc cura huius debilitatis pendet ex cura illaꝝ egritudinū. Uerūtamen de melioribus instrumentis ad curā harū dispositionū est administratio regiminis boni nutrimenti cum cibis leuis digestiōis que nutrimentū exhibeant multuꝫ in quantitate pauca velut carnes pulloꝝ iuuenū ⁊ pinguiū ⁊ vitulorꝫ lactentiuꝫ castratoꝝ iuuenū perdicū fasianorū ⁊ similiū. ⁊ bonū vinū albū ⁊ subtile dulce cum aqua buglose aut boraginis limphatū sēper. ⁊ largi

quidam laudauerunt antiqui instrumentū vnum a proprietate cerebri confortatiuū quod ē vt assando coquatur cerebrū leporis ⁊ comedatur aut saltē comburatur ⁊ fiat ex eo puluis qui bibatur bis vel ter in die cum aqua mellisse ⁊ vino dulci. Per hec quidē talia cerebrū vigorari poterit. Si autem impotentia mouendi mēbra contingeret propter defectū spirituū animaliū qui sunt instrumēta motuū. tunc si talis defectus accidat propter oppillationē oportebit medicū intendere ad earū apertionē rarefaciendo mēbra cū decoctionibus rute artemisie sticados matricarie fenicli petroseli ⁊ siliuz aut faciendo fricationes equales super mēbris. aut apponendo leues ventosas super mēbris aut spongiis madefactis in aqua cineris cum decoctiōe origani sepe fomentando mēbra. Si vero defectus motiue potentie contingat propter carentiā aialium spirituū in mēbris que sequatur abscisionē viarū per quas trāsire solebat aialis spiritus ad mēbra. tunc si oīa mēbra talia fuerint abscisa trāsuerbaliter necessariū erit q motus totaliter in mēbris deperdatur. Uerū quia vilis neruorū per quos aialis spiritus effunditur ad mēbra plures numero ⁊ diuersis incessibus situantur. hinc est q raro cōtingit q totaliter motus auferatur. quin aliqua eius porciuncula remaneat. Et ex hoc soluuntur plura problemata. Apparet enī quandoque tranlucrsalr lectū esse neruū lacertū vel cordā. ⁊ tamen in mēbris remanere motuz partialez. hoc enī contingit quia per aliquē vilū q remansit lesus. aialis spiritus fertur ad mēbra. propter quod per ipsuz viget in eo motus ⁊ sensus. vbi si totaliter prohiberet aialis spiritus delegatus ad mēbra necesse foret eis sensū ⁊ motū in eis deperdi. Cū ergo contingat q parū spiritus animalis feratur ad mēbra per quē saluetur in eis motus, patet q intentio curatiōis est cū predictis calefactis atractiuis ⁊ apperitiuis procedendū esse. dilatantur enī persepe mebra dilatatione tanta q funditur spiritus ita q per ipsū poterunt mēbra sentire ⁊ moueri conuenienter satis. Et hic est punctus per quē dedi spem. ⁊ adhuc exhibeo veniendi ad conualescentiā bonā. non tamen ita perfectā qualē ⁊ quantā habuissent mēbra absqz ipsorū sectione vel attritione. Propter quod tria videntur mihi conuenientia remedia in hoc nocumento conferentia. Primū itaque ipsorū vt sepe mēbra patientia inungantur nauali pice mediocriter cocta. que tamen apposita mēbris nō dimittatur super eis vltra horas .iiii. ne vehementius exiccando noceat temporis diuturnitate q sui caliditate attrahendo iuuet. propter quod inueni tutius esse mēbra predicta liniri ex oleo distilationis picis q ex substantia eius qđ est de magnis secretis meis facientibus conuenientē attractionē absque potenti resolutione. Secundū vero instrumentū ad hoc de meis expertis est vt diu ⁊ sepe mēbra tunc inungantur ex oleo amigdalarū amararū in cuius lib. ʒ. decocta fuerit. ℥. ʒ. croci bene contriti. Tertiū vero speciale in hoc est vt mēbra suis temporibus sepe liniantur ex succo rute aut panni in eundē infusi actu calidi ponantur super eis. Hec quidē sollemnia sunt instrumenta. lz vltimū sit fortius predictis duobus primis sicut secundū est mediū inter ea. At vero iterū vt supra positū est frequenter contingit īpotentia mēbrorum ad motū ex parte defectus organorū. ⁊ hoc est qa neruī aut eorū vili lacerti vel corde aposteātī sunt ⁊ attriti aut propter vulnera cum attritiōe facta aut quia applicata fuerunt medicamina vehementis calefactionis ⁊ attractionis. propter que materierū grossa pars insipissata est. aquea ⁊ terrea resoluta est. ⁊ hoc vt in pluribus contingit velut in hoc accidisse manifestū est. Cū ergo propter duritiem talē mēbra motus sint indisposita flexibilitati. pz q nequaq possunt flecti ad differentiā positionis necessariā. quātūuqz ed eorū motiua virtus fortis esset. Et huic quidem nocimento quinque videtur mihi sollemnibus instrumentis prouideri posse.

Et primū quidē est frequens inunctio eorum cum oleo vulpino facto per decoctionē vulpis ī aq colligendo ipsum cum supernatat ⁊ hoc est singulare remediū: Secundū vero est vt vngantur mēbra predicta cū pinguedine tassi calefacta.

Tertiū vero est vt mēbra sepe fomententur cū liquore sublimationis medullarū cruriuz boum antiquorū ⁊ hoc est excellens instrumentū. Quartuz vero est vt mēbris applicetur cerotū hoc. ℞ armoniaci pinguedinis bdelii ana. ℥. i. terbentine. ℥. i. ʒ sticados origani pulegii artemisie ana. ʒ. i. croci. ʒ i. ʒ. dissoluantur gūme in aceto albo deinde incorporentur cum. ℥. ʒ. olei de grani sisami ⁊ cuz sufficienti quantitate cere coquantur ⁊ extendantur super panno ⁊ vestiantur eo mēbra. Quintū vō remediū est hoc emplastrū. ℞ altee cocte in aqua mellis lib. i. radicū liliorū alborū silr preparatorū. ℥. iiii. farine fenugreci semis lini ⁊ sisami ana ℥. i. ʒ. croci. ʒ. ii. mellilo ti camomille seminū malue ana. ℥. ʒ. cinamomi. ℥. i. ʒ. pistentur in mortario vltimata contritione ⁊ incorporentur cū aliis ⁊ fiat emplastrū ex quo bene calido mēbra emplastrentur. Erit igitur modus conuenienter applicādi talia incipiendo a mēse nouembris. administretur primū de istis instrumentis per. xv. dies. penultimū vero videlicet cerotū administretur p alios dies. xv. A tempore vero presenti per totū hunc mensem precedatur cum tertio ⁊ quarto de predictis instrumentis. v. Et si contingeret talia instrumenta non habere aut non esse parata tūc a presenti tempore vsque in finē huius mensis inungatur totū brachiū vsqz ad rasetā manus hoc vnguēto. ℞ fecis olei irini ⁊ olei liliorū alborū ana. ℥. ii. fecis olei de semine lini lib. ʒ. bdelii mollis ⁊ sub albidi. ℥. i. armoniaci. ℥. ʒ. sticados peonie hermodactilorū florū rorismarini maiorane ana. ʒ. ii. cere albe quantū sufficit fiat vnguentū molle ⁊ calidū applicetur superligando mēbris cotū vel lanā pinguē bene carminata. ⁊ p hec quidē istrumenta non dubito satis conuenienter esse prouisum ⁊ cet.

Iā vō aliquid dicēdū est de accidente octauo vz de impotentia substentationis mēbrorū. ⁊ iam quidē pro hac materia recurrendū est ad precedens capitulū. sicut enī motus viget in mēbris presentia spiritus motiui. ita quies vigoratur in eis presentia spiritus quietatiui. Si ergo contingit mēbra variata esse in temperamento suo aut in substātia sua. ita q spiritū animalē quietatiuū non recipiāt aut si recipiunt spiritū illū animalē non deatticulant ipsū ⁊ limitant limitatione quietis ī mēbris tenendo enī quod verissimū esse credo quod idem spiritus animalis sit instrumentum motus ⁊ quietis in potentia. efficitur tamen ipse actu instrumētum motus quia taliter limitatur a tēperamento

membri vt ad motũ seruiat sicut idẽ spiritus alio temperamento limitatur vt fiat instrumentũ quietis. nec huic modo philosophandi aliqua contrarietas aut resistẽtia insurgit. nisi quia oportet ponere in mẽbris varia temperamenta secundũ varietatẽ exigẽtie operationũ. quod quidẽ fundamentum naturalẽ philosophiã non dehonestat nec medicinã. Cum ergo medico manifestũ est. ꝙ virtus membra quietare non potest. p3 ꝙ eoꝝ curatio fit per debitã attractionẽ spiritũ ad mẽbra cu3 instrumentis quoꝝ plurima ꝛ efficatia precedenti capitulo predicta sunt. quibus etiam superaddere potes ꝙ ingeniũ curatiuũ consistit multũ in ligatura membroꝝ condecenti. Cum ergo percipiat medicus virtutẽ non posse conuenienter sustentare mẽbra. tunc debet ea ligare fasciculis conuenientibus ꝛ ligata quieta facere ꝛ conseruare cũ appodiatione ipsoꝝ ad alia membra velut huic viro sepe processi variis ligaturis manũ ꝛ brachiũ eius ligando ꝛ ligatas super palmulis conseruãdo

Nonũ vero accidens fuit spasmus in his mẽbris frequenter inuentus. pro cuius inuestigatione premittendũ ꝙ hic spasmus esse potest in fieri dictus talis. Secundo in facto esse. ꝛ quilibet eoꝝ iterũ potest esse spasmus de inanitione ꝛ de repletione. Exemplũ primi sicut spasmus in fieri producitur ꝛ accidit propter vehementẽ euacuationẽ spiritũ ꝛ sanguinis in mẽbris factã. Et iteꝝ hic spasmus confirmatus vel factus inuenitur in membris cõseruari propter eãdẽ ĩmoderatã euacuationẽ quã consecuta est contractio spasmosa. Silr ꝛ spasmus in facto esse frequenter productus est ꝛ cõseruatur in mẽbris a siccitate que consecuta est vehementẽ resolutionẽ priuatiuã ꝛ positiuã. Cum ergo contigit vulnera vel vlcera concomitari spasmũ fientẽ tunc species illa euacuationis non est cohibenda. ꝛ si fuerit consecutus repletionẽ multã. tunc abscindi debet per species euacuationis ꝛ distractionis diuertendo quidẽ materias per antiperistasi. i. cõtrariã positionẽ ligando fricando fomentando vẽtosando partes ꝛ flobotomias administrando euacuationes materie per contrarias partes. Exẽpli gratia si fiat spasmus in dextro brachio fricentur nates ꝛ spatule ꝛ applicetur flobotomia vene nigre sinistri brachii aut saluatelle eiusdẽ. Uerũ in hoc capitulo non facio prolongationẽ multã. quonĩa raro contingit ad manus medicoꝝ prouenire spasmũ in fieri siue de inanitione fuerit siue ꝺ repletione. Plurimũ ergo quod contingit est quia inuenitur spasmus in facto esse. ꝛ hoc quidẽ est rationabiliter concedendũ siue propter multitudinem materieꝝ hoc contingat. quia neruosa vel lacertosa membra cum implentur secundũ latũ abreuiãtur secundũ longu3: ꝛ prohibentur a dilatatione congrue. quoniã spasmus est egritudo neruorum propter quã lacerti mouentur versus suum principium ꝛ inobedientes fiunt in dilatatiõe 2ª tertii in diffinitione spasmi. Si ergo aliquis spasmus iã factus in aliquo particulari membro reperiatur. tunc p3 ꝙ intentio est procedere cum medicinis mediocriter calidis aperitiuis dissolutiuis ꝛ lenitiuis. membra enĩ oĩa spasmata frigida sunt. gº debentia calefieri. opilata ꝛ constricta sunt. ergo aperiri debent. indurata sunt ideo leniri debent: Unde oĩa instrumenta que superius descripta fuerant in capitulo de impotentia motus membroꝝ huic proposito conuenienter seruire possunt. Si quis autẽ curiosus desideraret applicare aliqua instrumenta efficatia preter predicta posset applicare aliquid horũ triũ suo libito. Et primũ est exptum medicamen ꝛ efficacissimũ quod est oleum de bheen. caliditate enĩ ꝛ humiditate sua potenter lenit omnẽ duritie3 in membris repertam ꝛ abscindit dolorẽ ꝛ aufert ab eis ꝛ contractionem in fieri ꝛ in facto esse repertam. Secundũ vero speciale instrumentũ est vt distilentur galbanũ ꝛ terbentina ponderibus equalibus per alembicũ vitreũ ꝛ eo liniantur membra ꝛ sepe inungantur. Tertiũ vero speciale remediũ ꝛ minus angustiosũ est vt accipiatur olei amigdalarũ dulciũ lib. i. croci puluerizati ʒ. iii. sape ellectissime lib. ii. bulíant hec tria simul lento igne in vase eneo stagnato vsq3 quo totum vinum consumatur. De illo igitur oleo reseruato in vase vitreo spasmata mẽbra inungantur actu calido ꝛ est nobile remediũ. Ultimũ võ accidẽs tactum fuit durities in talibus membris inuenta que quidẽ cum plurimis predictoꝝ instrumentoꝝ potest remoueri ꝛ proprie cu3 emplastro ꝛ ceroto descriptis in capitulo de impotentia motus membroꝝ. ꝛ cum quinque instrumẽtis vt oleis ꝛ vnguẽtis ꝛ sublimationibus. Cu3 ergo hic vir processit cum omnibus instrumentis supra limitatis variari debere de. xv. in. xv. diebus vt 3º ab hoc capitulo precedente visum est. tunc iterũ reuertatur ad administratione3 ordinatiuam illoꝝ instrumentoꝝ proprie incipiendo a festo natiuitatis domini et permutatim reuoluendo se de instrumentis ad instrumenta.

Consilium de dolore iuncturarũ pedum.

Magnifice domine vt clare distincte curationem dolorum iuncturarum intelligatis ꝛ ab ipso ru3 incursu custodiri possitis ꝺ liberaui. v. per ordine3 facere. Primũ ostendere quare in iuncturis ꝛ maxime pedum fiunt dolores. Secundo ĩ quibus hominibus magis ꝛ in quibus minus ꝛ in quo tempore magis generatur podagra. Tertio que cura erit periculosa. Quarto dicã de eius preseruatione. Quinto ꝺ ipsoꝝ doloꝝ cura dicetur. Quantũ ad primũ dicit Auicẽ. ꝙ dolores iuncturarũ maxime multiplicantur in pedibus ꝛ in anchis. cuius multiplicationis causa est multiplex. Prima situs. na3 merito situs descendunt ab aliis membris ad has iũcturas superfluitates. ex quaꝝ retẽtione multiplicantur dicti dolores. Secũda causa est quia huius iuncture sunt rare ꝛ vacue. ꝛ ideo propter raritatem ꝛ vacuitatem superfluitates in maiori quantitate recipiũtur ꝛ retinentur. Tertia causa est qr he iuncture sunt pluris motus ꝛ vehementioris ꝙ alie iuncture. ratione ergo motus fit ad has iũcturas superfluitatum attractio ꝛ ex ꝯñti dolorum generatio. Quarta causa est haꝝ iuncturarũ complexionis debilitas. iuncture enĩ pedum habẽt cõplexionem debiliorem aliis propter distantiam maiorem a fonte caloris. ꝛ propter hoc aliis paribus multiplicantur magis dolores podagrici ꝙ aliorum membrorum. eo quia iuncture pedum tam ratione complexionis frigide ꝙ ratione distãtie a fonte caloris sunt multũ debiles. membra

autem debilia naturaliter a mēbris fortibus reci piunt superfluitates. propter quod Haly. dixit q podagra fit in panniculo qui circundat ossa pedis ꝛ maxime ledit ꝛ sepius. quia humiditates illuc d scendentes non possent digeri ꝑpter suā remo tionem a fonte caloris. Quantum ad secundū dicit Auicē. q aptiores homines vt in eis multi plicentur dolores iuncturaꝝ sunt senes ꝛ conuale scentes ꝛ patientes cronicas egritudines. Senes quidē propter debilitatē complexionis iunctura rum pedū maiorē in ipsis q̄ in aliis. ꝛ conualescē tes potissime cū non regantur regimine recto debi litantur ꝛ a digestione bona priuantur ꝛ proprie cum non sunt curati cum sufficienti euacuatione. Patientes vero egritudines cronicas q2 longas propter silē causā quandoq3 patiuntur vl' aptitu dinem habent vt dolores podagricos incurrant. Tempora aptiora vt in eis fiat podagra sunt ver ꝛ autumnus. In vere quidē propter motū sangui nis ꝛ humoꝝ qui in presenti tempore multiplicā tur ꝛ non terminantur. Unde in hominibus apd currunt ad iuncturas. In autumno vero generan tur dolores podagrici propter malitiā digestiōis humorū ꝛ propter raritatē poroꝝ membrorum in estate factam. ꝛ raritatē que fit in die ex calore autumni. Uiis enī dilatatis ꝛ apertis fluunt mag̃ humores ꝛ in maiori quantitate recipiuntur.

Quantū ad tertiū dicit Auicē. q dolores iūctu rarū sola alteratione absq3 euacuatione nō possūt curari sine vehementi timore. Ratio quoniā sup fluitates ille que ad iuncturas solebāt currere cur runt ad alia membra nobiliora ꝛ ibidē retinētur quare talis materia absq3 euacuatione est multum periculosa propter quod minatur egritudinē aut perditionē aut molestiorē egritudinē producere.

Quantū ad quartū ex intentione auctorū scien dū q potissima custodia vestre sanitatis cōsistit ab huius egritudinis preseruatione. et ideo ab hac egritudine preseruatio fit cū euacuatione altera tione ꝛ regimine conuenienti. Et propter hoc oī anno fiat euacuatio in vere ꝛ autumno. ꝛ ad istā euacuationē est respiciendū si fiat sanguis abūdā tia quoniā tunc debet precedere flobotomia basi lice duoꝝ brachioꝝ postq̄ timetur de incursu po dagre in ambobus pedibus. Uerū euacuatio con ueniēs est que respicit colerā ꝛ fleg̃ ꝛ propter hoc digeratur materia cum hoc. ℞ sirupi de endiuia ℥.i. geleniabī. ℥.ʃ. distempera cum decoctione ani si feniculi seminū comuniū ꝛ accipiatur. v. vel. vii. ꝛ plus l' minus secundū q apparebit medico vro. deinde fiat euacuatio cum hoc. ℞ hermodactiloꝝ ʒ.i. reubarbari bōi. ℈.ii. spice. ℈.ʃ. ꝛ exhibeatur cū decoctiōe predicta. Aliter ℞ pulpe cassie. ℥.ʃ. aga rici infusi in geleniabim. ʒ.ʃ. reubarbari bōi her modactiloꝝ ana. ℈.i. sal' gēme. ℈.ʃ. ʒʒ. g̃. vi. spice g̃. iii. distempera cū predicta decoctione. Facta purgatione confortetur membrū cū stipticis sicut cū balaustia acatia ꝛ succo virge pastoris aut plā taginis ꝛ infundantur petie in dicto succo ī quo po sita sit acatia ꝛ balaustia ꝛ ponantur super iunctu ras. He petie habent confortare mēbrū ꝛ clauderē porositates. ita q non permittunt mēbrū recipe superfluitates. His autē factis precipit Auicē. vt exercitiū sit temperatū. Et opōtet q euitet carnes grossas oīa salsa ꝛ oīa frigida ꝛ humida sicut spia chia cucur. Et sint cibi boni ꝛ velocis digestionis.

Euitetur omnis repletio ꝛ oīs labor īmoderatus ꝛ potissime super repletionē. Et oportet etiā vt eui tetur somnus stati assūpto cibo. quoniā est d rebus multū nocibilibus. Est etiā in hac egritudine bo num vt sepe ad minus sel' in mense prouocet' vo mitus. ꝛ est multū conueniens vt fiat prouocatio vrine. vtendo brodio cicerū cum decoctione radi cū petrosel'. ꝛ seminū comuniū. Et ad sūmū preser uatio ꝛ tutela ab hac egritudine non cōsistit nisi in prohibitione multiplicationis humoꝝ ꝛ in eua cuatione ipsoꝝ. Et ideo sicut continue fit ipsorum generatio ita sepe debet fieri ipsorū eductio. ꝛ q2 huius dolores potissime generantur ex superflui tate digestionis epatis. hinc est q maxime oportē attendere in eius mundificatione ꝛ eius custodia.

Quantū ad quintū est sciendū q dolor qui est aptus prouenire in iuncturis pedū ꝛ manuū hab3 dependentiā a duplici materia. quarū vna est cal'a ꝛ alia frigida. Calida est colera ꝛ frigida ē flegma ꝛ ex cōmixtione istaꝝ duarū materierum ꝛ fluxu ipsarum causatur dolor. qui postq̄ est assuetus dici tur dolor podagricus aut ciragricus. Et ideo ī cu ra huius doloris cum aduenit. primo prouocet' vomitus. quoniā ex tali prouocatione duo iuuamē ta sequuntur. quoꝝ vnū est quia materia apta ad pedes ꝛ manus fluer' diuertitur ꝛ sic dolor crescit sed minoratur materia. Secundū iuuamentū est quia illa materia pro parte euacuatur quare cum sūma sollicitudine prouocetur vomitus. Secūdo prouocato vomitu fiat 2ª euacuatio per medicinā soluentem coleram ꝛ flegma etiā respicientē. quā medicinā ego statim ponam inferius. Tertio pro uideatur vt sedetur dolor cum his que ponam in ferius. Ultimo sedato dolore quod ad pedes ꝛ ma nus currit resoluatur cum his que non fortiter re soluunt ne id quod defluxū est induretur ꝛ resolu tioni ineptum efficiatur. Medicina que post vomi tum est administranda est talis. ℞ hermodactilo rum. ʒ.ʃ. pulpe cassie. ʒ. vi. reubarbari. ʒ.i. spice ma sticis. ʒʒ. ana. ℈.ʃ. distempera cum decoctione ra dicū apii feniculi petroselini aristologie lon. ꝛ ro. se. anisi feniculi. se. comuniū. Si vero stomachus n̄ esset bene dispositus loco hermodactiloꝝ pōt poni agari. quoniā in hoc etiā est similis hermodactil' ꝛ stipticitate participat. Si vero corpus esset ni mis calefactū potest vti hac medicina. ℞ pulpe cas sie. ʒ. vi. reubarbari boni. ʒ.i. spice. ℈.ʃ. agarici ele cti infusi in geleniabim. ʒ. v. salis gēme. ʒ.ʃ. distē pera cum decoctione feniculi in qua decoctione bu lierit. ℥.ʃ. mirobalanoꝝ citri. Hoc autem facto in principio fiat aliqualis repercussio ꝛ membri con fortatio. ne materia ad locum dolentē fluat. Fit autem huius repercussio cum medicinis frigidis ꝛ stipticis que dicte sunt ī quarto capitulo. quales sunt acatia balaustia succus virge pastoris ꝛ plāta. Hec enī ad inuicem commisceātur balaustia pul uerizata ꝛ acatia ī predictis succis dissolutis. Nec hoc medicamen laudo quod ponatur super locum sed in parte parum distante a loco sicut in crure quando dolor est in pede. in brachiis quando do lor est in manu. ꝛ ex istis cum farina ordei potest confici emplastrum quod ad idem valebit. Sup loco vero debemus intendere ad doloris sedatio nem et ad leuem resolutionē. Prima ergo me dicina sedās dolorem est lana succida bulita in oleo rosato paꝝ expressa ꝛ sup loco tepida appōat

Secunda medicīa est cōfecta ex pinguedine gatti ⁊ anatis ⁊ duobus vitellis ouorū cera ⁊ oleo ros. Tertia medicina est aqua decoctionis vermiū qui faciunt setam. quoniā ista ponitur sedare dolorē podagricū. Quarta medicina est emplastrū factū ex fenugreco se. lini camomil. ⁊ oleo ros melle et aceto hoc enī confert valde. Quinta medicina sūt folia vlmi calefacta ⁊ loco dolenti ⁊ tumenti apposita. Sexta medicina est hec. ℞ cineris cauliū ʒ. iiii. adipis anatis olei camomillini ana. ℥. i. misce ⁊ actu calido apponatur. Septima medicina est hec. ℞ olei yrini. ℥. i. fenugreci farine cicerꝝ ana ℥. ii. mellis. ℥. ii. vini. q. s. ⁊ fiat emplastrū. Octaua medicina scꝫ quando dolor esset intollerabilis est hec. ℞ opii. ʒ. iiii. croci. ʒ. i. terantur ista cum lacte vaccino ⁊ cum medulla panis simulaginei donec totum cum lacte incorporetur ad similitudinem emplastri ⁊ super loco ponatur. Nona medicīa est oleū in quo decocta sit vipera ⁊ ē ex eis sicut ponit Auicē que sanat sanatione integra. Decima medicina est oleū vespertiliōis cuius modus est iste vt assumantur. xii. vespertiliones decollati. ⁊ sumat lib. i. olei antiqui aristologie lon. castor ana. ʒ. iiii. costi. ʒ. iii. omnia ista decoquantur ī aqua quasi ad dissolutionem vespertilionū ⁊ buliat aqua donec tota consumatur ⁊ remaneat oleum. Istud oleū ē conueniens ad resolutionē ⁊ sedationem. Undecima medicina est embrocha sedatiua et experta quando rubedo ⁊ caliditas apꝫ ⁊ est vt assumatur lactuce oleum ⁊ galla ⁊ coquantur in aceto donec dissoluantur. Duodecima medicina ē decoctio ordei ⁊ vulpis viue in aqua ⁊ decoquatur vulpis donec dissoluatur in decoctione deinde coletur. ⁊ in colatura ponatur membrū dolens. Et potest hec decoctio fieri in oleo sicut fit in aqua. Medicine resolutiue ⁊ doloris mitigatiue vel sedatiue sunt iste ⁊ prima est talis. ℞ hermodactilorꝝ storacis liqde yreos masticis saluie rute ana. ʒ. i. ol'i camo. ℥. ii. cere quantū sufficit ⁊ fiat vnguentū. Secūda medicina est hec. ℞ hermodactilorꝝ. ℥. i. farie ōdei ℥. i. vitelli ouorꝝ. q. s. ⁊ fiat emplastrū. Tertia medicina est hec. ℞ olei camōilli. ℥. i. ol'i costi. ℥. ʃ. florū camo. puluerizate. ʒ. iii. cere parum ⁊ fiat vnguentū. Quarta medicīa est hec quā ponit Alexāder. ℞ cere. ℥. v. olei camo. ℥. ii. ʃ. olei ros. ℥. ii. ʃ. farine fabarū. ʒ. iiii. vitell' ouorꝝ numero. v. resoluas primo vitellos crudos cum farina. deīde alia cōmisceantur ⁊ fiat vnguentū. Quod si dolō multum vigeat addatur aliquid de croco ⁊ modicū de opio. verum cum dolor sedari incipit opiuꝫ remoueatur. Quinta medicina est hec. ℞ radicū maluasci lib. ii. fenugreci seminis lini ana. ℥. iiii. hec oīa infunde per tres dies in lib. ix. aque in vase eneo ⁊ inde coque fortiter vsqꝫ ad dissolutionē ipsarum rerum donec aqua redeat ad lib. ii. rebus prius bulitis in aqua ⁊ expressis ⁊ abiectis. deinde totū hoc buliat vsqꝫ ad consumptionē medietatis sic ꝙ solū oleum remaneat. hoc facto iterū colabis et ponas iterum oleum ad ignē ⁊ addas de cera lib. ʃ. colofonie lib. ʃ. terbentie. ℥. iiii. gūi cedrie. ℥. iii galbani optimi. ℥. iiii. confice ⁊ vtere. Hoc enim medicamen vt inquit Alexander nō solū tumorē curat ⁊ materiā resoluit. imo etiam ventris cōstrictionē remouet ⁊ loca iuncturarꝝ ad propriū statū reducit neruorꝝ confricationes aut membrorꝝ dolores si in balneo aut ad ignē perungatur frican do loca sanat. Sexta medicina conueniens omni tempore a principio vsque ad finē est vt sumatur folia oliue ⁊ buliant ⁊ resoluantur in oleo puro et fiat vnctio. Septima medicina conueniens in principio quando dolor est vehemens ⁊ locus est calidus est vt accipiantur vitella ouorꝝ ⁊ commisceāt cum oleo ro. ⁊ tepidū apponatur ⁊ parū croci adiungat. Octaua medicīa est vt sumatur succus paritarie ⁊ cuꝫ modico vini misceatur ⁊ tepidū actu apponatur. Nona medicīa est vt sumatur tiriaca ⁊ liniatur locus. Decima medicina est vt decoquātur folia cauliū diligenter ⁊ ℞ de hac decoctione lib. ʃ. fecis aceti. ℥. i. vitellos ouorꝝ numero. ii. olei rosati. ℥. i. farie ordei farine fabarꝝ ana. q. s. ⁊ fiat emplastrū ⁊ conterantur folia simul miscendo oua ⁊ oleum ⁊ fecem aceti ⁊ super loco dolenti apponatur ⁊ sepe reponatur. Undecima medicina est quādo dolor esset vehementissimus. ℞ croci opii ana ℥. iiii. panis lib. i. cere lib. i. olei rosati lib. ʃ. crocū ⁊ opium infunde in vino. panē infunde in aqua et exprime manibus ⁊ admiscebis crocum ⁊ opium bene trita ⁊ iterum omnia bene teras ⁊ cōmisce ad inuicem ⁊ loco apponātur. Hec sunt que debēt fieri in preparatione ⁊ curatione dolorum iūctu rarū. Uerum quia huius dolores recedunt quasi pro omni inordinatione regiminis a qua nō pōt cauere. Ideo preter hec que dicta sunt ad pfectaꝫ horum dolorum curationem inuenerunt opifices huiōi medicamen perfecte curans si per integruꝫ annum continuetur per modū qui dicetur. Modus autē est iste vt de hoc medicamīe quod scribetur statim. accipiatur de mēse ianuarii diebus quinque die post diem quantitatē. ℈. ii. de mense februarii simili modo. de mense vero martii accipiat duobus diebus eadē quantitatē die post diem. de mense autem maii detur eadē quantitas diebus tribus die post diem. de mense vero iunii det die vno solo. de mense autē iulii detur duobus diebus de mense vero augusti detur vno die. de mense āt septembris detur duobus diebus. de mense vero octobris detur duobus diebus. de mense vero nouembris detur duobus diebus. de mense auteꝫ decembris detur duobus diebus et sic per menses. 12 compleantur dies. 36. Oportet tamen qui hoc medicamen biberit abstineat in toto anno a carnibus porcinis leporinis fungis sinapi ⁊ caulibus. Lauet sibi pedes in aqua ca. maria ⁊ oleo iungat. Medicamen autem est istud. ℞ reupōtici. ℥. i. agarici ℥. ii. fu. ℥. iii. petro macedonici. ℥. iiii. meu. ℥. v. ypericon. ℥. vi. gentiane. ℥. vii. aristologie. ℥. viii. cētauree. ℥. viiii. Hec omnia per optime puluerizentur ⁊ misceantur. Dosis sit. ℈. ii. vt dictum est. Et accipiens hoc medicamen abstineat ab omnibus leguminibus ⁊ maxime fabis. Et non comedat capita piscium nec cancros nec ostreas nec sepias nec bletas neqꝫ que dicta sunt parꝝ ante ⁊ cet.

Consiliū de dolore iuncturarꝝ ⁊ pricipaliter ī gēu

Enerandus in christo pater dn̄s abbas de careribus paulo āte molestatus fuit doloribus iuncturarꝝ et principalter in genu ⁊ in pede dextris. Et manifeste intelligi potest materialem causam illorū fuisse materiā flegmaticā mutillaginosam que commixta erat coler

rubee que propter magnam actiuitatem eius calefaciendo ⁊ dissoluendo flegma illud fecit velocis penetrationis et profundationis in membrũ. Hoc autem totum apparauit ex velocitate tumefactionis membri ⁊ resolutionis illius actualis ibidem percepte cum mollitie partis sine duritie et tensione magna. Et quod materia quidem pro pulsa fuerit a vena chili descendente in quantitate satis ampla. materia enim magne quantitatis non potuisset ita cito collecta et transmissa fuisse ad iuncturas predictas per venas angustas. Credendum etiam est materiam illam principium sue generationis habuisse in epate ab aliquãta ipsius debilitate aut ciborum frigidorum ⁊ colericorum assumptione. Propter quam causam videtur q̄ consilium preseruationis eius ab incursu predictorum dolorum fundamentũ accipiat a septẽ intentionibus ⁊ instrumentis statiȝ subsequẽtibus.

Capitulũ secundũ de cura per dietã.

Primum itaque est q̄ in cibis eius a frigidis et humidis multo ⁊ frequenti vsu velut sunt spinachia bleta lactuca endiuia portulaca cucurbita cucumeres ⁊ similes. a lacticiniis cibis abstineat. similiter etiam abstinere debet a multo vsu viscosorum vt pastilium piscium ⁊ proprie elixorum et consimilium. Cibi etiam cum acutis artifitialiter commixti improbandi sunt vt frequens vsus aromatum sinapismi cepe raffani ⁊ consimilium. Iteȝ multus vsus aperientium valde euitandus est velut feniculi petroselini anisi sparagi cimini ⁊ aliorum. Etiam leguminum vsus dimitti debet quoniam grauat iuncturas ⁊ proprie dolores peduȝ. Aceti autem acuti ⁊ cuiuscunqȝ rei valde acris frequens vsus non est laudandus. immo interpollatim ⁊ raro de eis accipiendum est. Uinum vero eligi debet rubeum vel subrubeum ⁊ nullo modo acre valde nec dulce sed medium inter hoc odore aromaticum substantia clarum ⁊ mediocris fumositatis. Cui tamen si potentius esset aliquid aque commiscendum esset vt saltem quarta pars. Carnes vero eligende ab eo sunt mediocriter pingues iuueniles ⁊ mediocris digestionis. ⁊ meliores eis sunt carnes animalium que tamen in aquis non fuerint nutrita. Oua vero omni preparationis modo placent. Caseo mediocriter molli et leuis salsedinis vti potest. Fructuum vero recentium et crudorum non placet vsus. Preter hec autem in cibis ⁊ potibus vtatur aliis modo suo.

Capitulũ tertiũ de cura per medicinalia.

Secundum vero instrumentum sue preseruationis est vt post medietatẽ mensis futuri.1440.vno mane hora.xiiii.faciat sibi fieri flobotomiam de saluatella dextre manus posita inter digitum auricularem ⁊ ãnularem per quam educantur sanguinis.℥.iiii.deinde quiescat a motibus progressiuis saltem per vnam septimanam. Tertiuȝ instrumentum est vt mane immediate sequenti post flobotomiam accipiat hoc digestiuum hora.xi.vel xii.calefactum ⁊ post ipsum tardet cibum per quatuor horas. Cuius descriptio. ℞ sirupi de calamẽto.℥.ſ.mellis rosati cum foliis precollati.℥.i.aque betonice cicoree ana.℥.i.ſ.misce. Quartuȝ instrumentum est vt postq̄ acceperit sirupum prefa um per.viii.dies tunc die nona immediate sequenti accipiat hoc leue solutiuum. ℞ ellectuarii indi.ʒ.ii.ſ.electuarii rosati.℥.i.misce ⁊ bibatur totum cum medio ciato aque ordei calefactum cum zuccaro postq̄ tardet cibum per vnam horam.

Quintum instrumentum est vt post euacuationem prescriptam vtatur linimento infrascripto ad prohibendum fluxum ⁊ receptionem materierum in iuncturas in quo conuenit fere vniuersa sententia medicorum. ℞ olei oliuarum antiqui.℥iii.aceti albi satis acuti.℥.i.salis communis modicũ torrefacti.ʒ.vi.vini aromatici vetusti.℥.ſ.terantur omnia simul in mortario longa contritione. ⁊ cum hoc linimento iuncture super quas estimat̃ euentus doloris leui confricatione saltem in die semel quando vadit ad lectum confricari debent ⁊ partes circumstantes cum ipso mediocriter calefacto inungantur ⁊ circumligetur locus cum pannis lineis ⁊ ligatura bone adhesionis que tamẽ excludat omnem dolorem. Sextum instrumentum est hoc. ℞ aloes epatici.℥.iii.pulpe colloquintide.ʒ.i.artetice yreos arthanite ana.℈.i.reubarbari electi.℥.i.agarici.℥.ſ.masticis ʒʒ croci dauci ana.℈.ſ.puluerizentur omnia per se ⁊ ĩfundantur in.℥.iiii.succi ciclaminis aut primule veris dum haberi poterit ⁊ ponantur in furno post extractionem panis in catino rudi .i. non vitreato vsque quo consumatur succus ⁊ vehementer agitando incorporentur ⁊ reponantur iterum in furno vsque ad conuenientem exiccationem ⁊ ita fiat tribus vicibus vsquequo medicina remanens bene viscosa fiat ⁊ tenax. De hac vero materia formentur pillule pro omni .ʒ.vi.de quibus accipiat omni 5ª vel 6ª die vnam parum ante cenam. Et iterum de eis accipiat hora prescripta omni tertia die.i.tempore quo sũit digestiuũ suprascriptum. Et potest adhuc de eis accipere.ʒ.i.omni mense semel obseruando post eam horam ⁊ conditiones supra declaratas in instrumento quarto principali. Neque enim dubito in pillulis istis esse virtutes potentes in diuertendo ⁊ euacuando materias colericas flegmaticas mucillaginosas ⁊ aquosas que vt in pluribus precipitari solent quod manifestum est intelligenti virtutes cõponentiũ eas.

Consilium de dolore inferiorum iuncturarum genuum ⁊ pedum cum impotentia motus progressiui ⁊ substentationis totius corporis a materia quidem flegmatica mixta cum colera acuta prouenienti.

Egregius vtriusque iuris doctõ dominus Rolandus de pisis laborat dispositione que est dolor inferiorum iuncturarum genuum ⁊ pedum cum multa lassitudine debilitate et impotentia debiti motus progressiui ⁊ substentationis totius corporis. ⁊ hec quidem dispositio prouenit a dominio materiei flegmatice cui commiscetur colera subtilis ⁊ acuta multiplicata in epate eius ⁊ a generatione fuit calidum ⁊ siccum licet permutatum sit ad ad lapsum frigidum ⁊ humidum propter aliquam de causis inanientibus sicut fluxus pontanei vel artifitiales aut immoderatus coitus vel longa abstinentia ⁊ sic de aliis. Demonstrant autem .h.lapsum epatis euidentie plurime. Prima est mollities totius corporis. Secunda est pulsus paruitas ⁊ leuitas. Tertia est urinarum caropuȝ

emissio quarum color est sicut color lane lote pectinate ⁊ substantia parum est grossa mucillaginoso flegmate multo plena ⁊ sic de aliis. Et bonum fuit ꝙ virtus transtulit materiam ad inferiora magis ꝙ si materia vi nature propulsa fuisset ad superiora aut remansisset in epate ⁊ urinalibus viis in quibus potuisset grandia efficere nocumenta.

Capitulū secundū de cura per dietā.

Ex isto fundamento clare apparet qualiter iste eximius doctor sit regendus. indiget enim mansione ⁊ aere ad calidum ⁊ siccum inclinatis ⁊ sic de aliis rebus non naturalibus. vnde caueat sibi a cibis frigidis ⁊ humidis velut piscibus multis et proprie elixis a spinachia bleta cucurbita portulaca ⁊ cibis lacticineis ⁊ a carnibus antiquis difficilis digestionis ⁊ ab vsu fructuum humidorum actu ⁊ potentia. Omnes enim fructus ei sunt vituperabiles. pret̄ amigdalas ficus ⁊ alios fructus calidos. et caueat a potu aque frigide simplicis. verum ipsa commixta cum vino non est ei inutilis ⁊ melior esset sibi aqua mellis facta ex. xv. libris aque ⁊ vna libr̄ mellis consumpta tertia parte duabus remanentibus. De rebus etiam deterioribus est ei multitudo motus progressiui ⁊ exercitium quodlibet omni tempore ⁊ maxime post cibum ⁊ inter reliqua nulla nocibilior res est ei ꝙ coitus. Vinum autem eius debet esse colore rubeum sapore conueniens declinans ad aliqualē ponticitatem ⁊ non ad excellentem acredinem vel dulcedinem.

Capitulū tertiuʒ de cura per medicinalia.

De rebus autem medicinalibus sex videntur mihi necessaria huic viro preseruatiua eius a casu in deteriorem lapsum. Primum est ꝙ ipse purgetur in hoc mense martii ꝙ citius est ei possibile secundum hunc modum. primo ꝙ vno mane accipiat hunc potum. ℞ aque eupatorii aque absinthii ana. ℥. i. ß. agarici electi. ʒ. i. reubarbari. ʒ. ß. spice nardi zinziberis ana. g̃. iiii. salis gemme. g̃. iiii. succi rosarum. ʒ. i. infundantur medicinarum pulueres subtiles in aquis ⁊ in succo calidis per vnuʒ diem naturalem. Mane vero circa decimam horam calefiant ⁊ colentur ⁊ vehementer exprimātur ⁊ illa colatura bibatur bene calida post quam ipse dormiat per horam ⁊ non comedat nisi transiuerint hore sex. Die vero sequenti immediate hora prescripta accipiat hunc potum calidum. ℞ sirupi de eupatorio. ℥. ß. aque ypericōis. ℥. iii. misce quem continuet per octo dies. Nona vero die sequenti accipiat istas pillulas. ℞ pillularum de sarcocolla. ʒ. ß. pillularum fetidarum. ℈. i. accipiat eas hora prescripta obſuādo post eas omnia que scripta sunt obseruari debere post primum potum. Secundum vero remedium quo vti debet est hoc ℞ aloes abluti. ʒ. ii. bdelii pulpe coloquintide ana ʒ. ß. cinamomi florum eupatorii ana grana. vi. salis indi. g̃. iii. cum succo rosarum fiant pillule de omni. ʒ. sex de quibus post purgationem accipere potest vnam omni fine quinque dierum in aurora ⁊ ipsis etiam vti debet quando accipit sirupum supraescriptum ⁊ proprie si venter eius non esset bene largus. Tertium vero remedium est hoc. ℞ granorum phistic orum. ℥. iii. cinamomi electi liquiritie anisi zinziberis ana. ʒ. i. artetice. ʒ. i. ß. infundantur phistici in aqua ypericonis calida per duos dies naturales postea vltimate terantur et coquantur cum lib. ß. zuccari albi ⁊ additis speciebus fiat confectio in frustris. ℥. ß. de qua iste vir semper accipiat ante cibum frustrum vnum.

Quartum vero remedium est hoc. ℞ olei oliuarum antiqui ꝙ magis est possibile. ℥. iii. salis communis modicum torrefacti. ℥. ß. sandarace. ʒ. i. terantur simul in mortario vltimate ⁊ cum hoc inungātur per dies. xxx. vel. xxxx. bene omnes iuncture lese bene calido ⁊ leuiter confricando. Quintuʒ speciale remedium necessarium eidem pro rectificatione sui epatis. ℞ olei de absinthio olei nardini ⁊ de mastice ana. ℥. i. florum absinthii eupatorii squinanti ⁊ calami aromatici ana. ℈. i. trocis corum diarodon. ℈. ii. cere albe quantum sufficit fiat vnguentum molle de quo tota regio sub costis dextre partis ⁊ tota spina a spatulis inferius per totum mensem aprilis inungantur actu calido superponendo pannum calidum tincte gūinole suffumigatum. Ultimum remedium necessarium eidem pro confortatione capitis eius est hoc. ℞ macis. ʒ. i. ß. gariofilorum cubebarum assari sticados ana. ʒ. ß. maiorane. ʒ. ii. fiat omnium per se subtilis puluis deinde commisceantur. De hoc igitur puluere superaspergatur pars anterior capitis nominata caluaries per totum mensem aprilis omni sero aut saltem omni alterno sero ponendo de eo ꝙtitatem quinqʒ vel sex granorum ordei ⁊ erunt ei omnia vtilia que in sui salutem dirigat altissimus ad laudes eius amen.

Consilium de dolore artetico.

Commendatissima domīa vxor honorabilis viri ser Melchisedech laborat doloribus iuncturarum qui proprie arthetici denominari debent ⁊ perambulant per diuersas iuncturas et maxime inferiores vt nunc per pedes per genua vt in pluribus. Aliquando vero superiores iuncturas inuadunt licet raro. ⁊ sicut apparere potest ex naturali complexione eius hi dolores proueniunt a flegmate mucillaginoso ⁊ aquoso que mobilitantur ⁊ fluxibiliores fiunt a cuiusdam materiei colerice particula que cōmiscetur eis. ⁊ potest hoc satis verificari quia hi dolores satis cito paroxismant ⁊ eueniunt ⁊ cito etiam resoluuntur neque tumores faciunt vehementes. Si enim materia grossior esset non ita cito flueret ⁊ duʒ fluxa est non ita cito a membro remoueretur secundum magnam eorum partem. et quia materia satis subtilis ⁊ penetrabilis esset satis essentialiter ⁊ accidentaliter etiam propter coleram commixtaʒ supra. ideo aliqua eius particula remanet in membris profundata. propter quod in predictis membris diu remanet laxitudo ⁊ doloris species aliquanta. Ex quibus omnibus apparet ꝙ regimen eius sustentari debet super electione ciborum et potuum consequenter medicinales habeant prohibere generationem materierum flegmaticarum ⁊ consumere ⁊ exiccare materias flegmaticas iam genitas ⁊ aperiendo vrinales vias ⁊ poros materiam diuertere ne fluat ad iuncturas. Nam de

ingeniis curatiuis dolorum iuncturarum omnium
sollemne est intendi ad prouocandum vrinam quo
niam per ipsam educit materiam que est causa
efficiens dolorum talium. quoniam materia talis
est superfluitas secunde digestionis que in epate
est. Vnde 22ª tertii tractatu 2° capitulo 2°. de causis
curationis doloris iuncturarum. Prosunt admini
strationes solutiue medicine. precipit Auicēna ad
ministrandum esse prouocatiua vrine. desiccat ma
teriam dolorum iuncturarum. quoniam ipsa sicut
scis est. i. fit ex superfluitate digestionis secunde q̄
est epatis ⁊ venarum ⁊ proprie in podagra calida
Que autem ⁊ qualia debent hec esse prouocatiua
sunt radices feniculi petroselini dauci ⁊ apii. In
causa frigida semen endiuie cicoree scariole ⁊ quat
tuor se. comunia in causa calida. doctoribus claris
simis regentibus eam particularius discutiendo
relinquo. Medicinale autē regimen huius vene
rabilis domine multum particulariter discutien
dum esset. verumtamen quia nunc instat dierum
canicularium tempus ⁊ estas est feruentis calidita
tis et siccitatis absque intermissione pluuiarum
⁊ abundantie aque temporis ⁊ aeris consistentia
multum superflue corpora resoluunt ⁊ debilitant
Ideo uidetur mihi huic mulieri prouidendum esse
cum quinque intentionibus. Prima quidem vt
obseruato regimine sex rerum non naturalium su
perius succincte tacte hec mulier vtatur infrascri
ptis pillulis que materiam minorent ⁊ consumēt
et membra confortant dolentia ab eis diuerten
do materiam. cuius descriptio. ℞ sarcocolle in la
cte nutrite per vnam diem naturalem . ℥. i. aloes
epatici. ʒ. vi. turbith. ʒ. iiii. hermodactilorum ellec
torum. ℥. i. ß. feniculi petroselini masticis cinamo
mi ana. g̅. vi. infundantur omnia in succo yreos de
inde pistentur ad inuicem ⁊ fiat eorum massa de
qua fiant pillule pro omni . ʒ. vi. Accipiat igitur
de eis omni mane in aurora ⁊ continuet ipsas vs
que ad decem dies mensis septembris. Deinde in
cipiat assumere sirupum istum calidum in aurora
⁊ continuet ipsum diebus decem. Et si in istis die
bus quibus assumit istum sirupum venter eius
esset stipticus. tunc omni sero vel alterno sero ac
cipiat vnam de infrascriptis pillulis parum ante
cenam. Descriptio sirupi. ℞ oximellis compositi
sirupi de calamento mell' ros. ana. ℥. ß. aque absin
thii aque eupatorii ana. ℥. i. ß. aque acetose. ℥. i. mi
sce. Secundum remedium principale est vt post
q̄ acceperit hunc sirupum soluatur venter eius cum
his pillulis. ℞ pillularum de hermodactilis pillu
larum de sarcocolla pillularum fetidarum ana. ℈.
i. reformentur pillule septem cum electuario succi
rosarum et accipiat eas in aurora ⁊ dormiat post
eas et non comedat neque bibat nisi post quintam
horam accipiat ciatum vnum aque calide ordei.
⁊ post per vnam horam prandeat. Tertium re
medium principale est vt hec domina semper an
te cibum parum accipiat vnam rotulam confectio
nis plirisarcoticon que non transcendat mensu-
ram. ʒ. i. ß. Quartum remedium est vt in tem
pore quo assumit predicta medicamina omni sero
ante cenam abluat sibi pedes cum aqua in qua fa
bri extingunt sua feramenta leuiter calefacta.

Quintum et vltimum remedium est vt postq̄
hec domina omnia predicta compleuerit expenat
se ad balnea paduana sancte Helene vel in villa
abbani posita ⁊ non curet balneare corpus suum
nisi sedendo in aqua illa ab vmbilico inferius ⁊ in
tempore intermedio quo accipit balnea scilicet
mane et sero teneat semper iuxta posse genua ⁊ pe
ctus in pelui magna plena luto quod reperitur in
alueis predictorum balneorum q̄ predicta mem
bra omnia sint sepulta sub dicto luto accepto ex
originali fonte vnde primitus naturalis illa scatu
rierit aqua ⁊ taliter fortificabūtur membra ipsius
⁊ defendentur a receptione materierum. Descrip
tio autem pillularuum que debent accipi tempo
re assumptionis sirupi. ℞ agarici hermodactilo-
rum electorum ana. ℈. iiii. aloes abluti . ℥. i. ma
sticis ros. spice zinziberis ana. g̅. vi. infundantur
per duos dies pulueres isti in. ℥. ii. aque yreos vel
succi radicum eius ⁊ commisceantur ⁊ exponan
tur ad radios solis vsque ad exiccationem aque vel
succi deinde renouetur succus vel aqua et sic fiat
ter. De hac igitur materia fiant pillule ex omni . ʒ. vi
⁊ dentur vt supra.

Consilium de dolore iuncturarum ⁊ renum et ca
pitis scothomia ⁊ stomachi subuersione ⁊ ventris
stipticitate.

Reuerandus in christo pater et
sacre theologie doctor profun-
dus sacri ordinis beati Franci
sci dignissimus generalis ⁊ ca
tholice fidei christiane eximiū
decus et constantissimus athle
ta variis heu molestatur accidentibus. Quorum
quidem primum ⁊ solitum ⁊ vetustum est iunctu
rarum dolor ⁊ maxime inferiorum vt pedum. et
aliquando leuior genibus comunicatur. non raro
etiam in musculis tibiarum infusus. et si quando
que ad superiores partes ancharum ⁊ musculorū
extendatur spine. idem tamen spetie et ab eadem
radice omnino procedere videtur vt inferius de
clarandum relinquo. Secundum vero princi
pale eius accidens est dolor renalis proueniens
paroxismal'r notabiliter intensus. licet vt in plu
ribus in eisdem maneat fixus cum multitudi
ne harenarum ⁊ lapillorum in renibus abundan
tium. Tertium accidens principale est soda cro
nica vel temporanea que tamen periodicis inten
sionibus non raro exacerbat. Quartum accidēs
est scothomica dispositio imaginationibus non le
uiter sociata. Quintum accidens est subuersio
cum magno stomachi dolore ⁊ vomitu ⁊ eructua
tione fortibus maximam in anhelitu angustiam
facientibus. Vltimum accidens est vehemens
corporis stipticitas cum magna ventositatū in
inferiori ventre congregatione. Ex quibus omni
bus non solum infelicem vitam ducit sed magnis
etiam periculis paratam. Et siquidem omnibus
his saluberrimum consilium ordinari debet. opor
tet primitus inuestigari an omnes tales dispositō
nes sint per se egritudines an per colligantiam
diuersorum membrorum inuicem colligate. An
omniū istarum egritudinum vna ⁊ eadem tamq̄
radicalis causa assignari possit. Videtur autem ex

multis posse deduci ꝙ omnium harum dispositio
num causa est complexio frigida 7 humida princi
paliter stomachi toti communicata corpori cum
multa materia flegmatica. que naturalem calorē
debilitauit 7 principaliter ipsius stomachi. adeo
ꝙ magna ciborum 7 potuum pars magis in ven
tositates conuertitur 7 vapores ꝙ̄ in bonum chi
lum. Unde sanguis generatur in eo frigidus 7 hu
midus respectu proprii temperamenti que est cau
sa continue sode que iam premissa est. Similiter
est causa generationis vaporum multorum qui
commixti visibili spiritui sunt causa scotomie et
imaginationum 7 consequenter aliarum disposi-
tionum de quibus dictum est. Ut autem clarius
appareat omnium accidentium particularium cā
paulo sublimius contemplandum est. Qđ enī in eo
nocumentum notabile in digestione contingat
multa declarare possēt signa. Et primum qui-
dez est longitudo remanētie cibi in stomacho eius
que probatur a posteriori eo quia quandoque euo
mit cibum qui ante per. xii. vsque ad. xv. horas fue
rit assumptus. Secundo declaratur idem per
tarditatem euentus appetitus naturalis. Tardus
enim est appetitus eius neque excitatur in eo nisi
cum iam preassumptus cibus digestus fuerit. et enī
non esuriendi animal' causa est copiositas ele que
est in ventre. virtutum naturalium tertio penulti
mo capitulo. Tertio iterum arguitur in eo de
bilitas digestionis ex hoc. quia remanet semper in
stomacho eius grauitas donec preassumptus cibus
in inferiorem ventrem deponatur. Quarto ite
rum declaratur ex eructuationibus representanti
bus odorem 7 saporem cibi preassumpti qui quā
doque perseuerant in eo amplius ꝙ̄ per decem vł
duodecim horas. Si igitur in eo vt in pluri-
bus et communiter transmutandi quemlibet ci-
bum inuenitur stomachi ipsius debilitas. tunc que
erit opinio tua si cibaretur cibis digestioni nota
biliter resistentibus 7 ineptis. nequaꝙ̄ enim dige
ret eos. imo vt plurimum corrumperentur in eo.
At vero doloris in stomacho eius sepe euenientis
causa est mala complexio frigida 7 humida vento
sans 7 euaporare faciens multitudinez flegmatis
in eo inuenti. cum enim in eo multa congregatur
quantitas ventositatum 7 vaporum. necesse est suc
cedere dolorem extensiuum. 7 propter stomachi
notabilem extensionem magna fit diafragmatis
compressio. quare necessario tanta in eo aliquando
fit anhelitus constrictio vt omnino prefocari vide
atur. quia aer quo euacuatio fieri debet non potest
ingredi secundum quantitatem conuenientem. eo
quia via introitus eius constringitur a compressio
ne iam dicta. et nisi benefitio virtutis finaliter
resoluentis aut carminantis ventositates predi-
ctas 7 vapores eruptio fieret per superiorem sto
machi viam 7 in eructuationem conuersio. omnio
morti subite videtur esse paratus. Et ex hoc corre
larie conclude alleuiationem in anhelitu non fieri
precise per eductionem ventositatum per superio
rem partem. immo etiam per inferiorem ventrē
ventositates cum fecibus expelluntur 7 chilo. pro
pter quod alleuiatur magis expulsione talium per
vtramque viam ꝙ̄ per alteram ipsarum tantum.
Et ex hoc fundamento etiam pulchre concludere
potes que sit causa precedentis extenuationis eius
Neque enim bene intelligi potest ꝙ per talem ex
pulsionem per inferius educantur precise feces et
vapores. quinetiam expellatur chilus qui debet
esse materia sanguinis. 7 hoc idem facile videri
potest per substantiam eius quod expellitur chilo
sam. que est substantia alba subtilis ptisane in spis
situdine similis prima primi capitulo de genera
tione humorum. Post hec autem iterum diligens
considerator facile videre potest duplicem esse cau
sam doloris in renibus eius euenientis. Et prima
quidem causa est multitudo ventositatum que co-
municatur renibus extensionem facientium in
panniculo colatorii vestiente ipsos. Secunda ve
ro causa illius doloris est multitudo harenularuz
immo lapillorum in eis existentium. ex quorum
etiam coloribus causam materialem earum facile
demonstrare potes. sunt enim harenule vt pluri
mum subrubee ad subalbedinem declinantes que
arguunt materialem earum causam fuisse fle-
gma alicui porcioni colere commixtum et longa
residentia eius propter viscositatem suam in re
nibus fuisse excoctam. propter que etiam satis fa
cile deducere potes cur iuncturarum dolor in eo
prouenerit aut intensior factus fuerit 7 similiter
in tibiis. 7 tandem etiam inueniri potest causa so
de illius que dicta est. eo quia flegma illud vapora
biliter ad caput delatum est causa doloris infrigi
dando aut dolorem extensiuum 7 grauatiuum in
panniculis cerebri efficiendo. Similiter etiam ap
paret causa imaginationum que in ipso satis perse
uerant. eo quia vapores illi siue delati ab inferio
ri parte ad caput siue geniti in cerebro per viam
indigestionis commiscentur spiritui visibili repre
sentantes in cristaloide similitudinem sui motus
omne enim sensatuz efficit ī instrumento sensibili
formam que est sibi similis. sed hic vapor spiritui
visibili commixtus potentie sensitiue visibili repn̄
sentat similitudinem linealis aut circularis aut
alterius figure inter imaginationes vel imagines
tales in eo proueniunt ex commixtione ventosita
tum 7 vaporum que commiscentur spiritui visibi
li. Hec in summa videtur esse dispositio huius re
uerendissimi patris cum causis suis 7 signis decla
rantibus ipsa ita deducta. vnde concludi potest ꝙ
oportet ipsum sedulum esse vehementer ad curaz
harum dispositionum propter pericula grandia
7 vite eius 7 operationibus predictoruz membro
rum incumbentia. Cuius quidem regimen partiri
volui in administrationem congruam sex rerum
non naturalium. deinde in expressionem intentio
num medicinalium 7 instrumentorum ei conueni
entium.

Capitulū secundū de regimine per dietam.

Igitur discurrendo per regimen conueniens ex
parte ciborum et potuum premittendum primo
ꝙ oportet hunc venerabilem in christo patrem e-
uitare omne illud ex quo potest generari ventosi
tas 7 superfluitas vaporum in stomacho et toto
ventre. Est autem hoc intelligendum dupliciter
ex parte cause. quarum prima est materialis cau
sa generationis vaporum 7 ventositatum. Secun
da vero est efficiens causa eorum. Potest enim in
stomacho hominis iustitiali temperamento tpari

generari multitudo vaporum ⁊ ventositatum ex
parte cibariorum que materialiter multum humi
da sunt et euaporabilia . velut lac fructus omnes
multum molles.pastiles cibi pisces molles ⁊ simi
lia.quorum aliqua sunt ventositatum causa ex par
te multe humiditatis solius velut predicta aliq̃
vel sunt causa ventositatum ex parte multe humi
ditatis eorum coniuncte alicui caliditati acute si
cut est alleum cepe bulbus porrum raffanus mel
et sibi similia.In his enim multa inuenitur humi
ditas forti caliditati coniuncta quia ventosabilia
sunt materialiter et effectiue . quãdoque vero so
la ventositatum ⁊ vaporum generatiua causa effi
ciens est stomachi caliditati innata debilitas . Si
enim occurrunt ei obiecta aut quantitate sua aut
aptitudine euaporationis resistentia . tunc secun
dum partem eorum magnam conuertuntur in vẽ
tositates ⁊ vapores . vbi si fortis esset caliditas ta
lium obiectorum fieret digestio conueniens in iu
uatiuo . Ex quorum etiam fundamento tandem
videri potest ꝙ aliquando in homine quãtũcunque
sani stomachi generantur ventositates et vapores
ex parte obiecti inconuenientis . et non ex parte
caloris naturalis eius.propter quod oportet ipsũ
aduertere ne calor innatus debilitetur aut eidem
offerantur cibi ⁊ potus habentes materiam multe
euaporationis ⁊ ventositatis aut caliditatis eidẽ
coniuncte.Ex quibus tandem tertio correlarie cõ
cluditur ꝙ oportet ipsum euitare panem azimuz
humidum ⁊ non bene coctum.sed panem eligat de
puriori parte farine bene coctum et multum fer
menti recipientem salis parum plus consueto et
si sepe vteretur pane biscocto multum esset ei con
ueniens.non multum tamen de eo accipiendo.eti
am panis opirus.i.parum furfuris recipiens esset
sibi conueniens.talis enim panis non est multi nu
trimenti neque viscosi et est facilis descensus 2i°
continentis 25.capitulo.Euitet etiam gratia con
uenientie sermonis condimenta omnia facta cum
pasta vt laganas ⁊ similia. Carnibus autem vta-
tur laudabilibus velut sunt carnes caprine vituli
ne leporine et gazelli ⁊ porci siluestris . Et de vo
latilibus sunt velut carnes gallinarum caponum
et pullorum iuuenum quorum omnium carnes
meliores sunt aliarum animalium carnibus.24°
continentis capitulo 66 9° . Carnes autem starne
⁊ coturnicis etiam sunt sibi conuenientes quoniaz
inter reliquas volatilium siluestrium carnes po-
nuntur laudabiliores 3° Almansoris capitulo 43°
⁊ 3°.Utiles etiam ei sunt carnes que declinant ad
caliditatem ⁊ siccitatem. ⁊ sunt valde conuenien
tes ei cuius corpus infrigidatum est et sanguis est
paucus 24.° continentis allegato capitulo . Etiam
caro fasiani est sibi conueniens quoniam est meliõ
carne pullorum 2°canõ.capitulo de duragi.i.de fa
siano.Columbi iuuenculi complete pennati propĩ
qui volatui etiam conuenientes sunt et proprie
siluestres si in eius stomacho sint soliti bene dige
ri.vbi autem econtra esset non laudarem eos eo qz
sunt tarde digestionis ⁊ longe more in stomacho.
vbi tamen bene digerantur sunt cõuenientes pro
pter proprietatem quam imposuit eis Auenzoar
ad debilitatem visus prouenientem ex penuria spi
ritus visibilis.Caro vero anatis non placet mihi
quia multas generat superfluitates ⁊ fastidium 3°

Almansoris capitulo 39° . Conueniunt etiam ei
aues minute multo labore cibum acquirentes que
in nemoribus ⁊ dumetis degunt velut sunt finci
philomene alaude carduelli meruli ficedule cauda
tremula et similes.reliqua vero non placent . Si
autem vti vellet carnibus anatulorum aut agno
rum raro vtatur eis aut assate meliores sunt ei q̃
elixe . Carnibus vero salitis ⁊ proprie macris ali
quando vti potest ⁊ proprie cum fuerint elixe. ra
rius vero assate accipi debẽt . Pisces autem recen
tes omnes rationabili iuditio videntur ei discon
uenire propter multam humiditatem eorum.Ue
rum quia propter reuerentiam legis catholice et
hominum modestiam ⁊ deuotionem oportet vti
in magna parte anni cibis excludentibus carnes
Ideo oportet eligi pisces quorum carnositas sit a
superflua humiditate elõgata q̃ꝫmelius fieri põt.
Eligantur igitur ex eis saliti qui viderentur esse
conuenientiores in congrua quantitate.⁊ ex recen
tibus boni sunt sicut torrentine varioli marsiões
temali ⁊ lucii.Et de maritimis velut rumbi ora
de ⁊ sibi similes. Unũ tamen obseruando canonẽ
in assumptione eorum.ꝙ omnes pisces semper ac
tu calidi comedantur et cum aromatibus conditi
⁊ si acciperentur elixi elixentur cum sale ⁊ aliqua
quantitate vini.Lactis vero vsus non placet pro
pter predicta. etiam quia obtenebrat visum 2°
canõ. in proprio capitulo.Nocet eniz habentibus
egritudines neruorum ⁊ proprie flegmaticas vt
est colligenduz ibidem in areola iuncturarum.Fa
cit etiam euenire inflationem ⁊ dolorem in stoma
cho ⁊ proprie colostra.i.iuncata que ambo commo
uent singultum et eructuationem fumosam ⁊ pro
prie lac ibidem in areola membrorum nutrimen
ti.propter quod etiam non laudo eidem vsum ca
sei ⁊ proprie mollis ⁊ pauci salis. sed conueniens
est ei caseus modicum durus ⁊ notabiliter salsus .
De condimentis autem ⁊ saporibus placent mihi
omnia acetosa ⁊ cum succo limonum condita ⁊ cuz
agresta conuenientis salsedinis. Granata vero et
eorum succus ⁊ citrangula non placent mihi nisi
commisceantur cum speciebus eorum frigiditatẽ
et actualem humiditatem corrigentibus . sicut
cum cinamomo galanga zinzibere ⁊ similibus .
Igitur species que pro condimento sibi conuenien
tes essent sunt sicut piper ⁊ proprie album. galan
ga nux muscata grana paradisi macis lignum alo
es spica nardi folium ameos cardamomum crocus
flores rosmarini menta serpillum ⁊ similia . Et
de his que conferunt visui sunt sicut eufragia ma
iorana lignum aloes ⁊ feniculus que quattuor con
fortant cerebrum ⁊ spiritum visibilem subtiliant
⁊ vias mundificant visionis. ⁊ crocus etiam qui
abstergit visum ⁊ prohibet fluxum ad ipsum. De
condimentis autem mellitis placent mihi omnia
cum eo confecta ⁊ proprie cum coctum est.nisi sit
homo solitus ⁊ vehementer noceri ab eo . Oleo
autem vti potest ⁊ proprie oleo de nucibus quod
est calidum in secundo licet sit humiduz in primo
nisi timerem ꝙ grauaret caput eius . Eligibilius
est autem oleum de oliuis ⁊ proprie bene matu
ris . et conuenientius ei dico esse antiquum q̃
recens . Etiam oleum de amigdalis dulcibus . et
oleum de phisticis placent mihi si velit vti eis .
Butiri autem vsus non placet mihi ⁊ proprie

si comedatur crudum quoniam fastidium facit et
superius ad os stomachi ascendit 3° Almansoris
capitulo 19° licet sit calidum et humidum in primo
Neque etiam coctum laudo . qui enim in comestio
ne vtitur eo flegmaticas patietur egritudines 3°
Almansoris capitulo 96°. zuccari vero vsus in ci
bis ⁊ potibus placet mihi. eo quia ipsum est cali-
dum in fine primi ⁊ equale ponitur in passiuis. et
si declinat ad aliquam earum magis ad siccitatem
ꝙ ad humiditatem inclinat . propter quod vsus
zuccari secunde decoctionis mihi magis placet ꝙ
complete coctionis . ipsum enim est calidum ⁊ ab
stersiuum magis ⁊ stomacho ⁊ pectori conuenien
tius. Iam autem transeundum est ad edulia de
granis facta.premittendo primo ꝙ omnium legu
minum vsum euitare debet ⁊ proprie elixatorum
Si qua tamen legumina competunt sint cicera ru
bea que calida sunt ⁊ sicca in principio quorum
decoctio competit ⁊ proprie cum radicibus ⁊ aro
maticus supra tactis.Fabe vero faseoli lentes et
cicera alba non placent mihi . Placet autem mihi
vsus panicii.licet enim sit frigidum in primo et
siccum in secundo 21° continentis capitulo 199°
tamen quia lenitiuum est et exiccatiuum ⁊ prouo
catiuum vrine laudatur vobis . Placet etiam mi
hi rizum quod est calidum in primo ⁊ siccum in
secundo 21° continentis capitulo 126 etiam quia ē
aliqualiter stipticum et ideo stomachi confortati
uum 8° de simplici medicina in proprio capitulo
colligendum.Faris autem vsus etiam placet mihi
De oleribus autem vtendum est omnibus que sūt
facilis digestionis calida ⁊ sicca ⁊ ventositatum cō
sumptiua ⁊ prohibitiua generationis earum . de
quorum numero est saluia cuius laudes multi mo
dernorum predicant.licet minus de ea scriptum
inueniatur ꝙ narratum . Auicenna enim 2° cañ.
⁊ Rasis 21° continentis vsqꝫ ad 24 nihil de ea scri
pserunt.Diascorides autem in 3° libro de ea fecit
capitulum intitulatum de elilisfago Serapio vō
in aggregatore capitulo 149° enumerauit eam
inter medicinas calidas ⁊ siccas propter quod vi
detur eadem esse conueniens maxime stomacho eo
quia est notabiliter stiptica vt elicitur ex sermoni
bus Discoridis preallegato capitulo . Feniculus ēt
placet eo quia calidus est in 3° ⁊ siccus in secundo
8° de simplici medicina.et placet mihi propter di
uersionem quam facit vrinam prouocando . Si-
militer placet mihi petroselinum quod calidum ē
⁊ siccum in secundo . et menta sibi similis ⁊ pro
prie quia stomachalis . Et serpillum etiam calidū
est et siccum in secundo ⁊ proprie quia capitale
est. Rosmarinus calidus ⁊ siccus in tertio conue
nit capiti stomacho oculis ⁊ renibus . Maiorana
calida ⁊ sicca in 3° etiam placet quia est dissolutiua
et attenuatiua . et quia aperit oppillationes capi
tis ⁊ conuenit doloribus frigidis a flegmate et vē
tositate 2° cañ in proprio capitulo . Usum vero
basiliconis non laudo nisi in pauca quantitate et
maxime quia nocet visui 3ª tertii capitulo de no
centibus visui.propter quod etiam anetum ⁊ por
rum euitari debent . licet pauci aneti vsus non
sit sibi disconueniens . Caules etiam placent mihi
⁊ proprie bene cocti. Lactuce vero ⁊ blete portula
ce spinachie cucurbite ⁊ omnes plante frigide et
humide dimittantur . Et similiter borago quia
multum eructuare facit . Cerefolium vero placet
mihi ⁊ leuisticum ⁊ similes aperitiue plante. De
radicibus autem vti potest pastinacis domesticis
⁊ siluestribus ⁊ napis in igne coctis aut in pingui
brodio cum aromatibus predictis. Carote etiaꝫ
vsus placet mihi . Sparagi et cappares ⁊ lupul-
lorum superiores partes et sibi similes placent.
Fructus vero omnes et proprie frigidi ⁊ humidi
dimittantur. propter quod multorum cerasorum
vsus ⁊ proprie cum stipticitate ventris non pla-
cent mihi. Aeria vero minus mala sunt ei et pro
prie cum incisione sua . Que vero ex eis sunt ha
bentia carnes duras ⁊ proprie pauce humiditati
coniunctas vocata amarilia conueniunt . Persi
corum vero vsus quandoque conueniens est pro
pterea quia bona sunt stomacho et iuditio rationa
li accipi deberent ante cibum . Pira vero oraria
idest primis temporibus apparentia et non con
seruabilia non sunt valde vtilia nisi fuerint mul
cata ⁊ valde dulcia . Auellane vero recentes non
multum sunt vtiles sed conuenientiores sunt sicce
ex eis. Amigdalarum vero comestio est vtilis in oī
modo preparationis quia abstergunt vias . et a
periunt ⁊ sunt boni nutrimenti . Ficcus vero re
centes calide sunt in primo ⁊ sicce in secundo . an
te cibum assumpte placent . eo quia conferunt sto
macho epati et renibus et leniunt et abstergunt .
et in eis est lenificatio vltima 2° cañ capitulo pro
prio. licet ⁊ recentes magis sint nutritiue ꝙ exic
catiue. Passule etiam bone sunt eo quia bonum
nutrimentum dant stomacho pectori ⁊ epati ape
riendo equaliter. ponuntur enim equales fere in
omnibus qualitatibus . Nuces vero non placent
licet sint nominate inter fructus calidos ⁊ siccos
eo quia grauant stomachum in digerendo ⁊ capi
piti et pectori nociua sunt. Castanee similiter
quia ventose sunt et grossi nutrimenti. ⁊ cōplexio
nis frigide ⁊ sicce dimittantur . Crisomilla etiam
dimitti debent eo quia frigida et humida sunt in
secundo ⁊ caput grauant et fumositatibus im-
plent . Pinearum vero vsus non placet mihi . li
cet ponantur in passiuis temperate ad aliqualem
calorem declinantes . si tamen accipiantur con-
fecte cum zuccaro vel infuse per diem in aqua cali
da conuenire possent. aliter autem stomacho no
cent 13ª tertii de iuuantibus et nocentibus sto
macho . Phistici quia calidi sunt in fine secundi
⁊ habent humiditatem non limitatam vtiles sūt.
eo quia aperiunt meatus nutrimenti. expurgant
canales epatis ⁊ pulmonis 8° de simplici medici
na suo capitulo colligendum. Dactili bene dulces
calidi sunt in primo . licet in passiuis discordent
auctores de eis . Serapio namque graduat eos
calidos et siccos Auicenna vero de palma dicit ꝙ
preteriit eorum sermo. ego autem in libro meo
non inuenio capitulum de eis . At vero 8° de sim
plici medicina scribitur ꝙ abundanter nutriunt
ventrem stipticant punctionem in ore stomachi
et dolorem in capite faciunt ⁊ oppillationem in
splene ⁊ epate ideo dimittantur . Iuiube frigide
sunt et humide sed quia de eis Galienus inquit
ꝙ in preseruanda sanitate et remouenda egritu
dine non inuenit eas vtiles . immo difficilis di-
gestionis ideo dimittantur . Mora quia frigida
⁊ humida nocent stomacho et faciliter in eo cor

rumpuntur ideo non sunt laudabilia. Granata dulcia licet sint frigida ⁊ humida in primo tamē quia stomacho conueniunt aliquando accipi possent. Acria vero quia frigida ⁊ sicca sunt in secundo non placent mihi. Muza etiam conuenire possent. De conditis placent mihi yringi conditi et napi ⁊ rape condite ⁊ citonia post cibum cum aromatibus condita. et amigdale phistici ⁊ auellane condite cum zuccaro ⁊ aniso et cinamomo ⁊ zinziber. et extremitates xiloballsami ⁊ zinziber conditum humidum omnia hec cum zuccaro vel melle ⁊ aromatibus consuetis vtilia sunt ⁊ confectio de mace. ⁊ confectio de nuce muscata ⁊ de gariofil. ⁊ reliqua talia vtilia sunt ei. De partibus autem animalium parumper est discurrendum. eo quia alimentum ex eis non paruam recipit diuersitatem. Dimittantur igitur omnium animaliū partes quorum nutrimentum est grossum viscosum ⁊ difficilis digestionis vt cor pulmo stomachus ⁊ renes et quorum etiam est nauseatium et ventosum vt pinguedines et mamille. Animalium autem anteriora ad digestionem sunt facilia. Posteriora vero econtra. De melioribus autem animaliū partibus sunt carnes rubee musculose pauce pinguedinis non multum vicine partibus extremis et locis expulsionum. Talis namque caro melius omnibus aliis exhibet nutrimentum et proprie cum fuerit ex alis et coxis accepta conuenientior in mane si fuerit elixa. in sero vero assata. Frixa vero non placent propter fastidium ⁊ nauseam et difficultatem digestionis quam facit ⁊ grauitatē capitis. Igitur melior preparatio carnium est dū in veru assatur vel in craticula coquitur. Salsedo vero in cibariis multa non placet. Omnia enim salsa acuta vaporosa sunt ⁊ os stomachi ledentia et malum nutrimentum exhibentia vt 13ª tertii capitulo preallegato colligendum est. Hec in summa de cibis dicta sufficiant. De potu autem leuiter transeundum premittendo ꝙ cōuenit ei potus vini albi vel subrubei clari vel diafani aromatici et boni saporis ad fumositatem inclinati magis ꝙ ad aquositatem. Et in summa omne vinum quāto aquosius et grossius reperitur tanto ei deterius est. propter quod non laudo aque vsum. Si autem contingeret eius aut necessitatis causa oportere ipsum vti aqua eligatur clara et bene mūda a fonte vel puteo vel fluuio accepta a corruptis plantis ⁊ limositatibus alienata que nullo odore extraneo vel sapore sit participans. leuis existat et conuenientis frigiditatis in quolibet āni tempore frigida actu potui commixta est similiter talis In hyeme autem simplex coqui potest ⁊ proprie cum fuerit lutosa vel harenosa. Et portio eius que in vino commisceri debet limitetur penes fumositatem vini ⁊ discretionē viri morali philosophie triti ⁊ bene edocti. Si autem necessitatis causa aut dolorum iuncturarum vel renum et propter multā stomachi frigiditatē vti vellet alio potu cōposito placeret mihi ⁊ valō vtile ēet ei ydromel huius descriptionis. ℞ aque electe vt supra lib. xxv. mellis electi crudi ⁊ mundi lib. i. florum rorismarini florum andacbache ana. ℥. i. macis ℥. i. ʃ. zinziberis gariofilorum ana. ℈. i. cinamomi electi ℥. ii. coquantur omnia simul lento igne vsque ad consumptionem tertie partis duabus remanentibus et

coletur bis per pannum lineum bene densum et conseruetur hic potus quo vtatur simplici vel commixto cum vino secundum libitum suum et erit singulare presidium. hec de potu taliter sufficiant Exercitium omne mediocriter factum est laudabile siue pedestre fuerit siue equestre et proprie quādo non instant accidentia vehementia quoniam oportet tunc quiescere. Si autem aliis temporibus remaneret in membris laxitudo notabilis ꝙ non possit sufficienter per exercitiū remoueri bonum est applicare fricationes membris nisi dolentia fuerint. ⁊ primo quidem fricatio fiat a genu vsque ad nates. et a natibus vsque ad spatulas inferius trahendo. Si autem particularem diuersionem volueris facere a capite fiat eius fricatio cū pannis mediocriter calidis. Aut pectinetur caput sepe ante cenam et prandium. Hec enim fricatio capiti facta multotiens omni die est iuuatiua. quoniam attrahit vapores ad superiora et remouet eos a parte oculi 3ª tertii capitulo de debilitate visus. Ablutionem vero capitis non multum laudo in ipso et maxime frequentem. Si autem lauare desiderauerit sufficit hoc bis in mense facere cum aqua cineris. i. lixiuio simplici facta cum fricatione cum sapone albo ⁊ statim post ablutionem eius caput exiccetur. Regimen vero quo vti debꝫ ex parte aeris ⁊ loci habitabilis non videtur mihi possibile ordinari. eo qꝫ offitium eius cogit ipsum non solum ciuitates et regiones sed magnam partem orbis permeare. Qđ autē melius fieri potest est vt eligat habitationem suam in loco notabilis caliditatis ab occursibus aquarum humiditate multa ⁊ flatu venti humectatiui elongato. et sit camera habitationis eius bene clausa a terra eleuata aspectum habens ad orientalem partem ad caliditatem ⁊ siccitatem notabiliter inclinata naturaliter aut artifitialiter cum incensione ignis ex lignis iuniperi lauri tamarisci abietis pini ⁊ aliorum similium. si est possibile nullo modo aspectū habens ad occidentem sit locus eius. in quo tamē aere diu conuersari posset laudarem fieri suffumigationem cum hoc puluere carbonibus ignitis superaspersa. ℞ sandarace colofonie galie muscate thuris gumosi ana. ℥. ii. storacis calamitte. ℥. ʃ. fiat puluis. De annexis autem aeri quantum ad vestes corpus satis debet esse munitum pellibus caput et totum corpus eius a frigore notabiliter tuentibus et multum diligerem vt portaret coopertura capitis cum bireto suffulto ex dorsibus variorū aut saltem ex pellibus agninis vel vulpinis notabiliter calidis. Abstinentiam a cibo multum a regimine sue sanitatis elongatam non laudo. Ipsa enim in stomacho non bene mundo facit multiplicari materias iuxta famosum illud scriptū tertia primi capitulo de regimine per cibum. Tollerare famem stomachum putridis replet humoribus. Adhuc etiam non placet mihi abstinentia multa a cibis subtracta eorum quantitate vt medietate v. g. aut nihil comedendo per totam diem aut valde parum propter debilitatem que virtuti accidit totius et stomachi cuius nocumentum est maius multiplicando superfluitates per viam indigestionis ꝙ iuuamentum factum per consumptionem materierum abstinentiam consequentem. Similiter etiā detestanda est ei ciborū repletio notabil.

eo quia dolorem grauatiuum in stomacho efficit ⁊ calorem naturalem circuntegendo suffocat. quare non video modum in abstinendo magis eligibilem q̄ illum quo fit subtractio quarte partis ciborum et potuum. in quo tamen diu perseuerandū esse non laudo. Obseruet etiam in ordine sue cibationis hos canones. Primus ꝙ nunq̄ accipiat cibum vel potum nisi inuitetur a naturali appetitu ⁊ non mendoso. Secundus ꝙ cum incurrit verum appetitum. illico cibum accipiat nō tardando propter auctoritatem superius allegatam. Tertius ꝙ cum diu abstinuerit sit parcus in accipendo cibum subtrahendo ipsum magis q̄ satisfaciendo appetitui notabiliter intenso. quoniam deterior est fertilitas tempore sterilitatis q̄ econuerso. Quartus canon ꝙ omnem cibum quem accipit prius q̄ deglutiat sufficienter ipsū masticare debet. qui enim odit vitam suam cibū deglutiat sine masticatione congrua. Quintus ꝙ in vna cibatione effugiat varietatem diuersorum edulium ⁊ diuersarum preparationum ipsorum. qualiter enim se habet ciborum et potuum diuersitas in complexione qualitate substātia odore colore ⁊ sapore. taliter se habent humores ex eis geniti. quare corpus ex eis oneratur ⁊ ab eorum digestione debita notabiliter elongatur.

Sextus ⁊ vltimus canon est ꝙ nunq̄ accipiat cibum vel potum cum persenserit i stomacho abhominationem fastidium nauseam ⁊ subuersionem. hec enim omnia proueniunt a materia superflua in quanto aut in quali vel vtrisque simul quare oportet dare tempus virtuti ad correctionem ⁊ digestionem horum. Si autem virtus non posset sufficienter attigere nocumenta predicta. tunc si percipiat materiam moueri per superius euacuetur statim vomitum prouocando. Cognoscitur autem hoc per signa. Primo per grauitatem perceptam in ore stomachi. Secundo per ascēsum cibi aut potus ad ipsum. Tertio per eructuationem frequentem. Quarto per subuersionem que est motor precedens vomitum. Quinto per qualdam mucillaginosas superfluitates sepe per vomitum emissas. Uomitiuum igitur leuissimum poterit esse hoc. ℞ sirupi acetosi simplicis ℥.ß. aque putealis. ℥.iii. misce ⁊ detur tepidum totum. Similiter potest fieri accipiendo ciatum vnum in quo ponatur quarta pars aceti et. ℥.i. zuccari rubei ⁊ tepidum detur. Aliud vomitiuum paulisper fortius illo est hoc. ℞ radicum rafani contunde et exprime ab eis succum. cuius accipe quartam partem ciati et aque ciatum mediū pulueris zuccari. ℥.i. misce ⁊ da totum tepidū in potu. Et si post assumptionem alicuius illorum vsq; ad vnam horam euomet bonum est. Si autem nō tunc imponatur digitus in radice lingue aut penna inuncta oleo illic agitationem faciendo vsq; quo vomitus prouocetur. Et si sorte contingeret materias predictas non habere raptum per superius sed ad inferiora declinabunt magis. tunc educende sunt cum hoc clisteri quod est conueniens in estate et medietate prime veris. ℞ foliorum maluarum violarum blete ana. ℳ.ii. coquantur in cōuenienti quantitate aque vsq; ad consumptionem tertie partis cuius decoctōis accipiatur lib.i. olei violarum olei liliorum alborum ana. ℥.i. salis gēme. ʒ.i.ß. vel salis comunis. ʒ.ß. zuccari rubei cassie fistule benedicte yere. s. ana. ℥.ß. misce et impone totum. Si autem clistere istud volueris efficatius et proprie in hyeme tunc predicte decoctioni adiunge seminis aneti cimini leuistici ⁊ anisi ana. ℳ ß. ⁊ predictis oleis adiunge olei yrini. ℥.i. ⁊ predictis medicinis appone dyacastorei electuarii de baccis lauri ana. ʒ.i. Hec de regimine inanitionis ⁊ repletionis. Circa somnum autem ⁊ dormiendi modum habeo materiam increpandi aliqualiter prauitatem tanti viri. eo quia non solum egreditur metam in dormiendo amplius q̄ oportet. immo in vigilando plus q̄ debeat mensurā sibi conuenientem et naturalem notabiliter transgrediendo. et ista ē vna ꝺ causis facientibus in eo regenerari superfluitates multas et accumulari. Si enim conuenienter dormiret in tempore quo naturalis est dormitio scilicet in nocte tunc meliꝰ fieret in eo digestio et virtutum animaliū restauratio et canalium vel viarum preparatio ad expellendas superfluitates. eo quia calorem naturalē interius reuocat et continet et facit meliorem nutrimenti distributionem et preparat ad expulsionem superfluitatum subcutanearum quod apparet ex sudore qui in somno contingit. Cum ergo non dormiat quantum oportet. immo valde minus illo ⁊ mensuram excedat in vigilando necesse est ipsum incurrere diminutionem digestionis et debilitatem virtutis que omnia facile legi posset 2ª primi doctrina 2ª summa prima capitulo 13°. Igitur postq̄ cenam acceperit et iam hora vna cū dimidia vel due transiuerint dimittere debet sermocinantium conuersationes ⁊ exponere se ad dormiendum capite prealiis partibus notabiliter eleuato et primo quidem super dextro latere recumbendo. deinde super sinistro se reuoluendo et si deberet a talibus sitibus dormiendi declinare melius est vt dormiat super ventre suo q̄ super spina decumbendo. laudo tamen ꝙ in tempore sue dormitionis teneat super stomacho suo applicatum plumaceolum de minuta ⁊ molli penna plenum aut de plumis vulturis aut de tonsura panni tincta in grana sufficienter. ⁊ oportet illū plumaceolum sepe calefieri aut saltem duplicatum habere ne humiditas sudoralis et altera in ipsum infusa infrigidando vel poros oppillando noceat. Sit autem mensura somni conueniens octo horarum aut ad minus septem et si contingat ipsum non posse tantum in dormiendo tempus expendere ꝺfectui dormitionis nocturne suppleat cum dormitione diurna vt tota dormitio diei naturalis nō sit minor octo horarum vt iam dictum est. et est tertia naturalis diei pars. In dormiendo etiam membra eius conuenienter cooperta teneri debēt seu conseruari et proprie in tempore anni frigido et humido et in locis frigidis ⁊ humidis in quibus frequenter dormire necessarium est. Reliquo autem tempore vigilare oportet et expendere tempus eius in exercitiis animalibus dato ꝙ post assumptionem cibi ab exercitiis corporalibus abstinere saltem per duas horas maxime salutiferum foret. De accidentibus anime que sunt passiones contristantes et animam in angustia occu

pantes paruum opoztet facere sermonem religio sam vitam agentibus. plurimum enim tales de deo contemplantes et de bonis que fuerunt in vi ta tractatis humana a martiribus ⁊ seruis dei ne gotiantur in attritione anime et eius tristitia ⁊ propter quod si talibus assueti sunt difficile fozet eos ab hac dispositione permutare et minus ab eis leduntur ꝙ alii insueti sententia veteris affozis mozum 2ª sermone primo. Assueti assuetos ferre labozes. et si imbecilles fuerint insuetis minus molestare. Illud tamen quod ex contemplatione phisica scribi debet est ꝙ non est bonum animam occupari in talibus accidentibus affixis tamen et multum perdurantibus quoniam hec talia exter minant cozpus ab ea que est secundum naturam consistentia 3º tegni. Si tamen necesse est ipsum occupari passionibus anime saltez non sit eius me ditatio circa tristitiam ex nocumento egritudinuz prouenientem ita vt desperet de salute sui cum omnia talia accidentia et egritudines sint sanabi les vt nunc in posterum videri potest.

Capitulũ tertiũ de regimine per medicinalia.

Licet regimen medicinale dispositionibus in pri mo capitulo in exozdio nominatis quibus reuerē dissima paternitas domini generalis molestatur particulariter vnicuique illarum appropriatis se cundum intentiones conuenientes posset scribi qꝛ tamen talia regulariter magis applicantur in cu ris egritudinum distinctis ex parte reuolutionis tempozanee ipsarum. Et he egritudines transiue runt iam principium et augmentum vniuersalia et sunt in statu vniuersali iam confirmate. ideo vi detur mihi conuenientius inscribere remedia que eisdem videntur esse in hoc tempoze magis appro priata. Incipiam igitur a stomachi dispositione que senioz et periculosioz est et omnium aliarum radicalis causa vt superius huius tractatus capitu lo primo deductum est. Placet igitur mihi ꝙ ve nerandus pater predictus singulo anno vniuersa li euacuatione duabus vicibus purgetur scilicet in mense aprilis et in fine septembris propter quod scribam hic instrumenta his purgationibus deser uientia. Primo itaque in mense aprilis a qui ta vsque ad vigesimamquartam diem lunaris illi us purgetur hoc modo. Nam vno mane in aurora accipiat hoc minozatiuum calidum cum ℥.ii. aque decoctionis seminis ruthe vel foliozum eius et ℥. i. zuccari et tardetur cibus post ipsum hozis quin que et tunc accipiat ciatum vnum aque cum zucca ro cocte calide. et post ipsaz tardet cibum per vnā hozam. Minozatiuum est hoc. ℞ electuarii de psi lio. ʒ. iii. electuarii indi. ʒ. ii. misce. Post minozati uum predictum accipiat digestiuum sequenti die hoza predicta calidum quod continuet octo vel de cem diebus vsque quo in fundo vrine sue apparue rit sedimen album coniunctum equale et diafanū post illud digestiuum assumat solutiuum sequens et post ipsum obseruet omnia que post minozatiuū iam descriptum sunt scripta obseruari debere. Est autem illius digestiui descriptio. ℞ flozum vel fo liozum sticados thimi epithimi calamenti pulegii herbe paralisis spice neriden flozum buglosse ⁊ bo raginis radicum yringi mirobalanozum kebul enule feniculi eufragie maiozāe ruthe nigelle ana ℥. ii. seminis peonie et radicum eius folii ameos cardamomi maiozis et minozis anthos ana ℥. i. radicis yris acozi cimini seminis leuistici carui a na. ʒ. iii. infundantur omnia in libris duodecim a que fontis per quinque dies deinde extrahantur ⁊ dimittantur parum euapozari postea cum predi cta aqua coquantur vsque ad consumptionem me dietatis. deinde vehementer exprimantur et co lentur et huic colature superaddatur aceti squilli tici lib. ß. zuccari secunde coctionis lib. ii. mellis e lecti lib. i. et omnia coquantur vsque ad sufficientē spissitudinem. De hoc ergo sirupo accipiat. ℥. ii. cū ℥. iii. aque decoctionis cimini ⁊ seminis ruthe ana dum autem coquitur predictus sirupus aromati zetur cum his speciebus in panno ligatis. ℞ macis nucis muscate ana. ʒ. ß. galange granozum paradi si cubebarum eufragie feniculi ana. ℈. i. ambre mu sci ana g. iii. fiat vt dictum est. Si autem velis digestiua conuenientioza illo ⁊ facile reperibilia et minozem expensam facere accipere potes ꝙ plu rima talium ex sententiis auctozum hinc inde col lecta vt sirupi squillitici omnes et precipue siru pus squilliticus descriptione Democriti sirupi de calamento sirupi de sticados sirupi de ikeisim et secaniabim sirupi de lilio sirupi de ysopo sirupi de absinthio ⁊ consimiles quozum omniuz descriptiō nem lege 5º can summa prima tractatu 6º et a Mesue in antidotario suo distinctione 6ª. Et si velis digestiuum leue omnibus dispositionibus predictis comune. ℞ sirupi de absinthio sirupi de calamento sirupi acetosi compositi ana. ℥. ß. aque radicum yris aque mellisse aque feniculi ana. ℥. i. misce et da vt supra dictum est. Accepto autem digestiuo hoc vel illo eradicetur materia cum hoc electuario. ℞ electuarii indi. ʒ. ii. electuarii de bac cis lauri. ʒ. i. benedicte simplicis. ʒ. iii. misce et ac cipiatur totum cuz aqua absinthii feniculi vel apii Si autem contingeret in vere caliditatem conti nentis inualescere. tunc predictis digestiuis admi scere potes aquam aliquam que refrangat eozum audatiam et caliditatem sicut aquam endiuie vel acetose vel violarum que frigide sunt aut aquas temperamentum habentes que respectu caliditа tis intense infrigidatiue dicuntur velut aqua ilion vel sparagi lupuli capil ve. graminis ⁊ similium. Similiter etiam refrangere potes electuaria pre dicta refrangendo ea cum sirupo violato rosato et de nenufare ⁊ tu considera. Ex quibus tandem concludere potes ꝙ istis talibus vti vales tam in vere ꝙ in autumno refrangendo ipsa sicut iam di ctum est ex fundamento contemplationis theori ce de compositione medicinarum et refractione ipsarum in gradibus et qualitatibus per conueni entia pondera que non cadunt sub contemplatio ne viri nisi in sapientia medicine bene triti ⁊ edo cti. Factis autem purgationibus iam predictis opoztunum est vt vtatur medicinis prohibenti bus generationem uentositatum et materierum flegmaticarum in stomacho suo iam genitarum carminantibus et sedantibus dolozem extensiuuz et pungitiuum qui frequenter accidit ei reuolutio nibus paroxismalibus. Primum ergo medica men est vsus confectionis dyacinamomi descriptō ne Auicenne 5º can aut Mesue in antidotario

distinctione prima. Secundum medicamen est
aromaticum rosatum descriptione Gabrielis a
Mesue in antidotario colligendum vt iam dictuz
est. Tertium medicamen est confectio dyacimi
ni descriptione Nicolai in antidotario licet mihi
melior videatur descriptio eius que colligitur a
Serapione 7° breuiarii auctoritate Galieni.

Quartum medicamen est confectio de xiloaloes
descriptione Auicenne 5° can̄ summa prima.

Quintum medicamen est confectio dyamusci
dulcis descriptione Mesue distinctione iam dicta
Et omnia hec sunt efficatia. licet mihi magis pla
ceret confectio dyaciminii superius allegata. Et
omnium horum accipiat. ʒ. ii. vsque ad. iii. sem
per ante cibum aut post cibum reuerentia legis ⁊
obseruatione diuini cultus in celebrando. Se
xtum medicamen et speciale est vsus electi metri
dati ex quo accipiatur. ʒ. i. bis in septimana in au
rora ⁊ tardetur cibus post per quattuor horas.

Septimum medicamen et speciale est electua-
rium descriptum ab Auicenna 5° can̄ summa pri
ma quod nominatur sotyra idest saluatrix. cuius
electuarii accipiatur. ʒ. i. cum vino aromatico et
potenti. Octauum medicamen ⁊ speciale est
vsus huius vnctionis quandoque applicate saltem
ter in septimana cuius descriptio est hec. ℞ olei
muscelini olei de yreos olei de menta ana. ℥. i. se-
minis ruthe cimini leuistici carui ameos folii ana
ʒ. i. ambre musci ana. g̃. ii. cere quantum sufficit fi
at vnguentum molle ⁊ applicetur stomacho ieiu
no calefactum. Ego autem cum volo medicamen
leuius illo accipio olei de absinthio olei de menta
olei de rutha ana. ℥. ß. ligni aloes puluis origani
et mēte ana. ʒ. ß. misce ⁊ ex eo vngatur stomachus
vt predictum est. Nonum medicamen et specia
le est cerotum hoc quod stomacho applicatum lō
go tempore portetur. ℞ laudani electi. ℥. ß. resi
sine electe. ℥. i. masticis gariofilorum spodii mente
ciperi absinthii granoruz paradisi ana. ʒ. i. ambre
musci ana. g̃. ii. cere quantum sufficit fiat cerotum
scutale ⁊ applicetur stomacho suo. Decimuz me
dicamen et speciale conueniens stomacho ventosi
tates carminans renibus iuncturis capiti ⁊ omni
sue dispositioni vtilis est vsus zinziberis conditi
de quo in regimine per cibos aliquid dictum est ⁊
accipiat ex eo saltem tribus vicibus in septimana
radicem vnam. Undecimum medicamen ⁊ spe
tiale est vt accipiat saltem ter in septimana mi
robalanum kebulum vnum conditum et tardet
post ipsum cibum per quinque horas. Duodeci
mum medicamen et speciale et proprie admini-
strandum tempore instantie doloris in stomacho
et constrictionis anhelitus eius est vt stomacho suo
fiat euaporatio cum hoc composito calefacto in te
gula vel in caldari siccis ⁊ posito in sacculo de pan
no lineo et calidum sepe stomacho superponatur ⁊
permutetur. cuius descriptio est hec. ℞ origani
calamenti pulegii mente absinthii ana. M. ii. cimi
ni. ℥. i. ß. anisi. M. ii. ameos seminis ruthe carui ⁊
leuistici ana. M. i. contundantur grosso modo et fi
at ex eis vt dictum est. Si autem post doloris re
motionem remaneret eidem pulsus cordis debili
tans ipsū tunc applicetur ei sacculus iste ex lindōe
de grana factus cum his speciebus. ℞ specierum
electu de gemmis specierum electu de ligno aloes
specierum diambre ana. ʒ. ii. fiat sacculus vt dictū
est. Et si remaneret post predicta coartatio in
anhelitu. tunc accipiat per duas horas post cenam
hoc medicamen mihi expertum quod est mirabile
℞ electuarii dyairis descriptione Nicolai. ʒ. i. ß.
zuccari albi. ʒ. iii. aque decoctionis croci calefacte
℥. i. ß. misce et potest etiam accipi cum vino dulci
calefacto. Hec de his que stomacho conferunt et in
difficultate anhelitus tamēꝗ meliora sufficiat.

Scothomie vō et imaginationibus eius conferunt
electuaria ⁊ confectiones suprascripte ꝗ̄ plurime
vt metridati mirobalanorum kebulorum vsus d̄
quibus dictum est. Specialia vero huic dispositio
ni nonnulla experta reperiuntur. quorum primū
est hoc. ℞ macis. ℥. ß. pulueris eufragie. ℥. ii. fiat
puluis subtilis et misceantur ad inuicem et de hoc
puluere accipiatur cum modico vini vel brodii. ℈
ii. ante cibum sepe. Cum ipso enim gentes multas
a scothomia et imaginationibus multis sepe sana
ui post euacuationes. Secundum medicamen ⁊
speciale est masticatio recentis radicis yreos ali-
quanto ieiuno stomacho facta. Tertium medica
men est masticatio cubebarum. Quartum me
dicamen est aspersio bregmatis cum puluere ga
riofilorum sepe facta quando itur ad lectum.

Quintum medicamen est odoratio maiorane
sepe facta. Sextum est masticatio foliorum eius
immo et comestio eius sepe accepta.

Scipticitatē vō vētris lz cū mltis remediis curār
soleam. solū tamen tria hic conscribam que mihi
vtiliora videntur. quorum primum est puluis
iste. ℞ violarum seminis endiuie scariole ana. ℈. i
thimi epithimi ana. ʒ. i. folliculoruz sene. ʒ. iii. tar
tari. ʒ. i. ß. cinami electi. ʒ. ß. macis anisi ana. ℈. i.
fiat puluis subtilis de quo ante cibum accipiatur
a. ʒ. i. vsque ad. ii. Secundum remediuz est vsus
huius electuarii de quo ante cibum immediate ac
cipiatur coclear. ß. vsque ad. i. degluciendo ipsum
℞ mucillaginis sebesten. ℥. iii. penidiarum. ℥. i. ci
mini anisi violarum ana. ℈. i. folliculorum sene
hermodactilorum epithimi ana. ʒ. ii. ß. fiat electu
arium cum sufficienti quantitate mellis violarum
et accipiatur vt supra. Tertium remedium est
vsus harum pillularum que superfluitates flegma
ticas feces et ventositates educunt. quarum de-
scriptio est. ℞ aloes electi. ℥. ii. seminis ruthe ma
sticis cimini ameos ana. ℈. i. agarici electi. ʒ. iii.
salis indi. ℥. ß. infundantur omnia in. ℥. v. succi en
diuie per quattuor dies. deinde exponantur soli
vsque ad exiccationem ipsorum et iterum renoue
tur super eis succus bene commiscendo ⁊ fiat hoc
quattuor vicibus. De materia itaque illa fiant
pillule. de quibus vna accipiatur immediate ante
cenam et sunt valde vtiles.

Antiquū vō dolorē capitis remouere possent eūa
tōes electuaria et confectiones suprascripte. Si āt
proteruior esset dolor ille aduocans ad se medici
nas maioris efficatie: tunc applicetur alterum
istorum quattuor. quorum primum est vt omni
alterno sero per duas horas post cenam accipia-
tur. ʒ. ß. auree alexandrine cum. ℥. i. aque maio
rane. Secundum est gargarisma factuz mane
in mediis tertiis et ante cenā cum hac decoctione

℞ assari arthanite sticados pulegii epithimi yreos ana.ʒ.i.succi liquiritie.ʒ.ii.cimini anisi feniculi ana.ʒ.i.coquantur omnia in lib.iii.aque vsque ad consumptionem tertie partis et versus finem decoctionis adiungatur mellis.℥.iiii. deinde buliat vt dictum est. De hac igitur decoctione colata et calida accipiatur in os gargarizando vt dictum est. Tertium remedium speciale est caputpurgiū factum cum hac commixtione. ℞ aque sublimationis radicum yris ⁊ maiorane ana .℥.i.ʃ. zuccari albi.℥.i.ambre subtilissime trite.g̃.ii.misce ⁊ calefiant ⁊ fiant huius mixtionis tractus per nares leuissime ore prius conuenienter impleto aqua.

Quartum remedium speciale licet aliquibus videatur horrendum est odoriferum hoc. ℞ castorei electi.ʒ.i.ʃ.ruthe cubebarum nucis muscate ligni aloes ana.ʒ.i.fiat puluis ⁊ ligetur in sindone et sepe odoretur. Si autem contingat materias ad iuncturas inclinari adeo q̧ dolorem efficiant ī eis tunc dato q̧ eis conferre possint plurima eorum que scripta sunt. tria tamen spetialia remedia cō scribam. quorum primum est hoc locale quod pedibus et genibus frequenter applicetur. ℞ olei omfancini.℥.ii.pulueris sandarace.ʒ. ii.terantur diu simul in mortario et ex eis actu calidis vngantur membra. Secundum remediuꝫ spetiale est frequens fricatio iuncturarum facta cum oleo contrito cum sale quo actu calido inungantur membra velut accipiendo olei vnius anni lib.ʃ.salis.℥.i.fiat vt dictum est. Tertium remedium spetiale ē frequens ablutio cum aqua calida in qua artifices extingunt ferramenta fabrilia ex qua iuncture lauentur ⁊ bene postea exiccentur.

Dolori vero renum eius conferunt quattuor mihi specialia inuenta vtilia. Primum est vsus huius confectionis de qua semper ante cibum accipiat rotulam .i.trium aut quattuor dragmarum. ℞ seminis apii medulle granorum peonie ana.ʒ.ii.specieruꝫ electuarii lytontripon.ʒ.ʃ.zuccari al.℥.iiii.fiat confectio solida cum aqua eupatorii.

Secundum remedium speciale est vsus harum pillularum de quibus pluribus diebus continuis cum instantia doloris renum accipiantur quinqꝫ in aurora. ℞ lapidis egyptiaci lapidis iudaici lapidis spongie ana.ʒ.i.succi liquiritie sēis sparagi cassie lig.ana.℈.i.vitri combusti.ʒ.i.ʃ.fiant pilule cum succo apii ⁊ accipiantur vt supra. Tertium remedium speciale est vsus harum aquarum. ℞ aquarum yris eupatorii ⁊ acori ana p̄t.e.misce ⁊ accipiantur ex eis.℥.v.vel.vi.in aurora vt dictū est. Quartum remedium speciale est vnctio hec renibus applicanda. ℞ olei de nereiden olei de yrˢ os ana.℥.i.ʃ.granorum milii solis seminis apii rute ana.ʒ.i.granorum alkekengi.℥.i. terantur omnia simul longa contritione in mortario.deinde ex his sepe fiat yliis ⁊ renibus ⁊ toti spine inunctio cum eo calefacto ⁊ sedat dolores expellit ventositates educit harenas ⁊ lapillos ex quorum eductione tandem felicitabitur eius vita ad laudem ⁊ gloriam summi conditoris. Amen.

Nihil deficit in hoc albo.

Consilium de nocumento digitorum manus.

Impedimentuȝ debiti motus manus huius nobilis viri manifestū est. quoniam digitos manus saltem quattuor contrahere nō potest ad capiendum et tenendum ea que desideraret capere et tenere. Similiter etiam neqȝ convenienter ad extra potest extendere manum saltem digitum auricularem et annularem. Cuius quidem impedimenti motus causa est durities in cordis musculorum et in nervis totius manus quinque digitorum. huius autem duriciei causa est materierum congelatio vel induratio in predictis membris. que potuit a frigiditate fieri continentis vel medicinarum que apposite fuerunt. Et potuit etiam hec materierum ingressatio contingere ab immediata caliditate et siccitate medicinarum que resolverunt et exiccaverunt subtiliores partes materierum et remanserūt grosse taliter indurate. Unde si materie ille fixe remanebunt in partibus dubitabile est quod vir iste nunquam poterit operationes digitorum suorum motus convenienter habere. Est igitur in cura eius accelerandum cum regimine nunc sequente. Primo quidem caveat vir iste habitationem civitatis. et cameraruȝ frigidarum et habitacula ventosa et maxime a partiali frigiditate manus sibi precavere debet. immo ipsam ciroteca bene calefaciente tueri debet. In cibis vero vitet omnia que sūt viscosa grossa oppillativa et infrigidativa. velut sūt carnes grosse cutes nervi et pellicule animalium et cibos pastiles. et multam piscium quantitatem et maxime viscosorum ut anguille tince et cancri vitare debet Et caveat etiam a multo lacte et casei usu et pane antiquo combusto et azimo. et ab usu fabarum et faseolorum. Et a fructibus et herbis infrigidantibus ut sunt pira citonia lactuca bleta portulaca et consimiles. et effugiat vinum grossum nigrum et valde dulce. immo omne vinum simplex si potens est dimitti debet. nisi cum aqua refractum. Et caveat a rebus. que sua gravitate vel compressione manui applicari possent. Et caveat etiam a dormitione prolixa et maxime diurna. que est causa multiplicationis flegmatum. que redderent sanguinē grossum opillativum et resolutioni indispositum et caveat a multa quantitate ciborum et potuum in quacunque cibatione acceptorum. De reliquis deterioribus esset frequens usus aceti et acrimonium maxime citoniorum. In aliis autem regat se ut sibi placet. Pro regimine vero medicinali manus huius generosi viri. hec videntur mihi necessaria observari debere saltem usque ad decē dies futuri mensis marcii. Primuȝ est hoc. ℞ aloes infusi per quattuor dies in aqua sublimationis radicū yreos. ℥. ii. agarici turbit electorum ana. ʒ. i. ſ. hermodactillorum. ʒ. ii. masticis. ℈. i. zinziber anisi cinamomi macis ana. ℈. ſ. diagridii. ℈. ii. misceantur omnia per se subtiliter trita cum predicto aloe. et fiant pillule ex omni. ʒ. vi. de quibus iste vir omni quarta vel quinta die accipiat unam per octavam partem hore ante cenam. mundificant enim nervos stomachum et caput a flegmate apto discurrere ad nervos et cordas et implere eos.

Secunduȝ remedium est. ℞ olei de mirto olei de mastice ana. ℥. i. ſ. spodii carabe corallorum rubeorum sandarace ana. ʒ. i. masticis thuris ana ʒ ſ. glutinis carte. ʒ. vi. dragaganti gumi arabici ana. ʒ. ſ. dissolvatur gluten cum aceto nigro acerrimo et incorporetur cum. ℥. ſ. cere et versus tempus infrigidationis addantur alie species et fiat unguentum bene tenax. de quo super corio extenso involvatur tertia pars inferior brachii usque ad rasetam exclusive. Tertium principale remedium est. accipiatur frustrum lapidis molaris notabiliter in carbonibus ignitis calefactum et positum in vas aliquod et superesfundatur ei paulatine distillando quantitas unius medie libre vini albi bene potentis. et altera media lib. aceti albi acuti mixti invicem. Cum ergo elevatur a lapide ignito fumus. circunquaque manus eius in eo suffumigetur usquequo notabiliter sudaverit. tunc ergo diligenter exiccetur. et ita fiat omni mane semel. et tunc involvatur manus pelle tribus vicibus notabiliter calefacta. Quartum remedium est hoc. ℞ olei de sisamo. olei amigdalarum ana. ℥. ii. medulle cruris vituli pinguedinis tassi et anatis ana ℥. i. bdelii mollis. ℥. ſ. galbani. ʒ. x. croci. ʒ. ſ. dissolvantur gumi cum aceto albo et cum convenienti quantitate cere albe fiat unguentum molle dissolvatur itaque particula illius unguenti. super quacunque medicatione sufficiens et ex eo copiose ungatur itaque undique manus acerrto iam super apposito inferius. Et attende quod licet suffumigatio predicta debeat fieri solum semel in die. unctio tamen cum predicto unguento etiam in sero fieri debet. Ultimum remedium est hoc. ℞ gumi cerosorum. ℥. i. castorei bene pinguis galbani ana. ʒ. ii olei olivarum antiquioris quod haberi possit lib. ſ. medulle crurium vituli. pinguedinis anseris et galline ana. ℥. i. cere albe. ℥. i. ſ. croci. ℈. ii. ligni aloes ʒ. ſ. musci. ǧ. ii. dissolvantur gumi cum aceto al. demum incorporetur cum pinguedinibus. et in fine ponantur pulveres. et fiat unguentum molle. Cum ergo duodecim diebus continuaverit fumigationē et unguentum ut patet tertio et quarto capitulo tunc applicet istud ultimum usque ad finē temporis marcii iam supra dicti. His autē expeditis debet sciri de statu eius. Si enim non esset convenienter curatus iuxta vota sua. tunc provideretur sibi de his que meliora occurrerent Ad laudē dei Amen.

Consilium ad impotentiam motus digitorū manus propter incisionem manus cum ense.

Si sectio totalis facta fuerit in nervis vel cordis per quas motu voluntario moventur membra supposito quod facta fuerit sectio partialis eorum aut quorundam et nō omniū adhuc potest haberi spes de restauratione motus partialis membrorum que movebantur per instrumenta illa. Et quia nō est rationale omnem nervum vel lacertum et eius ramos esse totaliter abscisos. Ideo non sum desparatus de possibilitate cure aut saltem de magna convalescentia huius viri. Itaque procedatur in ea secunduȝ modum infrascriptum. Primo itaque abstineat ab usu pastilium et lacticiniorum ciborum leguminum piscium et omniū valde salsorum ciborum. Similiter et a multo usu potentis aceti et vini fumosi et

et vini fumosi et proprie albi et subtilis. et a fre quentia coytus. ac forti manus excercitio a frigi ditate aeris. et neque tangat aquam frigidam cū manu illa. His premissis vtatur hac euaporatio ne. nam accendat lapis marchasite vel molaris ⁊ superponatur manus distans per duos pedes ⁊ co operto membro cum lodice. i. sclauina ab ea īmo ta per vnum pedem ⁊ superfundatur paulatine di stillando vinum album subtile et fumosuꝫ mixtū cum quarta parte aceti albi et valde vsque quo cō sumatur metreta vna. i. fiala voluendo aliquando manum nunc de domestica ad siluestrem et econ uerso. Postq̄ ergo hoc factuꝫ fuerit membꝝ remo ueatur et diligēter pannis exiccetur calidis. ⁊ pa rum post diligenter invngatur cum hoc lini- mento actu calido et post cooperiatur cum lana succida bene pectinata ⁊ superponatur palma ma nus corio grosso sustentante ambos digitos lesos et leuiter cum binda ligetur et a frigore cum cō ueniendi cirotheca defendatur et ita fiat omni die bis scꝫ in mane et sero per dies. viii. continuos. cuius descriptio. ℞ olei de ben. ℥. ii. olei de costo. ℥. i. pinguedinis leonis. ℥. ß. castorei pinguioris ʒ. iiii. croci. ℈. ii. medulle cruris bouis antiqui. ℥. i pul. hermodactillorꝫ peonie sticados et abrotani ana. ʒ. ß. cere quantum sufficit fiat vnguentū me diocris viscositatis. Cum autem per dies. viii. ap plicata fuerint remedia iam predicta tunc appli cetur hoc vnguentum absque fomentatione qḋ cō uenientius est ad aperiendum vias transitus spi ritus animalium ad membra et confortat substā tiam eorum. cuius descriptio. ℞ olei nardini. ℥. i. ß. olei de euforbio. ℥. i. olei de croco et de piperi bus ana. ℥. ß. sticados arthanite piperis albi her modatillorum peonie origani abrotani ana. ʒ. i. galbani bene pinguis serapini armoniaci ana. ʒ. ii. olei d̄ terbentina. ℥. ii. cere al. ℥. i. ß. coquātur si mul gume cum oleis leui et longa coctione et pro pe infrigidationem eorum addantur pul. et fiat vnguentum de quo invngatur tota manus actu bene calido bis in die postea cooperiatur lana be ne molli et ligetur vt supra dictum est. Si igitur res bene succedat. tunc ita procedatur per duas septimanas alias. Si autem non rescribatur et aliter prouidebitur.

Consilium de impedimento motus digitorum ⁊ rasete.

Vir quidam obtulit mihi manum cuius egritudo principaliter est ablatio flexionis et extensionis totius rasete manus. similiter et et in duobus digitis manus eius dem scilicet anulari et auriculari est prohibitio motus contractiui ⁊ dilatatiui et cū cungiratōnis eorum. In reliquis autem duobus digitis scilicet medio et indice non est totalis prohibitio motus sed diminutio ita q̄ aliquantulum licet parum et de biliter per accidens scilicet per colligantiam cordarum et musculorum vicinorum qui indura ti sunt. Et est quidem dispositio ista in qua cade- rent speculationes ardue. Primo enim oportet soluere difficilimam questionem. scilicet quare cō tingit in aliquo membro auferri motum et non sensum. In quacunque enim parte eius manus sal uatur sensatio per quam discernit inter omnia ob iecta tangibilia occulte vel perceptibiliter applica ta. omne enim obiectum frigidum calidum durū molle leue graue et aliter organi sensus tactus ī mutatiui vir iste conuenienter percipit. Motus autem in predictis partibus aufertur et non nisi propter solutionem continuitatis que trāsuersalr sentit se aut musculum maiorem inferioris par tē rasete prohibetur transitus spiritus motiui a ce rebro ad neruos musculos manus. Si ergo per eā dem viam vel neruos defertur simul spiritus sen sibilis et motiuus ergo facta prohibitione motiui spiritus transitus de necessitate simul prohibetᵣ transitus spiritus sensibilis. cum sit vna et eadeꝫ numero vt supponitur. consequens autem repu gnat experientie in hoc viro quia sentit manus ⁊ non mouetur vt dictum est. Si autem diceretur q̄ nerui per quos defertur motiuus spiritus non sunt idem per quos transit sensibilis spiritus tūc facile esset soluere quomodo esset saltem appa renter. dicendo q̄ solutio continuitatis facta fuit ī neruis transitus motiuis spiritus et non in illis per quos transit sensibilis spiritus. Forte autem adhuc dicendū tenendo primam opinionem scilꝫ q̄ per eandem viam ad membra transeat vterqꝫ spiritus scilꝫ sensibilis et motiuus. Dicendum eti am q̄ licet spiritus sensibilis ad manus deferatᵣ per neruos ramificatos a 6° 7° et 8° pari neruo rum orientium a nucha vt patet ī primo Anima sorii capitulo 4° ⁊ prima primi capitulo. 5°. doc. 5ª capitulo d̄ neruis orientibus a nucha. tamen quia vltra spiritum sensibilem ad motum req ritur instrumentum voluntarii motus quod est musculus. dicendum q̄ musculus non potuit reci pere spiritus motiui quantitatem sufficienteꝫ ad dandum sibi sensum ⁊ motuꝫ sicut contingere po tuit in musculum penetrare spiritum dantem sē sum. quia spiritus sensibilis motiuo spiritu ē sub tilior. etiam quia maior est necessitas sensus in membro q̄ motus quo ad saluandum vitam q̄ niam animal est animal p̄ sēsū. Aliter autem ⁊ subtilius ad questionem respondendo dicendum q̄ et licet per eundem neruum concedatur transi re spiritum animalem sensibilem ⁊ motiuū ⁊ sec to transuersaliter i° neruo deberet auferri sensus et motus a neruo. dicendum q̄ hoc argumentum concludit de particulari sensu communicabili mē bris per neruum vniuersaliter neganda est 1ª cō sequentia. p. a. neruum transeunt simul spiritus animalis sensibilis et motiuus ergo negato illo transitu membrum priuabitur sensu omni ⁊ mo tu. Fallit consequentia eo quia ad manum non p̄ cise defertur spiritus sensibilis per neruos ⁊ mus culos sed saluatur in manu sensus per spiritum animalem dispersum in substantia cutis que est organum tactus. Preter hec autem oportebit in telligere q̄ motus a manu huius viri non auferᵣ precise per negationem transitus motiuī spiritus ad musculos manus. Non enim semper prohibetᵣ motus a membro per ablationem transitus spiri tus sed multos contingit manus non posse exple re opaꝫ motus q2 organa motus que sūt musculi corde et nerui que frequenter sunt indurata ergo flexioni indisposita. quare redduntur immobi lia. quia licet transeat aliqua particula motiui spi ritus ad membrum tamen quia spiritus motiuus

recipitur in membꝛo inepto motui pꝛopter duri
ciem ſuaʒ ⁊.talis pꝛopꝛie eſt manus huius viri
diſpoſitio. Eſt enī cōplicata ex inpoſſibilitate mo
tus pꝛouenientis ex pꝛiuatione tranſitus motiui
ſpiritus ad ipſam et ex magna duritie in mem-
bꝛis motus pꝛedictis exiſtente quā duriciē ſenſꝰ
tactus tangenti oſtendere poteſt. Et ſequitur ſecū
do ex pꝛedictis ꝙ canon curationis huius diſpoſi
tionis ſuſtentatur in tribus intentionibus. Et
pꝛima quidem intentio eſt partꝭ vel partium que
indurate ſunt rectificatio. 2ª eſt apertio viarum
per quas animalis ſpiritus tam ſenſibilis ꝙ mo
tiuus penetrare debet. 3ª eſt electio regiminis ex
parte ſex rerum non naturalium huic diſpoſitio
ni conuenietis vt nunc ſequitur. Ut igitꝛ inten
tionem pꝛimam canonice complere poſſius pꝛe-
mittendum pꝛimo ꝙ intentio in curatione cuiuſ
cunque duritici vel nodoſitatis ī muſculis neruis
coꝛdis vel iuncturis inuente perficitur duplici in
tentione ſcilicet applicatione mollificante et reuo
lutione de mollificante ad reſolutionē facta ⁊ cō
tra. Neque enim eſt rationale aliquam durificatā
partem conuenientꝛ reſolui poſſe niſi pꝛius mun
dificetur. Coꝛpoꝛa enim compacta non ſunt in
diſpoſita euapoꝛationi ergo non ſunt reſolubilia
reſolutio enim eſt hūoꝛum affoꝛiſmoꝛum 7ª co
mēto. 49º. Itaque ī curatione huius diſpoſitio
nis ita pꝛocedendum eſt ꝙ per totam vnam ſepti
manam applicentur aliqua de mollificantibus q̄
dicentur. ⁊ ſequenti ſeptimana applicentur aliqua
de reſoluentibus que tangentur. Et ita permuta
tio fiat de reſoluentibus ad mollificantia quouſqʒ
feliciterꝛ intenta curatio. Pꝛimo itaque diuerſa d
ſcribo mollificantia ⁊ poſt illa non nulla deſcribā
reſoluentia. Mollificans ergo de numero debiliū
eſſet vt acciperentur folioꝛum violarum folioꝛuʒ
malue maioꝛis quam Auicena nominat cubeʒe ⁊
vulgus nominat ipſam roſam maluam ana. ℳ.
iiii. p. anatis. ʒ. i. coquantur ī lib. 50. aque vſqʒ ad
conſumptionem tertie partis. Secunduʒ mol
lificatiuū potentius illo eſt hoc. ℞ ſe. lini fenugꝛe
ci ana lib. i. folioꝛum ſaponarie maioꝛis lib. 5. co
quantur in aqua vt pꝛius dictum eſt. Tertium
mollificatiuū et melius pꝛedictis eſt hec. ℞ radꝭ
altee lib. ii. radꝭ enule lib. i. amboꝛum recentium
coquantur in quantitate aque pꝛeſcripta cum lib.
quattuoꝛ ſappe. Quartum mollificatiuū et om
nibus pꝛedictis potentius eſt hoc. ℞ gꝛanoꝛum
ſiſami lib. ii. medulle cruriſ bouʒ antiquoꝛum. ʒ.
iiii. bdellii mollis et ſubalbidi. ʒ. ii. coquantur in
lib. 50. aque vel 10. vini dulcis vſque ad conſump
tionem tertie partis. Quintum mollificatiuū
eſt emplaſtrum de mucillaginibus maioꝛis de
ſcriptionis et pꝛopꝛie inuentum a Meſue in an
tidotario diſtinctꝭ penultꝭ. Sextum mollificati
uum et potentius omnibus pꝛedictis eſt poſitum
ab Aliebṫte 8º pꝛactice caº penultimo ſecundum
hunc modum. ℞ ſe. ſiſami et lini ana lib. i. helbe
he et eſt fenugꝛecum lib. 5. terantur omnia et co
quantur cum vna pingui cauda arietis minutim
inciſa. et in hac decoc. ſepe in die infundantur ma
nus pacientis. Intelligo autem per caudam arietꝭ
pꝛopꝛie de roma. talia enim animalia habēt cau
dam valde magnam et pinguem cuius pinguedo
quaſi ſupꝛemum obtinet in mollificando. Et me
moꝛa ꝙ hoc vltimum mollificatiuum cum quarꝛ
to pꝛecedente multum excellenter conferre vidi ī
diſpoſitione conſimili. qðcunque ergo hoꝛum eli
gatur ipſoꝛum decoctio mediocriter calida accipi
aturꝛ et in ipſam quatter vel quinque vicibus ī die
manus vſqʒ ad medium bꝛachium infuſa teneatꝛ
plana tamen appodiata ſuper fundo conche lince
et nº pendens ad infra. Poſtq̄ ergo manus fue
rit ab infuſione extracta ⁊ decenter exiccata invn
gatur aliqua trium vnctionum ſequentium medi
ocri caliditate calefactarum et poſtq̄ pervncta fu
erit manus tunc veſtiatur lana ſuccida bene car
pinata calefacta. aut ſaltem cooperiatur leui pelle
vulturis decenter elaboꝛata. Sunt autem pꝛedic
ta mollificantia tria. quoꝛum pꝛimuʒ eſt famoſū
et autenticum ab omnibus ſcilicet pinguedo ſepa
rata ab integꝛa vulpe per decoc. in aqua. Secū
dum mollificatiuum eſt potens pinguedo dabaon
de qua habetur 22ª tertii in cura doloꝛum iunc
turarum durifactarum. Eſt autem dabaon vulpiſ
ſilueſtris quam ytalici taſſuʒ vocant cuius pingue
do magnifice lenitiua eſt. Tertium mollificati
uum potēs eſt vt accipiatur butiri recentis. ʒ. i. pi
guedinis anatis et pꝛopꝛie femine coquantur et
diſſoluantur in lib. iii. lactis Iuuēce vſque ad con
ſumptionem tertie partis. In hac ergo materia
mediocri caliditate calida infundatur lana ſucci
da ex qua totum membꝛum cooperiatur et ligetꝛ
Poſtq̄ autem pꝛedictoꝛum mollificatiuoꝛum
applicatio fuerit condecenter facta tunc tranſeun
dum eſt ad reſolutiua que cum hoc ſunt mollifica
tiua ſicut et pꝛedicta mollificatiua non euacuantꝛ
a reſolutione. De famoſis gº reſolutiuis auten
ticis et expꝛtis eſt cerotum diapente quod lenit
duritiem et nodoſitatem neruoꝛum et articulo-
ꝛum. Secundū reſolutiuum foꝛtius pꝛedicto
eſt cerotum alexandꝛinum deſcriptione ſecunda
que ambo legātꝛ a Meſue diſtinc. penultima
Tertium reſoluens pꝛedictis foꝛtius ē emplaſtrū
de mucillaginibus diaquilon nominatum deſcri
ptione minoꝛi ſua vt ſupꝛa et pꝛopꝛie cōfoꝛtatū
cum ſubſcripta pꝛopoꝛtione armoniaci mollio
ris. Quartum reſolutiuum ingenioſe inuentuʒ
eſt ſuffumigatio cum lapide marchaſite per hunc
modum fienda. accipiatur fruſtrum magnum lapi
dis marchaſite et eſt lapis molaris rubeus cum qº
feramenta accuuntur. calefiat ergo vehementer ī
igne et tunc membꝛum nudum ſuper alio lapide
ſituetur adeo diſtantꝛ ꝙ nō ledantur ab igne. Ac
cipiatur ergo vini albi vetuſtiſſimi lib. i. aceti acu
ti lib. 5. et lenta diſtillatione ⁊ paulatine ſup igni
tum lapidem effundatur ita vt vapoꝛ inde eleua
tus in manum recipiatur circunquaque invelu
tam et coopertam panno gꝛoſſo per pedalem mē
ſuram a manu diſtantem. Si bene conſideras mi
rabile fuit hoc ingenium ſapientum. a tali enim
caliditate et actuali et potenciali etiam actu cali
dis et partium acutarum aceti vehemens fit im
pꝛeſſio caliditatis in membꝛum induratum ⁊ ace
tum inter reliquos liquoꝛes pꝛeter oppob. ē ſub
ſtantie leutomeri. i. penetratiue magis. quare po
tenter agit ī membꝛum rarefaciendo ipſum leni
endo incidendo et reſoluendo. ad qð excellentꝛ ad
iuuat vigoꝛatio caliditatis in vapoꝛe illo que fit
pꝛopter reflexionem vapoꝛis a panno ſuperueni
entem. Et nota ꝙ hoc ingenium in apoſtemate ʒe
phiretico et nodoſitatibus iuncturaruʒ ſollenniꝛ

me linit. Quintum resolutiuum et proprie de simplicibus et per me expertuz ẽ vt accipiatur sa ponistica maior vel saponaria dicta. et est planta a terra eleuata per mensuram fere brachii cuius stipes nodosus est et concaua folia habens soli da ⁊ densa viridia ab albedine refracta et florem producit arcuatum in superiori parte colore ru- beo claro ab albedine refracto et suauiter aroma ticum. Cuius folia si confricentur pingui humi ditate leniunt membra lenitione consimili sapo ni. et propter hoc saponistica plãta dicta est. ⁊ cre didit famosus peregrinorum nominuz expositor medicinalium Symon ianuensis ipsam esse spe ciem artanite. licet ego inueniam discordiam inẽ ipsum et Dia. quem sepe allegat ⁊ tu lege ibidem qualitercunque igitur intelligas experientia lon ga innotuit mihi q̃ si conteratur hec planta et ex primatur succus in quem actu calidum infundatẽ lana et applicetur membris induratis multũ mi rifice mollificando aufert ⁊ resoluendo. Sextũ resolutiuum et potens est succus marelle vel ma tricarie maioris eodem modo applicatus. et est planta quã Auicena 2° can. nominat vaien. Hec mihi videntur sufficere satis pro complemento in tentionis prime. Iam autez oportet peruenirẽ ad intentionem secundam ĩ qua consistit curatio huius dispositionis ingenter scilicet ad apertõnẽ viarum per quas spiritus motiuus conuenienter penetrare possit ad membrum. Similiter etiam ad aptionem pororum neruorum et membrorũ motus nec non et ad apertionem viarum p quas nutrimentum penetrare possit ad membruz. q̃re oportet eligere instrumenta apertitiua originis neruorum et cordarum et lacertorum. Simil'r oportet aperire arterias per quas vitalis spiritus conuenienter membri calefactiuus penetrare po ssit. sicut etiam oportet apertas efficere venas ita vt materia nutricationis in conuenienti quanti tate recipiatur in membro. De numero ergo eoꝝ que aperiunt opillationes neruorum de interius exhibitis et simplicibus primum est ciclamen et est malum terre. ab italicis nominatus panis por cinus. cuius aqua sublimationis omnes opillatio nes tam arteriarum q̃ venarum et cerebri et co latorii eius et neruorum aperit. et fricatio cum pul. eius facta cum fece olei liliorum alboruz om nes nodositates et duricies a membris aufert.
Secunda medicina de expertis ad hanc intentio nem est frequens reiterata inunctio membrorum compactorum et opillatorum cuz pul. piretri bu lito cum oleo de quo dixit Serapio ĩ aggregato re capitulo de machitera. i. de piretro. confert ami ssioni sensus et motus. et posuit h° verbum auc. de simplici medicina. Dya. vero tertio de simplicium de ipso dixit q̃ iuuamentum eius in h° ẽ maximũ et est planta. c. ⁊ s. in tertio. licet quidam audaces non bene intuentes crediderunt ipsam esse fri. et accidit eis hic error. quoniam ipsa est stupefactiua vnde. A. 2° can. ca° 2° de carton qd est dixerunt q̃ est piretꝝ ⁊ ipsum est stupefactiuũ. Soleo autẽ accipere olei oliuarum antiqui lib. s. pul. piretri ʒ. i. terantur diu in mortario. deinde lento igne buliant vsque ad consumptionem tertie partis. Tertium medicamẽ vtilissimũ ad leniendum ner uos induratos et aperiendum eos est galbanũ qđ est gumi ca. i 2° ⁊ exiccatiz ĩ tertio. Cuius virtus ẽ lenitiua et resolutiua carminatiua ventositatum vt 2° can. in areola operationum ⁊ proprietatũ et confert lassitudini et alcuzet et spasmo lacerto rum. Dissoluo autem ego. ʒ. s. galbani cũ oleo an tiquo iam dicto. Oleum enim antiquum est ita di ssolubilius. sicut recens est dolorum mitigatiuuz 9° de ingenio sanitatis capitulo tertio ꝑ vnam cõ parationem. Quarta medicina ad hanc ĩtentionẽ est dibich glandium et est viscus quercinus qui secundum Auicenã ca. est in fine tertii et sic. ĩ pri mo. licet Serapio posuerit ipsum precise in secũ do. Et dixit Auicena de eo q̃ dissoluatur cum eq̃ li portõe sui resine ⁊ cere. exẽpli gratia oĩm ana ʒ. i. et confricentur ex eo membra egrotatiua. re soluit enim ⁊ lenit omnez duritiem in iuncturis et extrahit humiditates a profundo cum violẽtia non tantum grossas sed etiam subtiles. Quin ta medicina optime lenitionis ⁊ resolutionis ẽ bdellium quod est gumi palmarum siluestriũ tri plex inuentum ab auctoribus scilicet mechum iu daicum et siculum. mechum vero ponunt omnes fere frigide complexionis et sicce. non exprimen tes tamen gradum. iudaicuz vero posuit. Aui. ca. i fine primi et de gradu siccitatis eius tacuit. Si culum vero bdelium posuit siccius omnibus aliis Serapio vero audacter posuit ipsum ca. et sic in secundo. quicquid tamen sit ipsum tamen confert spasmo et duricici neruorum et congelationi ⁊ p prie coctum cum oleo vt prius dictum est. Atten dat tamẽ opator q̃ nõ accipiat bdeliũ antiquum quoniam ipsum priuatur lenitione. vnde secundo canone inquit Auicena. quoniam cum ipsuz anti quatur egreditur de lenificatione ad exiccationẽ quoniaz tempus exiccat ipsũ. Preter hec autẽ simplicia medicaĩa tria composita magnifice vti litatis ad hanc intentionem subiungo. quorum primum est compositum. Rasis mea cotidi ana experientia multotiens verificatum positum ab eo in diuisionibus 4° capitulo prope finem. cu ius descriptio per me rectificata est per hunc mo dum. ℞ fenugreci amigdalaꝝ a. armoniaci b. le lii olei liliorum al. lento igne buliant omnia vsqz ad formam vnguenti deducta. Intelligo autẽ ego amigdalas amaras oleum ipsarum. et aliquando loco olei posui gumi ipsarum. Secundum com positum eodem loco acceptum. penultimo capitu lo. ℞ cere citrine. olei de lilio adipis anatis et gal line medule cruris vacce ana. ʒ. i. mucillaginis se. lini. ʒ. ii. lento igne coquantur et dissoluantur si mul et fiat vnguentum. Et nota q̃ posui ceram ci trinam. quoniam ipsa est maioris lenitionis ⁊ re solutionis q̃ cera alba que propoleos nominatur
Ultimum compositum est de meis ⁊ meo iudi cio predictis efficatius ⁊ est hoc. ℞ armoniaci gal bani bdellii pinguioris ana. ʒ. i. oppoponacis. ʒ. s. fecis olei yrini fecis olei liliorum al. pinguedi nis tassi anatis medulle crurium boum ana. ʒ. s. ꝑ ine electe. ʒ. vi. croci. ʒ. i. cere citrine. ʒ. i. s. dissol uantur gume cum aceto forti. deinde coquantur simul lento igne preter crocum qui poni debet ĩ fine coctionis. Cum ergo omnia cocta fuerint lẽ to igne buliant in lib. i. succi vel mucillaginis fe nugreci vel in lib. s. succi vel mucillaginis grano rum sisami vsque ad consumptionez. excellen ter enim leniendo resoluit omnem materiam cõ pactam in iuncturis et vbique corporis. Cum g°

hec fuerint secunda septimana. approximata sup membro tunc fiat reuolutio de his resoluentibus ad lenientia descripta vt iam dictum est. At vero iterum si volueris aperire opillationes arteriarum et venarum vt recipiatur vberius in membro spiritus vitalis et sanguis congrua pro nutricatione membri. tria sunt sollemnia aperientia. quorum primum est vt accipiatur notabilis quantitas succi yposelini et est apium siluestre. licet eque bene valeat vt apium domosticum. Secundum per me expertum est frequens mediocris cum inunctione olei nardini. cuius laudes ingentes quere ab auctoribus hic propter breuitatem non positas. Tertium aperiens et potenter attrahens nutrimentum ad omne membrum marasmatum et consumptum est emplastratio membri cum pice mediocriter bulita. cuius laudes a Ga° quere 9° de simplici medicina capitulo de impinguandis membris consumptis. et vniuersaliter omnes auctores in hoc sunt concordes. Ego autem dulcius procedens soleo frequenter facere inungi membrum cum oleo calido sublimationis picis et inueni in eo iuuamentum excellens vt paulo ante apparuit in Corradino cuius totum crus a genu inferius vsque ad plantam pedis consumptum erat et induratum et fuit reductum ad notabilem conualescentiam. Itaque fuit et est potens ad progressiuum motum vt manifestum est. Taceo hic fricationes pannorum calidorum applicationes euaporationum cum aqua calida membris applicatarum. ventosarum sine scarificatione mediocriter attrahentium applicationem. et alia his similia que sunt omnibus nota. Superest autem nunc transire ad regimen per res non naturales eligendum. Itaque membrum suum custodire debet ab aere frigido ab omni humiditate auentitia et super ab aque effusione vel contactu et ipsum cirotecis bene calefacientibus coopertum tenere De secunda re non naturali euitet cibaria et potus omnes neruis nociuos. de quorum caueat comedere bletam que omnino omni neruoso membro est nociua. et effugiat vsum azimi panis et valde cocti et cibos omnes pastilles et pisces viscosos et cibaria omnia vehementer exiccantia vt salsa vel cum multis aromatibus cocta. Et specialiter dittamnum omnium leguminum vsum. Et vinum eius sit album colore substantia subtile et bene clarificatum. potentia vero minus quam mediocre. aut si fumosum fuerit frangatur cum aqua precocta et proprie de cisterna. Exercitium non est conueniens et pro prie magnum et longum ne ponat materias in motu fluxus ad membrum. lenis tamen fricatio ab humero vsque ad rasetam inferius trahendo conueniens est. Si vero exercitium toti corpori administretur nullum est ei conuenientius quam motus progressiuus satis lente factus. Et de his que motui attinent euitet omnem stricturam vel compressionem vel grauitatem super membro cadentem vt non fiat prohibitio transitus nutrimenti et spiritus ad membrum. Similiter in modo cibationis sue caueat a repletione ciborum magna ne calorem naturalem per modum alicuius suffocationis debiliter sed conuenientius est ei partius comedere quam appetitus expeteret. Pro accidentibus vero anime euitet omnia que vehementi agitatione possunt facere fluxum humorum ad membra. De vltima vero re non naturali omnino recedat a dormitione mediocri. ad augmentum et eius conuenientius est ei quam in vigiliis augmentum efficere. quoniam in somno melior fit digestio vniuersalis et particularis et nutrimentum amplioris quantitatis ad membra macrefacta effundi potest tempore dormitionis quam vigiliarum. sicut enim per somni applicationem fit innati caloris reciprocatio de exterius ad intra Ita econtra fit eorum de intus ad extra per vigilias expansio. Non ergo eque bene nutrietur membrum deficiente caloris naturalis conuenienti applicatione ad delegandum apponendum vniendum et assimilandum membro nutrimentum et cetera.

Consilium de stupore in extremitatibus digitorum manus et tremore totius brachii cum spasmo motu eiusdem et capitis sermonis ablatione et sensuum interiorum et tussi et aliis.

Dispositio huius nobilis multis egritudinibus et accidentibus complicata est. quorum quodlibet maxima consideratione indiget. Primum est stupor in extremitatibus digitorum manus dextre. Secundum est tremor illius et totius brachii vsque ad caput. Tertium est spasmosus motus totius brachii et dextre partis capitis Quartum est ablatio sermonis voce tamen adhuc remanente. Quintum est ablatio operationum sensuum interiorum omnium post illum motum spasmosum. Sextum est tussis molesta cum multitudine sputi grossi viscosi mali cum labore expulsi. Septimum est dolor circa regionem vmbilici sepe eueniens vsque ad inguina extensus et superioribus etiam partibus vsque pectus communicatus. Alia vero iterum accidentia quedam eueniunt de quibus non debet esse magna sollicitudo. Et quia omnia prefata accidentia difficilia sunt et suspecta non est possibile bene consulere nisi ipsorum aliquod fundamentum theorice inuestigetur ex quo modus curationis clarius elicietur et salubrius. Videtur autem ex narratis omnium horum accidentium causam principalem esse malam complexionem cerebri frigidam et humidam cum materia flegmatica lubrica satis et aquosa descendens a cerebro per nucham que opilat vias noni paris neruorum a nucha orientium per quos datur sensus manibus vnde cum opillatione incompleta vias illas claudat adhuc aliqua pars sensibilium spirituum transit quare saluatur sensatio aliquanta. Si enim materia complete opillaret a manibus sensatio totaliter aufertur. Adhuc etiam hec materia vias octaui paris neruorum a nucha venientium semi complete claudit. quare adhuc saluatur motus licet exiguus. per eos enim neruos motus manibus datur sicut per predictos sensus vt prima primi doc. prima. summa tertia. et primo Almansoris quarto capitulo colligendum. Hoc igitur accidens non parum suspectum est. quia causa est in cerebro. quia ad ipsum sequitur tremor et spasmus quare necessitat epilensiam aut appoplesiam vt secunda tertii capitulo 9° colligendum. Tremor autem qui est secundum accidens accidit propter debilitatem virtutis sustentatiue neruorum et multitudinem materierum grauitatiuarum. vnde partim vincitur natura a materia. partim autem materia a virtute vnde accidit passilitas quasi pugne inter

sustentantem naturam et grauitatem materiam
licet in pugna finaliter vsque nunc obtinuerit vir
tus secundum narrata. Non eni perseuerauit tre
mor immo aliorum accidentium semper remo
tione euanuit. de ipso tamen non leuiter dubitā
dum est. Nam si fixus fieret significaret magnaꝫ
frigiditatem in neruis et spiritibus ⁊ talis in se-
nibus medicamine non remouetur secūda tertii
5° capitulo colligendum. Catarrum huius viri ca
lidum et acutum ēe multis comunibus facile per
suaderi posset. sed ipse eger tactu manifeste perci
pit salsedinem caliditatem et mordicationem et
nocumentum etiam ex vsu calidorum. cuius quid
regimen minus difficile foret nisi temporis lon
gitudo ⁊ mala dispositio complexionalis immo ⁊
compositionalis pectoris que ex dscensu materie
ad ipsuꝫ acquisita est obuiarent. Materia ergo il
la subtilis lubrificatiua que fluxit ad pectus ibidē
fixa mollificat panniculos et ligamenta pectoris
et secundum multas partes in ventositatem con
uersa causa fuit arcuationis costarum et gibbosi
tatis earum. Ipsa etiam materia ibidem tempo
ris diuturnitate spissior facta pulmoni diafrag
mati immersa nocumentum in anhelitu continu
um et manifestum facit. Ex quibus clare satis re
gimen huius nobilis elici potest. qd duas pricipa
liter intentiones includit. Prima quidem est ma
teriam a cerebro continue fluentem abscindere.

Secunda vero nocumento anhelitus et pecto
ri prouidere. Et vtraque quidem intentio du
plici regimine compleri debet scilicet non natura
lium et medicinalium. regimen autem non natu
lium primo rectificandum est.

Capitulum secundum de cura per dietam.

Euitet itaque stationem in aere frigido multum
nebuloso ventoso et humido. Euitet stationes et
cameras locis humidis fontibus et fluuiis proxi
mas. similiter etiam septentrioni et meridiei de
tectas. Fugiat etiam aerem extensiue ca. et sic. Et
in sūma aer et domus tēpati quantum ē possibile
in qualitatibus eligantur. licet enim rationali iu
dicio ex canone curationis eius et preseruationis
ad frigiditatem inclinatus eligi deberet. antiqua
tamē debilitas cerebri et pectoris disponit ad pa
ti a cuiuslibet qualitatis excessu. Si tamen ad ali
quod extremitatum inclinari oportet. securius ē
ad ca. ⁊ s. aliqd transire ꝙ ad oppositas. De anne
xis vero aeri caput suum mediocriter infulis et
biretis in nocte custodiat. pelles igitur de vario i
ter alias meliores erunt. bireta etiam leuia pāno
ex grana tincto fieri debent. vestes autem omnes
collum et pectus stringentes ne anhelitu noceant
etiam suo tempore frigore diligenter et humidi
tate teneantur. In somno autē nocturno tempus
notabile ponat. per hunc enim digestio in cereb°
melior efficitur et humectatio aliquanta acquirit
Uigilie licet exiccando conuenirēt. quia tamen d
bilitatem augent spiritus consumunt et anima
les virtutes extermināt non conueniunt. Som-
num autem diurnum quantum est possibi-
le euitare oportet. quandoqꝫ tamen propter vigi
lias nocturnas et gratia restaurandi virtutes cō
cedi potest. et tunc fit a prandio distanter per du
as horas. et dormiens sedeat super catedra eleua
to capite et non flexo super anteriori vel posterio
ri parte sed super lateribus et neque spacium ho

re medie ꝯnius aliquo° pertranseat. Exercitium
autem ad materierum consumptionem in hoc ca
su conueniens esset tamen propter virtutis debi
litatem exercitia fortia euitanda sunt. et tempe
ratum itaqꝫ fieri oportet exercitium. ipsum eniꝫ
calorem innatum excitat. virtutes roborat. super
fluitates ad regiones conuenientes impellit ⁊ ad
consumptionem facit residui. tantū igitur exer
citetur leuiter ambulando vt eques vl' pedester ne
membra grauentur. Ita vt quasi sudor prouocet
deinde quiescat. hora exercitio conuenientior est
cum cibū a stomacho descendisse cognouerit. reli
quum autem in quiete tempus expendat. loco ta
men exercitii dū fieri non potest fricationes val
de conueniunt et fiat ante cibum per duas horas
cum manibus vel pannis calidis mediocriter fri
cando et incipiendo a genu vsque ad cauillas ped
Deinde a radice coxaruꝫ vsque ad genua 3° a loco
cinguli vsque ad nates. 4° ab humeris vsque ad
caudam fricationibus mensura sit vsque ad mem
brorum rubificationem manifestam. Inanitio
nem autem stomachi multam et longam euitare
oportet ne epar et stomachus in flegmata necessi
tatem addant in corde et anhelitus angustiam fa
ciant et caput nimium euaporando repleant et i
flamment. talis enim abstinentia in frigida cau
sa conueniret magis. non propter hoc tamen ma
gnam resolutionem stomachi et totius credat esse
proficuam. Comedat igitur quantum sibi satisfa
cere ad vitam et robur virtutis percipit. Si ta
men ad excessum inclinare debet minus malum
esset modicum in cibis minorando procedere ꝙ
augere. Si tamen quandoqꝫ stomachi repletionē
et totius ventris perciperet ad minus euacuatio
nem prouideat cum hoc clisteri. ℞ foliorum mal
ue mercurialis et violaruꝫ ana. M. i. fenugreci se.
sisami rad altee ana. M. ʃ. omnia coquantur iux
ta consuetudinem. et huius decoc. ℞ ciatos. iii. in
estate olei violarum. ℥. iii. zuccari ru. ℥. ʃ. cassiefi
stule. ℥. ʃ. salis. ʒ. iii. vitellum vnum oui et fiat cli
stere. In yeme vero. ℞ olei amigdalarū dulciū. ℥.
iii. benedicte yere ana. ʒ. ii. cassiefistule. ℥. ʃ. misce
Ad mundificationem vero superioris ventris et
diuersionem a capite in yeme conueniunt pillule
d yera. S. sumendo ex eis. ii. vel tres bis in septi
mana vel semel. Uel accipiendo pillularum istaꝝ
quaꝝ magis placet vnam per mediam horam an
te cenam in septimana bis. ℞ aloes succotrini. ℥.
i. infundatur per dies octo in aqua violarum dei
de soli exiccetur et addatur sandaloꝝ r. u. ʒ. i. ma
sticis. ʒ. ʃ. ⁊ fiat pillule vi. p qualibet. ʒ. De acci
dentibus anime euitandi sūt excessus omnes. om
ne igitur quod spiritus mediocriter mouet ⁊ dila
tat ⁊ accētrat conueniēs ē. que vero spiritus ⁊ calo
rem repēte mouēt trahunt ⁊ sepultos tenēt ei dis
conueniunt. quare superflua leticia risus tristicia sol
licitudo ⁊ ira dolor ⁊ similia fugiantur. Coytus
autē vsus huic dispositioni magnifice nocet. con
ceditur g° rarissime ⁊ ad plus i septimana semel
⁊ maxime cum stomachus iā digesserit ⁊ corpus
post somnuꝫ robustum satis ꝑcipietur. hora tamē
qua materia exuberant fluit ⁊ asmatis instantia
vehementissime molesta omnino a coytu dīstēduꝫ
ē. In cibis autē diligēt attēdere oportet. q enim
fortasse capiti conferrent pectori vero multuꝫ no
ciua forēt. quare abstineat ab omnibus ventos

et euapozabilibus et maxime calidis valde et fri
gidis vt a melle lacte leguminibus fructibus coz
ruptibilibus vt cerasis auelanis piris nucibus. ab
stineat etiam ab acutis vt pipere croco zinziber̄
aloe cepe porris eruca sinapi ⁊ similibus. abstine
at etiam a viscosis vt pastilibus piscibus animali
um pedibus ventribus ⁊ capitibus. Caueat etiam
omnino a sale ⁊ a salsis cibis. Euitet etiam acria
aceti ⁊ acetosorum frequentez vsum. Comedat er
go panem bene fermentatum plusq̄ communis
fermenti recipientem. Bracetellos autem ⁊ laga
nas ⁊ placentas ⁊ similia dimittat. Et si aliquan
do vteretur placentis cuz penidiis preparatis sū
me conferret. Carnibus vtatur pullinis vitullinis
edinis castrati iuuenis ⁊ agni annualis leporinis
capriolinis ⁊ auium minutarum fasiani perdicis
anatinis vero vtatur raro. ⁊ magis conueniūt eli
xe q̄ assate. licet quandoque semielixe per assatio
nem complete cocte sine lardellis approbentur.
De herbis conueniūt blete borago buglos magis
spinachie lactuce malue frequenter in cibo cocte
atriplices ⁊ portulace cum bono brodio cucur. be
ne preparate. caulium vero brodium cum bonis
carnibus optimum est. Cicerum ru. brodiuz se
pe laudo ⁊ granum quandoque quia pulmonez cō
fortat. Olera vero calida vt saluia rosmarinus h
pillum menta petrosellinum ruta abrotanum.
De fructibus vero euitentur nuces castanee. pira
poma cerasa non dura et pauca quandoque donat
Ficus etiam recentes comedantur. Similiter pe
pones dulces ⁊ angurie temperato vsu. Amigda
le etiam recentes ⁊ sicce ⁊ vue passe maiores ⁊ mi
nores preter cibibū. vue etiam recentes ⁊ dulces
conueniunt ante cibum. Persica vero accipiantur
⁊ ante cibum semper melius. licet si quandoqz acci
piantur post non esset error magnus. Pruna eti
am bene matura in mane per tres horas āte prā
dium sumpta placent. similit̄ granata dulcia lau
dantur. musa nulla vero fugiātur. Dactili vero
quia materiam ingrossant ⁊ pectori conferunt sit
laudata. ⁊ similiter grana pauca cum aqua calida
bene cocta pistachie etiaz bona sunt. Et iuiube be
ne mature ⁊ mora etiam. Citonia etiaz post cibū
cocta sunt bona. cruda vero nullonodo. Sorbe ve
ro ⁊ mespile post cibum rationali iudicio conueni
rent capiti. sed quia pectori nocent dimittant̄. Ci
trum vero arantia et fructus ⁊ olera omnia acria
fugiantur. raphanuz fungos euitet. Sapores om
nes agresta ⁊ aceto conditos in quibus ol'cedo vin
cat interduz approbo. Cappares autem ⁊ oliuas ⁊
reliqua salsa condita vitupero. Napos autem ⁊ ra
pas laudo quandoqz in ferculis ⁊ in igne coctas et
conditas sicut preparari solent. Oua autem quia
pectori tussi ⁊ raucedini vocis ⁊ caliditate conue
nientia sunt maxime sorbilia ⁊ in aqua cum corti
ce cocta. eorum tamen vsus euitari debet. quādo
accipiantur medicine calide nec a stomacho fuerit
deposite. corrumpuntur enim de facili ab eis et
euaporant capiti. Lac vero quia confert tussi ⁊ ex
tenuationi proprie caprinum ⁊ azininum videt̄
conueniens. quia tamen vniuersaliter nocet habē
tibus capita debilia secundum A. ideo non sit ei
vsus et maxime frequens. confert autem si accipi
tur pectori magis q̄ stomacho ⁊ capiti. Caseus au
tem non valde antiquus frangibilis nō salsus post
cibum quandoqz acceptus conuenire videt̄. Mel

autē ⁊ si medicīa pectoralis optima ponatur esse
quia tamen capiti non videtur esse conueniens di
mittatur. ipsius enim comestio facit possidere ab
lationem rationis subito. Aqua vero mellis maxi
me in yeme bene placet mihi ⁊ maxime si fieret
ex decem partibus aque ⁊ vna mell' vsque ad con
sumptionem tertie partis ⁊ loco vini. zuccaruz au
tem vniuersaliter sibi conuenire potest vntamē
si assumitur maxima existente siti ⁊ cuz amaritu
dine oris non confert. ⁊ proprie quādo stomachus
colericus esset plenus. ipsum enim ledit ꝓptea qz
ad coleram conuertitur 2° can. De confectionibus
laudatur confectio de pineis. de phisticis de amig
dalis penid marzapam ⁊ coriandꝝ preparatum
pauco zuccaro confectum ⁊ proprie post cibum ac
ceptum. prohibet eniz vapores colericos ⁊ flegma
ticos caput ascendere 2° can. De vino vero eligat̄
vinum album dulce aromaticum subtile medio-
cre in fortitudine qd cum aqua confractum conue
nientius est. et sit aqua clara subtilis leuis cruda
⁊ si nō habetur bona coquatur simpliciter. Lauda
rem autem maxime vt cuz granis masticis coque
retur duobus aut tribus. Aqua vero ordei cuz zuc
caro al. conuenientior est potus q̄ esse possit. simi
liter ⁊ iuscula ordeacea elegantiora sunt in hoc ca
su omnibus aliis ⁊ proprie cum penidiis. Uinum
etiam prefatum sit rubeum subtile ⁊ non turbidū
⁊ si dulce inueniretur non minus albo conueniēs
esset secundum rationem. hoc quidem regimen nō
naturalium quia materiei catarrizanti aduersat̄
⁊ pectus respicit ⁊ virtutem duas premissas intē
tiones complet si diligenter prospicias. Complet
similiter intētiones illas regia medicinalia mul
ta ⁊ diuersa inter que quantū expediet ordo poet̄

Capitulum secundum de cura p medicialia.

Primo quidem intendatur diuersioni materieꝝ
a capite ⁊ pectore cum fricationibus precedenti
ca° positis. Item cum ligaturis sepe factis in ma
ne et ante cenam super cauillas pedum ⁊ brachio
rum ⁊ super genua ⁊ cubitos p duos digitos. Itē
cum appositione ventosarum siccarum super pul
pis tibiarum interius ⁊ super natibus ⁊ hora ea
dem. Item sepe abluendo pedes ⁊ coxas cum aqua
decoctionis foliorum salicis vitis ⁊ saluie ⁊ maio
rane vel camo. Item cum clisteribus precedenti
capitulo positis ter vel quater i septimana hora
sua sumptis. Secūdo intendatur euacuationi mi
noratiue accipiendo semel in septimana. ℈. ii. ha
rum pillularum. ℞ pillularum de yera simplici
de reubarbaro ana. ℈. i. pul. violaruz grana. viii.
fiant pillule cum sirupo violarum. Item. ℞. man
ne. ℥. i. cassie fistule extracte cuz aqua ordei. ℥. i. su
mantur in mane. Item. ℞ diaprunis. ℥. i. manne
ʒ. x. accipiantur cum aqua ordei. Item. ℞ penidia
rū violarum ana. ʒ. vi. reubarbari electi. ʒ. ſ. succi
sy. ros. ʒ. ii. accipiantur i. mane Itē. ℞ p. assaieret
℈. ii. sandaloꝝ ru. violarum ana. g̅. vi. ⁊ accipiant̄
vt supra tertio intendatur digestioni materieruz
⁊ p hoc. ℞ sy violarum. ℥. i. sy. iniubini. ℥. ſ. aque
ordei. ℥. iii. misce ⁊ accipiātur sex diebus. Alius
sy. ℞ sy nenufaris. ℥. i. sy. violarum. ℥. ſ. aque or
dei. ℥. iiii. misce ⁊ iste melior esset in magno calor̄
⁊ vigiliis. Alius sy. et melior stāte fluxu. ℞ sy. de
papauere. ℥. i. sy. de prunis. ℥. ſ. aque violarum. ℥.
iii. misce. Quartus sy. vbi magna intentio esset
ad pectus. ℞ sy. de liquir. ℥. i. sy. de prunis. ℥. ſ.

aque vngule caballine ⁊ borraginis ana.℥.i.ß.miſ ce. Quintus ſy. aggregans intentionē ad vtrū qʒ.℞ ſy. violarum de papauere ⁊ liquir̄ ana.℥.ß. aque altee capi.ve. ⁊ violarū ana.℥.i.ß.miſce. Sextus ſy. yemali tempore conuenientior.℞ ſy. de praſſio vel de iſopo.℥.i.ſy.acetoſi ſimplicis.℥. ß. aque bugloſſe altee et violarum ana.℥.i.miſce. Quilibet horum ſiruporum accipiatur ſex vł ſep tem vicibus per nouem horas poſt cenam et diffe ratur prandium horis quattuor. Aſſumptis ſy. purgetur cum ſequentibus.℞ pillularum de reu barbaro maiorꝝ.ʒ.ß.pillularꝝ de agarico.℈.i.pillu larum cochiarum.℈.i.tertiam partem fiant ſex ⁊ accipiantur hora preſcripta abſtinendo a cibo ſecundum conſuetudinem. Alie pillule.℞ pil- lularum aurearum.ʒ.ß.pillularum de agarico.℈. i.miſce. Alie pillule.℞ pillularū de yera.ʒ.ß.pil lularum de ſarcocola.℈.i.fiant quinque cum ſiru po violarum. Alia medicina.℞ aque violarū.℥. i.aque betonice.℥.i.agarici.℈.i.reubarbari electi ʒ.i.ſpice zinziber̄ ana.ğ.iiii.manne.℥.i.infundan tur omnia ſimul et colentur in mane et exprimā tur et colatura calida bibatur. Alia medicina leuior.℞ manne.ʒ.i.ß.ſucci roſ.ʒ.ii.ſucci grana torum.℥.ß.aque ordei.℥.ii.fiat infuſio et poſt co letur et accipiatur alia medicina.℞ electuarii ſuc ci.ʒ.i.ß.caſſie fiſtule nouiter extracte cum aqua vi olarum.℥.i.agarici.℈.ß.zinziber̄ ſandalorum ru. ana.ğ.iii.miſcee et ſumantur cū aqua ordei.poſt omnes iſtas medicinas differatur prandium per ſex horas et ßª hora accipiat lauatiuum ſecundū conſuetudinē. Rationali ꝯſ̄atōe gargariſmata ī quantum materias in cerebro contentas educunt non viderentur hic oportuna.ſatis enim per ſe materia per palatum defluit.ſed inquantum ma terias vltimate ſiccant cōpetere poſſūt. Poſt igi tur purgationes gargariſma hoc colere ⁊ flegma tis a capite attractiʒ bonum eſt.℞ aque ordei be ne zuccarate.℥.ii.ſucci roſ.℥.i.pul. diagridii.ğ. iii.et ex eo calido facto ſtomacho ieiuno in ma ne poſt aliquod excercitium impleatur os et gar gariʒando quantum teneri poteſt cum eo opus fi at. Si vero fluxus multum infeſtaret cerebri de bilitate potiuſ ꝙ̄ plenitudine fiat hoc gargariſma ℞ macis.ʒ.ii.roſ.ʒ.i. maſticis thuris ana.℈.ii. coquantur in lib.i.aque vſque ad conſumptionem medietatis et facta expreſſione fiat de hoc cuʒ zuc caro candi gargariſma ⁊ vʒ et confert. Caputpur gia ſoluerunt adminiſtrare ſapientes propter vl timataʒ et propter appropriataʒ materierum a cerebro attractionem.et conferunt propter hec.⁊ quia materiam a medio ventriculo ad anterioreʒ diuertunt et a loco fluxui conſueto diſtrahūt. His autem caputpurgiis acutam materiam aſpicienti bus raro modernorum medicos vti aliquos vidi

Ego tamen poſt multa tria mihi experta con ſcribam. Primuʒ eſt hoc.℞ aque ordei.℥.ii.ſucci roſ.℥.i. attrahatur vt infra. Secundum eſt hoc.℞ reubarbari electi.ʒ.ß.diagridii.℈.ß.bulli ant in lib.ß.aque violarum vſque ad conſumptio nem medietatis et coletur per pannum ſpiſſum et fiat. Tertium eſt vt ex ſucco fumiterre idē fi at. Adminiſtratio autem eoruʒ talis eſt hora qua ſtomachus eſt vacuus ī pleatur os aqua deinde ali quod horum in manu calidum per nares attraha tur leui et paulatino tractu et fiat quater vel quī

quies in mane vel ſero.poſt ea diligenter demu catio ſine violēta attractione fiat. Collutiones ad miniſtrant phiſici quandoqʒ ad attrahenduʒ a ca pite materias Bō igit̄ collutio flegmatiſ ſalſi a capite attractiua eſt hec.℞ aque ordei.℥.iiii.pipe ris albi zinziber̄ agarici ana.ğ.vi. reubarbari.ʒ. ß.ſucci roſ.℥.ß.zuccari.℥.i.totum ſimul miſceat̄ et calidum in ore totum hinc inde voluatur dein de emittatur. Colutio confortatiua et reumatiſ prohibitiua poſt generalia competēſ eſt hec.℞ ro ſarum granorum mirti ſumach acatie ana.ʒ.i. ß.tre ſigillate ſpodii ana.ʒ.i.maſticiſ.ʒ.ii.coquat̄ in lib.iiii.aque vſque ad conſumptionem duaruʒ partiū et cū zuccaro candi dulcoretur et fiat colu tio vt ſupra. Maſticatoria ꝯīa ſunt maſtix thus et yreos.piretrum autem hic mihi non placet. Ego vero ſepe ad attrahendum flegma ſalſum et acutum inueni hoc vltimum.℞ yreoſ.ʒ.ß.reubar bari electi.ʒ.i. diagridii.℈.ß.maſticis.℥.i.amili ℥.ß.roſarꝝ violarꝝ ana.ʒ.i.mucillagis dragagantiſ ℥.i.fiant pillule de quibus vna groſſa maſticet̄ in mane. Maſticatio vero confortatiua et ſtiptica eſt ex thure facta.et delectabilior eſt que fit ex aca tia.vel maſticando gallam quercinam. Pulueres ſuper prora capitis adminiſtrant ſapiētes ad cō fortationem cerebri et conſumptionem materie rum et prohibitioneʒ fluxus earuʒ. Optimus igi tur eſt iſte puluis aggregans omnes intentiones predictas.℞ roſ florum ſalicis mirtillorum ana ʒ.i. thuris maſticis laudani ſandarace ana.℈.i. gallie muſ.℈.ß.macis.ʒ.i.fiat puluis ex quo ſuper prora capitis omni ſero ponatur cum vadit dor mitum et in mane cuʒ pectine abſtergatur.tempo re vero immoderati fluxus puluis iſte ponat̄ ad exiccandum et conſtringendum.℞ ſandarace.℥. i.laudani.℥.i.macis.ʒ.i.ß.fiat puluis et apponat̄ vt alius. Confortāt cerebrum odores non paruʒ in hoc caſu fit iſtud.℞ tamariſci.ʒ.i.roſ.ſiccaruʒ ʒ.ii.camphore ğ.vi.ſandarace.ʒ.i.ß.macis.℈.i.fi at puluis et ligetur in ſindone et portetur in ma nu ſepe odorando ſeu olfaciendo.eis vtuntur me dici ad intercipiendum fluxum et confortandum cerebrum. De ſuffumigationibus vero ſiccis meli or eſt facta ex ſandaraca prunis appoſita ſuper cu ius vapore caput inclinetur. Et nota ꝙ vʒ ad cali lidum et frigidum fluxuʒ ſimul. De ſuffumigatio nibus vero humidis leuior eſt hec.℞ ordei.M.i. foliorꝝ ſalicis tamariſci lambruſce ana.M.i.ß.cā phore.℈.ß.macis.ʒ.ß.camomillꝰ.M.i.coquantur in aqua ſuper cuius vapore caput et facies incline tur. Hic conſiderare diligenter oportet in hac cō diſpoſitione ablutio capitis eſſe debet ex actu cali dis.potentia vero frigidis.que tamen propter ce rebri debilitatem debēt eſſe remiſſa frigida potē tia vel temperiei vicina. Et hoc intelligitur quan do per ablutionem querimus alterationem equa tionem materiei in caliditate et tunc poterit eſſe ablutio talis.℞ violarum ſe.papaueris al. florū nenufaris ſe.altee.florum ſalicis ana.M.i.coquā tur in aqua et addito cinere fiat lixiuiuʒ. Ubi ve ro per ablutionem querimus materierum ad cu tem diuerſionem et conſumptionem predicte de coctioni addantur ſaluie maiorane ana.M.ß.ſigil le.ʒ.i.et fiat lixiuium vt ſupra ex quo caput ablu atur cum ſapone et ſemper exiccetur cum pannis leuiter calidiſ. Sulphurea vel aluīoſa aut nitroſa

balnea non conueniunt nisi in materia et cause frigidis propter causas notas. ubi tamen virtus esset fortis et si in casu materia illa sit acuta quia tamen est multo flegmati mixta ad consumptionem salse et acute non esset inconueniens administrare sulphureum aut salsum. Ego etiam experientia certa scio quod balneum petrioli magnifice iuuit plures in simili dispositione. Tempus autem accipiendi illud balneum est in mense septembris post purgationes. De balneis autem alteratiuis et diuersinis optimum est omni mane ingredi bal. aque dulcis mediocriter calide. et mirabile est quod Auicenna cum aliis concedit administrationem fortiter in frigidatiua actu super caput quod tamen moderni facere aborrent nisi in maxima flamma et forti virtute et etate consentientibus ad hec. Circa pectus dupliciter prouidendum. primo quidem vt materia effusa et stans expuatur. Secundo vt anhelitui subueniatur. licet materia secunda dependeat a cura primi. Ad facilitandum igitur sputum optimus est sy. de liquir. et violarum. calidiores vero et fortiores sunt sy. de ysopo de prassio. materia multum existente viscosa predictis addantur ℥. iiii. vel. vi. oximellis simplicis et omnes isti accipiantur cum aqua ordei calida. Singulare et bonum sputum prouocans est aqua vngule caballine. Item aqua enule. Item manna in ore retenta. Ilem penid confectio bona. ℞ amili. ℥. i. se. citruli mellonis cucur. et anguríe ana. ʒ. iiii. dragaganti gumi arabici ana. ʒ. vi. liquir. ʒ. ii. penidiarum. ℥. ii. croci. ℊ. iiii. zuccari candi. ℥. ii. violaram. ʒ. ii. granorum sisami. ℥. ß. fiat confectio in rotulis cum sy. violarum et de hac sepe teneatur in ore et labendo descendat. Unguentum bonum pectori. ℞ pinguedinis anatis ℥. i. butiri. ℥. ß. olei de sisamo olei violarum ana. ℥. i. ß. croci. ℈. i. p. tassi. ʒ. vi. cere al. ʒ. vi. fiat vnguentum molle et lauetur bis cum aqua ordei in qua coquatur modicum croci. Crocus enim est de summa medicinarum conferentium malitie anhelitus et difficultati eius. confortat enim instrumenta et facilem efficit anhelitum. x^a tertii. quare vtatur eo in cibis mediocriter. Si autem hoc vnguentum magis mollificatiuum facere vis adde mucillaginis se. sisami et fenugreci ana. ℥. i. et adde in cera. Non parum inunctio sumis ani testiculorum et partium eis adiacentium confert. mirabiliter etiam catarro acuto. Et simile huius ponitur 8^a tertii de cura scissure labiorum et tu solue problema. ℞ p. de yera simplici. ʒ. ß. pillularum de sarcocola. ℈. i. fiant pillule. v. cum sy. violarum et accipiantur die lune sequenti ad complendum purgationem quam incepistis. Hec sunt mihi vtiliora in casu vestro visa Ad laudem dei omnipotentis Amen.

Consilium pro impotentia ad motum progressiuum que remansit post dolores podagricos.

Post dolores iuncturarum et maxime inferiorum qui communiter podagrici nominantur. hominibus remanere solet impotentia ad motum progressiuum in quo dum ambulare intendunt. licet non magnifice doleant tamen non est in iuncturis inferioribus potentia sustentandi mollem totius corporis. quia debiliter et non nisi cum magna fatigatione ambulare possunt. Cum igitur vir iste iam diu egrotauerit dolore podagrico non est mirabile si ipse incidit debilitatem in motu progressiuo. quoniam est vir complexione flegmaticus et habitudine sanguineus grossus et notabiliter repletus. Ea propter in subueniendo ei quinque mihi occurrunt instrumenta medicinalia de melioribus et securioribus et sine magno fastidio applicabilia que sunt sequentia.

Primum itaque ipsorum est hoc. ℞ aloes preparati. ℥. ß. pulpe colloquintide. ʒ. i. diagridii. ʒ. ß. pulueris hermodatillorum. ʒ. iiii. puluerizentur omnia et cum zucco rosarum formentur pillule pro omni. ʒ. vii. de quibus vir accipiat. omni fine quindecim dierum. vi. et post earum assumptionem tardet comedere per. vi. horas. diebus autem intermediis de eis accipiat omni quinta die vnam paucum ante cenam. Secundum vero remedium est hoc ℞ specierum electuarii de ligno aloes specierum diatrionpipereon ana. ʒ. i. sandalorum alborum violarum seminis acetose ana. ℈. ß. zuccari albi libram. ß. coquatur zuccarum cum aqua assari vel petrosellini et fiat confectio in rotulis. iii. ʒ. de qua omni die parum ante cenam et prandium accipiat rotulam. i. aut saltem semel in die continuando ipsam per totum mensem ianuarii futuri. Tertium vero speciale remedium est hoc. ℞ aque in qua fabri extingunt ferramenta sua situlas. iii. gallarum cupressi numero xv. gallarum quercus numero. xl. hermodactillorum peonie ana. ℥. i. omnia bulliant in aqua predicta vsque ad consumptionem tertie partis et cum tali aqua calida patiens lauet membra sua a genu vsque ad plantas pedum omni sero et omni mane ante cenam et ante prandium. Quartum remedium est hoc. ℞ olei omfancini. ℥. ii. masticis sandarace spodii ana. ʒ. i. conquassentur simul in mortario vehementer et cum illo linimento actu calido post ablutionem suprascriptam inungantur omnes iuncture debiles in virtute motiua tamdiu quamdiu fit predicta ablutio. Ultimum vero speciale est hoc. ℞ sanguinis draconis boli ar. sandarace acatie masticis thuris mirre ana. ʒ. ii terre sigillate amili ana. ℥. i. succi plantaginis et ros. ana. ℥. i. ß. conquassentur in mortario longo tempore et fiat linimentum. Cum ergo hic vir continuauerit linimentum suprascriptum post ablutionem predictam tunc omni mane et sero per horam ante cenam et prandium inungat sibi omnes iuncturas lesas continuando vnctionem predictam vsque ad mensem ianuarii futuri et hoc regimine speratur ipsum bene remanere dispositum.

Consilium de sciatica.

Pro illa domina que patitur sciaticam occurrunt mihi ista. Primum est potus iste quem omni mane calidum accipiat. ℞ aque sublimationis radicum peonie radicum hermodactillorum ana. ℥. ii. et dentur calida in aurora. Secundum est quod hec mulier omni die post predictum potum per tres horas accipiat vnam de istis pillulis. ℞ pillularum fetidarum pillularum de sarcocola ana. ʒ. ß. pulueris arthanite. ʒ. i. cum succo apii fiant pillule ex omni. ʒ. vi. Tertium vero est linimentum hoc de quo omnes partes anchar

ꝛ rota scia ꝛ loca ad que extenditur dolor omni
die ter diligenter inungatur. ℞ olei omfancini. ꝛ
loco eius olei ros. ℥. iiii. olei de costo olei de man
dragora ana. ℥. i. ß. sandarace. ʒ. ii. thuris ypoqui
stidos acatie gallarum cupressi masticis ana. ʒ. i.
ß. pulueris peonie ꝛ hermodatilorum ana. ʒ. ii. sa
lis nitri croci ana. ʒ. i. pulueris serapini oppopo
nacis resine ana. ʒ. i. ß. cere rubee quantum sufficit
fiat vnguentum molle ꝛ non solet me fallere.
Quartum instrumentum est vt si facta est flobo
tomia sciatice bene est. si autem quod ipsa fiat. Et ite
rum apparente declinatione egritudinis quod vide
bitur ex missione doloris ꝛ accidentium aliorum
fiat iterum flobotomia de sciatica aduerse partis
Hec enim perfecte erradicat materias diuertendo
ꝛ preseruat a recidiuatione ipsius euentus. Quin
tum instrumentum est vt si in declinatione mor
bi videbitur remanere lassitudinem ꝛ debilitatem
in motu progressiuo in anchis et in coxis tunc ap
plicetur ei hoc cerotum quod amplectatur partes spi
ne inferiores. ꝛ locum vertebri ꝛ fixum permaneat
super parte. ꝛ si locum excoriaret aut pruritum ma
gnum efficeret remoueri potest. ꝛ locus scalpellan
do vel cum panno aspero fricando bene agitetur
deinde iterum cerotum vt prius superponatur. ꝛ
eum diu portetur vsquequo iuncture fuerint ad sa
nitatem restitute. cuius descriptio. ℞ picis naua
lis bene cocte ꝛ inspissate lib. ß. saponis nigri. ℥.
i. ß. hermodactilorum peonie ana. ʒ. i. resine elec
te. ℥. i. ros masticis acatie ana. ℈. iiii. euforbii. ℈.
i. attrament[i] combusti. ʒ. i. cere quantum sufficit.
fiat cerota magne viscositatis ꝛ applicetur vt dic
tum est. Hec enim quinque instrumenta gentem
plurimam sanauerunt a sciatica etiam molestissima
perfecte Ad laudem dei Amen.

Consilium de dolore ancharum ꝛ sciatico invicem
commixtis et cetera.

Hec domina egrotat dolore ancha
rum ꝛ sciatico inuicem commixtis
quod apparet. quia dolor fixus stat
in parte coniunctionis ossium na
tium cum spondilibus. que proprie
coniunctio ancha nominatur. Similiter etiam do
lorem habet in loco coniunctionis vertebri cum pi
xide ossis anche. que schiala apud grecos vel scia
nominatur apud latinos. Et est hec dispositio pen
dens a materia sanguinea ꝛ flegmatica inuicem
mixtis. Mulier enim hec a generatione fuit ꝛ ad
huc sanguinea est. quod apparet ex statura magna
eius. 2° ex grossitudine membrorum qui medio
critatem transeunt. 3° ex pinguedine ipsorum. 4°
ex viuido colore rubeo totius corporis. Et hoc ex
grossitudine ꝛ plenitudine venarum totius. Est au
tem in ea generata materia flegmatica ꝛ congre
gata in partibus inferioribus velut caliditate pau
perioribus. et effusa est hec materia in nucham et
in neruos ramificatos a spondilibus renum ꝛ cau
de. materia igitur talis mixta facit dolores exten
siuos grauatiuos ꝛ compressiuos in predictis lo-
cis. s. ancha ꝛ in scia multum eam molestantes. Et
ex hoc apparet quod essentia egritudinis est triplex
s. mala complexio ex sanguine ꝛ flegmate posita in
predictis partibus ꝛ dolor anchalis ꝛ tertio est do
lor sciaticus vsque ad genu ꝛ medium crus per co

xam extensus. Cuius cura fieri debet secundum
hunc modum. Primo mane vno euacuetur cum
hac medicina assumpta in aurora. post quam pa
rum dormiat. ꝛ in quinta hora post assumptionem
eius accipiat plenum ciatum aque ordei calide. et
vna hora post ipsam prandeat. cuius descriptio est
℞ electuarii idi. ʒ. iii. ß. boni ponderis electuarii
ros. ʒ. i. ß. misce cum. ℥. iii. aque decoctionis zinzi
beris. Post assumptionem predicte medicine seque
ti die circa horam vigesimamprimam fiat sibi flo
botomia de vena sciatica dextri pedis. que reperi
tur in siluestri parte eius inter calcaneum ꝛ cauil
lam et educantur sanguinis. ℥. v. vel sex. Facta
vero flobotomia predicta sequenti die accipiat hoc
digestiuum. quod continuare debet diebus in auro
ra sumptum ꝛ calefactum. Cuius descriptio. ℞ si
rupi compositi acetosi sirupi de eupatorio ꝛ mell.
ros ana. ℥. ß. aque ypericonis. ℥. ii. aque acetose. ℥.
i. ß. misce. Tempore quo accipit hoc digestiuum
si venter est stipticus omni sero parum ante cenam
accipiat vnam de istis pillulis. aut saltem omni
tertio sero. ℞ aloes abluti. ʒ. ß. pillularum de sar
cocola pillularum de serapino ana. ℈. i. diagridii
g. i. misce ꝛ incorporentur cum succo ros. Simi
liter tempore quo accipit digestiuum suprascrip
tum omni die bis. vt mane ꝛ sero inungat omnem
regionem ancharum ꝛ totum spacium. quod amplec
titur dolor cum hac vnctione. Cuius intentio est
partim refrenare cursum materierum ad locum
partim vero sedare dolorem. partim consumere
partem materiei iam congregate. Cuius descrip
tio. ℞ olei omfancini olei ros ana. ℥. i. olei de ane
to olei vulpini ana. ʒ. vi. croci. g. vi. sandarace thu
ris ros masticis ana. ʒ. ß. terantur simul species be
ne puluerizate longo tempore cum oleis in mor
tario et fiat invnctio vt dictum est. cum eo calido
locum circunligendo cum fascia mediocris adhe
sionis. Accepto vero digestiuo predicto post ip
sum die immediate sequenti purgetur cum istis
pilulis. quarum descriptio. ℞ pillularum de sera
pino pillularum aurearum et sarcocola ana. ℈. i.
b. p. reformentur pillule. vii. vel. viii. cum electuario
succi ros ꝛ vno grano diagridii. ꝛ in earum assump
tione ꝛ operatione obseruentur regule et conditio
nes de prima euacuatione posite. Postquam vero
fuerit hec domina purgata. si dolor videtur tende
re ad declinationem manifeste tunc non debet ali
ud innouare nisi quod vtatur invnctione suprascrip
ta et assumptione pillularum quas accipiebat tem
pore digestiui omni die vel tertia die vel quarta
secundum maiorem vel minorem ventris fluxibi
litatem. Si autem contingeret quod post predic-
tas euacuationes et remedia alia. dolor non esset
manifeste alleuiatus. tunc super ancha et super lo
co vertebri apponatur cerotum vnum. omnia illa
spacia diligenter amplectens. Cuius intentio est
vesicando ꝛ cutem abrumpendo materiam attra
here a profundo membrorum. ꝛ consumere ipsam
et fortificare iuncturas. Cuius descriptio. ℞ resi
ne electe armoniaci ana. ℥. i. calcanti combusti. ʒ.
ii. auripigmenti. ʒ. ii. antimonii. ʒ. i. ß. pulueris
artetice peonie. ana. ʒ. ß. piretri. ʒ. i. ß. olei de eufor
bio. ℥. i. cere quantum sufficit. fiat cerotum magne
uiscositatis. quod post buliat in. ℥. iiii. succi pedis cor
uini vsque ad consumptionem ipsius. portet ergo
hoc cerotum super locis illis tempore tanto quo

percipiat manifestam sanationem vel conualescē
centiam. Deinde locum illum consolidet cū inunc
tione facta cum oleo ros. inspissato cum puluere
gallarum cupressi. ex his leuiter confricando locū
actu tepidum. Et si per huuc modum vt spero sa
nabitur habebit intentum. Sinautem scribatur
mihi ⁊ prouidebo sibi d̄ remediis leuioribus me
lioribus Ad laudē dei amē. Abstineat a multo
vsu aceti ⁊ leguminum a cibis pastilibus a lacte a
multitudine piscium ⁊ ab vsu vini albi valde po
tent. ⁊ a multitudine vł frequentia coytus ⁊ a ve
hementi frigore aeris et ab humiditate eius et
a fortibus excercitiis ambulandi et montes ascen
dēdi maxime in tempore quo sollicita ē remediis
suprascriptis Amen.

Consilium ad sciaticā.

Iro eximie laudis egregio docto
ri magistro Bartholemeo mino
nepoti suo dilecto Bartholome-
us de montagna exiguus phisicus
salutem dicit. Non est mihi extra
neum neque stupendum si te aduocauerit ⁊ in suū
gubernatorē elegerit egregia illa comunitas. Le
niaci. virtutes enim hominum homīes eliciunt ad
honores ⁊ vtilitates extollendas. quare age felici
ter vt melius continue te sublimes vigili studio ī
cognoscēdo distincte egritudines ⁊ sollicite te pr̄
bendo egris. sic eniz itur ad astra. Qd̄ vero demū
scribis de cōmendatissimo viro illo qui sciaticam
patitur ⁊ qd̄ a te circa ipsuz actum fuerit optimū
fuit totuz ⁊ laudabile. At quid deinceps ī eius dis
positione agendum sit sex mihi visum est procede
re remediis. Primum quidez est vt eligas ma
ne horam electam ⁊ facias ipsum flobotomari de
sciatica vena contrarii pedis educendo sanguinis
quantitatem quinque. ℥. aut. saltem. iiii. ⁊ non mi
nus. deinde ab omni motu progressiuo iuxta po
ssibile eligendum quiescat diebus ad minus octo
Et vinum sit subrubeum clarum aromaticum pō
ticum qd̄ limphetur cū altera medietate idromel
lis. Secundum vero principale instrumentuz
est vt omni mane non multum distante ab ortu
solis ⁊ omni sero hora xxii. cum magnis spongiis
nouissimis fomentetur ancha cum maiori parte
natis ⁊ magna parte coxe patientium. spongiis ī
quam infusis in decoctionem istam et bene ex
pressis. ℞ granorum peonie contrictorum et ra
dicis eius hermodactilorum ana. ℥. i. ʃ. ipericonis
andachoche sticados folii acori ana. ℥. iiii. corti
cum papaueris albi numero octo coquantur omīa
in octo situlis aque atalis vsque ad consūptionez
medietatis in cuius decoctionis fine ponatur. ʒ.
i. ʃ. croci integri. fiat autem predictarum spongi
arum applicatio quattuor vicibus in mane ⁊ quat
tuor in sero. Tertiuz speciale remedium est vt
post predictam fomentationem in nocte vngant̄
predicta loca ⁊ crus vsque ad clauicullam cum hoc
vnguento mediocriter calido. ℞ olei vulpini. ℥.
iii. de piretro ⁊ de castoreo ana. ℥. ʃ. pinguedinis
taxi. ℥. ʃ. anadachoche agarici sticados ana. ʒ. i. sei
num lactuce portulace scariole ⁊ florum nenufar
ana. ʒ. ii. croci. ℈. i. cere albe quantū sufficit fiat vn
guentum molle qd̄ post ea bulliat in. ℥. iiii. succi sē
perviue vsque ad ipsius consumptionem succi.

Quartum vero speciale remedium est vt idez pa
tiens postq̄ mane fomentatus fuerit vt supra po
nat hoc cerotuz super parte anche qd̄ ibi continue
applicatum remaneat vsque ad tempus fomenta
tionis nocturne cuius descriptio. ℞ ēplastri apo
stoliconis. ℥. i. ʃ. de mucillaginibus. ℥. ʃ. oppopo-
nacis ⁊ armoniaci pinguiorum galbani ana. ʒ. ii.
radicum peonie hermodactilorum acori seminis
iusquiami albi ana. ℈. ii. croci. ʒ. ʃ. cum sufficienti
quantitate cere fiāt cerota sperica latitudinis vni
us spanse super panno de grana inuoluta. quorū
alterum permutatim apponatur membro vt iā
predictum est. In hac enim compositione spero q̄
substentatur potentia integre sanitatis huius vi
ri. qd̄ cerotuz dum conficitur superaspergatur ace
tum. ipsum enim ponitur in curis egritudinum
etiam frigidarum vt penetrare faciat quarta pri
mi ca° primo in fine. Quintum speciale reme
dium est hoc. ℞ aloes abluti. ʒ. iiii. agarici electi.
ʒ. i. formentur pillule de omni. ʒ. vii. cum sirupo
composito acetoso d̄ quibus omni tertio aut quar
to sero accipiat vnam immediate ante cenaz. secū
dum tuam discretionem. Ultimum vero reme
dium est hoc. ℞ specierum electuarii de acoro. ℥.
i. ypericonis ⁊ andachoche radicuz peonie ana. ʒ. i.
sticados zinziberī ana. ℈. ii. oximellis compositi li
bram. ʃ. zuccari albi. ℥. ii. fiat electuarium de quo
iste vir in mane in aurora deglutiat quantitatem
iii. ʒ. bibendo post ipsum. ℥. i. aque sublimationis
andachoche tepide ⁊ subduplu3 huius electuarii
cum subdupla portione aque per horaz ante cenā
⁊ per duas horas post cenaz accipiat. Quid de ypi
cone scribatur secundo canonis proprio capitulo
lege. Laudes vero andachoche collige secunda ter
tii primo capitulo. et hac ī fen etiam videbis quid
de conditis de acoro scribatur. vale et si me dili-
gis magis tamen te ipsum stude ⁊ iterum stude p̄
lege ⁊ ita felicitabuntur opera tua. qd̄ summa om
nipotentis misericordia concedat Ad laudes eius
immortales amen.

Consilium de dolore anchali ⁊ sciatio ⁊ alchatin

Dolores huius nobilis viri ancha
les nominandi intelligendo per
ista mēbra loca coniunctionis ossi
um natum insimul cum spondili
bus inferioribus alchatin ⁊ caude
⁊ quia ossa ista in lateribus partibus exterioribus
concauata sunt in quorum concauitate solidatur
superior pars focilis coxe mediāte ligamēto gros
so ⁊ breui has partes concatenantes insimul. et no
minatur locus ille scia. ideo propter loci propinq
tatem ad materiam morbi necesse est illius mate
riei partem deriuasse ad sciam. vnde facta est cō
positio dolorum diuersorum scilicet anchalis et
sciatici. Prouenit autem hic dolor a mala com
plexione frigida ⁊ humida ⁊ multa materia fleg
matica ⁊ mucillaginosa ingrossata ibidem per di
uturnitatem temporis partim propter resolutio
nem partium aquearuz et aerearum factam a ma
teria colerica que. predicte materiei flegmatice cō
mixta est ⁊ debet denominari flegma colericum. i
cui colera notabiliter est commixta. Et sicut ex si
gnis dignosci potest materia colerica predicta nō
est pura co. ru. sed est colera vitellina commixtiōe

eius et grossi flegmatis facta. vnde ex predictis itelligi potest quod dolor iste est accutus quandoque secūdum quod magis miscetur de colerica materia illi flegmati semper tamen dominante flegmate vnde hic dolor quandoque percipitur cū vestigiis caliditatis et aliquali rubedine loci. Aliquando tamen dolor iste remissior est et cum signis frigiditatis inuentus et proprie quando flegma notabiliter superexcedit materiam colericam. Unde ex predictis iterum deduci potest quod longior et fortior est hec egritudo propter maiorem profundationem et penetrationem illius flegmatis accidentaliter in eo acquisitam a colera sibi cōmixta. Sūt autem he materie immerse vilis neruorum oriētium a neruis spondilium alcatin et caude. et materie etiam iste in extremitatibus cordarum et musculorum lumbalium interiorum et exteriorum immerse sunt. et in partibus ligamentalibus que ibidem inueniuntur concatenare iuncturas predictas. que tamen ligamentales partes non sūt vera ligamenta sed resultantia ex ligamentalibus partibus orientibus ab ossibus predictis et vilis neruorum sensibilium sibi commixtis propter quod talia ligamenta sunt membra sensibilia. Alia vero ligamenta vere dicta talia et proprie illa que oriuntur ab ossibus nō sentiunt. Ligamentorum enim nullum habet sensum. prima primi capitulo de membris. Ex hoc ergo fundamento solui potest questio de acutissimo dolore in ligamento vertebri euenientis illud enim non est verum ligamētum. Ex quibus omnibus inuicem collectis vltimate apparet que sit egritudo. quoniam est mala cōplexio frigida et humida predictarum partium. Apparet vlterius que sint ille partes. apparet iterum que sit materialis causa egritudinis. Et 4° colligitur ex istis que et qualia sint accidētia. Est enim dolor quandoque extensiuus. quandoque intensiuus punctioni commixtus. quandoque caliditati aliquando frigiditati associatus vt supra visum est. vnde ad eius curationem ingrediendum est secundum quod in sequentibus apparet.

Capitulum de cura per dietam.

Dirigatur itaque regimē huius viri per sex res non naturales vt ipse fugiat habitationes in aere frigido humido ventoso. et locus habitationis eius remotus sit a terra et a decursibus aquarum et vallium et paludorum. Et sit aspectus eius orientalis et meridionalis. aut calefiat locus eius accidentaliter cum frequenti et multo igne et parietibus bene munitis Ita vt murorum antiquorum edificia euitentur et loca predicta patientia bene calida conseruentur et caput etiam ne ex eius frigiditate augmentetur in eo materia frigida apta descendere ad patientia loca. Exercitium euitari debet et proprie istātibus doloribus quiescere debet quousque membra a doloribus priuata fuerint et bene fortificata. De modo vero cibationis aduertat quod sit in comedendo parcus et similiter in potu immo eius regimē inclinetur ad inanitionem aliquantam. et non accipiat cibum aliquem vel potū nisi necessitate finis aut potius vrgeatur. propter quod cum nausea et fastidium stomachi imminet semper a cibo fugiat et in cibatione sua plurima masticatione vtatur. Fercula diuersa et numero plura dimittat et ita de potu dicendum. De modo vero dormiendi caueat subito post cibationem dormire et omnem etiam longam dormitionem effugiat. somnus enim longus generat reumatismos lassitudinem flegmatis augmentum efficit. Elapsa igitur hora cū dimidia dormiat et primo super dextro. deinde super sinistro decubendo. resupinationem autem in dormitione effugiat. ipsa enim materias descendere facit ad posteriora. Reliquo autem tempore toto vigilandū est vltra spacium horarū. vii. vel. viii. quibus conceditur somnus. De passionibus aīe si non dubitaretur inflammatio et dissolutio materierum circa principalia membra conueniret ei leuis iracundia. et accidens anime quilibet ex quo caliditas augmentaretur in corpore. que esset causa digestionis et resolutionis materierum predictarum. que tamen hic non nisi cum difficultate applicari possunt. accidentia anime ipsa dimittātur et insistat bone spei curationis sue et sit letus et a tristicia elongatus. Pro vltima vero re nō naturali scilicet cibo et potu vtatur cibariis omnibus mediocriter calidis et parumper siccioribus naturaliter et accidentaliter. Et si occurrunt cibaria taliter modificata misceantur semper cum his que eorum caliditatem et siccitatem augent vt sal piper cinamomum nux mus. feniculū petrosellinū anisum daucus ysopus menta saturegia et his similia. Panis eius sit comuni pane parumplus fermenti habens et salis. Caueat a piscibus et farinaceis cibis. Carnes eius sit velut pulli columbi proprie. et aues omnes siluestres sint ei comuniter vitati preter quod degentes in aquis. et vtatur carne vituli capreti castrati et gazelli proprie. De plantis autem conueniūt ei caules feniculi petrosellini pastinacha suo tempore. Cucur. vero et spinachia bleta endiuia lactuca portulaca omnia dimittantur nisi raro valde et in quantitate pauca accipiantur et proprie confracta cum plantis et rebus calidis supratactis. De leguminibus vero concedi possunt cicera ru. rizum et lentes proprie cocte cum brodio pingui et far. De fructibus vero concedi possunt aliquando melones bene dulces et non in multa quantitate. Et ficus recentes optime sunt ei et auellane et amigdale et nuces. Poma vero et pira et persica et consimilia raro et in pauca quantitate accipiantur. Uue vero bene mature et dulces sibi conceduntur. Lac autem et lacticinia cibaria omnia dimittantur. Caseus vero et proprie ad salsedinem notabiliter inclinatus cōcedi debet. Oleum vero oliuarum et nucum et amigdalarum dulcium sibi conuenit. Butirum autem propter humectationem multam eius et lassitudinem quam efficit in neruis nō placet mihi. Aceto iterum parum et raro in cibis vtatur nisi commixto cum sale pipere cinamomo et similibus. Agresta et proprie salita conueniens est ei. vsus limonum et arantiorum aliquando placet. De vino granatorum nō curet. potus vero esset aliquanto tēpore aqua mellis facta ex xv partibus aque et vna mellis que coquantur ad consūptionem tertie partis. Uinum vero rationaliter sibi cōueniens debet esse subrubeum clarum non valde fumosum ad saporem pōticum vel bruscum parum declinans aut saltem leui dulcedine participans cum claritate substantie sui et debilitate eius.

Capitulum secundum de cura per medicinalia

De medicinalibus vero occurrunt mihi duo principalia. Primum est regimen obseruandum a

presenti tempore quia a fine mensis iulii vsque
ad finem mensis septembris. Secundum vero
esset regimen a principio octobris per omne tem
pus obseruandum. sed de hoc regimine secundo pre
termittendum est nunc. fortassis enim ita conueni
enter curatus et alleuiatus erit quod regimen satis
leue ei administrandum esset. aut fortius secundum
quod dispositio ad melius apparebit permutata. Ha
bita igitur in tempore noticia rei illud regimen secundum exigen
tiam expedietur. Primum autem principale re
gimen quod est nunc obseruandum octo compleri
debet remediis ordinate vt nunc sequitur. Horum
itaque instrumentorum. primum est vt cum quie
tus erit ab excercitio fiat ei flobotomia sciatice
pedis aduerso loco dolorum mane hora electa scilicet
vacuo existente ventre a cibis et a superfluitatibus
per quam educantur sanguis. ℥.iiii. et non plures
quoniam flebotomia venarum inferiorum magis
debilitat quam superiorum quarta primi ca° xx°. Et
conuenit ei elegant er hec flobotomia propter mix
tionem materiei calide cum frigida gratia distinc
tionis et partialis eradicationis materierum que
post alias euacuationes remanserunt. immo hec
flobotomia iterum conueniret ei in fine mensis
septembris gratia preseruandi et alleuiandi dolo
res in futura yeme. Secundum principale in
strumentum est vt postquam fuerit a flobotomia con
uenienter euacuatus consideretur alleuiatio que succes-
sit. Et siquidem manifeste alleuiatus et sedatus eti
am fuerit dolor tunc pertranseat cum bonitate re
giminis sibi assignati et vsu medicinarum iam ven
trem laxum efficientium que statim scribentur in
hoc capitulo huius tertie particule. Si autem do
lor remanserit notabiliter intensus in ancha et pro
hibens motum progressiuum tunc transeat ad regi
men maioris efficatie vt nunc scribetur. Terti
um principale instrumentum est vt si dolores re
maneant et maxime cum signis inuentionis nau
see eructuationis aut reumatizationis materierum
a capite vel ab alio superiorum membrorum tunc
prouocetur vomitus secundum hunc modum. Ci
betur enim prope meridiem cum cibis specie vero
diuersis grossis cum subtilibus grauibus cum leuibus
dulcibus cum amaris acetosis cum insipidis frigidis
cum calidis stipticis cum lenitiuis mollificatiuis
Exemplum primorum est vt dare vitellos ouorum
cum pane azimo aut non bene cocto. Secundum
est dare cibos pastiles cum ptisana ordeacea. Exem
plum tertii vt dare mellita et zuccarata cibaria cum
ysopo salvia et absinthio. Exemplum quarti vt dare
acetum cum raphano et similibus. Exemplum quinti
vt dare crocum et vinum cum agresta portulaca et
endiuia. Exemplum sexti vt dare granata acria ci
tonia et adheruli. mespilos seu adzerul cum prunis fi
cubus recentibus et vuis recentibus. Necesse est ei
et rationale prouocari vomitum per istorum appli
cationem. stomachus enim ex applicatione rerum
tante diuersitatis in qualitatibus primis et secun
dis in laboribus et in aliis que consecuntur ex istis.
fastidium et abominationem incurrit quibus cum
perseuerat necesse subsequitur nausea et vltimate
vomitus. Sunt enim quinque motus preter natu
ram stomacho superuenientes velut accidentia si
bi propria vt legitur 13ª tertii trac. 5° in princi
pio eius. Cum ergo prouocatus fuerit vomitus q
escat eger et cibetur cibis facilis digestionis in quan

to et in quali. deinde iterum tertia sequenti die pro
uocetur vomitus. et iterum sexta die et octaua vsque
quo vomitor perceperit notabilem alleuiationem
stomachi et totius corporis. De modis vero et
instrumentis efficiendi vomitum sic procedat
cum enim fuerit cibis tante diuersitatis cibatus
per vnam horam vel duas post illud. primo ponat
digitorum indicem vel medium in principio gutturis
ibidem commotionem efficiendo. aut saltem deglu
tiat frustrum carte vel corrigie. Aut tertio impo
nat gutturi pennam ibidem titillando aut pennam
illam inungat in oleo simplici aut parum salito
Hi enim sunt meliores et securiores modi vomi
tandi. Si autem per hec non euomuerit tunc in po
tu detur ei ciatus vnus aque cum quarta parte ace
ti et modico zuccari vel mellis tepefacti insimul.
Et si non euomuerit per hoc tunc detur sy. acetosi
℥.i. ʃ. cum dupla parte aque tepefacte. Aut tertio
dentur decoc. radicis raphani tepefacte. ℥.iii. cum
modico aceti. Aut detur raphanus cum virtute
elebori al. sigillata in ipsum per plantationem
modicum in substantia sua qui raphanus per 8.
dies fuerit in terra sepultus. comestio enim illius
accelerat vomitum. et est de potentibus. non multum
tamen in vsu est habendus propter nocumenta ele
bori apti facere spasmum vt legitur 5ª affori s-
morum in exordio ab Ypo. et commentatore ibidem Ele
borus etiam periculosus est in corporibus sanis
quia spasmum facit. Et ego non dubito quod magis
periculosus est corporibus infirmis in quibus est
minor resistentia ex parte virtutis quam in sanis. ta
men essent apponende conditiones conseruande in
homine preparando ad vomitum vt quia s. pile
de coto super oculis eius ligarentur et leui motu
moueretur corpus totum et leuis agitatio super
stomacho applicaretur ac varia figurarum corpo
ris situatio ad diuersas differentias positionis et
reliqua similia que pulcra legenda sunt quarta primi
de preparando ad vomitum. Et si velis ample et
solatiose in vnum colligere lege consilium pro do
mino Petro donato episcopo paduano conscriptum
et ibi videbis iuuamenta que vomitus affert in do
loribus iuncturarum et lege 4ª primi ca° de iuua
mentis que affert vomitus et 22ª. tertii capitulo
de curationibus dolorum iuncturarum et sciatice
quare hermodactilus est medicina securior vt col
ligitur 22ª tertii capitulo preallegato. Cum autem
iterum in anchis vel scia non omnino dolor quieue
rit iam oportet applicare. quartum instrumen-
tum quod omnino omnium sapientum concordia
laudatissimum est. s. clistere acutum quo non solum
alleuiantur et curantur dolores sciatici nouelli verum
etiam cronici et fixi ex administratione talium era
dicantur complete. Mirandum autem est quod illustres
omnes tanto iuuamento approbant accutorum
clisteriorum administrationem in cura ancharum
et sciatice. In doloribus autem aliarum iunctura
rum non adeo sunt solliciti vt de doloribus pedum
dorsi spatularum et manuum. Potest autem hoc con
tingere multis ex causis. Prima quia talia clisteria
propinquius veniunt ad patientes particulas scilicet
ancham et sciam. intestinum enim rectum et colon
in quibus duobus magis recipitur et diutius reti
netur appodiatur super ancham et reuoluitur co
lon circa partes illas. Cum ergo actio conuenien
tior fiat per contactum sequitur et cetera. Item clisteria

talia conuenientius attraheꝛ̄ possūt a propinquis parte ꝙ̄ a distanti. sed clisteria in p̄dictis intesti nis recepta conuenientius et facilius attrahent ab anchis ⁊ scia ꝙ̄ a pedibus genibus ⁊ aliis et cet. Item ⁊ tertio quia excoriatio que ab acuto cliste ri producitur in intestinis predictis est causa vt aperiantur vene predictis intestinis immixte et arteriis. et cum tales vene habeant continuitatez cum venis mesenꝛ̄ii et iste habent continuitatem cum venis ancharum ⁊ scie cum propīquitate ma gna ipsaruz ad inuicem quam propinquitatez nō habent cum venis aliarum iuncturarum sequitur ꝙ vna et eadem medicina in equali tempore con uenientius et fortius attrahet ab ancha et scia ꝙ̄ attrahet a iuncturis aliis. ⁊ plures alias rationes huic proposito adducere potuissem quas admicto

Contra quia medicinis solutiuis inest potentia electiue attrahendi materiam a distantibus par tibus. immo quandoqz a policibus pedum vt clau ditur in sentētia Hali comentatoris tertii tegni comento illius textus. Antipaleos ⁊ cetera. igitur talis medicina eque bene educere poterit a remo tis et ⁊ propinquis. neganda est illa consequentia licet enim forma medicine electionem habeat ad determinatam materiam tamen facilius educet ⁊ citius cum fuerit posita in propinquis ꝙ̄ in rēo tis partibus. De numero itaqz horum clisteriorū tria hic describam que mihi elegātiora videnť. Et primum est clistere factum ex decoc. hermo dactiloꝝ quod ita denomino ego in quo est intentio attrahendi materias frigidas ab anchis et iuuat ad digestionem residui materiei ⁊ ad sedandum dolores ⁊ consumendum ventositates que non ra ro sunt cause dolorum in predictis partibus. Cu ius descriptio. ℞ radicum hermodactiloꝝ non p forator um. ℥. i. radicum pedis coruini. ℥. ß. herbe artetice que sula nominať a Rasi 9° Almāsoris sticados ipericonis cimini se. rute ana ℳ. i. ß. ca moill'melli. se. aneti ana. ℳ. i. croci non contriti ʒ. i coquantur omnia simul in libris quinqz aque vsque ad consumptionez medietatis deinde expri mantur. et huius colature accipiat. ℥. xii. olei de castoreo. ℥. iii. salis indi. ʒ. ii. yerecolloquītide. ℥. ß misceatur totum ⁊ mediocriter calidum impo natur inest enim in hoc compoīto dominans vir tus ab hermodactilo sigillata que producit tria iuuamenta ī euacuando materias a iūcturis. Pri mum est quia statim euacuat hu. frigidum a iunc turis. Secundum est quia post eorum euacuati onem sigillat stipticitatem in iuncturis propter quam redduntur inepte ad recipienduz materias que tempore agitationis a medicina solutiua fac te dissolute et coliquate fuerunt a motu vel calidi tate medicīe. tales enim medicīe valde facile per sepe recipiuntur in iuncturas post solutionem fac tam ab aliis sine stipticitate confortantibus. pro pter quod sequitur. primo ꝙ in omni medicina cō pōita solutiua a iuncturis attractiua sigillari dz stipticitas artificialis si in medicina nō fuerit stip ticitas naturalis. Sequitur secundo ꝙ frequens vsus solutiuorum administratus non secundum hunc modum dolorem ī iuncturis magis augmē tat ꝙ̄ alleuiet. Tertium iuuamentuz quod in her modactilo est cum propter caliditatem suam fleg matice materie que in iuncturis inueniuntur et ptibus propīqs ad eas subtilieť mať ie q̄ subtilis te penetrabiliores reddantur tūc essent apte cele rius magis penetrare ⁊ profundare in iuncturis hoc autem totuz prohibetur per virtutem hermo dactilorum stipticitatem in eis efficientium. qua re hermodactilus est omnium medicinarum solu tiuaꝝ a iuncturis elegātior medicina ⁊ securior propter quod illustres viri ī scientia bene triti plu rimum in medicinis solutiuis a iuncturis immis cuerunt hermodactilum vt ab vniuersa eoꝝ scola legi potest. Secunda descriptio clisteris est no minata de colloquintida que fit secundū hunc mo dum ℞ pulpe colloquintide. ℥. ß. turbith carthami polipodii. ana. ʒ. ii. assari artetice sticados peonie piperis albi se. rute ana. ʒ. i. ß. coquantur omnia ī lib. v. aque vsque ad consumptionem medietatis et colature eius cum expressione conuenienti ac cipiat. ℥. xii. olei de costo ⁊ de castoreo ana. ℥. i. ß. salis nitri. ℈. iiii. misce ⁊ mediocriter calidum im ponatur. Et si vis ipsum efficere magis propriuz ad curam istam ex flegmate cum colera tunc de- coc. supradicte adde trociscū vnum de scamonea non cocta et erit efficatius. Tertium vero cliste re cuius memoria a sapientibus sepissime habeť est factum ex almuri. et licet per istum terminum importetur salsamentum omne. In hoc tamen p posito a sapientibus eligitur aqua salsamēti pisci culorum maritimorum aut oliuarum conditaꝝ de quorum altera accipiatur lib. i. olei de castoreo ℥. iii. misce et totum calidum mediocriter impōa tur. Cum hoc enim clisteri ꝙ̄ plurimos patientes spacio x. annoꝝ prohibitos a motu progressiuo se pe sanaui. Et est euidens ī hoc signum. Cum eniz ex vsu istorum clisteriorum perueniunt patientes ad alchucat tunc in paucis diebus sanātur. Est au tem alchucac superficialis intestinoruz excoriatio vt i 9ª tertii capitulo de solutione ventris omniū modorum. Quintum principale instrumentū post applicationem illorum generalium aut aliq° rum ⁊ proprie quando eger propter lasciuiaz cui tat flobotomias ⁊ vomitus vt est plurimum mo dernorum vsus aut effugiunt applicationez cliste riorum vt est mos almanorum oportet vt mem bra aggrediamur cuz localibus. Et siquidē egri tudo recidiuā habuerit secundum ꝙ accidere solet in doloribus iuncturaruz qui periodice reuoluūť de yeme ad ver et de vere ad autumnum vt expe rientia notat. tūc premissꝭ euacuationibus vniuer salibus secundum posse materia existente domi- nanť frigida vt plurimū conuenit vt applicemus membris medicinā leuis caliditatis et siccitatis cum stipticitate forti. taliter enī procurari debet fluxus materierum frigidarum ad membra. Et ī hunc modum regi debent apostemata frigida in principio vt applicemus eis predicta squinantuz et blacce bizancie 4ª primi capitulo 25° ⁊ 22ª ter tii vt supra allegatum est. Ego autem in hoc tem pore scilicet in principio alterum duorum soleo applicare. quorum primum est hoc. ℞ gallarum cupressi. ℥. iii farine ordei. ℥. i. ß. rosꝭ. ℥. i. masticis granorum mirti sarcocole ana. ʒ. ii. ß. buliant in vino albo stiptico non valde fumoso vsque ad glu tinositatem conuenientem et de hoc mediocriter calido emplastretur membrum. Secundum et efficatius est hoc. ℞ sandarace. ℥. ii. camoill' melli. se. aneti ana. ℥. ß. farie volatilis moledini. ℥. iii. rosꝭ ℥. i. bulliant oīa ī vino mō predicto et in fine

apponantur tres vitelli ouorum ⁊ applicetur mẽ-
bro vt predictum est. In augmento vero rei pre
dictis aut altero ipsorum adiungatur ysopi huic
ʒ.i.ß.hoc enim tempore mollificantia permiscen
da sunt repercussiuis. In statu autem conueniũt
sedantia dol' potentissime ⁊ virtutem adiuuantia
ad resolutionem et euaporationem materierum
quale est hoc. ℞ olei ros' de camo ana.ʒ.iii. vitel
los ouorum numero vi.coquantur simul lento ig
ne in sartagine diligenter incorporando et in fi
ne apponantur croci.ʒ.i.ß.et apponantur memb°

Aliud in hoc tempore conueniens et proprie
cum signis calidis quale est hoc.℞ lactis vaccini
lib.i.farine ordei.ʒ.iii.masticis.ʒ.ii.croci.ʒ.i. bu
liant simul farina et lac vsque ad glutinositatem
⁊ in fine apponantur alia. In declinatione ve-
ro rei hec duo remedia conuenientia sunt que sa
nant in fine si adiungantur eis ea que materias
complete consumere possunt.Exiccantia sunt que
sanant in fine i locis allegatis.⁊ ideo predictis ad
dere soleo granorum mirti masticis sarcocole thu
ris peonie hermodactilorum artetice ana.ʒ.ii.et
felicitatur operatio.Non raro vero a sapientibus
inueniuntur modi ⁊ instrumenta applicandi lini
menta fomentationes embrocationes balnea ⁊ in
fusiones in quorum omnium applicatione semper
obseruari debent can.eligendi varietates medici
narum in qualitatibus suis secundum varietatem
temporum egritudinis vt iam dictũ est. Sex
tum vero principale ingenium curationis est vt
membra mandãtia regantur sp regimine prohi
bitionis ⁊ augmenti materierum in eis ⁊ effusio
nes earum ad membra patientia.⁊ quia qȝ confor
tatur stomachus cum mace gario.menta masticis
spica squinãto cipero ⁊ ligno aloes vtendo eis i ci
bis. ⁊ de compositis cum aromatico ros' diamace
diacalamento electuario de thure ⁊ similibus dã
do ex eis.ʒ.i.ß in aurora cum aqua peonie vel ca
lamenti.Cerebrum confortari potest cum assaro
galanga sticados ysopo betonica mellissa et simi
libus in cibo acceptis.De compositis vero cũ diã
bra diamusco dulci electis de ligno aloes sotira
magna et consimilibus accepta in sero.ʒ.i. eorum
cum modico aque lambrusce acori ⁊ similium per
ii.horas post cenam assumptorum.Renes eius con
fortari possunt.Primo abstinendo a longo decu
bitu super eis et a frequentia coitus et proprie su
per cibo.Et iterum tertio euitando frequentiam
diureticorum vt feni.petro.anisi apii.⁊ similium
Et accipiat frequenter amigdalas et auellanas et
pineas in cibis suis cum bonitate stomachi.⁊ casei
mediocriter sicci et saliti vsus confert et frequẽta
re cibaria cocta et preparata cum lacte ouino.
Lacti enim ouino nulla medicina compar est in
confortando renes 18ª tertii capitulo de cura de
bilitatis eorum. Posui autem modum hic rectifi
candi membra ista.quoniam hec tria comunicant
in dando materias anchis et iuncturis huius pa
tientis vt facile deduci potest per appropriata si
gna si non timerem longitudinem.De rectificati
one aliorum membrorum non curo quia non est
opus. Septimum principale instrumentum ẽ
vltimata materierum particularium consumptio
quando remanserunt i membris infuse aliq̃ ma
terie quarum perfectam consumptionem facere nõ
possunt membra propter eorum debilitatem sicut

Sunt itaque secundum illustrium virorum concor
diã conueniunt balnea de quorum numero melio
ra sunt sulphurea et cinericia ⁊ calcea et attramẽ
tina ⁊ aspaltina. talia enĩ velocitate sue penetrati
onis ⁊ potentia sue exiccationis reducunt ad cõue
nientem dispositionem consumpta materia que ĩ
eis lassitudinem efficiebat. Et in hoc potest appare
re causa quare m'lti ex balneorũ applica°ne magis
nocẽt q̃ iuuẽt.esto ei q' ab applica°ne balneorum to
talit' cõsumãtur a mẽbris.Contingit tamẽ iterũ
membra recidiuare ⁊ ledi magis q̃ prius.Et cau
sa horum est quia membra ab applicatione balnei
reddita fuerunt rara et vie apte effundere materi
am magis q̃ prius et membra mandantia nõ fu
erunt sufficienter euacuata. quare fluẽte noua ma
teria iterum recidiuant iuncture aut alia mẽbra
Modus autem recipiendi balnea huic viro datus
fuit in 25.ca°nibus obseruandis ĩ eis que legi pos
sunt in singulari tractatulo de balneis euganeis
nuper compilato in anno domini 1439° ĩ mense
maii.De his etiam que vltimate materias consu
mere possunt absque bal.tria sunt mihi vtiliora i
uenta.Primum horum est.℞ sandarace ypoqui
stidos thuris acatie ana.ʒ.ii.aque cineris.quantum
sufficit dissoluantur in mortario ⁊ fiat linimentũ
ex quo iuncture omnes liniantur bis in die.Secũ
dum et leuius est hoc.℞ pul.gallarum cipressi lib.
ß.farine volatilis molendini.ʒ.ii.terantur cũ suc
co extremitatũ lauri ⁊ est nobile medicamen.Ter
tium vero est hoc.℞ aque extinctionis calibis lib.
ß.pul.ros'.ʒ.ii.masticis scorie ferri p̃pãte ana.ʒ.
i.salis torrefacti.ʒ.iii.incorporentur sim' i mor
tario cum succo virge pastoris vel aqua sublimati
tionis vel decoc.radicũ eius et est expertum.
Octauum vero principale ingenium et vltimum
est membrorum patientium confortatio. Hec au
tem fieri potest altero duorum modorũ vel vtris
qȝ.Et primus est vt innatus calor membrorũ cõ
seruetur in eis.Ita vt a forti caliditate non resol
uetur ⁊ a frigiditate non congeletur calidum ĩna
tum qȝ est spiritus aut sanguis arterialis vel võa
lis.Sit autem hoc per applicationem nutrimento
rum conuenientis quantitatis ⁊ qualitatis per re
gimen conueniens ex parte rerum non naturaliũ
qȝ supra dictum est.Solet autem inueniri ab auc
toribus auctenticum q' vestire membra et tegẽ
pelle vulpina aut duplicatis calciamentis ex pãno
ticto i kelmes ⁊ sũt grana odorifera tigentia pã
nos cum aromaticitate.Etiam membra conforta
ta redduntur a sapientibus per applicationem re
percutientium frigidorum in lapsu et materia ca
lidis et calidorum in lapsu et materia frigidis.ta
liter enim vigorantur membra .quoniam repel
lunt a se stipticis confortata farmaciis tertio tegni
Et licet hec membrorum confortatio innexa fue
rit in vi° ⁊ vii° ca°.precedentibus. duo tamen hic
singularia ponam gratia complementi operis.q°
rum.primum in lapsu calido ẽ hoc.℞.o.omfanci
ni.ʒ.ii.salis bene torrefacti.ʒ.ii.ros'.ʒ.i.ß.macis
croci ana.ʒ.v.terantur simul in mortario vltĩa
ta contritione.⁊ liniantur ex eo membra actu fri
gido. Oleum autem de ben ⁊ de cinamomo sũt
duo singularia in lapsu frigido cum ex eis actu ca
lidis inungantur membra frequenter ⁊ cooperiũ
tur rebus suprascriptis.sic enim felicitabantur cu
ra huius viri.

Conſilium de tumore pedū interdum vlceroſo I
terdū nō vlceroſo per colligantiam epatis ac ſple
nis a quibus materie melancolice et interdū adu
ſte ad pedes delegantur. Capitulum primum
de cauſis.

Reuerendiſſimus in xp̄o pater do
minus prothonotarius d̄ monte
Archiepiſcopus ⁊ vtriuſque legis
doctor indiget duplici regimine
pro recuperanda confirmanda ⁊
conſeruanda ſanitate eius. Et primum quidē
regimen eſt penes res non naturales eligendum.
qđ conforme erit vtriqꝫ diſpoſitioni quibus ali-
quando moleſtatur. Secundum vero regimen
per medicinalia erit rectificatiuum partium epa
tis ⁊ ſplenis. In quibus accute et aduſte et melan
colice materie generantur. que per totum corpus
effuſe. quandoqꝫ ſcabies ⁊ cutaneas corruptiones
inficientes producunt. Et aliquando magna pars
harum materierum deſcendit per vtrumqꝫ ramū
inferioris chilis tendentem ad coxas. Et ſi quidē
contingat has materias melancolicas eſſe fecales
nulla aut leuiſſima aduſtione participantes. tunc
materie tales venas maiorum pedum ⁊ vniuerſa
liter totam eorum ſubſtantiam replendo tumo-
rem et extenſionem generat in eis qui tumor ſi
longo tempore in vtriſqꝫ pedibus magnis. perſe
ueraret. difficile immo fortaſſe elefantiam impoſ
ſibilis curationis portenderet. Eſt autem in theo
ria medicine magnus pes totum qđ ab ancha in
cluſiue vſque ad plantam pedis concernitur. At
vero ſi materias predictas contingit eſſe accutas
⁊ aduſtas. tunc quando deſcendunt ad tibias cor
rumpendo carnoſitates earum pariunt vlcera. q̄
per diuerſas membrorꝫ partes hinc inde ſerpē
do vlcerant. Unde ex hoc fundamento concludit̄
primo difficultas curationis horum vlcerum que
prouenit ex duobus. primo propter acuitatē ma
terierum predictarum. 2° quia tales materie ſunt
melancolice ergo effectiue cauſe cronicarum egri
tudinum. Sequitur ſecundo ex hoc fundamento.
ꝙ in vanum laborant curantes cū ſolis localibus
ſuper vlceroſis partibus applicatis abſque rectifi
catione epatis ⁊ ſplenis mandantium predictas
materias. Sequitur tertio ſolutio problematis
quare eſt ꝙ pedes huius reuerendiſſimi patris q̄n
doqꝫ tumeſcunt abſque vlceroſa corruptione quā
doqꝫ vero cum ea. Cauſa enim primi effectus eſt
multitudo materierum groſſarum abſque aduſti
one et corruptione earū. Secundi vero accidētis
cauſa eſt materierum multarum fluxus cum adu
ſtione ⁊ acuitate earum. Et ſic apparet: ꝙ capi
tulum iſtud aperit fundamentum diſpoſitionum
quibus aliquando affligitur reuerendiſſimus pa
ter et doctor. ⁊ elicit̄ ex eo modus regiminis eius
conuenienter vt nunc ſequitur ⁊ cetera.

Capitulum ſecundum de cura p̄ dietam.

Itaqꝫ iam manifeſtum eſt ꝙ regimen ex parte ci
borum ⁊ potuum ⁊ aliorꝫ inclinari debet ad me
diocriter calefacientia ⁊ parum exiccantia. propt̄
qđ in cibariis eius euitari debent omnia multum
ſalſa multum acuta vehementer calida. talia enī
augerent caliditatem ⁊ acuitatem ī laudabili ſan
guine. et conuerterent ipſum in melancolicum.
Exemplū horꝫ ē vſus aromatū et acceptio ciborꝫ
vt ſunt ſinapis raphanus cepe alleum brodia pin
guia valde partes animalium pingues multum
ut pectora vbera ⁊ ſimilia. Secundo euitare d̄
bet ea que ſunt ſanguinis inflatiua ⁊ ventoſitati
ua. vt ſunt legumina omnia et fructuum multitu
do et proprie crudorū ⁊ lactis crudi frequēs vſus

Tertio euitare debet ea que ſanguinem adurūt
⁊ acuunt vt ſunt ſalſa cibaria omnia et proprie
carnes ſalite ⁊ antique ⁊ caſeus ſalitus ⁊ oua piſci
um ſalita mollia vel dura. que veneti botargas a
pellant. Quarto euitet comeſtionem rerum viſ
coſitate ⁊ groſſitudine ſua efficientium oppillatio
nes. vt ſunt paſtiles cibi omnes lagana criſpelle ⁊
veſtes luellorū. Quinto euitet potū vini groſſi
⁊ conturbati et pontici vel bruſci. vnde eligat vi
num colore roſeum gaurum nominatum ſubſtan
tia tenue ⁊ diafanum ſapore ad dulcedinem incli
natum odore ſuaue ⁊ potentia mediocre qđ tamē
refrangere debet cum aqua ciſterne ſimplici ⁊ cru
da in eſtate conueniens eſt. In yeme vero melius
eſt predictam aquam coquere ⁊ ſimplicem cum vi
no miſcere. cuius quantitas ſit ſubtripla r̄ſpectu
vini. aut maioris menſure vel minorum variāda
ſecundum prudentiam accipientis ⁊ fumoſitatē
uini aſſumendi. prudentia enim menſurat huma
nos actus. propterea quia ipſa eſt recta ratio agi
bilium ethicorum 9°. De quātitate vero diſcre
ta et continua cibationis. dicendum primo ꝙ te
nore virtutis apparente robuſto melius eſt ipſuꝫ
comedere ſemel in die ita ꝙ poſt prandiuꝫ eius p̄
octo horas poteſt facere collationem ex aliqua cō
fectione uel fruſtro panis. ſumptione tamen quā
titatis non tranſcendentis octauam partem eius
qđ de cibo in prandio ſumptum fuerit. De quā
titate vero continua canon obſeruari debet talis
ꝙ accipiatur cibus et potus in tanta quantitate
ne ſtomachus grauetur ex eis. Deterior enīꝫ ciba
tionum eſt que in ſtomacho grauitatem efficit et
tenſionem ⁊ grauitatē anhelitus. ſicut deterior
potus eſt qui in ſtomacho inundat ⁊ fluctuat vt col
ligendum eſt 3ª primi capitulo d̄ regimine per ci
bum. Hec in ſumma euitari debent. ⁊ preterea q̄
in hoc capitulo continentur. omnibus cibis ⁊ po
tibus vti poteſt. preter q̄ꝙ participantibus quinqꝫ
exceſſibus iam particulariter declaratis.

Capitulum tertium de cura p̄ medicinalia.

Pro expediendo vero regimine huius reuerendi
ſimi ⁊ celeberrimi patris per medicinalia p̄mit
tendum primo ꝙ ſecuriſſimum eſt ꝙ ipſe vſq̄ ad
tres vel. quattuor annos bis in anno purget̄ ſecū
dum modum infraſcriptuꝫ. Primo ꝙ. a medi
etate februarii vſque ad medietatem martii. vno
mane in aurora accipiat has pillulas. ℞ pillularū
indarum. ʒ. ſ. pillularum cochiarum ⁊ d̄ fumoterre
ana. ℈. i. formentur pillule vii. vel. viii. cum ſucco
roſ ⁊ dormiat poſt eas per horam vnam. ⁊ tar
det cibum horis quinque. ⁊ tunc accipiat ciatum
vnum aque ordei calefacte. ⁊ poſt ipſam per horā
vnam accipiat prandium ſuum. Aſſumpto hoc
minoratiuo die immediate ſequenti accipiat ī au
rora digeſtiuum hoc calefactum. qđ continuet p̄
octo dies. ℞ ſirupi de epithimo ſirupi compoſiti
acetoſi et mellis roſ ana. ℥. ſ. aque lupulorum fu
miterre ⁊ melliſſe ana. ℥. i. miſce. Et accipiat ipſū
tot diebus. ꝙ ī vrina appareat ypoſtaſis alba vni
ta diafana equalis in partibus in profundo ſedēs

apparente autem hac ypostasi die immediate sequenti purgetur cum istis pillulis. R pillularum indarum.ʒ.i.auari ponderis lapid lazuli et armeni preparatorum ana.gr.vi. cum succo ros formentur pillule vii.vel viii.et accipiantur observando post eas regulas que in suprascripto minoratiuo descripte sunt. Pro secunda vero anni purgatione a medietate mensis septembris usque ad medietatem mensis octobris uno mane hora suprascripta accipiat hoc minoratiuum. R pillularum indarum pillularum de lapide lazuli ambarum descriptione Mesue in Antidotario ana.℈.i.pillularum cochiarum descriptione Rasis 9° Almansoris primo capitulo.ʒ.ß.formentur pillule viii.cum succo ros et accipiatur omnes hora et canonibus observatis qui de aliis suprascripti sunt

Mane vero immediate sequenti accipiat hoc digestiuum. R sirupi violarum sirupi simplicis acetosi ana ʒ.vi aque cicoree lupulorum et fumiterre ana.℥.i.misce et totum accipiatur calidum.observando quod dictum est in alio sirupo usque ad apparitionem ipostasis de qua iam dictum est. Die vero immediate sequenti purgetur per istum modum. R pillularum aurearum pillularum de iera composita pillularum de fumoterre ana.℈.i.boni ponderis lapidis lazul.gr.iii.formentur pillule.vii.cum succo ros et accipiatur ut predictum est de aliis.

Post hec autem attendere debet.quod si venter eius non esset conuenienter lubricus hora qua assumit sirupos predictos.necessarium est ei quod omni die aut saltem omni alterna die parum ante prandium vel ante collationem nocturnam accipiat unam de infrascriptis pillulis.quare etiam usum commendo ei forte per totum tempus vite sue accipiendo ex eis unam vel duas parum ante prandium.quarum descriptio est hec. R aloes epatici electi.℥.iiii. agarici.℥.ß.turbith.ʒ.ii.lapid lazuli et armeni preparatorum ana.ʒ.ii.ß.diagridii.ʒ.i.masticis croci macis cinamomi ros violarum ana.℈.ß.salis indi.℥.ß.puluerizentur omnia per se. et infundantur in.℥.iiii.succi endiuie et.℥.ii.succi fumiterre.et exponantur soli sepe cum cocleari commiscendo usquequo succus consumatur.tunc ergo renouetur succus.et ita fiat tribus vicibus et reseruetur materia ista in pixide linea cerata.de qua fiant pillule de omni.ʒ.vi.et sit earum usus ut dictum est.

Amplius pro conuenienti conseruatione sanitatis eius utatur hac confectione. R granorum fisticorum.℥.iii.granorum pinearum.℥.ii.contundantur et infundantur in aqua cuscute et fumiterre ana ℥.iii.et ibi remaneant per triduum.post hoc autem accipiatur zuccari albissimi lib.i.ß et coquatur cum libra media aque violarum usque ad aque consumptionem. tunc ergo superaddantur zuccaro pulueris amili.℥.iii.et coquantur simul cum medullis iam contusis et fiat confectio in frustulis longis et sit eius usus ante cibum et post cibum et in hora collationis. aperit enim hec confectio oppillationes epatis et splenis.et aduersatur generationi melancolie et materierum aliarum accutarum. Amplius pro preseruatione a fluxu materierum ad tibias et coxas bonum est quod utatur unguento.quod applicabit circulo fiteri .cuius descriptio est hec. R olei de crisomillis.℥.i.ß.olei nardini.℥.ß. radicum filipendule.ʒ.i.salis gemme.gr.iii.elebori albi ar thanite et euforbii ana.gr.i.cere quantum sufficit fiat unguentum molle et applicetur. Adhuc iterum pro partiali preseruatione a fluxu materierum ad tibias et coxas bonum est ut utatur hac decoctione R gallarum cupressi numero xx.gallarum quercus.et proprie perforatarum numero xxv.sumac se.plantaginis ana M.i. granorum mirti.M.iii. coquantur omnia in situlis duabus aque usque ad consumptionem medietatis. Et de hac aqua abluantur coxe bis vel ter in septimana ante collationem nocturnam. Ad hanc etiam intentionem memorandum est.quod bonum est ei portare caligulam factam de corio pellis canine saltem super tibia sinistra et proprie quando necessarium est ei erectum stare ut contingit apud magnos viros et reuerentia sui necessitate ad hoc.aut assistere diu cultui diuino etc. sic de aliis.aut saltem tibie descripte faciat ligaturam.cum instita conuenienter applicata sicut notum est. Preter hec autem si contingeret materias ad crura descendere.prouideatur ei cum hoc deffensiuo. R amili boli armeni ana.lib.ß.se.plantaginis acatie ypoquistidos ros sandarace sumac ana.℥.ß.dragaganti gumi arabici ana.℥.i.ß.succi extremitatum rubi. lib.i.farine volatilis molendini.℥.ii.conquassentur omnia in mortario cum pistello suo usque ad glutinositatem bonam et de hac materia emplastrentur tibie a genu usque ad pedes ligando eas cum applicatione conuenienti. Si autem contingeret.quod in aliqua tibiarum parte ruptura accideret.prouideatur ei quadruplici remedio. Primo applicando unguentum istud. R olei de mastice et de mirto ana.℥.i.olei omfancini.℥.ii.tucie preparate cum aqua ros terre sigillate ana.℥.i.ipoquistidos sandarace sarcocole lote ana.ʒ.i.cere albe.ʒ.vi.fiat unguentum molle et applicetur ut consueuit

Item super vlceribus apponatur hic puluis. R pulueris ypoquistidos se.plantaginis granorum mirti ana.℈.i.san.dra.boli.ar.ana.℈.i. pulueris ossium crurium bouum combustorum.ʒ.x.spodii.ʒ.i.ß.puluerizentur omnia per se et diligenter commisce. Tertium est cerotum hoc. R ceroti rubei de mucillaginibus lib.ß.tutie preparate.℥.ß.litargiri.℥.i.san.dra.boli.ar.ana.ʒ.ii.ß.fiat cerotum cum sufficienti quantitate cere. Ultimum et proprie sigillatiuum vel consolidatiuum est hoc. R olei de mastice.℥.iii.dragaganti gumi arabici dissolutorum cum aceto acuto ana .℥.i.masticis thuris sandarace ypoquistidos ana.ʒ.i.tutie preparate.ʒ.i.ß.cere quantum sufficit fiat unguentum sufficienter viscosum et medicentur ea vlcera quando stabit necessitas consolidanti ea.et est quando apparebunt concauitates vlcerum esse quasi carne repletas. Ulterius vero pulueres isti. R plumbi combusti.ʒ.i.thucie preparate cum aqua ros.ʒ.ii.puluerizentur per se et simul commisceantur et cetera

Ad laudem eius dei Amen.

Consilium de stupore in maiori parte pedis magni

Insignis et celeberrime fame doctor utriusque iuris dominus Gregorius de spineto conquestus est de stupore qui apparuit in maiori parte pedis magni scilicet a genibus usque ad plantam pedis. Cuius quidem stuporis licet quod plurime ab auctoribus assignate sint cause videntur tamen in ipsas reducendas esse causas

propter multitudinem matererum flegmaticarum q̄ ie dominantur in partibus renum eius ⁊ vniuersaliter in omnibus venis ramificatis a vena chili descendente que descendunt per domesticas partes coxarum que etiam materie multiplicate implent neruos descendentes ad inferiores partes et proprie omnes qui oriunt̄ a 19ᵃ ⁊ 20ᵃ spondilibus vsque ad finem caude. p quos quidem neruos secundum magnam partem eorum defferetur spiritus sensibilis ⁊ motiuus ad omnia membra sensus ⁊ motus. quibus mouentur ⁊ sentiunt partes omnes inferiores vt ancha et totus pes magnus ⁊ omnes partes femoris suminis que tam interius q̄ exterius sensui ⁊ motui deputata sūt. Si itaq̄ȝ contingat materias predictas sua multitudine ⁊ viscositate aut vtriusq̄ȝ simul opilare vias neruorum sensus. diminuetur sensatio in predictis partibus. ⁊ si opilentur nerui motiui ledetur motus predictorum membrorum. ⁊ si in vtrisq̄ simul contingat fieri opillationem membra predicta in sensatione sua ⁊ motione simul ledentur quare facile ex predictis videri potest stuporē istū qui est nocumentum diminutionis i sensu tactus accidere propter oppillationem in predictis mēbris seu neruis euenientem. Neq̄ȝ stupor iste i viro isto prouenire potest ab opillatione attenuatoria. non enim in eo p̄cesserunt egritudines vl' accidentia consumptiua humiditatis substantifice que sūt opillationis attenuatorie causa. Neq̄ȝ etiam in eo videtur esse apostema aliq̄d magnum vl' durum q̄d fecerit opillationes coartatorias in eo Sunt ergo opillationes predicte prouenientes a materia flegmatica multa vel viscosa prohibētes transitum spirituum animalium vt predictuȝ est Et ex fundamento predicto maxime solui potest questio hec. quare est q̄ȝ aliquando nocumentuȝ apparet in eo magis in sensu q̄ i motu aut econtra ⁊ aliquādo i sensatione ⁊ motione simul. Et iterū ex predicto fundamēto apparet solutio ad ꝓblema aliud. propter quid est q̄ȝ aliquando apparent hec nocumenta ⁊ quandoq̄ȝ non. Nam secundum accessum materierum opillantium sequūtur nocumenta predicta. secundum vero resolutionem aut transmutationem āt secundim sensibilem euacuationem earum remouentur accidentia predicta Et ex istis concludi potest tertio quare quandoque membra inferiora predicta mollia ⁊ lassa percipiuntur. quando enim non transit debita quantitas spirituum non calefiunt membra illa conuenienť quare materie in eis abundantes non sufficienter digeruntur neque resoluuntur. vnde ipsa mollificata sunt causa lassitudinis ⁊ mollicici materierū

Quarto ex predictis concludi potest quare mēbra illa stupida a sensu tactus percipiuntur grauia ⁊ ponderosa. si enim membra lenificantur p̄sentia spirituum. ergo eoruȝ absentia sequitur oppositum. Quinto ex predictis concludi potest causa quare viro isto hora coytus accidit virgaȝ eius que prius bene erat erecta ab erectione deffice re ⁊ actum venereum explere non posse conuenienter. Sexto ex predictis concludi potest quare seminalis materia eius fluida mucillagiosa āt aquosa reperitur. Septimo concludi potest q̄ȝ vir iste rationabiliter non debet esse fecundus eo quia semen eius indigestum est et in qualitatibus primis et secundis distemperatum et debita quantitate spirituum carens. Octauo iteruȝ eodeȝ fūdamento deducitur q̄ȝ vir iste nō debet esse multi appetitus coytus. eo quia a spermate videť defficere causa pruritiua que multis venereis incitatiua est. Nono ⁊ vltimo ex predictorum fūdamento concluditur q̄ȝ dispositio ista in hoc viro multum verenda est. stupor enim nunciat paralisim tertia primi de his que pronosticant egritudines ⁊ secunda tertii caᵒ primo ⁊ 9ᵒ Almansoris caᵒ 8ᵒ ⁊ pluries alibi. quare ex hoc vltimo in sūma concluditur q̄ȝ res ista non leuis sed multum suspecta esse debet ⁊ incitare dominū istum ad exquisitam curationem eius. Cura enim eius non est differenda. quando enim prolongatur huius egritudinis tempus perducit ad paralisim 9ᵒ Almansoris caᵒ 8ᵒ ⁊ primo continentis caᵒ 4ᵒ ⁊ secunda tertii allegato loco colligendum. Itaq̄ȝ pro huius dispositionis curatione. licet accurate multum ꝓcedendum esset ordinando regimen ex parte omnium sex rerum non naturalium subtiliter mēsuratarum solum tamen hic sumarie discurrēdo ꝓcedam. Neque enim michi tempus acomodū est quantum hec disposicio exigeret.

Capitulum secundum de cura ꝑ dietam.

Regimen ergo ex parte omnium sex rerum non naturalium inclinetur ad calefaciendum ⁊ exiccandum mediocriter. licet enim dispositio in se considerata vt opillatio est ⁊ etiaȝ eius que frigida m' ta ⁊ viscosa est expeteret regimē satis calefactiuū ⁊ exiccatiuum. quia tamen epar eius notabiliter calidum est ⁊ etas etiam que consistentia est. et naturalis eius complo quam credo esse sanguineam distrahunt medici actum ab applicatione excellēť calidorum. quare cum moderatis calidis procedere securius. est quia remissa calida longo vsu producere possunt effectum non minus bonum q̄ m' tum calida breui vsu. Adhuc etiam considerandū q̄ȝ cibaria eius denudentur ab omni cibo medicinali vel medicina cibali materierum frigidarū augmentatiuis ingrossatiuis ⁊ opillationuȝ effectiuis ⁊ ideo bonuȝ est q̄ȝ in cibis eius semper aliq̄d apitiuum immisceatur vt radix vel folia petro. feni. et similium aperitiuorum in diebus frigidis. In diebus vero calidis radix vel folia endiuie cicoree

De partibus animalium euitentur carnes neruose ligamentales cutes et viscose partes omnes ⁊ ventres ⁊ similia. Item caseus multum mollis ⁊ viscosus lacticinia pastilia cibaria cruda omnia frigida stiptica vt granata citonia castanee ⁊ siᵉ' euitentur. Item euitet stomachi repletionem a cibis ne sequatur ex illo caloris innati diminutio ⁊ augmentatio materierum flegmaticarum per viam indigestionis. Et omnino consulo eid vt si q̄ndoque repletionem incurrerit ex multitudine ciborum ⁊ potus ad ipsam euacuandam per vomitum illico festinet. Accipiat itaq̄ȝ de sirupo acetoso simplici. ℥. ii. aque patealis. ℥. iii. vel. iiii. ⁊ totū bibat tepidum. Et post mediam horam ponat digitum in os suum ⁊ si desideraret reploȝ illā potius inferius deponere. accipiat in aurora. ℨ. i. pillularum d' yera simplici Gallieni. Aut pillulas d' specicbus Mesue quas alcfanginas nomiāt. Melior tamen medicina esset accipere yere. s. Ga. ℥. i. ℨ. cum aqua decoc. folliculoȝ sene vel radicū pe. Excercitium autem omnino videtur mihi sibi ēe nociuum tam pedestre q̄ equestre vel nauigatio.

proprie autẽ exercitiũ mlte cõcussionis qd̄ ĩ coytu necessarium est. ideo euitare debet. mouet eniꝫ materias ad membra illa que superius tacta sũt quare opillat mẽbra illa et augmentari potest stupor. quanto auteꝫ magis nocet coytus eo quia per ipsum euacuetur superfluitas vltimi alimẽti vtilis ꝛ minoratur spũosa materia qua multum indigent membra pdicta. Leduntur itaque membra illa in coytu dupliciter. aut quia inaniuntur aut quia replentur ex motu ꝛ agitatione inclinante materias ad ipsa. Etiã d̄ vigilia ꝛ somno cõsiderandum ꝙ vir iste non multum debet prolongare dormitionem eo quia est causa humectandi corpora cum generentur et augmententur ex eo flegmata multa ꝛ crescũt reumatismi a partibus fortibus ad debiles. quare longo tempore vigilarẽ conuenientius ẽ ei ꝙ dormire. accidẽtia vero anime propter que mouentur satis notabiliter spiritus ꝛ calefaciunt corpus ꝛ exiccant superfluitates videntur esse conuenientia dũ modo substantifica resolutio ꝛ spirituum consumptio non sit maior ꝙ superfluitatum exiccatio.

Capitulum tertium de cura p medicinalia.

Regimen vero dispositionis huius curatiuuꝫ magno ordine accurate multum conscribi deberet res enim ista exigit vt ipsa sollenniter pertractetur ne deterius inualescat. quia tamen nõ dubito quin celeberrimi doctores quorum consilio fungitur canonice multum in curatione istius dispositionis processerint solum aliqua puncta q̃ mihi vtiliora videntur percurrendo scribam relinquens prefatis doctoribus conscribenda esse ꝛ applicanda sollenniora ꝙ sint ista. Primo itaque premitto ꝙ vir iste cum magna cautela ꝛ aduertẽtia procedat in accipiendo balnea d̄ petriolo vel siñia ad que ego audio ipsum transtulisse se frequenter neqꝫ enim ita large cõmendo ea eo quia frequentẽ materierum subtiliores partes resoluunt et alias dimittunt que magis nocere possunt. Et etiaꝫ qꝛ balnea colliquando materias faciũt eas reumatizare ad membra d̄bilia ꝛ eis infundi. Tertio quoniam bal. habentes humiditates stuporꝫ effectiuas que profundate sunt in neruis oriẽtibus a nucha de quibus ĩ primo caº scriptum est non possunt cõsumi nisi in longo tempore. quare ex assumptione bal. per x. vel xv. dies non videtur acquiri posse iuuamentuꝫ totale ꝛ essentiale. immo magis paruo tempore duraturum ꝛ accidẽtale. Amplius si balnea omnino curare possent illud fecissẽt magis p̃teritis annis vbi virtus erat fortior et egritudo minus confirmata sed iam non curauerunt conuenienter vt manifestum est. ergo neqꝫ in posterum de eis est habẽda fiducia rationalis. Secundo premittendum principaliter ꝙ regimen huius dispositionis pendet ex actu preseruatiuo et curatiuo. Et pro executione primi videtur mihi saluberrimum esse ꝙ eximius doctor isto vere et in medio autumno vel in principio ipsius se conuenienter purgare debeat omni anno quousqꝫ se curatum percipiat. Deinde gratia preseruationis vtatur vno electuario ꝛ vna confectione ꝛ aliq̃bus pillul' ꝛ vna inunctione ex quoruꝫ applicatione cõuenienti non dubito ꝙ preseruabitur sollennit̃

Minoratiuum. ℞ pillularum de sarcocola descriptione Mesue vel Auicene 5º can. pillularuꝫ de Serapino ana. ℈. i. pillularum de reubarbaro ℈. s. misce ꝛ reformentur pillule. vii. cum sirupo d̄ calamento ꝛ exhibeantur per duas horas ante diem ꝛ dormiat immediate post eas per vnaꝫ horã ꝛ post quinque horas accipiat pro lauatiuo ciatũ vnum aque ordei cum zuccaro calefacte et post ipsam per vnam horam accipiat cibum. Assumpto itaque hoc minoratiuo accipiat hoc digestiuuꝫ qd̄ continuet x. diebus. ℞ sirupi de calamento de sticados sy. acetosi compositi ana. ℥. s. aque sublimationis rad̄ yreos. ℥. i. s. aque capil. ve. ℥. ii. misce

Erradicatiuum assumpto digestiuo purget̃ cuꝫ istis pillulis. ℞ pillularum fetidarum descriptione maiori. ℈. ii. pillularuꝫ de hermodactilis. ʒ. s. misce ꝛ reformentur pillule. vii. cuꝫ sirupo acetos̃ composito ꝛ assumat vt supra de minoratiũ. Et si dubitaret de caliditate tam in solutiuis ꝙ ĩ digestiuis tunc frangat eorum audatiam cum aqua cicorec endiuie vel acetose modo suo. Et iterum cũ eisdem purgari poterit in autumno. veruntamẽ propter reliquias caliditatꝫ estiue omnia talia frãgantur vt predictuꝫ est ꝛ minorentur doses saltẽ solutiuoruꝫ. Electꝫ quo vti potest gratia p̃seruationis esse potest electuarium de acoro. ꝛ fortius illo et conuenientius in preseruatione ꝛ cura stuporis per me consuetum et vtile est hoc. ℞ yere hermet. ℥. iiii. acori bñ torte paralisis artetice florꝫ rorismarini ana. ʒ. ii. folii ameos zinziber al. fen. granorum paradisi ana. ʒ. i. specierum plirisarcoticon. ʒ. v. mell' ros̃ colati. ℥. viiii. zuccari secunde decoctionis. ℥. vi. misce et fiat electuarium de quo accipiat. ʒ. ii. vsque ad iii. ĩ aurora duobus mensibus continuis ꝛ deglutiat ipsum et tardet post ipsum cibũ. iiii. horis ad minus. Confectio qua vti potest est confectio de acoro confortata cũ speciebus diacinamomi aut dianusci aut diambre que valde melior est. Confectio domestica ad idem est hec. ℞ specierum confectionis anacardine dimisso anacardo. ʒ. ii. ligricie anisii floruꝫ rorisma. ana ʒ. i. s. zuccari albi. ℥. vi. misce ꝛ fiat confectõ solida cum aqua sublimationis rorismarini. De hac confectione accipiat. ʒ. i. s. parum ante prandium et ante cenam. Pillule quibus vti potest gratia preseruationis sint iste. ℞ aloes epatici. ℥. i. hermodactilorum electorum. ℥. ii. agarici turbith electi ana. ʒ. i. salis indi. ℈. i. anisi se. rute piperis al. p̃itri masticis ana. ℥. vi. infundantur omnia in. ℥. v. succi saluie conquassentur ꝛ exponantur soli vsqꝫ ad exiccationeꝫ eorum. Deinde renouetur succus ꝛ iterum exiccentur ꝛ fiat taliter tribus vicibus. De hac ergo massa fiant pillule pro omni. ʒ. viii. d̄ quibus recipe potest omni tertia vl' quarta die duas vl' tres parum ante cenam ꝛ potest etiaꝫ d̄ eis accipere bis in mense. ʒ. i. in aurora ꝛ obseruare post eas que scripta sunt supra in solutiuo minoratiuo. Unctõ qua vti debet que est mirabilis im pressionis ẽ hec. ℞ olei oliuaruꝫ antiquissimi lib. i. pul. euforbii. ℥. i. iundebedust er. ℥. s. puluerizẽtur. deĩde misce ꝛ ponantur ĩ ampulla et claudat̃ eius orificiũ diligẽt̃ liget̃. itaq̃ p̃dicta ãp'la mãu brio caldaris caldari existẽte pleno aq̃ buliẽtis ꝛ permittatur bulire vsquequo tertia pars olei consumetur. ex hoc enim oleo calido cuꝫ se exponit lecto omnes partes stupide inungantur sepe et vidd̄bis mirabile ꝛ magnum iuuamentuꝫ si post fricationes antemissas conuenienter fiat. Ex hoc itaqꝫ regimine volo satisfactum esse ad intentionem cu

ratiuā et preseruatiuā licet casus plura expeteret

Consilium d mala complexione ca. & sicca magni pedis partim per essentiam partim per colligantiam epatis sanguinem colericum ad pedes effundentis a qua nocumentum corruptionis i operatione tactiue potentie prouenit. & continet partes duas. Prima autem pars continet capitula. 7. q omnia versantur circa cognitionem egritudinis

Capitulum primum sermo vniuersalis.

I virum quempiam summa veneratione dignissimum. si sapientiam hominum maximis litterarum studiis refertissimam eximiis laudibus ceseri maxime sapientiam tuam vir insignis & celeberrime doctor Raynalde sicule ingentibus preconiis existimo colendissimā esse debere. video ei te nō solum in scibilibus sapientie medicine que medicorum communitati consueta sunt esse versatū. sed sublimioribus eiusdem facultatis esse intentum. Scribis enim mihi materiam difficilem. & non quidem viro a q° scientie perfectionem maiorem expectare debeas q̄ a te ipso iamdiu approbatissimo studio vendicasti. sed tua illa probatissima sapientia recte procedit. eo laudatissimo ritu quo iterum veterum illustriores incedere solebant. Neque enim contenti erant propriis ingeniis ī scientiam vendicādā sed ad aliena ginalia non raro non solum litteris. sed etiam personaliter transferebat sic Plato menfiticos vates. sic Pitagoras quem vulgus magum. Philosophi vero sapientissimum esse dixerunt intrauit persas. pertransiuit caucasum montem. atq3 opulentissima Indie regna pertrāsiuit & ad extremum vsq3 orbis latissimo phison a genere transmissus peruenit ad caucasum. vbi Architam philosophum in trono sedentem aureo. et de tantali fonte potātem legentem audiret de naturali philosophia de astronomia de morali atque omni sapientia approbatissimum. Sed neque tu similiter cum satis & peramplius tibi ipsi & per te ipsum satisfacere possis. sed video q illud facis vt experiri possis quantum gd & qualiter ab aliis zelato quodam animo acquirere possis. Solent enim sapientes in aliena castra transire non tanq̄ trāsfuge facti. sed velut exploratores vt Ancus lucillo scripsit epistolam prima. Ne igitur intentum tuum frustretur ab eo qd te querere video. vt si quid in euganeo studio veritatis in rebus arduis habere possis. accipies fortassis. tamen inculte magis q̄ profunde aliquid d materia quā optas. Scribis enim virum quadragenarium habitudinis laudabilis. & conuenienti regimine rerum non naturalium rectum. neq3 effrenitantem in eorum aliq° & maxime quia religiosus est ab anni fere spatio i magno pede dextro vsque ad crus eius in domestica parte excessiuam fuisse passum caliditatem adeo vt etiam frigidissimam aquam membro illo effusam operatone sensus tactus percipiat velut excessiuam caliditatem imprimere. Et in summa nō solum aquam frigidam. sed omne aliud obiectum cum frigiditate impressiuum summe fere calidum ab eo percipitur. Res quidem hec ingentis est speculationis digna. maxime. quia stomachus eius naturali lapsu a medio generis labitur per frigidū & humidum. Eo quia flegmaticus est et flegma illud per viam indigestionis i eo congregatum fuit et non per viam defluxus a locis aliis. Est etiam epar huius viri quandoq3 oppilatōnibus agitatū ab intensa caliditate. Adhuc et tertio videtur vir iste cibum suum conuenienter digerere. Et vltimo scribitur vt pretactum est. regulatus modo viuendi satis pertransiuit vsque ad mensem marcii nuperrime preteritum. tunc autem inualuit predictum membrum dolor magnus. absq3 aliquo tūore vel rubedine. sed solum ibidem intensa caliditas cum dolore percipitur. Et adhuc iterū eo magis hanc dispositionem existimo contemplandam esse. video sufficientissime procurationi a viro in speculabilibus. & operabilibus excellentissime trito. Qd apparet ex his que mihi innotuerunt. cum primo ad antecedentem materiam & mandantia membra in sui operatione processerit & minorando diuertendo & digerendo. & confortando membra & proprie stomachum & epar. Sicq3 demum cum secunda vniuersali euacuatione ad eradicandum materiam processum est. & ad particularem materiam intendendo. cum localibus vt embrocis inunctionibus fricationibus & sitibus processum est. & nihil fere de contingentibus canonico regimine applicabilibus pretermissum fuerit. Cum nihil tamen horum finaliter secundum optata cotulerit vt scribitur. qua de re rem hanc non solum grauem. immo magna speculatione dignissimā existimo fore. vnde pro ip ius iquisitione & curatione etiam videtur mihi contemplandū esse circa septem principaliter. Et primū est. hec an dispositio sit per essentiam patientis membri vel per colligantiam denominanda. Secundum vero principale sub qua denominatione morbi reponenda sit. Tertium vero est que sit species lesionis vel nocumenti qd ab ipsa producitur. Quartum vero ē cui potentie vel virtuti. hec dispositio attribuenda sit. Quintum est cui particule essentialiter hec dispositio attribuatur. Sextum vero est notificare signa eius. Septimum vero et vltimum est ponere can. & instrumenta regiminis.

Capitulum secundum an hec dispositio sit per essentiam patientis membri an per colligantiam denominanda.

Itaq3 si diligenter huius dispositionis veritatem inquirere debeo secundum q mihi ingenium exhibebit reducendum ē primo dispositionem hanc ad notitiam ipsius distinctam ipsa diffinitione eius exprimendo & rationibus comprobādo & illustrium virorum auctoritatibus vigorando. Est autē hec dispositio omnino & pricipaliter dicenda mala complexio calida & sicca materialis. que est egritudo per essentiam principaliter totius cruris et maxime particule patientis. Neq3 enim hec egritudo per colligantiam simpliciter dnominari potest eo quia raro contingit egritudinem per colligantiam in parte aliqua extendi per dies aliquos quin transeat in egritudinē per essentiam. Adhuc etiam si hec dispositio esset per colligantiam absolutam. et quocunque modo cōtingeret oportet inueniri membrum per cuius colligantiam egrotarent tibia huius viri. sed nullum videtur assignari posse vt scribitur. eo quia neque cerebrū. quoniam non est matericrum istarum neque tante cauitatis communicatiuum. neque stomachus pari

ratione. Etiam quia vt superius tactum est stomachus huius viri lapsus ē a medio generis ad frigidū ꝛ humidū materialitē. Neque etiam hoc idē de epate dici potest. Et quia dato ꝙ epar eius respectu medii generis sit calidum vt scribitur ꝛ adhuc notabiliter apparet de necessitate fuisse iuuamentum ex instrumentis euacuantibus digerentibus ꝛ confortantibus que applicita fuerunt vt scribitᷣ sed nullum apparuit iuuamentum ex horum applicatione ad epar. neque ad epar neqꝫ ad alia pr̄dicta membra. igitur non potest deduci ꝙ egritudo ista insit tibie precise per colligantiam ab aliqua determinata parte. Forte autem existimare posset aliquis. ꝙ hec dispositio inesset huic membro per colligantiam eius ad totum reliquum corpus prius producta. aut nunc dependens. sed neutrum horum saluari potest. igitur hec egritudo ī membro isto non ēst per colligantiam. patet consequētia qᵒnīā si sic necesse ē precessisse aliquā egritudinē per quā ī crisi translata foret materia ad ipsam tibiaꝫ. sed nulla precessit egritudo ad quaꝫ hec cretica transmutatio successerit. igitur in hoc membro talis egritudo non potuit fieri per modū cretice transmutationis materierum egritudinū totius. Neque iterū aliquis credere posset. ꝙ egritudo huic membro inesset per cōtinuam ꝛ successiuam transmissionem paulatinam materierum a toto ad hanc partē. oporteret enim necessario assignare egritudines toti comunes ꝛ corum causas. Sed vir iste non egrotat mala complexione calida et humida calida et sicca frigida ꝛ humida aut frigida ꝛ sicca toti communibus vt iaꝫ prescriptum est. igitur hec egritudo non est per colligantiam totius ad hanc partem. Amplius demonstratōne arguitur sic. si in toto corpore īueniretur egritudo aliqua de predictis. quomodo saluaretur integritas operationum stomachi epatis ꝛ aliarū partium ꝛ robur virtutis. De ratione enim formali morbi est ledere. sed egrotante toto lesio esset valde magna. ergo facile demonstrabilis vel cognoscibilis. consequens repugnat experientie. igitur ꝛ fundamentum illud ex quo ipsum sequitur. Patet itaque si bene consideretur ꝙ omnino oportet cōcedere hanc egritudinem esse principaliter p essētiale nocumentum particule patientis. Neque volo molestari hic an sit possibile vel de facto contingat hanc egritudinem secundum partem aliquaꝫ per colligantiam dependere ab aliquo membroꝝ superiorum debili existente. facile enī concederet id. quoniam membra superiora velut fortiora superfluitates suas expellunt ad debilia prima pri capitulo de membris in fine. sed principale ad qđ intenditur considerandū credo ēē dispositionem huius per colligantiam ꝛ demonstratum est. Adhuc iterum neque video rationem aliquam neque auctoritatem que probare possint hanc egritudinem esse denominandam per colligantiam absolutam totius corporis aut alicuius particule essentialis ad ipsum crus. Mirabile enim videretur quare in dispositione assignetur nocumentuꝫ per simplicem compassionem vel condolentiam vl̄ alterationem prouenientem ab aliqua egritudine totius vel alicuius particule ad hoc membruꝫ quī per signa et accidentia cognoscerentur egritudines tales toti aut particule corporis appropriate vel in eis existentes. Etiam iterum hoc probatᷣ quoniam si totum aut aliqua particula corporis egrotaret. oporteret necessario assignare. s. inuentionem specici lesionis vel nocumenti prouenientium ab illis egritudinibus totius aut partiuꝫ. qᵒniam terminus discretiuus sanitatis ab egritudine ē sēsibilis opationū lesio. Cū gᵒ neq̄ totiu neq̄ partium appareat sensibilis in operationibus lesio omnino non potest dici hanc egritudineꝫ īesse membro precise per colligantiam eius ad totum aut ad aliquam partem vel partē vt iā dictū ē.

Capituluꝫ tertiū sub qua denominatione morbi hec dispositio reponenda sit.

Postq̄ autem satis aperte visum est. ꝙ predicta dispositio inest cruri huius viri per essentiam. iaꝫ videtur mihi declarandum esse. qualiter hec egritudo denominanda sit. Est enim dispositio p quā prouenit in operationibus immediate nocumentuꝫ sensibile. quare ipsa ē morbus vt patet 2ª primi capitulo primo fere ī exordio. igitur aut erit egritudo nature compl'onalis aut vnitatis aut cōpositionalis. consequentia necessaria est a sufficienti diuisione membrorum comprehensorum sub his generibus vt patet secūdo tegni ibi. Genera autem lapsuum sunt eadem his que virtutem cōplent. Nā in quot naturis tanquam principiis p ficiuntur operationes naturaliter dispositis ī eisdem preter naturaliter variatis imperficiuntur operationes vt colligitur etiam secunda primi 2ᵒ caᵒ. Uidetur autem ꝙ hec dispositio non sit egritudo cōpositionalis. eo quia ibi non inuenitᷣ aliq̄ đ egritudinibus que cadere possint sub quattuor generibus egritudinum compositionalium. Neqꝫ enim ibi est egritudo superficiei. qr neqꝫ aspera ē neque nimium lenis pars huius membri. Neque iterum hoc membrum egrotat in figura. quia hoc membrum non est curuum tortum vel. distensuꝫ preternaturaliter ꝛ sic de aliis. Adhuc etiam hic non ē egridudo in receptacl'o. propterea quia ibi non est receptaculum aliquod ventriculus vl̄ concauitas manifesta. Similiter etiam quia ibi non est egritudo in via cuꝫ in loco illo non sit via manifesti transitus alicuius corporis de loco ad locū quare hec egritudo non est cadens sub primo genere egritudinum compositionalium. qđ plasma nominatur. pari etiam ratione deducitur. ꝙ hec egritudo non est compositionalis in quantitate diminuta cum non appareat membri extenuatio vel consumptio manifesta. Neque est egritudo in quantitate aucta. quia nō est ibi aliqua superaddita particula quantitatiua cum non sit ibi tumor de quo curandum vt iam scriptum est. Similiter etiam facile ꝯuicitur est egritudo ista non ē cōpositionalis cadens sub denominatione numeri. neque eniꝫ ibi ē aliqua particula vl̄ substantia numeraliter aucta vl̄ diminuta. igitur non ē egritudo in numero. Postremo etiam hec egritudo non ē in situ pro loco capiendo ipsum denominanda neqꝫ enim ibi ē aliquid extra locum qualitᷣ ꝛ quantum esse non debeat. Et iterum hec egritudo non est denominanda egritudo in situ situm ipsum pro colligantia vel societate accipiendo vt in precedēti capitulo plane declaratuꝫ ē. quare ex pr̄dictis iam satis apparet ꝙ egritudo ista non ē cadens sub denōiatione cōpositionalis alicuius specierum decē que cadunt sub primis quattuor generibus. compositionalis nature. quia nō ē dispo

positio i superficie via figura via vel receptaculo cadentibus sub primo genere compositionali de nominato plasma. Neqꝫ in quantitate aucta vel diminuta cadentibus sub secūdo genere. s. sub q̄ntitate. Neque etiam in numero vel diminuto vel aucto quod est tertium genus compositionalis. neque in loco per colligantiam que cadunt sub quarto genere. s. situ. igitur non est egritudo compositionalis. consequentia tenet a sufficienti diuisione omnium egritudinum compositionalium que comprehenduntur ex Auicena 2ª primi capitulo 3°. Pari etiam ratione secūdo principaliter deduci potest. q talis egritudo nō ē cadens sub 2° genere. s. nature vnitatis. neque enim ibidem est solutio continuitatis improprie dicta. que dicitur extensio vel distractio partium quarundam. ⁊ contractio aliarum vt apparet. neque etiā ē ibi solutō continuitatis proprie dicta. quam Auicenna ⁊ reliqui auctores nominant solutionem imparis. neqꝫ enim membrum vel aliqua particula impar esse facta bipar vel tripar et sic d aliis. Adhuc etiā neqꝫ ibi est solutio continuitatis in carne non in cute. non in neruo neqꝫ i ligamēto. panniculo musculo vel corda vena arteria nec costa osse vel cartilagine. ⁊ sic de aliis ibidem non videtur esse solutio continuitatis. Cōtra q2 ibi est dolor fortis sed omnis talis sequitur alterationē compl'onis aut solutionem continuitatis. igitur in membro illo potest esse vera solutio continuitatis saltē profunda vel intrinseca licet non apparens. Dicendū est negando consequentiam. quoniam non sufficit ostendere necessitatem vere solute continuitatis per presentiam vehementis doloris. Ipsius enim causa potest esse simplex subita vel fortis compl'onis permutatio abiqꝫ solutione continuitatis. vt patet ex littera Gal'i secundo tegni loquentis sub nota disiunctionis dum dixit. Dolores vero secūdum quecunque incumbunt locum aut solutam continuitatem aut subitam alterationem ostēdūt Aut etiā secūdo dici potest. q licet concederetur ibi esse solutionem continuitatis. ipsa tamen esset improprie dicta ⁊ non proprie intellecta. videlicet solutio imparis vt dictum est. quare satis clar̄ videtur esse tenendum in predicto membro non esse solutionem continuitatis manifestam vel proprie dictam. Cū igitur neque hoc mēbrū egrotet aliqua egritudinum compositionalium vl' vnitatis vt probatum est. relinquitur q membrum illud necessario egrotabit genere male complexionis a sufficienti diuisione. Et prima conclusio ex precedentibus ē necessario d̄ducta. Et licet ista cōclusio vera sit. tamen non est sufficiens ad completam cognitionem vel curationem huius dispositionis. quare oportet alias particulariores p̄mittere cōclusiones. Quarū secūda ē hec. q iste morbus est complexionalis ⁊ materialis. Prima pars huius conclusionis ex precedenti discursu satis d̄ducta est. Et secunda probatur. quoniam si talis dispositio esset mala complexio immaterialis. āt esset necessario humida calida frigida vl' sicca. Sꝫ mala complexio simplex humida per se dolorem non efficit 2ª primi capitulo de causis doloris et pluries alibi. Amplius si esset mala complexio frigida aut calida tantum. aut sicca tantum. aut calida ⁊ sicca. aut frigida ⁊ sicca. tunc necessario aut esset ab intrinseco eueniens aut ab extrinseco. Et siquidem esset ab intrinseco. aut esset paulatine in membro facta aut subito. Sed mala complexio q̄libet illarum paulatine in membro acquisita nō efficit dolorem. Non quidem calida. quia dato illo necessario quilibet ethicus doleret. Nō frigida q2 pari ratione paralitici a frigiditate interius acquisita paulatine facti dolerent. Similiter etiā nec mala cōplexio sicca paulatine eueniēs dolorē efficit. vt patet i ethica senectutis in pluribus dispositionibus marasmodeis a siccitate factis. quare nō poterit esse hec dispositio proueniens a mala cōplexione immateriali simplici vel composita paulatine facta proueniens. Neqꝫ etiā dici potest. q hec dispositio sit mala complexio simplex vl' composita immaterialis subito facta. Tales enim species male complexionis non ponuntur ab auctoribus. quoniam non vidētur habere causas productiuas ipsarū. aut saltē ab aduersario assignari debent Et si forte caderet hoc in imaginatione alicuius speculatiui difficile esset assignare aliquam speciem male complexionis immaterialis de predictis que eandem non associaret sibi materiam ⁊ tu considera. Adhuc iterum ostendit' tertio. q hec dispositio non est mala complexio immaterialis ab exterius eueniens propter plura. Primo quia esset difficile imaginari alicuius primitiue cause continuam applicationem ad membrū per quā ipsum lederetur ex continua applicatione obiecti ad organum tactus. Sed ex narratis ⁊ scriptis apparet q quandocunqꝫ et quomodocūqꝫ organo tactus membri sui applicetur obiectum frigidū semper percipitur calidū. ergo oporteret primitiuam causam continue esse existentem. consequēs videtur impossibile quo ad esse. immo etiam quo ad imaginationem quare et cet. Amplius si mala complexio frigida calida vel sicca immaterialis continue esset in conseruari dependens ab exteriori causa vt aere ⁊ similibus oporteret necessario q semper nocumento huius tristis sensationis lederetur eger. sed consequens repugnat casui igit' Relinquitur igit' q hec egritudo nō ē species male complexionis immaterialis aliqua simplex vel composita vt patet intelligenti. Tertia conclusio principalis ponitur q hic morbus est mala complexio calida ⁊ sicca materialis Cōclusio ista probatur. primo quantum ad primam partem ex p̄cedentibus in probatione precedentis conclusionis adductis. Et probatur etiam ex hoc quia per hanc egritudinem nocetur operatio membri nocumento corruptionis vt probabitur in sequēti capitulo. sed nocumentum corruptionis aliis paribus vt in pluribus ⁊ quasi semper fit a cal'itate ⁊ siccitate sicut nocumentum diminutionis et ablationis operationum fit a frigiditate. igitur hic morbus rationabiliter poni debet mala complexio calida ⁊ sicca. patet consequentia quia denominatio morbi vt in pluribus assignatur ab auctoribus penes efficientem causam materialem. ⁊ minor est omnium auctorum prima tertii tractatu primo capitulo 6°. Iuditium autem de significationibus harum lesionum est. quoniam cum procedit cursu permutationis. i. corruptionis secundum plurimum sequitur complexionem calidam et siccam. ⁊ que currit cursu diminutionis ⁊ debilitatis secundum plurimum sequitur frigus. quare relinquit' veritas conclusionis. Qd autem hec

mala complexio sit materialis calida.s. colerica probabitur inferius in 6° capitulo de signis signi ficantibus. Quarta cōclusio sequitur ad predic ta.⁊ est q mala complexio talis est mala comple xio sanguini acuto commixta. Probatur cōclusio ex deductione precedentis. quia si est mala com plexio calida ⁊ sicca igitur ⁊ colerica. Item si ipsa commiscetur sanguini ipsa reddit ipsum colericū Amplius hec mala complexio calida fortassis nō euacuatur ab aliqua quantitate adustionis.siue sit adustio in eadem materia colerica.siue sit in san guine acutiori facta. Et tertio iterum hec conclu sio probatur inferius vbi in sexto capitulo ponēt signa huius dispositionis rectificatiua quar⁊ cet Et ex istis omnibus apparet.q hec dispositio re ducta est ad particularem denominationem.s.q ipsa est mala complexio colerica in parte illa par tim fixa.partim dependens a continua transmis sione colerici sanguinis ab epate ⁊ partibus supe rioribus vt a kili vena ⁊ similibus.

Capitulum quartum de specie lesionis que ab hac dispositione producitur.

Iam igitur patet ex precedenti ca°.q oportet de clarare que species lesionis sit hec.qua tactu patiē tis huius nobilis omne frigidum calidum perci pitur.Ex quo fundamento apparebit precedentis capitl'i ⁊ veritatis ipi⁹ itellectus aplior.⁊ erit via ad inueniendum curationis principium ⁊ instru menta idonea.Lesio igitur vel nocumentū i ope rationibus ab auctoribus assignatum triplex ē.s. diminutionis ablationis mutationis vel corrup tionis vl' mediocris lesio.⁊ istis variis nominibus vt apparebit operationum lesiones vel nocumen ta ab auctoribus assignata sunt.Dicitur autē no cumentum in operationibus diminutio multipli citer.vt quando operatio exempli gratia trāsmu tandi sanguinem in alimentum.que est ipsius cō uersio in humiditates secundas diminuta esset in digestione vl' decoctione verbi gratia.Si sanguis qui debet esse alimentum carniformium partiū conuertatur in primā humiditatem de secundis aut tertiam vel quartam ita q in gradu caloris i ueniatur humiditas secunda varieta respectu calo ris carnis. Aut vero secundo dicit' diminuta ope ratio talis.vt si penes grossitudinem in substātia que quantitat esset diminute ingressatur sanguis vel humiditas.aut qr aquosa.Aut tertio diminu ta dicitur.vt si digestiua potentia fortis existens ad transmutandum sanguinē in humiditates se cundas in quinq horis gratia finis predicti non posset bene propter debilitatem illum sanguinē conuertere in septem vel octo horis Unde siue sa guis in humiditates secundas diminute coctas a virtute diminute transmutetur respectu gradus aut respectu temporis ad hanc trāsmutationem ydonei. totum hoc nocumentum sub lesione ope rationis nominata diminuta poni debet. Etiam iterum huic tali nocumento inuenitur aliud cōtra rium nocumentum per viam intensionis nomia tum. Non enim est inconueniens vt si nocumētū in operationibus assignatur per speciem diminu tionis.etiam in eisdem operationibus assignari possit nocumentum per intensionem.Si hoc quid nocumentum intelligatur per contrarietatem ad predicta omnino.vt si gradus coctionis transcen deret conuenientiam ad transmutandum sangui nem in humiditates secundas proportionatam nutrimento carniformium vt qr in gradu com ploali excederent humiditates secunde excede rent caliditatem carniformium membrorum.āt modo substantie grossiores ⁊ magis compacte red derentur aut in tempore minori multū excoque rentur.patet q in operatione transmutatiua san guinis in humiditates secundas carniformibus membris conuenientis esset nocumentū.Et non quidem per modum diminutionis vt paulo ante apparuit.ergo per modum intensionis sicut decla ratum est. Forte autē ex predictis videretur in surgere dubitatio.s.q non in cuiuscunq membri operatione nocumentum contingere posset per vi am intensionis.sicut patet de operatione visiua fuisse d mente Auicene tertia tertii ca° 2°.Uoluit enim ibi superfluitatem in visione dependere ab equalitate oculi.⁊ tu cōsidera hic.quoniam fortas sis a temperamanto oculi non potest prouenire excessus i temperata visione nisi per superfluita tem videndi in oculo temperato intelligeretur p fectior operatio.que reperiri possit in latitudine temperamenti que reperiretur i oculis extremis temperantie positis.perfectissimum enim in tem perie superfluū denominari potest respectu extre morum temperiei.Ex quibus omnibus in vnū col lectis videri potest.q nō omnis operatio diminu ta dicitur esse leuis secundum intensionem Gal'i 2° tegni vbi dixit.Qd nocetur operatio tripliciē s.leuiter.i.diminute vt omnes exponunt. Opera tio enim per intensionem assignata non est leuis i.diminuta sed intensa est.vt deductum est quare ⁊ cetera.Et ex hoc fundamento patet manifeste q operatio tactiua huius nobilis per quam compre henditur frigidum ex impressione calidum non ē diminuta.Oporteret enim q obiectū intense ca lidum perciperetur remisse tale. aut intense tale que sub nocumento diminutionis operationum i cluduntur vt deductum est.Iam autem ⁊ nunc ite rum inquirere oportet.qualis sit hec nocumenti i operationibus species.Neq etiam dici potest q sit ablata. quoniam nocumentū ablationis tollit presentiam actualitatem vel essentiā operationis Cum igitur hic sit operatio sēsitiua.probatur qr percipit obiectum imprimens. ergo non est obla ta sensatio membro.ergo non potest dici operati onem sensus ab eo ablatam esse. quare cum nocu mentum in operatione huius membri.non sit p viam intēsionis aut diminutionis assignabile vt paulo ante deductum est.Neq etiā per viam ab lationis sensus vt nunc probatum ē. Relinquitur ergo q nocumentum in operatione sensus in mē bro huius viri erit corruptio denominandum.cō sequentia necessaria est.a sufficienti diuisione om nium modorum nocumenti vl' lesionis que assig nantur in membris tripliciter.vt secundo tegni. Nocetur autem operatio tripliciter.aut leuiter.i. diminute.aut mediocriter.i.corrupte.vt declara bitur.aut omnino non fit.i.aufertur. Est autem nocumētū corruptionis i operationibus ab auc toribus assignatū. per quod formale i operationi bus que comuniter humane speciei conueniunt p mutatur.hoc autem itaque est vt p modū actionis membrorum perueniatur ad permutationē spe cifice denominationis i operationibus.verbi gra tia.sicut si forma epatis cum temperamento suo

transmutare d'bēs chilum ī massā sāguineam par tes chili sua cal'itate ⁊ humiditate mediocri fluxi bilitate ⁊ acreitate ⁊ vnctuositate aptas conuerti ī sanguinē transmutaret in fumositates velut fre quēter fit ī timpanite. aut ī aquositatē velut ī ascli te. aut ī sanguinem aquosū flegmaticum velut in yposarcha. Talis enī transmutatio ē actio. igitur operatio. ⁊ non ablata vt patet. neque diminuta vel intensa vt deduci potest ex predictis. igitur d' nominatur corrupta. Et causa est qꝛ sicut in vera corruptione fit transitus a d'nominatione vnius speciei ad alteram ita ⁊ ī hac. ptes enī ī chilo assig nate disposite erant transmutari ī sanguinē. sed fuerunt transmutate ī aquositatē. aut in fumū vel aliā consimilē substantiā. ergo fuit ī obiectū illud facta transmutatio corruptiua p quā deuētuꝫ est ad transmutationem specifice denominationis il lius. Ex quo apparet ꝙ talis opatio omnino dicit' ex toto genere preter naturā. generalit' enī veri ficatur qđ hec ē pret' nat'aꝫ toti humane speciei ⁊ cuilibet īdiuiduo ipsius. s. ꝙ ptes laudabiles chili que debuissēt cōuerti ī sanguinē laudabilē. conuer se sint ī fumuꝫ aut aliā materiā corruptā. Et for te ex hoc fūdamento quis facile d'ducere poterit. ꝙ hec operatio nominat' etiā corrupta. qꝛ tēdens ī corruptionē vl' preparās ad corruptionē mēbri illius cuius ē operatio. corrupta. Raro enī cū tali corrupta operatione epatis imaginari possumus epar diu pdurare quin corrūpatur imo ⁊ īdiuidu uꝫ totū. quare merito denominanda ē opatio cor rupta significatiē qꝛ significat membri vl' totius cuius est operatio corruptionē. ⁊ tu cōsidera ꝙ h° videt' esse rationale. eo qꝛ nocumētū corruptionis ī operationibus ē deterius nocumētū ꝙ̄ diminuti onis operationū aliis paribus. Nocumētū enī di minutionis operationū non ita faciliter aut cito tendit vel preparat ad corruptionem aliis pari bus sicut nocumentuꝫ corruptionis preparat ad illā. Et ex h° fūdamēto itē̄ ītelligi pōt. quar' nocu mentū corruptionis ī operationibus tam variis denominationibus ab auctoribus denominatū sit nominatur enī mutatio vl' pmutatio pp transitū ad alterā specificā denominationē vt visū est. Ne qꝫ enī ī nocumēto diminutōnis fuit transitus iste Contra ex hoc fundamēto videt' esse deducenduꝫ ꝙ nocumētū ablationis operationum denomina ri dꝫ nocumētū corruptionis. probatur consequē tia. eo qꝛ sicut p nocumentum corruptionis fit transitus in alterā denominationē specificā. Ita p nocumētū ablationis fit transitus in eandem. g° vnū illoꝝ nocumētoꝝ nō differt ab al'o. neganda ē cōsequentia illa. Et dicendū ē ꝙ omne nocumē tū corruptionis in operationibus p'supponit en titateꝫ vl' presentiā opationū. Sed nocumētū ab lationis excludit omneꝫ opationē quare ⁊ cet'. Se cūdo apparet quare a Gal'o h° nocumētū corrup tionis denominatū sit mediocre. qꝛ videt' mediū tenere inter ablatiuū esse opationū ⁊ diminutiuū esse ipsaꝝ. Est enī ī corruptione presentialit' opa tio mēbri. pp qđ distinguit' ab ablatione. vnde nō ē tanti nocumēti portentiuū nocumētū corrupti onis sicut ablationis. Neque ē ita leue sic nocumē tū diminutionis. imo ē fortius illo. vt apparet ex predictis. Igit' erit mediocre inter illa duo nocu mēta. qđcūqꝫ enī nocumentū ī opationibus remis sius ē pessimo ⁊ intensius leuissimo mediocre d'no

minari debet quare bene dixit Gal's. Nocetur op atio mediocrit' ⁊ cet' ⁊ hec fuit causa pp quaꝫ Aue rois tertio colliget capitulo de accidentibus supue nientibus virtuti nutritiue. Nocumētū corrupti onis in operationibus omniū mēbrorū nomina uit pmutationeꝫ ad malas operationes. vt ibi cla re colligi potest dū dixit. Lesio que supuenit vni uersaliter operationibus membroꝝ ⁊ passionibus eoꝝ est tribus modis. Unus eoꝝ ē vt operatio mē bri cessauerit. vt sint propinqua puncto priuatio nis. Secūdus ē vt si diminuta a suis nat'alibus opationibus. Tertius est vt sit pmutata ad malas opationes. vide qꝛ corruptionē d'nominauit respec tu diminutionis. Et eūdē sermonem protulit pri mo cāticoꝝ Auicena cātico ii 5. dū dixit. Egressus nat'alis opationis a dispositione sua ē triplex. ipsi us debilitas. ipsius ablatio. ⁊ ipsius pmutatio. Ita qꝫ ex omnibus bene collectis ad inuiceꝫ d'ducēda ē conclusio talis. Qđ nocumētū ī operatione sēsus tactus partis patientis ī isto nobili d'nominari dꝫ species lesionis corrupte. neqꝫ enī diminuta vl' in tēsa neqꝫ ablata vt iaꝫ pbatuꝫ ē. igit' necesse est ip sam esse corruptaꝫ. cōsequentia necessaria ē a suffi cienti diuisione oīꝫ specieꝝ lesionis ī tria mēbra iā declarata Hec qdē iā facile ex predictis intelli gi possunt. Sꝫ iā nūc nō minor īsurgit difficl'tas ī assignando modū quo p speciē male cōplexionis particule illius cōtingat ꝙ obiectū cal'itatē impri mens ī mēbrū illud a potētia tactiua percipiatur frigidū. et ecōuerso. s. ꝙ obiectū frigidū pcipiatur calidū. Neqꝫ ei saluari potest ex parte. obiecti om ne enī tale imprimēs ī mēbꝝ tal'r ipsū alterat q̄li ter īest ei al'a ī potē^a vl' ī actu. sed obiectū ē calidū actu. g° talit' imprimit ī mēbꝝ. Amplius h° nō vi det' posse defēdi ex pte mēbri. quoniā ipsū iā ē al t'atū ad caliditatē. g° p illā nō potest apprehēdere obiectū sub spē frigiditatis. Et tertio iteꝝ arguit' quoniā dato ꝙ obiectū sit actualit' calidū. ⁊ mem brū etiā calidū nō īuenit' ibi aliqua qualitas acci dētalis vel accidētalit' faciēs ad pmutād' mēbruꝫ ad frigiditatē p quā obiectū calidū videretur fri gidū. igit' etiā ex parte accidentalis impressionis nō potest hoc saluari. Quarto iteꝝ ad illđ arguit' quoniā species caliditatis ipresse ab obiecto ī mē brū nō repsētāt nisi caliditatē ⁊ membꝝ suffici ent' recipit impressiones illius. g° d' necessitate re presentabit' ī eo caliditas ⁊ nō frigiditas. Ad hec oīa respōdēdū ē dando modū quo contigere possit ad impressionē obiecti calidi represētari ī mēbro sēsationē frigidā. Et primus qdē modus ē cuꝫ oc currit mēb° obiectū cal'itatē iprimēs videt' cōcur rere cause caliditatis ī mēbꝝ iprimētes. Prima qdē ex pte obiecti qđ calefaciēdo iprimit. 2^a vero ex pte male cōplexionis fictis qua egrotat mēbꝝ ppt' que duo cū mēbꝝ calefit notabilit' ⁊ rarefit etiā. vnde magna spūuꝫ quātitas ⁊ partiū calidaꝝ ab eo resoluit' ⁊ euapat. partes igit' essential'r fri gide per resolutionē iā ī mēbro assignatā ad quā sequit' frigiditas priuatiua. possūt frigiditatē suā ī organū sēsus tactus imprimere. eo qꝛ maior tūc videt' ppor° īequalitatis mēbroꝝ frigidoꝝ ad ī frigidādū quā obiecti ⁊ male cōplexionis iā dicte ad calefaciendū. igit' p tūc in mēbro percipietur impressio eoꝝ. que a pportione maioris ī equali tatis agunt ī mēbꝝ. s. illa sunt membra frigida vt ossa ⁊ cartilagines panicl'i flegmatice ⁊ melice

partes. igit' i membro percipic' frigiditas. Tunc igit' mēbꝝ ip̄ressiōes a re calefaciente pcipiet sub ratōne frigiditat. Cōtra q2 data ista resposiōe se gt' q hec opa° nō dʒ denoīari corrupta. pbat' q2 tal'r mēbꝝ percipit qual'r ab agēte i ip̄sū ip̄rimit' vl' ab agētibus. sʒ agētia ip̄rimūt ifrigidādo vt iā dictū ē. g° potē tactiua tūc nō apprhēdit corrupte. imo perfecte ꝛ cōueniet'. quoniā apprehendere corrupte ē apprehēdere aliqd cōtrariū vl' q nō ē de essētia ip̄rimētis vt ex precedētibus apparere pōt. Ad h° motiuū ꝛ sibi sil'ia dicēdū ē q opa° mēbri i casu assignato ꝛ i modo dato pōt dici cōueniēs ꝛ bona. ꝛ pōt dici corrupta respectu diuersoꝝ. ē ei cōueniēs iquātū fride partes mēbri i organū tactus fritatē ip̄rimēdo a poten tactiua pcipiūt' frigide. sʒ ē corrupta iquātū ip̄ressio i mēbꝝ cōsecuta ē ad obiectū ip̄rimēs calefaciēdo. poten g° tactiua cal'itatē ab obiecto ip̄ressā percipit sub ratione frigiditatis p accidēs. quare merito corrupta nominat'. Alr' modus soluēdi ad predicta motiua q fere reuertit' i idē ē cū fit ab obiecto calefaciēte ip̄ressio i mēbꝝ. ppt' magnā raritatē i mēbro acq̄sitā ꝛ resolutionē ꝛ dbilitatē. aer circūdās mēbrū frigidus existēs imprimere potest i mēbꝝ mō supius assignato. qre poten tactiua pcipit ip̄ressionē fritatis aeris. cuius causa fuit cal'itas iā ip̄ressa ab obiecto ꝛ a mala cōpl'one cal'a sil'. Hec tamē solutō sial'r videt' tēdere i pꝛiaꝫ. ꝛ tu cōsidera q2 sacl difficilius ē redēre causā q̄r obiectū cal'ʒ ip̄rimēs pcipiat' fr'ʒ q̄ q̄r fr'ʒ pcipiat' cal'ʒ. Naʒ facile ad h° secūdū respōderi posset capien° pricipiuʒ p antip̄stasiʒ. ꝛ q̄ secūt' ad illā. ꝛ sic facile solueret' pblema. s. qre vir iste q̄tū ad sēsū tactus ex ap̄priatōe obiecti fri cal'itatē pcipit. Mala eni cōpl'o cal'a a suo cōtrario qd effugit p accidēs ꝛ videl' fortificata vl' aucta represētat organo tactus speciē cal'itatis subito ꝛ vehemēt' ip̄rimētis. pp qd fr'ʒ obiectū pcipit' calidū ꝛ tu cōsidera. Ex qbus oibus apparet iā satis mediocrit' satisfactū esse ad materiam capituli tertii. s. q̄ sit nocumēti spēs i mēbꝝ huius nobilis viri iā ip̄ressa. ꝛ que sint eius cause et forma ꝛ modus assignādi hāc spēʒ corrupte sensationis organi tactus eius. Adde aūt alit' nisi tibi placet

Capitulū qntū de poten vl' virtute cui hec dispositio attribuenda sit.

Ut aūt clarius ꝛ paꝝ p subtilius huius dispositōis mat'ia apiat'. iā opꝫt igrere cuius virtutis hec sēsatio tristis sit passio approꝑriata vel denominanda. Jaʒ ei p speculatores i hac mat'ia due euidētes sūt opiniones. Et vna qdē ponit q tristis sensatio i mēbꝝ ip̄ressa ab obiecto ē passio virtutis appetitiue mēbri patiētis. cū mēb° sensatōis bene dispositō occurrit obiectū potēs ad ip̄rimēdū subito ꝛ fm cōtrarietatē ꝛ mat'ialit' vltra ip̄ressionē hāc ab organo tactus apprehēsaʒ causat' vel pducit' i mēb° sēsa° qdē per quā apprehēdit' illa ip̄ressio sub ratione tristis ꝛ discōueniētis. ꝛ ad istā seqt' tristitia q̄ qdē nō ē aliud formalit' q̄ appetit' ꝯ mēbri ad effugiendū hāc dispositionē ꝛ nō persistēdū in illa que tristitia iā dicta formalit' ē dolor i mēb° perceptus Et ipse qdeʒ talis nō videt' aliud q̄ actus sensationi tactiue superadditus. Ex quibus appꝫ q fm mōꝫ istū oīs tristis sensatio dolorosa i mēbꝝ ip̄ressa ē actus tactui superadditus appriandus potētie appetitiue mēbri ad effugiēdū ipsū. Et ex hac quidē phisica positione mlta possūt cōsequi corre

laria. Primū q2 uera cuiuscūqꝫ doloris cura esset illius appetitus mēbri ad effugiēdū tale nocumentū ablatio vel permutatō. Secūd° q i cura cuiuscūqꝫ doloris p ꝛ pricipalis iten° dʒ esse ad virtuteʒ mēbri in q° est appetitus talis ꝛ nō ad mēbra tactus vel sensationis. Et tertiū correlariū ē q vera ꝛ ppria curatō cuiuscūqꝫ doloris p̄cise ē delitio se sensationis ip̄ressio ꝛ nō alicuius q̄litat de primis vel de secūdis iductio vel pductio i mēb° Et 4° ex hoc itelligi pōt qre delecta° i aiaʒ ip̄ressa vt cū istrumētis musicalibus ꝛ amenis vocibus ꝛ delectabilibus vt cātu amene vocis virginee et reliqua taliū vere sunt dolorē sedātia. eo q2 delitiā inducūt tristitie i mēbris ip̄resse remotiuā. Et legi possūt hi fmōes 4 primi ca° penultimo i fine dū iquit Auicena. Et dulcis cātilene ꝛ pꝛie cum ex ea puocatur somnus ꝛ occupari i eo qd gaudium efficit doloris vehemētiā sedat. Et 5° iteꝝ ad hāc positōeʒ sequit' q nl'lū istrumētū calidū iq̄tū alterātiuū vel frigidū iq̄tū repulsiuū vel igressatiuum aut siccū matterieꝝ cōsūptiuū aut cōpositū ex his vt anodinū nominatū medicamē doloris abscisiuuʒ i cōcreto uel abstracto itellectū pꝛie et vere dʒ noīari doloꝝ curatiuū per verā cōtrarietatem Neqꝫ eniʒ appetitui membri cōsiderāti effugere nocumētū ꝛ nō persistere sub illo vere cōtrariat' calidū vel fridū. Neqꝫ aliud calidū simplex vel cōpositū per verā cōtrarietatē quaʒ habeat ad membra. verā eniʒ ꝛ propriam contrarietatem ad talem tristitiā habet delitia. et plurima talium istis addenda sūt. Et sequit' iteꝝ vltimo ex fūdamēto istius opinionis. qd nullū medicamen narcoticuʒ iteꝝ est vere doloris curatiuū. imo forte illius inductiuuʒ per accidēs. eo q2 sensationem a memb° aufert aut notabilit' diminuit. Quia tamē positō ista valde multū est speculatiā a medicinali via elōgata nō multū videtur vtilitatis cōferre in sciencia medicine. quare potius ab ea recedendū est vel lud oīo phisica ꝛ in materia libri d' anima versus fineʒ aplianda. Ideo sequēdo communeʒ medicorū opinionē. dicendū est q dolor ꝛ quelibꝫ tristis sensatio est passio virtuti sensitiue sensu tactus appropriata. Hec quideʒ cōclusio multis pōt auctoritatibus declarari. ꝛ rōibus q̄plurimis affirmari. Et primo quidē est auctoritas Auicene 2 sexti naturalium capitulo tertio vbi describendo tactum incipit. Tactus est vis. i. potentia ordinata in neruis cutis totius corporis ꝛ eius carnibus ad aprehendendū id qd tāgit illud. s. corpꝰ ꝛ affectat cōtrarietateʒ permutanteʒ cōplexioneʒ ꝛ affectionē cōpositionis. vide q ponit tactū esse potentiaʒ in membris sensus. ꝛ patet q loquitur ibi de sensu exteriori. cīs aūt appetitus est reponendus sub interiori sensu qre ꝛ cetl. Secūdo iteꝝ apparet hoc ideʒ esse veꝝ ex eius auctoritate ibideʒ dū inquit q tactus est primus sensus in hoīe ꝛ oī aīali terreno. Sed in homine aliquādo inuenitur ꝛ nō inuenitur potentia interior appetitiua talis que bene demōstrari possit. vt in embrione fortassis declaratur. aut in appoplesia. aut melius in vera frenesi vel in cibare. In talibus eniʒ operationes sensuum interioꝝ impedite sūt. ꝛ in pluribus eaꝝ. tactus vel eius operatio nō ē impedita. igitur tactus videtur potentie tactiue membri perceptiue sensus exterioris appropriandus. Et hoc iteꝝ pōt d' clarari ab eodem Auicena ex pprietatibus tactus

dū dicit q̄ de ,ppꝛietatibus tactus ē q̄ tota cutis q̄ circūdat totū coꝛpus ē sētiens p tactū.ꝛ nō vna sola eius pars.Si igit̄ tota cutis sentit p tactuꝫ. videt̄ mirabile q̄ tactus a,ppꝛiari d̄beat potētie tactiue appetitiue.q̄ nō videt̄ ēe cōcomitans toti coꝛpoꝛi.Quarto cōtra pꝛedictaꝫ positioneꝫ argu it̄ ex sētentia Aristotil' 2° d̄ aīa.qui poīt q̄ tactus cōsistit i debita ,ppoꝛtione q̄litatū pꝛimarū.,ppt̄ qđ opoꝛtet refracta ēe cōpl'one mēbꝛi vel oꝛgani tactus.ita vt quodāmō mediū existat inter excel lētias q̄litatū pꝛedictaꝝ vt pꝫ 2° de aīa ca° de tac tu vbi iquit.taq̄ sēsu imedietate quadā existente ī sensibilibus cōtrarietatibus.pp h° ei discernit sē sibilia.mediū eni discretiuū ē.fit ei ad vtꝝq3 ipō rū alt'ū extremoꝝ.Sꝫ tale mediū vl' tēperies nō videt̄ attribui posse appetitui q̄r doloꝛ nō videt̄ ēe passio appetitus ꝛ cet̄.Amplius possibile videt̄ nō solū q° ad imagiatōem. sꝫ etiā q° ad ēe mēbꝝ pꝛiuari appetitu quē poīt pd̄icta positō.Sꝫ ipos sibile ē aīal viuēs ēe sine sensu tactus. igit̄ sensus tactus videt̄ rationabilius d̄bere poni pceptiuus taliū excellētiaꝝ p quē etiā mēbꝝ effugiat illas.cō sequētia videt̄ ēe nota.ꝛ colligit̄ tertio de anima versus finē vbi voluit philosophus datū ēe sensuꝫ tactus aīalibus ad fugiēdū nociua ꝛ ,psequēduꝫ iuuatiua.ꝛ mioꝛ coll'r ab eo 2° d̄ aīa vltio ca° vbi i quit.Sine sēsu ei tactus mōstratū ē.quoniā ipossi bile ē ēe aīal.Tertio iteꝝ ad ideꝫ arguit̄.quoniā si p solā sensationē sensus tactus saluari pot q̄ mē bꝝ iclinet̄ ad euitādū impꝛessionē rei cōtrarie su bito ꝛ vehemēt̄ ipꝛimēt̄.nō videt̄ necessariū pone re tristitiā illā que ē appetitus nō psistēdi sub dis positōe illa.quoniā frustra videt̄ appetitū illū ml' tiplicari postq̄ saluari pōt p sensū tactus vt dictū ē.sic nō videt̄ ponēdus ēe appetitꝰ ille vl' tristitia iā pꝛedicta.Quarto iteꝝ arguit̄.quoniam sensus tactus ml'tiplicat̄ ml'tiplicatione obiectoꝝ impꝛi mētiū secūdū excellētias qualitatū sensibiliū.s.ca liditat̄ frigiditat̄ ꝛ cet̄.sꝫ tal' tristitia vel appetitus nō ml'tiplicat̄ ml'tiplicatione taliū obiectoꝝ.ma ioꝛ pꝫ 2° de aīa ca° de tactu.sunt q̄dā.s.qualitates que tagi possūt d̄re coꝛpoꝛis sꝫ q̄ est coꝛpus.dico aūt drias.quibus elemēta determināt calidū frīd siccū ꝛ hūidū ꝛ cet̄.Et mioꝛ ,pbat̄.q2 potētia ap- petitia pd̄icta nō ml'tiplicat̄ ml'tiplicitate obiec toꝝ calidoꝝ friꝝ ꝛ siliū.Quinto iteꝝ confirmat̄ quoniā alii sensus sentiūt p alteꝝ.solus aūt sensus tactus sentit pse ipsū. sꝫ appetitus sētit ꝛ nō ē tac tus.g° p alt'ū ꝛ nō nisi p alteꝝ tactum.g° sēsus tac tus nō ē sentiens pse absq3 appetitu.maioꝛ coll'r secūdo d̄ aīa vltimo capitulo. Et mioꝛ pꝫ q2 talis appetitus quē ponit illa potētia ē sensus sentiens ꝛ nō pse nisi iquātū potētia sensitiua sensu tactus appꝛehendit ipꝛessionē igit̄ ꝛ cet̄.Amplius si sen sus tactus patit̄ ab obiecto vehemēt̄ ꝛ subito ipꝛi mēte fꝫ cōtrarietatē.g° vl' aliqd pcipit vl' nō.si nō pcipit.g° sequit̄ q̄ mēbꝝ nō dꝫ doleꝛe.Si vero p cipit hāc ipꝛessionē.g° dolet.pꝫ cōsequētia cū talis ipꝛessio sit cōtraria subito ꝛ vehemēt̄ ipꝛimēs.g° nō videt̄ necessariū ponere illuꝫ appeti tū.quare ꝛ cet̄.Quare ex oībus istis aggꝛegando videt̄ cōsoꝛ mius loquēdo mētibus auctoꝝ ponere quidē et te nere q̄ doloꝛ ē tristis sēsatio rei cōtrarie subito ꝛ vehement̄ ipꝛimētis a,ppꝛiata potētie mēbꝛi i q° ē doloꝛ si mēbꝝ illđ sēsibile fuerit. ꝛ hec de ca° 5° ista iam subcincte posita sufficiant.

Capitulum sextum de particula cui hec dūpo sitio essentialit̄ attribuenda sit.

Iam nūc videt̄ necessariū ēe ,p determīatione sex ti capituli declarare cui particl'e hec sēsatio tristis attribuenda sit.Iam ei apparet ex pꝛemissis q̄ oꝫ oꝛganū tactus se habere fꝫ mediocritatē i tēpera tia qualitatū sensibiliū. igit̄ nō videt̄ q̄ mēbꝛuꝫ hāc sensationē habēs d̄beat ēe os cartilago vl' ner uus.,pbatur cōsequētia.q2 talia mēbꝛa sūt frida vel sicca elōgata a tēperie inter excellentias quali tatū iā dictaꝝ igit̄ ꝛ cet̄.Iteꝫ pari ratōe arguere tur q̄ caro nō dꝫ ēe oꝛganū tactus.eo q2 respectu medii generis.s.cutis poīt ēe calide cōplexionis ꝛ hūide quaī ꝛ cet̄. In hac aūt mat̄ia varie sūt in numere sapiētū discolie.Quidā ei posuerūt oꝛga nū tactus ēe carnē vt pꝫ ex sētētia Aristotilis 2° d̄ ptibus aīaliū ca° 2° de tactu i trāslatione arabica dū iquit.Instrumētū g° sēsus istaꝝ reꝝ.s.qualita tū tangibiliū ē ex carne q̄ nō ē aliis.s.mēbꝛis.vi de q̄ clare vult carnē ēe oꝛganū tactus. Scđo vo hoc videt̄ ēe de intentione ipsius eodē ca° vbi iqt ꝛ iste.s.sensus tactus de eo fingit̄.q̄ sentit multis modis diuersis ꝛ cōtrariis vt calidū ꝛ fridū ꝛ hu midū ꝛ hūidi. Instrumētū ergo sēsus istaꝝ rerū ē ex carne magis q̄ ex alio. Tertio vo iteꝝ est auc toꝛitas eius i secūdo de paꝛtibus io° ca°. dū iquit Et instrumētū sensus tactus est hoc mēbꝛum .s.ca ro.Et mēbꝝ hoc cōueniens ē illi vt aliis aīalibus Illud ergo mēbꝝ habet sensū tactus.ꝛ ē pꝛicipiū istius sēsus sicut dicimus q̄ pupilla oculi est pꝛin cipiū sensus visus.s.oꝛganū quoniā operatio vel d̄pura° visus ē i eo.Quarto iteꝝ ē Aristotilis auc toritas pꝛimo de istoꝛiis aīaliū sexto capitulo.in quit eni ibi.Sēsus ergo tactus est i mēbꝛo cuius ptes sūt similes.s.i carne vel i alio sibi simili.Qui ta vero auctoꝛitas eius est tertio istoꝛiaꝝ capitu lo de cute vbi iquit.Coꝛiū.i.cutis caret sensu cum abscindit̄ ꝛ pꝛecipue coꝛiū capitis.quoniā in illo loco inter coꝛium ꝛ os nō ē omnino caro. Uide q̄ clare phūs vult nō poni sēsū tactus in aliquo mem bꝛo qđ existat sine carne. Plures etiam auctoꝛita tes hāc opinionē philosophi sonātes colligere po tuissē p magnū ,pcessū.i9 libꝛoꝝ de animalibus sꝫ iste ad pꝛesens sufficiat. Hāc etiam opinionem ponētē carnē ēe oꝛganū tactus secuti fuerunt. Ale xander ꝛ Themistius vt ipōnit eis comentatoꝛ se cūdo de aīa cōmēt̄.i9.io9.ꝛ.ii6. Lege ibi. Fuerūt autem que iduxerunt hos illustres ad affirmāduꝫ opinionē hāc motiua plura. Pꝛimum q2 si caro nō ē oꝛganum tactiue potētie.tunc foꝛma carnis nō esset virtus oꝛganici coꝛpis.qđ ē cōtra diffini tionē aie.Que ē actus coꝛpis oꝛgaici phisici ꝛ cet̄ ꝛ ,pbat̄ cōsequentia.q2 ex positione aduersarii ca ro nō ē oꝛganū tactus. igit̄ foꝛma carnis non est potētia oꝛganica carnis ꝛ cet̄. Secūdū vero eoꝝ motiuum fuit.q2 sequit̄ q̄ oꝛganum tactus et gu stus essent distincta cōtra sententiam philosophi secundo d̄ aīa textu cōmēti.ii2.ibi Lingua enim omnia que tangi possunt sentit secundum eandeꝫ pteꝫ ꝛ humoꝛem. ꝛ ,pbat̄ cōsequētia.q2 lingua est oꝛganum alicuius sensus vt patet experimento ꝛ nō nisi gustus.igit̄ oꝛganum tactus ꝛ gustus sunt distincta.Tertium motiuum est q2 sequeretur q̄ i lingua nō fieret imutatio a qualitatibus tangibi libus vt caliditatis frigiditatis ꝛ aliis. Et arguit̄ consequentia.q2 ligua ex aduersario nō ē oꝛganū

tactus. igit nō pōt imutari a qlitatibus tangibili bus predictis. et falsitas cōsequētis appet expimē to. videmus enī linguā a calitate frītate et singulis qlitatibus imutari. Quartū motiuū est q si caro nō ē organū tactus. vl ē os vl neruus ligamētum pāniculus vl pportionale istis. cōsequētia a sufficiē ti diuisione omniū medioꝝ tenet. sed antecedens arguit ēe falsū. eo qꝛ mēbra illa pp frītatē et siccita tē itensā eoꝝ nō possūt poni ēe organa tactus. pp ea qꝛ vt dictū argutū ē organū tactus dꝫ ēe mediū in ter excellentias qualitatū tāgibiliū. vt patet 2° de aīa textu commenti. 118. ibi tanq̄ sensu. i. organo sen sus imediatate quādā existēte i sensibilibus cōtrari etatibus et pp hoc discernit sēsibilia. Hec et plra mo tiua vident fuisse causa asserēdi carnē ēe organuꝫ tactus vt posuerūt Alexander et Themistius loco preallegato. Aristotil vero 2° de aīa ca° de tactu et textu commenti. 116. ibi. s. Omnino aūt videt. posu it q caro et lingua sūt itranea media sēsus tactus et nō organa illius. pp quā opionē declarādā videt discutiēda quedā. quātū ad sēsū tactus spectat i pn̄ senti. Primū q caro ē mediū i sēsu tactus. Secūd q ipsa ē mediū itraneū ad operationē sēsus tactus necessariū. Ex qbus duobus iā clare videbit q ip sa caro nō ē organū tactus. Et primū quidē horū declarat comentator comento. 111. supponēdo quod Quoꝝ primū ē q excellētie sēsibiliū applicate or ganis sēsuū cū circūstantiis corrūpūt sēsū. Secū dū vero qd supponit ē q tales nō solū corrūpūt sē sū. imo et totū aīal. Tertia suppositio est q sēsus tac tus i aīali et qualibꝫ eius sēsibili pte a natura datus ē vt effugiat nocitiua et pseqt iuuatiua. Si ei ita nō esset. tunc posset aliqua pars corpis cōburi ipsa nō effugiēdo cōburētē ipressionē tanq̄ nociuaꝫ. vt patuit in domino Ludouico siculo panormita a cuius pedibus pp absētiā sēsationis partiuꝫ facta fuit digitoꝝ cōbustio absq; nocumēti sēsatōne. Et si talis sēsus tactus nō ēet aīalibus a natura datus pp fugā reꝝ nociuaꝝ. tūc fuisset natura defectuosa i aīalis pductōne pfecta qd ē cōtra sētētiā Aristotil 3° de aīa volētis. q natura i opationibus eius nūq̄ fiat ociosa. Ex istis tribus suppositōnibus comētator nititur ostendere. q caro ē mediū i sēsu tactus. et nō organū illius. Adhoc enī vt excellētie sensibiliū vehemētis ipressionis nō attigāt immediate orga nū sēsus tactus necessariū fuit mediū p qd phibe ret actio imediata obiectoꝝ vehemēt ipzimētiuꝫ i organū tactꝰ. et sic appet declaratō primi. Secūd vero declarādū ē q caro sit mediū itraneū qd qdē ex hoc manifestat. qꝛ ad hoc vt aīal p sensum tactus conuenientius et pmptius possit effugere nocitiua necesse fuit mediū a quo imutet tactus. qd qdē me diū cōuenientius defuiet si fuerit coiūctū et pars essētialis aīalis. tale enī mediū nō potuit ēe coueni ent aer vl aqua. pp eoꝝ fluxibilitatē. neque ignis pp vehemētē eius actiuitatē mobilitatē leuitatē et raritatē. Neqꝫ etiā terra pp eius grauitatē et fri giditatē q̄ habēt ipedire sēsationē. Oportuit igit q tale mediū ēet pars aīalis ēentialis cōmixta ex elemētis coiūcta et itranea dicta. Talis auteꝫ non videt ēe alia q̄ caro vt appet ex littera Aristotil ibidē. Igit caro ē mediū itraneū vel ps ēentialis aīalis qd declarādū erat. nō enī tale mediū potuit esse os. aut cartilago pp eoꝝ terrestreitatē vt dic tū ē. neqꝫ etiā neruus vl ps neruo pportionalis qꝛ talis ponit ēe organū sēsus tactus vt inferius declarabit. igit caro erit mediū itraneū sēsus tac tus a sufficiēti diuisione deducēdū. Et ex hoc cōcluditur cōclo pricipalr itēta et responsiua ad questionē. s. q caro nō ē organū sēsus tactus. sed mediū illius de carne saltē pura itelligēdo hoc. Si quis igit deside rat hāc positōeꝫ Aristotil et comētatoris defēdere que videt hodie communit currēs p vniuersā scolaꝫ pōt facilit respōdere ad rationes iductas p Ale xādrū et Themistiū. Ad primā igit ipsoꝝ rationē cū arguit. qꝛ si caro nō est organū tactiue potētie tūc forma carnis nō esset virtus organici corpis Dicendū q ps aliq organica dicit dupliciter. Uno modo pvt organicū istrumētale vel officiale disti guit cōtra simplex membꝝ et hoc mō accipiēdo or ganicuꝫ quelibꝫ ps carnosa musculi est organica est enī cōposita ex carne neruo et ligamento. et sic antecedens esset falsū et negādū. Forma enī carnis esset forma organice pticule. 2° vero modo aliqua pticula dicit organica delatiue vel immutatiue. et tūc si i antecedēte itelligat q forma carnis. s. sim plicis nō esset vis organica illius negandū est. et dicendū q forma carnis est forma ptis organice delatiue aut imutatiue itellecte. Caro enī speciem ab obiecto iprimente i eo receptam defert poten tie tactiue. et p eandeꝫ specieꝫ imutat ipsaꝫ quare et cet. Ad secūduꝫ cū arguebat qꝛ ex positōe aduci sa sequeret q organū tactus et gustus essent distic ta. dicenduꝫ q lingua q̄tuꝫ ad pteꝫ eius carnosaꝫ nō est organuꝫ tactus ſꝫ mediuꝫ illius. Sꝫ i ligua vl supficiali eius panniculo iuenit disseminatus neruus qui est organuꝫ gustus et tactus. fm enim vnuꝫ et determinatuꝫ tempamentum nerui illius talis neruus dicit esse tactiuus et non gustatiuus. Secūduꝫ vero temperamentuꝫ a pdicto distinc tuꝫ talis neruus vel pāniculus dicit ēe gustatiuus et nō tactiuus. Neqꝫ aliqd incōueniens est apd phi sicos vl medicos vnuꝫ et ideꝫ organū numero fm diuersa tempamenta ad diuersas cōuenire opera tōes tactiuas. s. et gustatiās vt apparet. Ad tertiū vero cū arguit qd sequeret q i ligua nō fieret im mutatio a qualitatibus tāgibilibus. negat illa cō sequentia. Et ad probationem illius dicit q qlita tuꝫ tāgibilium excessas sit imutatio et ad partem neruosam eius. pars vero neruosa carnosa ipsius est mediuꝫ susceptiuuꝫ illius impressionis et imuta tiuuꝫ potentie gustatiue. Ad quartuꝫ vero dicitur q pars organica fm sententia Aristotil et comen tatoris i qua fundatur tactus est neruus i aīalibus habentibus sanguineꝫ vel pars sibi pportionalis qd tamen nūc amplius dclarari dꝫ. Est igitur i assignādo organuꝫ tactus opinio 2a iuenta q̄ pōit q neruus vel sibi pportionale est organuꝫ tactus et hec qdē fuit opinio Aristotil 2° de aīa ca° de tac tu vbi inquit. Relingtur autē mixtuꝫ omne. s. or ganum tactus ex terra et ex aliis. s. elementis ner uus caro et similia. Hāc etiā opinionē tenet comē tator 2° de aīa comentis 108 et 116 i fine vbi ingt Qd in aīalibus sunt corpora quedā q̄ dicunt ner ui et habent introitū i sensum et motum. et ideꝫ eti am ab eo colligitur 2° collig t. ca° de iuuamentis membroꝝ. Inquit enī. Et hic cadit speculatio et cō firmatio Galieni q sensus et motus sunt a neruis eo q remoto neruo remouetur sensus et motus. Eandem etiam opionē seqt Gal's 9° de iuuamen tis secundo capitulo Inquit eniꝫ ibi. Quia neruus est instrumentum sensus. s. tactus. et iteꝝ idem 8°

ntegni. Nerui vero ꝛ tenãtos.i.cordaꝝ pũctura pp plurimũ sẽsus coꝝ et cet. Et sũt ꝑmones Auicẽne pª primi caº de mẽbris ibidez doctrina 5ª sũma 3ª caplo de ꝑmone vli de neruis ꝛ 4ª quarti trac tatu 4º ĩ exordio. In neruis pp vehemẽtiã sẽsus coꝝ. Et plures alias ĩmo ducẽtas potuissẽ adduce re auctoritates ex volumĩbus illustriũ medicorũ. quas oẽs pp breuitatẽ pretmisi. Post hec aũt ad huc videt ĩueniri opionez tertiã ĩ assignãdo orga nũ tactus que qdez opio supponit primo. ꝙ orga nũ tactus ꝙtũ ad eius cõplõnẽ ꝛ cõpositõez dz ẽe mediũ iter excellẽtias qlitatũ tãgibiliũ. aut saltez ꝓpĩquũ medio iusticiali. Supponit 2º hec opio ꝙ neruus pp trestreitatẽ suaz huic meº it excellẽtias qlitatũ ꝑse nõ ẽ cõuenĩẽt ꝓpĩquus. Suppoĩt 3º ꝙ si neruus huic medio ap ꝓpĩqr dz. oz ꝙ rcipiat ac cidẽtalẽ refractionẽ ab aliqua sibi circũstante vel circũstãtibus particlis. Supponit 4º hec opio ꝙ nulla videt ẽe nostri corporis particla cuz suo tẽ pamẽto qlitatũ nerui ita conuenĩẽt refractiua vt ducat ipsũ neruũ ad mediũ vel ꝓpinquãs medio nisi sola caro. probat qz caro sua cõplõne ꝑ calĩ tatẽ ꝛ hũitatẽ aduersat neruo q fridus ẽ ꝛ siccus. igit ex mutua cõtraopantia vnius ad reliquũ cõ plo nerui ꝛ carnis ducũt ad mediũ. Istis positis hec positio respõdet ad qitũ ponẽs hãc solã 9ºnẽ Qꝺ ĩstrumẽtũ sẽsus tactus ẽ caro neruea vel ner uus carneus. cõclo ꝓbat sic. tale enĩ dz ẽe ĩstrumẽ tũ tactus qꝺ habeat cõuenĩẽtẽ refractonẽ ĩ suis q litatibus ꝑ quã deducat ad mediũ iter excellẽtias eaꝝ. sz tale videt ẽe mẽbꝝ aggregatũ ex carne et neruo ꝛ e9º. igit erit cõuenĩẽs organũ sẽsus tact9 maior ẽ supius allegata ex Aristotile. et mĩor pa tuit ex suppositione 4ª quare relinqt cõclo vera Secundo arguit 9º sic. qz caro pura nõ ẽ organũ sensus ĩmo mediũ illius vt ꝓbat Aristotil caº de tactu. igit aliud assignãdũ ẽ organũ ꝛ nõ qdẽ ner uus pp frĩtatẽ ꝛ siccitatẽ eius. igit oz ꝙ sit neruus refractus a carne vt iã dictũ ẽ. Tertio iteꝝ argui tur 9º sic. qz si aliqꝺ mẽbꝝ sĩplex deberet poni cõ ueniẽs organũ sensus tactus magis deberet poni caro ꝙ neruus eo ꝙ caro ĩ cõplõne sua ꝓpĩqor ẽ equalitati iusticiali vel medio generis ꝙ neruus eidẽ. sz organũ tactus ãt dz ẽe mediũ ãt sibi ꝓpĩ quũ igit caro cõueniẽtius dz poĩ organũ tactus ꝙ neruus. pz cõsequentia cũ mĩori ex supius allega tis. Et ꝓbat. maior. qz neruus ĩ genere frĩoꝝ res pectu cutis ponit ĩ octauo ordine vt pz pª primi caº ꝺ cõplonibus mẽbroꝝ. igit neruus magis elõ gat a iusticiali temperamẽto vl medio generis ꝙ elõget caro ab eis. Et hec opio fuit Auicẽne 2ª sex ti natᷓliũ 3º caº de tactu vbi ĩnqt. Et ex ꝓprieta tibus tactus ẽ ꝙ ĩstrumẽtũ naturale eius est caro neruosa aut caro ꝛ neruus ex hº qꝺ sẽtit ex tactu ꝙ uis nõ habeat mediũ aliquo mõ. Neqz dz putari. ꝙ sentiens ẽ neruus tãtũ. sz neruus redit sẽsũ tan gibilẽ alio mẽbº qꝺ ẽ caro. Ecce ꝙ clare voluit car nẽ neruo cõmixtã refrãgẽtez neruũ ꝛ ab eo refrac taz ẽe cõueniẽs organũ tactus. ꝛ videt opio medi coꝝ veritati satis ꝓpĩqua ponẽtiũ oẽz carnẽ lacer tosã ẽe sensibilẽ. purã vero carnẽ nõ apte ponunt sẽsibilẽ ẽe. Cõtra tamẽ hãc opionẽ duo ĩsurgũt motiua. Primũ ẽ qz Aristotiles primo istoriaꝝ sexto caº posuit sensũ tactus in mẽbris similibus dũ inquit. Sensus gº tactus ĩ mẽbº cuius partes sũt sibi similes.i.ĩ carne vel ĩ alio sibi simili. Sz caro neruosa aut neruus carneus nõ videt ẽe mẽ bra cõsilia. igit illa opio omnino falsa pz cõsequẽ tia. ꝓptea qz illa opio videt ponere sẽsũ tactus ĩ mẽbº dissimiliũ ꝑtiũ qꝺ ẽ officiale. ꝛ minor pz ex descriptione mẽbri cõsilis. qꝺ qz omne cõsile ẽ il lud cuius ꝙcũqz sẽsibilẽ partẽ assũpseris erit toti comunicãs noĩe ꝛ diffinitione pª primi caº de mẽ bris ꝓpe pricipiũ. sz nõ quecũqz ps nerui carnei aut carnis neruee comunicat toti noĩe ꝛ diffinitõe igit illa nõ ẽ ps cõsilis. Ad hoc motiuũ diuersis põt respõderi mõis. Et primus qdẽ mõus dicẽdi ẽ ꝙ ĩ presenti non acceptat opio Aristotil de assi gnãdo organũ sẽsus tactus ẽe carnẽ cũ ex positõe ex ipõ supius adducta appareat declaratuz esse. ꝙ caro ẽ mediũ sẽsus tactus ꝛ nõ organũ. Amplius eãꝺ positõez Aristotil nõ videt asserere comenta tor 2º de aĩa 116. ĩmo volẽs excusare Aristotilem ꝙtũ potuit dixit ꝙ qndo Aristotil posuit carnẽ ẽe organũ tactus in auctoritatibus supra allegatis ex eo nũduz erat ei ꝑfecte cognita scientia neruoꝝ ꝑ anothomiã. Secũdus modus dicẽdi ad hoc motiũ est qz aliqꝺ mẽbꝝ dicit ẽe cõsiliũ ꝑtiuz.i. ĩ quo ma ior pars ipsius videt esse habẽs natᷓaz consimilis quo ad sensũ visus. dato ꝙ illa particla ĩ rei veri tate non omnino sit cõsimilis capiendo cõsimile vt patuit ex diffinitõe sua. Cum gº ĩ carne neruea quo ad sensus exteriores appareat dominiũ nota bile carnis sup neruo. iõ illa pars ꝑm hanc appa- rentiam dicit ẽe cõsimilis. ꝛ talit philosophus pº istoriaꝝ allegato capitulo dixit sensum tactus esse in parte consimili.i. secũdũ apparentiam. Et vi detur hec respõsio confirmari posse eo qz sensus tac tus inuenit in omni lacertosa carne. Neqz inueni tur ipse in carnibus glandosis aut consulis. Secũ dum uero motiuum contra predictam opinionez Auicene est hoc. qz si caro pdicta ponitur esse or ganũ tactus.i. neruea caro aut neruus carneus nõ videtur assignari posse mediũ in operatione sẽsus tactus. Si enim excellẽtie sensibilium multuz no cere possunt organis sensuum vt supra dclaratũ est. Et ꝓpt illã causam oportuit assignari mediũ in qꝺ impressio agentis fieret prius ꝙ reciperetur in organo tactus. ergo oz ꝙ tenẽtes istam opinio nem assignent illud. Hoc autem nõ videt esse pos sibile discurrendo per omnia mẽbª. primo qz ne que neruus neqz caro esse potest organum alicuius de sensibilibus exterioribus ꝛ mediũ illius. Neqz etiam tale medium. põt dici esse pãniculus. eo qz ipse est ꝓportionalis neruo ꝛ mediante parte ner uea componente ipsum est organum tactus. neqz etiam tale medium põt poni cartilago aut os. eo qz talia ꝓpt coꝝ terestreitatem non sunt conueni enter receptiua impressionũ agentis neqz etiam delatiua illius impressionis ad organum tactus ĩ mutando ipsum sicut oporteret. quare relinquit ꝙ cum opinio ista non assignet medium ĩ operatõ ne sensus tactus ꝙ ipsa renuncianda ẽ. Ad hº mo tiuum qꝺ videt esse difficile satis apud sequentes positionem pypateticoꝝ. Dicendum primo ꝙ in operatione sensus tactus ad hoc vt conuenienter ꝑ ficiatur ipsa. necesse est assignare medium ĩ qꝺ re cipiatur agentis impressio prius ꝙ ipsa recipiat in organo tactus. Dicendũ ꝙ neque os neque car tilago neque pingnedo sunt sufficientia media in operatione sensus tactus. Dicendum tertio ꝙ in quolibet membro in quo caro neruea aut neruus

carneus ponūť esse organū sensus tactus duas car nis ptes imagiari possumus. vnā quidē ptē ī qua facta ē villoꝝ neruoꝝ tanta cōmixtio vt quelibet ps q̄titatiua carnis vl' sensibilis ptibus neruoꝝ sensibilibus sit cōmixta ⁊ ecōtra. Hec qdē caro ta lis aut talis neruus pp refractionē qualitatū ad in vicē deducta ē ad vnū tēperamentū tal'r ꝙ omni no quelibꝫ ps talis carnis. aut talis nerui ē ita or ganū sensus ꝙ nullo mō posit ēe mediū illius. eo ꝙ idem respectu eiusdē non pōt ēe organū ⁊ me- diū alicuius sensuū exterioꝝ. ⁊ tal'r intelligi debꝫ opinio Auicene ponētis carnē nerueaꝫ. aut neruū carneū ēe organū tactus. Et cōfirmať argumento euidēti satis. eo qꝛ organū tactus dꝫ ēe mediū inť excellentias qualitatū tangibiliū sensibiliū vt su pra sepe allegatū ē. sꝫ in tali neruo aut carne iveni tur refractio qualitatū sensibiliū p quā organū ta le ductū ē ad mediū inter predictas excellentias. igiť erit conueniēs sensus tactus organū. Et attē de ꝙ hoc argumētū videť satis euidenť ꝓcedere apud cōcedētes mutuā cōtraopātiā qualitatū mē broꝝ ad inuicē quā videtur cōcedere philosophan tes ⁊ medici omnes. 2° in mēbro qd ē organū tac tus imaginamur aliā pteꝫ carneā que non ē vilis neruoꝝ ita sufficienť cōmixta sicut prima. Et ite rum dato ꝙ ipsa ēet imixta villis neruoꝝ q̄ pluri bus. tamen qꝛ in ipsa nō repiť tēperamētuꝫ illud p refractionē ⁊ mutuā cōtraopantiaꝫ qualitatum ad inuicem resultans. Ideo hec talis caro nerueа aut neruus carneus nō poterit poni sufficiens or ganū sensus tactus ⁊ cū tal' nō sufficienť cōmixta neruis. aut nō habens tale tēperamentū medium inter excellentias qualitatū tangibiliuꝫ sit mō po sita in mēb° nō frustra. imo pp aliquē finem talis particule nō videť ēe ad aliquē finē posita nisi vt sit mediuꝫ ī opatione sensus tactus. Ex quibus oī bus ī vnū reductis respondeť ad motiuū superius adductū. Cū enī arguit aduersarius. ꝙ in cuiuscū qꝫ sensuū exterioꝝ aut ī pluribus eoꝝ assignandū ē mediū intrīnsecuꝫ. dicit cōcedendo istud. ⁊ cū sub iungiť ꝙ apud tenentes opionē Auicene non pōt assignari mediū illud. negāda ē illa minor. Et dr ꝙ tale mediū ē caro nō sufficienť neruosa. aut nō re ducta ad temperamentū mediū inter excellentias qualitatū. Ex quibus oibus iā apparet ꝙ hec opio Auicene videť veritati ⁊ positionibus medicoruꝫ cōformior q̄ altera positio. Et tu elige illam que tibi plꝫ magis. Credo ego eniꝫ ꝙ diligēs intellec tus probabiliter defendere posset opi. Alexand et Themistii ponētiū carnē ēe organū tactus. Sil'r etiaꝫ opio Aristotil' ⁊ comētatoř eius posita ī 2° đ aīa. que tamen cōtradictoria ē sibi ipsi istoriarum ⁊ de partibus allegatis capituľ valde facile defēdi pōt. ⁊ ē opio ī nostra etate ī scollasticis artibus co- muniť ap̄bata. Ex qbus oibus infero 9ºnē inten taꝫ sciētie huius capit'i cōpletiuā. s. ꝙ organū sen sus tactus ī mēbro huius viri egroto dꝫ dici esse caro nerueа aut neruus. carneus pticule patientis Et ex oibus inuicē vsqꝫ ad hūc locū p disputatiōeꝫ in vnū redactis totius huius egritudinis sūma cō plectiť ī his 9ºnibus. Pª ꝙ egritudo huius viri ē mala cōplexio sui cruris ptim p essentiā vel essen tiale nocumentū illius mēbri. partiꝫ p colliganti am dependēs a mala cōplexione calida ⁊ sicca pri cipaliť epatis effundētis sanguinē satis colericum ad predictum mēbꝝ. Secūda cōclusio ꝙ hec egri

tudo ē mala cōplexō cal'a ⁊ sicca partis illius cuius declaratio sumať ex secūdo ca° principali. Tertia cōclusio ꝙ hec egritudo dꝫ denoiari. imo de facto ē mala cōplexio cal'a ⁊ sicca predicte ptis nocumē tū corruptionis ī opatione sensus tactus efficiens Quarta cōclusio ꝙ hoc tale nocumentū corrupti onis ꝓpriatū ē tactiue potentie mēbri patientis Quinta cōclusio ē ꝙ hoc tale nocumentū ē ꝓpriū carni neruose patientis pticule. Et collige totum in vna 9ºne ⁊ dicas talem dispositioneꝫ esse nocu mentum corruptionis in opatione sensus tactus ꝓueniens a mala complexione calida ⁊ sicca partī p essentiam ⁊ partim p colligantiaꝫ illi mēbro ad ueniens p quam tam mēbꝝ sensibile q̄ tactiua po tentia illius noceť vt predictū est. Uide q̄tum la boris ⁊ ingenii haberi eꝫ ad vere ⁊ conuenienter theorice intelligenduꝫ dispositiones humani cor poris eaꝝ causas ⁊ diuersitates. neqꝫ mireris si ī inuestigatione istius opus fuit disputatiuo mōe ⁊ ꝓlixo. Est enim hec dispositio vna de illis de q bus aut nunq̄ aut raro dictum ē aliquid ab aucto ribus medicine quātūcūque illustribus. Ego enim percūctatus volumia diuersa nihil fere aut valđ paꝝ ab eisdē colligere potui. Neqꝫ eniꝫ primo cō tinentis p totuꝫ ꝓcessuꝫ. neque 5° aut 6 theorice neque 4° de accidenti ⁊ morbo aut 5°p totuꝫ pro cessum. in quibus locis vberius ⁊ profundius per tractanť egritudines neruoꝝ aliquid ab eis potui colligere qd valde cōfert huic capitulo ⁊ tu lege lo ca illa. Si enim princeps 2ª primi 2ª tertii 22ª euisdem nihil aut paꝝ ī materia ista. tunc que erit opinio tua de scientia alioꝝ medicoꝝ. que aut nul lo modo aut valde leuiter gustare potuit fructum scientie hoꝝ quattuor viroꝝ illustrium de quibus dictum est. Et tu in aliis voluminibus venare hec si potes.

Capitulum septimum de signis omnium speci erum male cōplexionis materialis.

At vero quoniam humani corporis dispositiones non sufficit theoria inuestigatione cognoscere. im mo adhuc necessariuꝫ ē magis p conuenientia sig na dispositiones humani corporis inuicem secer nere. Iccirco ī hoc ca° signa ponam per que huius dispositionis cognitio haberi possit. ne propter carentiam cognitionis egritudinum contingať er rorem fieri in curationibus eaꝝ. Falluntur enim medici non minus in curationibus eaꝝ vt Galli enus ad glauconem p° 2° ca° scripsit. Et lꝫ mihi ī hoc ca° videreť sufficere vt ponerem signa cogni tionis huius egritudinis calide ⁊ sicce materialis tamen vt hanc dispositionem possimus cōfirmare lapsum col'icum ēe speciali ca° collocandū. ideo oīꝫ specieꝝ male cōplexionis materialis conabor hic ponere signa incipiendo ab his que notificant ma lam cōplexionem vel egritudineꝫ colericam. Pri mū itaqꝫ egritudinis collerice signa haberi possūt a substantia partis. s. primo ex pte tactus. quoniā a tangenti medico debite disposito pcipieť in eo caliditas cū acuitate ipsius ac si paꝝper mordi catiua pciperet. vt imaginari possimus impressio nem ab aqua feruenti factam in organū tactus res pectu impressionis quam faceret remissa caliditas a tepido corpore ꝓueniens. Secūdo vero substan tia particule egrotantis egritudine colerica perci piť cū quadam fere soliditate siccitatem represen tante velut si tangeretur pargamenuꝫ satis siccū

molli pgameno cōparatū. ꝛ h° qdē cōtingit pp sic citatē pse a colerica materia in mēbro ꝑductā et p accidens etiā partiꝫ pp resolutionē humidi corporis factā caliditate colere ꝛ cōsūptōeꝫ illius a sua siccitate factā. Unde hic diligēs cōsiderator pōt imaginari siccitatē triplicit' a colera ꝑuenire. s. positiuā ꝛ priuatiuā. positiuā a siccitate ꝑuenientem primo pse ꝛ p accidēs inq̃tū exiccat humidū dato q̄ nullū gradū siccitatis impresserit ꝛ tertiā siccitatē a colerica materia ꝑuenientē ratione sue caliditatis resoluēdo exiccantis. Et ex hoc correlarie cōcludit' q̄ nō ē mirabile si vehemens siccitas in lapsu colerico representat' p sepe. nulla eniꝫ materia tantū pōt membrū exiccare quātū colera ꝑpt' minorē actiuitatē aliaꝝ materieꝝ cōparatarū cum pitate. Tertio iteꝝ colericus lapsus cognosci pōt p colorē partis. eo q2 ibidē repit' rubicūditas verificata q2 nō ē cōfusa aliis speciebus coloꝝ vt neque rubedini comixta nꝫ opacitati aut liuiditati. Sꝫ ē rubicūditas i mēb° apparens cū iclinatione refractionis ipsius a speciebus citrinitatis. Jta enim citrinitas ē isepabile accidēs colere sicut rubedo sanguini albedo flegmati ꝛ nigredo melancolie sunt passiones insepabiles vt p° primi ca° de humoribus in facto. Et a Gallieno colligendum in libello de collera nigra 2° ca°. ꝛ hoc quidem est signum sūptū a calibus. Color enī cadit a mat'ebus i vniuersa mēbroꝝ cōgerie dominātibus. aut i aliqua pte corporis. Quarto iteꝝ colerici lapsus cognosci possūt p signa sūpta ab habitudine totius. s. per eā. intelligendo mēbrorum pinguedinem macredinē aut dispositionē intermediam. Et q2 substātia ptis non pōt separi ab aliqua taliū habitudinū ideo qdā voluerūt signū sūptū ab habitudine esse a substantialit' iherentibus acceptū. lꝫ aliqui credere voluerūt h° signū ēe denominandū a calibus. Cadit enim a dispositione graduali materieꝝ habitudinū diuersitas aliqua de predictis. verior tamen ē sententia prima. s. q̄ signa sūpta ab habitudine a substantialit' in herētibus denominanda sūt Jgit' pp lapsū colericū ad quē de necessitate sequr habitudinis extenuatio mēbꝝ illo lapsu egrotans extenuatū erit ꝛ macrefactū. 5° etiā pticula egrotans lapsu colerico cognoscit' p aliud signū sūptū a calibus q̄d ē mł'titudo pilloꝝ ꝛ lēticl'aꝝ vel maculaꝝ citrinaꝝ apparitio i facie mēbri. Caliditas enī partiū notabilit' colerica adhurere pōt humores valde potent'. quoꝝ adustione vapor in poris reuocatus apud supficieꝫ cutis a frigiditate cutis cōdēlat' ꝛ paulatine expulsiua virtute ad extra d pulsus est materialis pilloꝝ causa. Materia etiaꝫ colerica nat'alis fere citrina existens aliquā ptem sanguinis substantialit' transmutati in humiditates secūdas tingit colore citrino quare sanguis ille i supficie mēbri maculas relinquit citrino colore coloratas que a mł'ieribus lentigines noīantur citrine. Adhuc 6° colerici lapsus accipiunt' signa ex opationibus mēbroꝝ. quoniā mēbra opant' in sanguinē caliditateꝫ inducendo intensam. Unde frequent' representat' i mēbro pruritus pūctio colerice pustule excoriationes ꝛ alie passiones sil'es istis. Similit' etiā sig colerici lapsus nō raro assumūt' ab opatione vitalis virtutis. q2 generat spiritū acutū ꝛ intense caliditatis ponentem mēbris necessitatem valde eleuataꝫ. pp q̄d pl'sus i colerico nō valde magnifice lapso sunt magni. Et q2 neces

sitas est valde aucta in eis respectu aliaꝝ cōpl'onū ꝛ organa pl'satilia nō sūt bene obediētia pp necessitatē cand' ad motū. Ideo necessaria ē velocitas ita vt in breui tempore art'ia cōpleat motū a t'mino a quo ad terminū ad quē. ꝛ est ratio formalis velocitatis. Et iteꝝ q̄r in tempore in quo arterie colerici corporis iueniūt' a diastolato ē. aer ille qui prius attractus fuerat i breui tempore efficit' vilis i cōueniens ad refrigerandū calitatē oꝫ q̄ paruuꝫ tempus interponat' in sistole vl' cōstrictōe arterie ita vt valde cito subcedat ei diastoles sequēs cum paruo tempore i sua quiete interposito. quare necessitabit' arteria ad cito diastolandū. lꝫ hec est ratio formalis frequentie. igit' i pulsu colericoꝝ iuenit' magnitudo velocitas ꝛ frequentia. ꝛ propter lapsus nō ē magnifice debilitans. Et hoc quidem ē de signis perdurantibus ꝛ nō fallentibus ita nominatis ab Auicena 2ª primi de signis cōplexionū. eo q2 signū sūptū ab operatōne virtutis vital' Amplius ꝛ septimo signa colericoruꝫ lapsuū assumunt' ab operationibus virtutis animalis motie eo q2 talia corpora agilia ꝛ velocia sūt i motu ꝑpter leuitatem colere ꝛ mēbroꝝ habilitatē ad illud lꝫ etiam a vehemētia motus ꝛ cōtinuatione ipsius sint velociter resolubilia. Octauo amplius assumūtur signa colericoꝝ lapsuū ex operatione sensitiue potentie sensu exteriori. Et primo quidem tactu eo q2 talia corpora sensuꝫ tactus habent promptū ꝛ valde passibilem ab obiectis imprimentibus ꝛ hoc ꝑpt' spirituū dispositionē ꝛ mēbroꝝ tactus q2 cutis aut carnis debitam a superfluitatibus expurgatōꝫ. ꝛ etiam quantū ad sensuꝫ visus. q2 tales habent visionem acutam ꝛ forteꝫ. lꝫ nō ita perfectam sicut temperata ꝛ sanguinea corpora cū aliis paribus. ꝛ hoc cōtingit ꝑpt' velocem resolutioneꝫ in spiritibus ꝛ humoribus oculoꝝ i tali cōpl'one. deinde etiam quantū ad sensum gustus. eo q2 gustabile omne lingue istoꝝ applicatū percipitur sub specie impressionis alicuius acuitatis ꝛ amaritudinis. ꝛ ꝑpter cū lapsus fuerit intensus. Similit' etiam ex parte sensus olfatus coꝝ. q2 olfatus i collericis est diminutus ꝑpt' organū ipsius notabiliter declinare ad siccitateꝫ a colerico lapsu triplicit' ꝑuenientem vt supra visum est. Quantum vero ad auditū. eo q2 talia corpora ex vehementi p̄parationc organoꝝ auditus ꝑpt' mundificationē coꝝ valde facile patiunt' ꝛ notabiliter a quocūque fere motu vel cōquassatione i mediū percepta. Nono signa distemperantie colerice cognoscuntur ex parte operationum virtutū animaliū interiorum. tales namqꝫ quantum ad operationes prio ventriculo cerebri attributas sūt vigilatiui ꝛ pauci somni. quoniam vapor ml'cebris qui ē causa somni inducendo opillationem in organo sensus cōis i talibus corporibus paucus ē ꝛ facile resolubilis ꝛ cōsumptibilis. Quantū vero ad operationē fantasie posteriori parti primi ventriculi attribute ꝛ quantū ad operationem imaginatiue permutabiles sūt tales in imaginationibus coꝝ multū et frequent'. Cū enim species obiectoꝝ a sensu communi delate ad organū fantasie ꝛ inde ad organum imaginationis multum ꝛ valde velocit' permutētur ꝛ alterent' necesse est operationes illis sensibus attributas multū ꝛ frequent' permutari. Adhuc etiam quantum ad operationem cogitatiue potētie ledunt' isti ꝛ valde facile corrumpūt i elutiēdo

iuditium ꝓpterea q2 valde facile ⁊ frequenť iudi dicant exequi debere ea que renunciari debet eco uerso. Et vltimo etiā h° videri potest ex parte ope rationū memoratiue potentie. l3 enī ex parte or gani illius deberent ee bene memoratiui tamen pp ꝓmptitudinem spirituū coꝝ ad resolutione3 coꝝ in memoratiua frequenter ledūtur magis q̄ perficiunť Ultimo itēꝝ signa distemperantiaru3 colericaꝝ assumunť ab exeūte mutato. ⁊ primo q dem ab exeunte p viam insensibilitatis quo ad nos ꝓpulse ad extra. eo q2 talia corpora mltipli cant sudorem pp actiuitatem colerice materiei q̄ necessaria est in quocunque sudore ut patet 2° can. in diffinitione eius dum inquit. q̄ sudor ē aquosi tas sanguinis cui pus colericū est admixtū. Et est etiam coꝝ sudor cū actiuitate sue impressionis a patiente perceptus. ⁊ fortassis non ē perseuerans multum pp cōsumptionem ⁊ resolutionē materie rum illius a caliditate colere ꝓuenietem. Ampli us exiens secūdū de sensibilibus primū q̄ ē vrīa multiplicif cōsiderari potest notificare colericos lapsus ex colore. s. ex substantia eius ⁊ ex cōtentis Substantia eni3 vel aquositas tenuis est ⁊ diafa-na propť mūdificationem eius a superfluitatibus que cōueniencť fit a caliditate ⁊ siccitate colere. Et est color ipsius eleuatus in citrinitate secūdum ta men gradū lapsus ita vt quandoq3 fiat color eius aureus. quandoq3 flauus non raro subcroceus vsq̄ ad igneu3 inclusiue. l3 aliqui colorem igneū exclu dant a latitudine colericitatis reponentes ipsum sub latitudine sanguineitatis. s3 facile tollitur con tradictio hec eo q2 sicut igneus intēsus cū grossi tudine substantie reponitur in latitudine sangui neitatis. ita igneus remissius cum diafanitate et tenuitate substantie aquositatis reponitur in lati tudine signoꝝ colericitatis. ⁊ tu speculare in istis 2° primi in capitulo de signis coloꝝ ⁊ substantie vrinaꝝ. ⁊ primo de crisi 12° ca°. Preť hec etia3 co lerici lapsus cognoscunť ex parte contentoꝝ que ī aquositate vrinali immerguntur. Primo quidem q2 colores sedíminū inueniunť consimiles colori bus aquositatis vt predictu3 est. Secūdo vero q2 sidimen in talibus aut cōtentum aliud est paucu3. Tertio q2 est diafanum satis ⁊ hoc propť siccitatē a colera ꝓuenientem. Quarto q2 plurimū tale cō tentum leuigat ad regionem aerea3 vrine que est pars describens superficiem intermediam inter centrum ⁊ circūferentiam eius per digitum alti-tudinis. ⁊ est quidem h° rationale. quoniā cōtentū omne colericū actiuitatem habens a colera fertur ad superiorem regionem pp caliditate3 subtilita tem ⁊ leuitatem illius. Et siquidem cōtingat con tentum illud miori participare leuitate cū refrac tione grauitatis alicuius tunc nō potest ascender ad fundum leuitate superante grauitatē alicuius Neq3 ascendere pōt hoc cōtentū ad regione3 supi orem aeream vel pforatam. eo q2 fit ei cōtraope rantia ex parte grauitatis. g° de necessitate o3 ta le contentum reponi imedietate vrinalis aquosi-tatis imersum. ⁊ hoc est illud qð antiqui sapientes nominauerunt nubem. ⁊ proprie cū fuerit notabi lis quantitatis aut nubeculam ⁊ proprie cū fuerit quantitatis minoris q̄ predicta. Et merito quidē sicut enim nubes pendent in regione media vel ī terstitio inferiori illius. ita h° contentum pendet in medio vasis ex potentia grauitatis ⁊ leuitatis

cōparataꝝ ad inuicem. Et ex hoc ſmone cōcludit quare hoc sedimen aliquando locatur in substanti am aquositatis intermediam inter superiorem ⁊ intermediam p equidistantiam ab extremis. Et h° ē quando maior actiuitas ex parte leuitatis est q̄ resistentia ex parte grauitatis. Et hoc est illud sedimen qð antiqui illustres eneormia nominaue runt. Eleuatur enim super nubem ⁊ cōtineť infra regionem aeream iam predictam. Utrum autem eneormia tale collocari possit in regione perforata vrine. alio declarabo loco cu3 hic principaliter nō spectet s3 omnino certum est q̄ sic Hec sunt famo siora remedia quibus innitunť medici. Aliud aūt cōtentum in vrinis colericoꝝ corpoꝝ multu3 fre quenter reperitur qð nominant athomos. et sunt corpora minuta similia illis que apparent ī radiis solis citrina tamen vel rubicūdo colore colorata. ⁊ per substantiā aquositatis natantia velut si ima gineris cuprū vel aurū ī minutissimas partes cō tritum aque imersum. qð subleuaretur a vētosita te vel a leuitate intrinseca illius mixta. apparent enim corpora talia athomi vt dictum est. De reli quo vero exeunte. s. fecali nō multum īsisto. eo q2 substantia paucū est colore citrinum vel igneum vel siccum vel densum cū mordicatione vel punc tione in hora sui exitus perceptum. Sputum ve ro colericoꝝ paucū est remisse album substantia ⁊ figura spūosū colore citrinu3 ⁊ sapore acutum. Et ꝓueniunt quidem hec omnia pp magna3 actiuita tem colere ad calefaciendum ⁊ exiccandum. Hec q dē est sūma signoꝝ per q̄ venimus ī cognitō3 colīco rum lapsuum. Reliqua vero signa particulariora vt vomitus colericus vrie acuitas spermatis pru riginosa sensatio. ⁊ oris amaritudo omnia quidē talia ex fundamento predictoꝝ haberi possūt. Et tu considera quoniam omnia talia particularia ī indiuiduis diuersificantur secundum diuersitatē non solum lapsuū. s3 habitudinis sexus ⁊ regiminis penes applicationem sex reꝝ naturaliū fere in cō prehensibiliť variabilis. Pari ī super fundamen to per notitiam sex generꝝ signoꝝ iam predictoꝝ poterit quis ꝓuenire in cognitionē sanguinei lap sus flegmatici aut melancolici secundū cōsiderati onem effectuum ⁊ passionum que ꝓuenire possūt humanis corporibus pp dominium materierum humoralium trium iam dictaꝝ. Et hec qdem om nia taliter accurate describere fortassis prolixum esset legentibus. que solum hic sūmatim scribam signa quedam per que tam sanguineus q̄ flegma ticus ⁊ melancolicus lapsus cognosci possunt. Si gna itaque dominantis in toto sanguinis ita ac cipiantur q2 color corporis rubicundus est ad ali quam fuscedinem tenaens. velut representatur co lor in panno purpureo ⁊ est corpus transcendens mediocritatē carnositatis nō fluxibilis s3 mediocriť solide. ⁊ vene eius sūt magne extensione sua ꝓpť multitudinem materiei ex qua genite fuerunt. et quarto sunt extense uel eminentes propter multi tudinem materieꝝ quas continent. Et 5° percipi tur corpus actu calidum. Et 6° caliditas illa per cipitur cum quadam mulcebritate vel suauitate. qualiter percipitur caliditas ab aqua cum aliquali pinguedine cōmixta plusq̄ mediocriter calefacta Et septimo tota habitudo declinat ad augmentū magis q̄ in altera cōplexione. Et octauo corpus eius ad actiones vel motus exteriores non est ita

p2ōptū vl' velox. vt d̄ p2edictis co2po2ibus dictū ē. lʒ velotius ꝛ p2ōptius ꝙ ī cōsequētibus cōpl'onibus. Et ecōuerso pl'sus eius ē magnus velox ꝛ frequens. ꝛ sistoles eius maio2 ꝛ velocio2 frequētio2 si cōp2ehēdi posset ꝙ sistoles ī aliis cōpl'onibus cū aliis paribus. Et ē pulsus ille cū lenitie rep2esentatus vl' mollitie. Et idē de anhelitu pl'so2iē dicēdū ē. Ideo co2pa talia ad lōgitudinē et ꝓfunditatē somni sūt īclinata. Et ī opationibus sensuū interio2ꝝ pfectius se habent cū pitate tamē lapsus ī telligēdo. Et in sūma opationes sensuū īterio2ꝝ et exterio2ꝝ magis pficiunt ī eis ꝙ ī aliis pibus sēp xi° talia co2ª sūt notabiliter sudo2e abūdātia magis ꝙ flegmatica ꝛ melācolica. xii° v2ine coꝝ colore ad rubicūditatē tēdūt cū sbē g2ossitudine cum ml'titudine cōtentoꝝ colo2e substantia vnione residentia infundo cū partiū diafanitate modiocri satis. et ml'titudinem habent sputi. et eo2uʒ feces colo2e ad intensam satis rubedinē inclinant sub stantia molles vl' mediocres. ꝛ ī quantitate notabili emittūt. Flegmatica vero co2pa istis cognosci possunt signis. p° q2 colo2 notabilis albedinis ī eis percipit. ꝛ co2po2a coꝝ ꝙtum ad habitudineʒ magis extensa sunt ꝙ colerica et minus ꝙ sanguinea. ꝛ tactu remisse calida percipiunt cū mollitie vl' humiditate mēb2oꝝ. ꝛ substantia carnis eo2uʒ fluxibilitati magis attinet ꝙ alioꝝ co2poꝝ omnium caro. ꝛ sōni sunt ꝓfundi valde ꝛ frequentes et difficulter ab eo excitabiles sunt. ꝛ coꝝ co2po2a ad operationes exterio2es motiuas lapsa ꝛ pig2a sūt respectu p2edictoꝝ ꝛ valde facilis debilitatis. Et ex quacūque fere frītatis applicatione facile ledūt in sensibus aūt exterio2ibus imperfecta sunt magis ꝙ altera co2po2a. Et simili ī opationibus sēsuū interioꝝ qđ totum ꝓuenit. aut q2 spiritus q sunt instrumenta operationum sensuū exterio2ū ꝛ interioꝝ pauci sunt aut g2ossi. aut difficult mobiles ad differentias positionis oportunas. aut vero quoniam sunt vapo2ibus ꝛ humiditatibus alienis valđ cōmixti tales spiritus. āt 4° q2 o2gana q bus perficiuntur operationes sensuum interio2ū ꝛ extio2uʒ indispolita sunt pp frigiditatem non bene mundificata vel expurgata pp multitudinē vapo2um ꝛ aquositatum flegmatis. 5° vero talia co2po2a multuʒ abundant sputo. siue ꝓpter indigestionem genitum. siue ꝓpter humiditatem ī talibus co2po2ibus inuentam. xi° flegmatica co2po2a habundant vrine multitudine que in substantia ē tenuis colo2e vero alba ꝛ cōtenta in eis satis g2ossa reperiuntur non diafana ꝛ in ꝓfundo sedētia sui g2auitate magis ꝙ ꝓpter perfectaʒ discretiue virtutis operationem. ꝛ inueniuntur in vrinis coꝝ multiplicata g2anula vl' spume. eo q2 facilius in v2inis caꝝ inclusus detinet aer p2opter viscositateʒ que reperitur in eis a flegmate p2ouenīēs magis ꝙ in aliis complexionibus reperiuntur cū pitate semper regiminis āte posita. At vero talia co2po2a superfluitates fecales quantitate ml'tiplicant que substantia molles sunt ꝛ ad albedineʒ vl' liuiditatem decliues. cū aliqua spumositate in eis immersa vel aquositate ꝛ pauci sunt feto2is cōparatione ad p̄dicta co2po2a: Lapsus vero melācolicos sequentibus istis discernere poteris signis P° q2 coꝝ colo2 fuscitati inclinatur quem latini vocant colo2em b2unū. Et memb2oꝝ substantia 2° in eis repe2itur solida. Et tertio sunt ī habitudine macri vel excarnati. 4° ve2o tactu hec co2po2a rep2esentant frigida cū compacitate ꝛ duritie magis ꝙ altera co2po2a. lʒ non tantuʒ frigida sit quantum flegmatica. Et ē 5° ī co2po2ibus talibus pilloꝝ paucitas magis ꝙ ī p̄dictis cū cōpatōe feripōꝝ ad flegmatica sicut colericoꝝ ad sāguinea. sicut enī frequēt ī colericis pilloꝝ paucitas g2ossities ꝛ soliditas reperit magis pp vehemētiam exiccationis a colera ꝙ in sanguineis. ita ī melācolicis co2pib9 pp augmētū siccitatis ꝛ defectū vapo2is qui ē matīa pillo2um paucificāt solidi tamē sūt ꝛ g2ossi magis ꝙ ī flegmaticis co2po2ibus ī quibus pp abūdātiā matericꝝ lenitatē ꝛ viscositatē co2ū ml'tiplicāt pilli exiles tamē ꝛ molles sunt in eis. 6° iteꝝ talia co2pa ad actōes exte2io2es ꝓmptiora ꝙ flegmatica: pig2io2a tamen ꝙ sāguinea ꝛ colerica. eo q2 mobile omē bene calidū ꝛ ecōuerso cū aliis pibus. Quantū vero ad opationes extioꝝ sensuū iperficiunt talia co2po2a. nō eī tactus auditus visus gustus ꝛ odo2atus ī his co2po2ibus ē pfectus velut in sanguineis ꝛ colericis. Cōpando vero talia co2pa flegmaticis q° ad opationes sēsuum exterioꝝ vt ī pluribus pfectio2es sūt ī eis ꝙ ī aliis lʒ fo2te pmo dubitationem habeat de opatōne visiua que pficit ī o2gano qđ ē de natura aque vt pʒ 3ª tertii p° ca° ꝛ a phō p° đ sensu ꝛ sēsato. fo2tasis aūt ī cōpl'one mel'ica inpficit visio magis ꝙ flegmatica pp augmētū frigiditatis ꝛ siccitatis que ī ea ꝙ frigiditatis ꝛ humiditatis ī flegmatica. Adhuc iteꝝ mel'ica co2pa ī opationibus sensuū īteriorū nō videt ēe eque pfecta tamē pp indispositionē spūuʒ que ab augmento siccitatis et humiditatis ꝓuenit. tamen pp īdispositionem o2ganoꝝ ab eadē causa. que etiā ē spūum paucificatiua. lʒ eī ī co2po2ibus istis pueris existētibus sēsus sit perfecti. vt Galienus 2° tegni ca° de signis cereb2i mel'ici. Fo2tassis latitudo pfectōis illius attēdit solum penes depurationē o2ganoꝝ que melio2 videt ēe in tali etate ꝙ ī flegmaticis lʒ adueniēte etate augmenti ipficiunt magis in eis o2gana sensuum īterioꝝ pp augmentū siccitatis que acqrit ex etatiuo dcursu. quare nō videt saltē perfectōeʒ ī opatōibus sēsuū iterioꝝ hr̄e co2ª mel'ica in etate perfectio2i. que est cū augmentū peruenit ad fineʒ pª p2imi ca° de etatibus. Post hec autem mel'ica co2po2a nullo sudo2e labo2ant per se nisi per accidēs pp augmentū frītatis ꝛ siccitatis resistentiū ad sudo2ē efficientē. ꝛ pari ratōe vndecimo iterū talia co2ª sūt in paucitate v2ine labo2ātia. ꝛ ē caꝝ substātia tenuis valđ vl' lipida colo2e alba ad oppacitatē tendēs diafana satis quantitate pauca. cuius cōtentū omne aliis paribus modicū ē ī eis magis ꝙ ī aliis. ꝛ est in fundo sedens g2ossum inequale p2opter terestreitatem partium aquositati commixtarum ꝛ sunt habentes fecum paucitatem que tamen solide sunt ad obscuritatem p2opinque. et raro ab eis educibiles ꝛ sūt co2po2a talia vltimo difficulter somnum ig2edientia. a quo tamen cuʒ intrant illum difficulter excitantur. et sunt co2uʒ somnia conturbata interrupta illusionibus et fātasticis apparitionibus multum copulata. Tu autem adde et reliqua signa si placet. quia in eis stat rei fundamentum. et in hoc completur capituluʒ septimum de notificatione signo2um et cetera.

Secunda pars huiꝰ tractatus in qua agitur d
cura diuiditur in distinctiones duas.

Quoniam igitur dispositio prefata satis videtur
esse verenda ne de corruptione ī operatione sen
sus tactus perducat ad ablationeʒ illius perseue
ranteʒ. ad quam necessario sequeretur partis vel
partium non sentientium mors. quoniam hoc so
lo sensu scilicet tactus priuatum animal necesse ē
mori. tertio de anima penultimo capitulo.
Ideo summa curationis illius in hac secunda
parte huis tractatus diuiditur in dictiones duas
Prima quideʒ procurat regimen rerum non na
turalium secundum conuenientiam administra
tionis earum. Secunda vero tangit intentiōes
medicinales conuenientes ad curationem ipsius
cum instrumentis etiam oportūis ad complemē
tum illarum intentionum. Et prima quidē di
ctio continebit capitula sex rerum non naturali
um. que necessaria sunt in cura cuiuscunqʒ egritu
dinis secundum conuenienteʒ administrationeʒ
ipsarum.

Dictionis prime capitulum primum de regi
mine aeris.

istis antemissis conditionibus que meliores sunt stupefactiuum et leuissimum simplex est emplastrū de contritis foliis papaueris albi. Secundum vero fortius illo est emplastrum factum de foliis mandragore vel de puluere eius cōmixto cū aqua sublimationis foliorum croci. Tertium stupefactiuū est appositio emplastri facti de foliis iusquiami albi cum puluere camomille. Quartum stupefactiuum expertum per me sollemnius et securius est lenire membrum cum electuario philonio persico descriptione Aui. quinto canone sūma tertia tractatu tertio. Ultimum vero inter omnia alia stupefacientia securius. est membrum emplastrare cum tiriaca recenti et proprie administrata ante eius completam fermentationem. Hec in sūma sunt ex quibus compleri potest intentio prima per tertium instrumentum remouendi tristem sē sationem a membro vt iam apparuit. Pro 4° vero instrumento scilicet resoluēdi materie grossiorem partem membro magis fixam, oportet administrare instrumenta que habeant residuum materierum predicte consumere per viam resolutionis et siccationis. Et cum materia illa iam sit grossior. aut quia subtilior pars eius resoluta ē actione caloris naturalis agentis in ipsam. aut cum applicatione medicinarum que instrumēto tertiō precedente posita fuerūt. Ideo oportet materiā illā prius in sua compacitate remouere. mollificā do ipsam q̄ insistere cum exiccantibus continuatis. Alr enim ipsa continue magis terrestris rēd deretur. Ideo quia pro eius complemento due sūt inuente opiniones. Una quidem que vult q materia compacta prius mollificāda sit q̄ resoluenda ita q quattuor vel sex diebus loco patienti administrentur mollificantia. aliis vero sex dieb3 administrentur resoluientia. ita q quantum potētia prima ad mollificandum. tantum potentia sint secunda ad resoluendum. Secunda vero opinio principalis vult q membro administranda sūt mollificantia et resoluentia in eodem composito virtualiter inuenta. et vtraque harum opinionum est vera a sapientibus approbata. licet prima opinio sit communior vt patet decimoquarto terapeutice capitulo de cura sclirosis. et quarta primi capitulo vigesimoquinto et tertia quarti tractatu secundo capitulo de cura sephirios. vnde sequēdo opionem primam instrumentum conueniens ad mollificandum esset illud de simplicibus mucillago se. psilii se. lini. citoniorum radicis maluauisci et foliorum malue. licet mucillago psili malue et seminis citoniorum conuenientiores sint cum signis caliditatis sicut mucillago se. lini, altee senugreci et se. dorelle cum signis frigiditatis. Compositū vero cōiter vsitatum est emplastrum de mucillaginibus diaquilon dictum simplex administratum. Secundum vero compositum valde efficax est hoc. Rx medulle cruris bouis ℥.ii. pinguedinis anatis a murce olei oliuarum ana.ʒ.i. dissoluantur simul et applicētur parti. Tertium vero mollificatiuum et potentius illo est hoc. Rx butiri dissoluti et loti in aqua frigida ℥.iii. pinguedinis anatis et anseris ana.℥.i. olei de sisamo ℥.ii. dissoluantur simul et administrentur parti. Cum ergo administrata fuerint talia lenitiua circa septimanam vnā. tunc administretur aliquod de sequentibus resolutiuis. quorum primū siplex ē oleum d camomilla quod fouit sine attractione. Secundum vero est oleum de melliloto. Tertium est oleum de amigdalis dulcib3 Quartum est oleum de croco. Quintum ē oleum de aneto et proprie cum signis ventositatis infixe parti. De compositis vero resoluentia plurima sūt autentica. vt ysopi cerotum descriptione Democriti et descriptione Pauli. et vnguentum de bdelio. Et compositum istud notabilis efficatie. cuius descriptio sumitur tertia quarti tractatu secundo capitulo de cura sephiros. Rx galbani armoniaci bdelii ana.ʒ.v. terantur omnia et conquassentur cum fece olei liliorum. deinde superaddantur mucillagis fenugreci ℥.iii. farine ordei et fabarum ana.ʒ.i fiat emplastrum et calidum applicetur parti. et cum medicus perpendit p horum applicationē iā peruētū esse ad aliqualem soliditatē partis. tunc permutet se de istis resoluentibus ad mollificantia predicta et econtra. In quorum tamen omnium in tota prima intentione iam dictorum administratione obseruentur regule due. que semper debent esse presentes in mente operantis. Et prima est q semp prius applicentur leuia q̄ fortia de predictis. Secunda regula est q in cuiuscunque horum applicatione semper consideret signa caliditatis precedentia applicationem eorum et sequentia ipsam. Si ei videtur membrum associatū cum signis caliditatis tunc frangat omnia medicamina sua cum frigidis de quibus supra tactum est et e9° cum calidis et feli citabitur operatio sua sic conuenienter. hec quidē omnia sumere possunt pro complemento declarationis quattuor instrumentorum. quibus completur prima curationis intentio que fuit de mō abscindendi nocumenti corruptionis a particula patiente.

Secunda intentio.

Pro expeditione vero secunde principalis intentionis. que fuit materierum diuersio: Premitēd primo q licet dispositio illa secundam magnam partem sit membro infixa vt plurimum. tamen aliquid de materia ab epate effunditur ad particulā patientem. ratione cuius competunt diuertentia trahētia materiam ad partem contrariam fluxus eius. q̄ tiā enim infixe materiei non est necessaria diuersio nisi per ea que a profundo attrahunt. vt i precedenti intentione declaratum est. Igitur materias ab vna particula vel pluribus ad aliam fluentes instrumentis valde diuersis distrahimus et numero pluribus. Et primum quidem de leuioribus est pannorum calidorum actu applica° ad superiores partes si materia flueret interius. ad dexteram si flueret ad sinistram. aut ad anteriorem si flueret ad posteriorem. aut econuerso. Secundum vero instrumentum et de leuibus est pannorum vel spongie embroca cum aqua calida partibus iam predictis apposita. Tertium vero ē partium predictarum fricatio non fortis. Quartū vero est earundem ligatura. Quintum de fortibus est fortis earundem partium fricatio. Sextum ē vētosarum applicatio. Septimum est membrorum rubificatio. Et hec quidem omnia diuertentia sūt cum euacuatione a sapientibus insensibili nominata. Et primum quidem est membrorum iam dictorum per contrarias loci differentias vesicatio Secundum vero est flobotomia partes predictas respiciēs. vt si materia flueret a superiori ad crura diuertenda esset per flobotomiam venarum

superiorum .et si flueret de dextra in sinistram tunc flebotometur vena exempli gratia media . peccato materierum infra partes ypocundriorum inuētarum .Si vero flueret materia ab epate in sinistrum .tunc flebotometur ramus assellaris vene basilica nominatus infra cubitum positus.Si vero flueret materia a superiori dextra particula ad sinistram .tunc flobotometur cephalica vena posita sup siluestri parte superiori curuature cubiti.Tertium vero diuertens cum euacuatione est administratio ventosarum cum scarificatione .Quartū vero est administratio scarpellationis partis de q̄ supradictum.et dicitur scarificatio illius.Quintū vero est appositio laquei vel setonis super contrariis partibus .Sextum vero et vltimum est administratio cauterii potentialis sub aliqua partium cōtrariarum secundum diuersitatem positionis . vt iam dictum est. Pro quorum tamen complemento memorandum q̄ de rubificantibus et vesiccantibus et scarpellatiōe sermo preteriit ī intentione precedēte istā. et qs sit flebotōandi et vētosādi modus parum hic iam apparuit.Que vero sint cauteria potentialia de simplicibus plura sunt sicut arsenicum rubeum et proprie illō nominatur auripigmentum quod est leuius.alias enim arsenici species suspectas hūi.Secundum est vitriolum rubeū quod patientibus particulis administratum corrumpit eas Tertium est cepe squille membro superligatum .Quartum est mel anacardum emplastrā dō partes ex eo.Quintum est sapo saracenicus et ē mollis et niger .Sextum est applicatio calcis cum primo a fornace accipitur .Septimum est admīstratio trociscorum de celidonia.quos ego composui secundum istum modum.℞ cal.non extincte. ℥.i. arsenici citrini .ʒ.vi.calcanti combusti .ʒ.ii .mellis anacardi .℥.i.saponis sarraceni .℥.ii. incorporentur simul et fiant magdaleones .ex quibus cum opus fuerit pillule formentur ad quantitatem nucis mus .magne vel parue secundum quantitatem eruptionis quem intendis .et dimittantur per horam vnam aut duas .Secundum vero cauteriū potentiale est.quo cōiter vtuntur medicantes omnes fere in marchia teruisana .Et fui ego illius rectificator per hunc modum .℞ aque prime distillationis saponis lib.i.calcis non extincte.℥.i.opii.ʒ. .x.buliant simul lēto igne calx et aqua vsq3 ad terminationem ad viscositatem et tunc imponatur opium subtiliter puluerizatum et compleatur eorum decoctio vsq3 ad lapideitatem et applicetur vt de precedenti dictum est. Hec sunt per que principalis intentio compleri potest .

Tertia intentio .

Ut autem ad tertiam intentionem conuenire possumus premitendum primo oportere minorare materiam secundum q̄ ipsam contingit esse peccantem.si enim in toto peccaret corpore oporteret p vniuersales minoratiuas euacuatiōes educere. Et si quidem ex parte materierum particulare peccatum inueniretur similiter oporteret eas p̄tialibus appropriatis euacuationibus educere . Igitur si materia fuerit in toto peccans et in vēis contenta .statim fiat flobotomia de matre vena purpurea nigra vel commini nominata.et sanguis extrahatur copia secundum quantitatem peccātis materie et virtutis tollerantiam .quod quidem totum cadit sub prudentia operatiui artificis et sub q̄titate geometrica l' arismetica necessario litata vt medii ciati aut duarum.℥.et sic de singulis.Tales eī mensure multipliciter variande sunt.secundum sapientis coniecturā.Si autem quereret aliqs minorare materias aliter.posset ī muliere mēstrua prouocare in etate congrua . et in viro emoroydas aperire et sanguinem a naribus educere.habēt enim vene omnes inuicē continuitatem per quas possunt a toto euacuare.licet particularius et imediatius a determinata particula educant . Cum autem contingeret materiam in venis totius ambitus contineri et esse sanguini sufficienter commixtam neq3 flobotomiam aduocantem .tunc oportet vt euacuetur minoratiue per farmaca a toto attrahere potentia.De quorum numero bonum esset hoc.℞ pillularum cochiarum pillularum agregatiuarum ana.ʒ.ʃ.reformentur pillule cum electuario indo.et hec quidē respiciunt materiam mixtam ex colera et flegmate dominante.Et attrahūt pillule cochie a superioribus et agregatiue ab inferioribus .Secundum vero compositum ad hanc intētionem est electuarium indum .Cuius detur.℥.ʃ.ipsum quidem educit superfluitates a toto.Tertium vero ad eandem intentionem et predictis fortius ē hoc .℞ pillularum fetidarum pillularum de sarcocolla descriptione maiori ana.ʒ.ʃ.reformentur cum iera composita et exibeantur.educunt vt prime.Quartū vō ē hoc.℞ pillularum cochiarum pillularum de iera composita et fetidarum ana.℈.i.auri ponderis diagridii g̃. ii.cum succo rosarum reformētur pillule .vii.Et hec quidem vltime attrahunt a superioribus inferioribus et ab intermediis partibus virtute yere.que educit a stomacho et epate . Quintum compositum est hoc .℞ yeralogodion .ʒ.ii.yere pigre maioris .ʒ.iii.et detur in potu cū decoctione folliculorum sene cum granis.iii. dyagridii facta.Sextum vero compositum est hō.℞ electuarii succi rosarum.ʒ.ii.ʃ.electuarii indi.ʒ.i detur in potu cum aqua decoctionis violarum calida Septimum vero compositum et proprie principaliter euacuans superfluitates a capite et proprie colericas est hoc. ℞ pillularum cochiarū. ℈. .ii.dyagridii g̃.ii.reformentur pillule.v.cum succo violarum et exhibeantur .Aliud vero euacuans materias mixtas a flegmate et colera et proprie a capite est hoc .℞ pillularū imediate conscriptarum pillularum de sarcocolla ana.ʒ. i.reformentur vt prius . Aliud etiam euacuās a capite materias mixtas ex flegmate et colera et melancolia est hoc. ℞ pillularum cochiarum de lapide lazuli ana.℈. .i.pillarum d̄ sarcocolla ana.℈.ʃ.formēt pille.vi. vel.vii.cū yeralogodion et detur vt prius. Si qs autem desideraret minorando euacuare materias a pectore et proprie flegmaticas exhibeat illas pillulas de agarico .ʒ.ʃ.de sarcocolla .℈.i.fiant pillule .vi.cum succo ysopi et dentur in potu . Eductiuum vero materierum colericarum a dominio et proprie a pectore ē hoc ℞ pillularum de reubarbaro.℈.ii .pillularum agregatiuarum.℈.i. reformētur pillule.vii.cum succo violarum. Et si quidem contingeret materias calidas euacuatione minoratiua educendas esse ab epate tunc medicina conueniēs esset hec .℞ reubarbari electi.ʒ.i.spice nardi g̃. .vi.aque fructuum descriptione Auicenne in antidotario .℥.iii.penidiarum.ʒ.ʃ. incorporentur oīa simul et exibeantur in potu . Si autem abepate

vellemus educere materias flegmaticas a dn̄mi
nio tunc detur in potu agarici infusio hec. ℞ aq̄
lupuloꝝ aq̄ apii ana. ℥. ii. zuccari secunde coctōis
ana. ℥. i. ſ. agarici electi. ʒ. ii. ſ. spice nardi g̃. iii.
ʒʒ g̃. v. fiat infusio ⁊ cum forti expressione exibe
atur. Similiter etiam dum volumus materiaʒ
melancolicam dominantem ab epate euacuare
conueniens instrumentum erit hoc. ℞ aque lu
pulorū aque cicoree. ana. ℥. ſ. thimi epithi sollicu
lorum sene ⁊ polipodii ana ℈. ii. salis g̃. v. peni
diaꝝ zuccari al. ana. ℥. ſ. fiat omniuʒ horum in
fusio ⁊ cum notabili expressiōe exibeatur ī potu.
Et iam apparet ꝙ hoc medicamen etiam esset cō
ueniēs ad educēdū mat̃iaʒ a splene ⁊ proprie cū
aqua scolopendrie. Et similiter medicamina su
pradicta materias simplices a dominio educen
tia si frangantur ad inuicem secundum mixtionē
materierum specie diuersarum erunt materiei ū
inuicem commixtarum eductiua. ⁊ secundum ꝙ
contingeret materiam in mixtione dominanteʒ
Exempli gratia melancolicaruʒ materieꝝ super
flegmatica ⁊ colerica aut vtrisq̃ȝ simul. ita opor
teret in mixtione medicinarum solutiuarum ad
inuicem dominari simplices aut compositas me
dicinas maiori proportione aspectum habentes
inuicem ad materiam ⁊ econtra. Ex quo correla
rie concluditur ꝙ stante pari materierum inuicē
cōmixtiōe oporteret pares esse virtutes medicia
rum electiue educentium materias has vel illas
Et hec quideʒ talia non cadunt in operatione vi
ri nisi in scientia optime triti ⁊ in opere medicia
li non raro ⁊ leuiter exercitati. presupponunt eī
hec omnia scientiam cognitionis modi mixtiōis
materierum ad inuicem ⁊ exigunt etiam senten
tiam cognitionis graduum medicinarum ⁊ ope
rationē earum tā prouenientiuum a primis q̄ꝫ a
secundis a tertiis q̄ꝫ a quartis virtutibus. Et ad
huc presupponunt hec talia virum esse trituʒ ī co
gnitione modi compositionis medicinaruʒ sciĺʒ
q̄ꝫtā refractionē ī mixto vl' ī composito fermenta
to habere debeat medicina calida ⁊ sicca pri g̃dus
aut scdi t'cii ⁊ q̄rti g̃dus. Sil'r ēt q̄ꝫtā ī cōpōtio
ne ī fractionē suscipiat ad inuicē medic̄e ī substā
tia rare comperate ad eas que sunt dense substan
tie. ⁊ quantum exigat queq̃ȝ medicina composita
de tempore in sui fermentatione conuenienti. Et
que sit omniuʒ medicinaruʒ simpliciū dosis ap ꝓ
priata. Et ita de compositis est dicendum. propt'
que omnia oporteret recurrere ad medicine pri
cipia tam theorica q̄ꝫ practicalia sine quorum co
gnitione vana ⁊ casualis est omnium medicoruʒ
operatio a qua effugere debent viri scientifici ⁊ ī
scolis sapientum eruditi. Et ex horum omniuʒ ī
uiceʒ collectione concluditur correlarie vltimum
Quod si desideraret aliquis educere materiaʒ a
mr̄ice vesica a lumbis meseraicis vel ab intestinis
plurimas vel aliquas medicinarum simpliciuʒ ⁊
compositarum que iam scripte sunt inuicem pōt
confrāgere ⁊ componere cuʒ medicinis habentibꝫ
electiue educere ab hoc vel altero mēbro sicut ad
matriceʒ aspectuʒ habet veluen vel mr̄icaria
arthemisia ruta betonica dorōnicū ⁊ similia. Ad
vesicam vero aspectum habent daucus grana mi
lii folia se. apii grana pini ⁊ consimilia ad intesti
na vero electioneʒ habet oleum de kerua ⁊ est pē
tadactilus maior ⁊ camomilla crocus semen ane

ti pulegiuʒ origanuʒ ⁊ talia ⁊ tu discurre per
sententias auctorum. Omnia enim hec respiciūt
predicta membra ꝑ tertiam aut quartam opera
tionem eorum vt secundo canone per totuʒ pro
cessum ⁊ a Gal' sexto de simplici medicina vsque
ad nonum inclusiue ⁊ in agregatore Serap. per
magnuʒ processum colligi potest ⁊ pluries alibi
⁊ tu lege quia inuenies hec omnia esse. Iā quid
oportet peruenire ad quartam intentioneʒ supra
premissam per quam conuenienter fieri possit ma
terierum peccātium digestio per quaʒ fiāt eradi
catiue euacuationi magis parate. Et premitten
dum ꝙ materie antecedentes circa quas vt ī plu
ribus administranda est digestio. esse possunt in
altero trium locoruʒ principaliter contente. Et
primo quideʒ ī venis epatis ⁊ sibi propinquis ꝑ
quas materia mandatur ad particulaʒ patienteʒ
vt supra declaratuʒ fuit. Secundo vero he mate
rie inueniri possunt in uenis disseminatis circa ꝑ
ticulam patienteʒ ⁊ tibiarum ⁊ coxarum. Tercio
vero fortassis aliquid de materia effunditur a ca
pite que iuuamentuʒ non leue facit in augmentā
do materiam antecedentē quantitatiue. vt dicto
ꝙ materia huius egritudinis sit calida ⁊ sicca. vt
supra visum fuit no inconueuit eideʒ esse conmix
tam parteʒ magnam aquosi flegmatis. quod quid
fortassis est causa augmentandi quantitatiue ma
teriezum fluxuʒ ad particulam patienteʒ. quare
in digestiuis administrandis hunc ordinem obs'
uabo. Primo quia tangam digestiua materieruʒ
calidarum ⁊ siccaruʒ magis alteratiua ⁊ respiciē
tia etiam epar ⁊ adiacentes ei partes. Secundo
vero loco ponam digestiua materierum mixtaꝝ
ex calidis ⁊ siccis dominanter ⁊ frigidis ⁊ humi
dis subdominanter. Et etiā pro complemēto cp
is aliqua ponam digestiua ad materias flegmati
cas ⁊ quarto loco ad materias melancolicas tam
adustas q̄ꝫ non adustas appropriata magis. Et
satis ex hoc fundamento poterit videri intentio
digerendi materias ⁊ instrumenta conuenientia
ad illō. Itaq̃ȝ materieruʒ calidaruʒ ⁊ siccaruʒ con
ueniens ⁊ leue digestiuū primuʒ erit hoc. ℞ aque
violarum aque endiuie ortulane ana. ℥. ii. aque lu
puloruʒ. ℥. i. Secundum vero digestiuuʒ fortius
illo est. ℞ aque solatri ⁊ cicoree ana. ℥. ii. vel. ℥.
i. ſ. misce simul totuʒ. Tertiuuʒ vero digestiuum
adhuc fortius predictis ē h°. ℞ syrupi de nenufar̃
syrupi de endiuia ana. ℥. i. aque violaruʒ aque ci
coree ana. ℥. i. ſ. Quartuʒ digestiuuʒ materierum
predictarū adhuc ingressiuiuuʒ magis ē h°. ℞ sy
rupi iuiubini. ℥. i. ſ. aque solatri camomille ana
℥. i. aque fumiterre. ℥. i. ſ. ⁊ hec quideʒ pro par
te respicit materias aliquid adustionis habentes
Quintuʒ vero digestiuuʒ et ad adustas materias
appropriatuʒ magis erit hoc. ℞ syrupi acetosita
tis citri syrupi de endiuia ana. ʒ. vi. aque acetose
aque lupulorum ⁊ fumiterre ana. ℥. i. misce ⁊ da
in potu. ⁊ patet ꝙ hec omnia per tertiam opera
tionem respiciunt epar ⁊ cum hec etiā ꝙ calidis
⁊ siccis ⁊ paruum adustis aduersantur materiebus
Digestiua vero materierum predictarum ⁊ pro
prie circa partes iuncturales dn̄antiuʒ. et sibi ꝓ
pinquas possunt esse predicta omnia et maxime
cum miscentur cum aquis habentibus aspectum
ad remotas partes. velut esset artetice plante q̄
secundum veritatem nominat' sula ab auctoribꝫ

aut esset aqua acetose iam predicta. ⁊ aqua solatri
⁊ aqua violarum ⁊ aqua rosarum ⁊ aqua virge
pastoris. Et de calidis magis sicut esset aqua
yris aqua origani calamenti eupatorii ⁊ similiuz
que misceri debent cum digestiuis supra nomina
tis dūmodo tamen in mixtione vincantur calida
a frigidis. magis tamen ⁊ minus secundum ma
iorem ⁊ minorem necessitatez a particula patien
te ⁊ a materia ibidez inuenta indicatā. Ea vero
que digererē possunt materias iaz predictas cum
quibus aliquid de flegmate a capite distillāte cō
misceretur sunt sicut digestiua predicta ⁊ ꝓprie
confracta cum syrupis ⁊ aquis habentibus aspe-
ctum ad caput. velut esset syrupus de calamento
syrupus de ysopo syrupus de acoro ⁊ de sticados
⁊ consimiles confrangendo taliter eos in mixtiōe
℞ syrupi de endiuia. ℥. i. syrupi de sticados. ℥.
ß. aque ysopi. ℥. i. aque violarū. ℥. ii. misce ⁊ detur
totuz. Aut accipiatur syrupi de calamento syrupi
d̄ nenufare ana. ℥. i. aque cicoree. ℥. iii. misce. Aut
essz exhibere. ℥. ii. sy. huius descriptiōis quaz ali
as composui⁹ ⁊ respicit materiam ex colera ⁊ fleg
mate cōmixtam in toto ⁊ in capite principaliter
cōmixtam exhibeo ipsum cuz. ℥. iii. aque lupulorū
℞ cressionum ⁊ senationum fontaliuz ana. M. i.
ß. violarum florum nenufaris rosarum que sūt
tres medicine frigide capitales ana. M. i. ß. sti
cados pulegii betonice maiorane calamenti
ana. M. i. macis. M. iii. galange cinamomi gariofi
lorū ana. ʒ. ß. spodii. ʒ. ii. ß. se. endiuie lactuce por
tulace cuscute ⁊ scabiose ana. ʒ. iii. īfundantur hec
omnia per tres dies in lib. xv. aque prius bene cō
tusa. deinde coquatur lento igne vsqz ad consum
ptionez medietatis eorum. tunc fiat colatura cuz
expressione forti. ⁊ illi colature addantur zuccari
albi lib. iii. aceti. lib. ß. ⁊ lento igne coquantur oīa
vsqz ad substantie spissitudinez consuetam. ⁊ ē po
tens medicina ad digerendum materias a domi
nio colericas flegmaticis ⁊ adustis materiebus a
liqualiter cōmixtas. ⁊ mirabili iuuamento exper
tus sum in soda calida pendente a materiebus ta
li cōmixtiōe cōfusꝫ. Si qs āt cōsideraret ma'ias
adustionez habentes ⁊ in capite dominanies di
gerere. poterit hoc conuenienter facere cuz duo
bus digestiuis sequentibus. Quorum primum est
hoc. ℞ syrupi d̄ berberis d̄ ribes de sūo terī ana
. ℥. ß. aque lupulorum ⁊ fumi terre ana. ℥. i. misce.
Secundum vero est hoc. ℞ syrupi iniubini syru
pi de succo limonum ana. ℥. i. aque buglose vel bo
raginis. ʒ. ii. aque fumiterre. ℥ i. misce. Et hec q
dem digestiua omnia exhiberi debent in aurora
cuz iam conceperit medicus cibuz prima digestio
ne fuisse in stomacho transmutatum. quo etiam tē
pore kilus ⁊ prime digestionis superfluitas a sto
macho ad intestina propulsa fuerit ⁊ est hora ab
artifice rationali cōiter assignata ab assumptiōe
cibi per nouem horas distans in maiori gentiuz
cōitate. Si quis cogeretur digerere materias iā
predictas cum digestiuo alterius speciei. eo quia
eger non vellet potiones assumere propter lasci
uiam aut insuetudinez. tunc posset digerere mate
rias cum infrascriptis. Quorum primum esset. ℞
trociscorum de spodio trociscorum de violis ana
. ℈. ii. aque emulsionis vel decoctionis seminuū. ℥.
. iii. misce. Secundum vero esset hoc. ℞ trociscorū
de berberis. ʒ. ß. aque decoctiōis cuscute. ʒ. iii. mi

sce ⁊ respiceret hec materias aliqualiter adustas.
Tertium vero digerens posset esse mixtio talis. ℞
conserue violarum ⁊ florum nenufaris ana. ℥. ii.
trociscoruz de violis ⁊ de rosis. ana. ʒ. i. vini gra
natorum murorum. ℥. i. ß. fiat electuariuz de quo
in aurora exhibeatur. ℥. i. quaz deglutiat patiens
Et de eo iterum ante cenaz exhibeatur tantundē
per horam cuz dimidia. Quartuz vero digestiuū
ad materias adustas ⁊ cōmixtas approprialuz ē t
hoc. ℞ syrupi de berberis vel de ribes syrupi ace
tositatis citri de limonibus ana. ℥. i. specierum tri
sandaloruz cōpletarū. ʒ. ii. conserue rosarū nenufa
ris ⁊ buglose ana. ℥. i. misce ⁊ detur in potu vt iaz
predictū est de precedenti. vel deglutiatur cū co
cleari hec quidē parumper efficere videntur pro
intentione quarta complenda. Cū autz intenditur
exequi intentionez quintā per quā materie eradi
cande sunt. iā quidē satis faciliter hoc fieri possz p
minoratiuas medicinas huic vel illi appropria
tas. de quibus notabilis quantitas supra conscrip
ta est. Memorando tamen q̄ nulla talium medi
cinarum vnq̄ exhiberi debet nisi postq̄ apparue
rit digestionis impressio manifesta. que cognoscit
primo quia morbus ⁊ accidentia eius aliqualiter
remissa sunt. Secundo per equationē vrine in co
lore eius ⁊ substantia. que debent esse ad medium
deducta vel sibi propinqua. Et tertio p apparitiō
nez sediminis in vrina subsidentis. quod debet eē
albuz equale coniunctū figure piramidalis ⁊ sub
stantia diafanum. Istis enī apparentibus iam nō
remanebit dubitatio quin materia conuenienter
sit digesta quoniam digesta ente materia necessa
rio remittitur morbus qui dependet ab ea. quoni
az digestio est faciens cessare putredinez ⁊ etiā re
mitti excessuz qualitatū taz priaruz q̄ secundarū
per quez materie a medio recedebant. propter qd
oportet q̄ vrie substantia eq̄ta sit cū suo colorē et
Cum ergo talia apparuerint medicine prime ex
hiberi debent. ita tamen q̄ earum dosis sic parū
per augeatur. nisi appareret q̄ virtus iaz incepis
set materieruz euacuationē facere. tunc eniz con
uenientius esset nullaz medicinā solutiuā exibere
aut saltē in gradu sue operationis remissam ne o
pus artificis coicidēs cum opere nature essent cau
sa efrenitātis fluxus. Et adhuc iteruz si natura in
cepisset facere euacuationez quā propter aliquod
accidēs facerē nō potuissz. quoniā si natura mouet
non cōplete moue tu hora motus illius. Et adhuc
si natura non mouet materiam hora motus eius
que est post materieruz digestionē. tunc moue tu
hora motus illius scilicet quē natura fecit ⁊ incō
plete secūduz expositionē primā. Aut moue tu ho
ra motus eius. s. expectādo ad quē natura facerē dbe
ret. si pigritando natura non faciat illuz motum
vt sepe contingit. Ex quo apparet q̄ duz medicus
euacuare vult materiaz eradicatiue cum vna me
dicina eadē specie per quam euacuauerat minora
tiue. melius est q̄ ī additione gradus vel dosī pa
rum ⁊ leuiter excedat ⁊ parcus existat q̄ in dosi ⁊
in gradu sit multuz audax. ne propter audatiaz
suam contigat excessus in euacuando. quoniā me
lius est materiā iterato euacuare. q̄ ipsā exquisi
tissime educere quarta primi tertio capitulo colli
gendum. Euacuat autē materias calidas ⁊ eradi
cando a remotis partibus electuarium succi rosa
rum. cuius exhibeatur. ʒ. iii. cum aq̄ lupulorum

⁊ violarum iuxta illud metricum Artetica coleram purgat succus ipse rosarum. Materiam vero colicam ⁊ adustam euacuare potes dando in potu vt predictum est electuarii hameth descriptione maiori. ʒ. .iii. electuarii succi rosarum. ʒ. ii. vel. ʒ. s. cum decoctione ciati vnius foliculi sene. Et si materiam colere commixtam euacuare velis. ℞ electuarii succi rosarum. ʒ. i. s. electuarii indi. ʒ. ii. misce ⁊ da in potu vt prius. Et de domesticis medicinis ⁊ securis est electuarium de dactilis quod a sapientibus nominatur diafinicon de quo exibeatur. ʒ. iii. vel. iii. s. cum aqua feniculi apii vel petroselini. hec de euacuantibus eradicatiue exemplariter posita. Memora tamen quod nullum horum euacuantium debet exiberi nisi secundum conditiones supratactas hore scilicet electe ⁊ secundum appitionem digestionis. Post predicta vero iam tempus idoneum esse videtur vt sensationem particule patientis vigoremus cum his que oportune administrari debeant. per que habebitur complementum intentionis curatiue. Et primo quidem per subtractionem causarum facientium nocumenta. vt specierum male complexionis materialis ⁊ male compositionis ⁊ solutionis continuitatis ⁊ aliorum quorum in superioribus satis conuenienter dogma assignatum est. Secundo vero principaliter vigorantur membrorum potentie per restaurationem instrumentorum. ex quibus in humano corpore consistit vigor. ⁊ sunt spiritus vitales animales ⁊ naturales qui sunt instrumenta virtutum quorum quantitas debet esse conueniens ⁊ melior est ipsorum quantitas aucta quam diminuta Et debet etiam eorum spirituum substantia subtilis esse vt facile ⁊ in breuissimo tempore moueri possint ad omnem differentiam positionis. Et iterum debent esse in substantia clari diafani ab omni vapore ⁊ superfluitate superflua expurgati. Taliter enim suo principio attestantur magis quod est vapor sanguinis temperatus nono de iuuamentis membrorum. Et quia etiam taliter limitati spiritus sue essentie attestatur magis. propterea quia spiritus est substantia ignea ⁊ aerea in naturam celestium corporum vergens ex subtiliori ⁊ laudabiliori humorum parte generata primo de viribus cordis secundo capitulo. Adhuc etiam in tertio restaurantur membrorum potentie per nutrimentum quantitatiue ⁊ in qualitatibus suis bene limitatum. vt sit aptum conuenientius transmutari in corporis particulas ex qua transmutatione vigores redduntur. quoniam virtus non consistit nisi nutrimento quarta primi capitulo vigesimoquinto. s. de medicationibus apostematum. Et istis tribus ingeniis subueniendi virtuti vel potentie patienti particule huius viri volo esse satisfactum. Et primo quidem ad primum per acquisitionem eius quod nunc tactum est in quinque intentionibus immediate precedentibus per quas conuenienter administratas abscindi potest omnis causa nocens ⁊ egrotare faciens. Secunde vero cause principali a qua debilitatur omnis membrorum potentia. iterum videtur satis mihi conuenienter esse prouisum per ea que supradicta sunt de conuenienti administratione sex rerum non naturalium. vt supra legere potes si placet. propter quod non videtur mihi aliquid esse hic superaddendum. nisi quod describam medicinas quasdam tam simplices quam compositas. per quas potentia sensitiua membrorum vigoretur. Cum igitur virtus omnis particule patientis sensum tactus conuenientem habeat per continuam irradiationem a nuca vel a neruis eius immediate progredientem ⁊ a cerebro mediate. idcirco describam medicamina quedam primo approbata ad confortandum cerebrum ⁊ spiritus eius substentandum. Secundo vero non nulla tangam. que magis neruis totius corporis ⁊ nuce appropriari possunt. Et ordine tertio aliquid tangam de his que determinate particule sensum tactus vigorare possunt ⁊ motum eius Et per hec quidem satis facile poterit satisfieri ad tertium scilicet ad restaurandum spiritus animales qui sunt sensuum ⁊ motuum omnium instrumenta ad conseruandum eos. ⁊ tuendum ab eis que tam intrinsecus quam extrinsecus occurrentia possunt reddere spiritus inconuenientes ad operationes ⁊ eos consumere. vt nunc legere potes in sequentibus. Prius tamen premittenda sunt quedam que videntur nocumentum efficere cerebro ⁊ neruis Cerebro quidem nocumentum efficit cuiuscunque rei non naturalis fortis et subita applicatio cum potentia sue mediocritatis actiuitatem excedente sicut aeris in omni qualitate tam prima quam secunda occursus ad caput vt dictum est Et ita in summa de cuiuscunque rei non naturalis excessu dicendum. Nocumentum enim ab aliquo agente in membro quod est principium virtutis operationis vel delegationis instrumenti est potentissima causa vt nocumentum appareat in membro quod habet dependentiam ab alio. Cum ergo nerui dependentiam habeat a cerebro in hoc quod spiritus animalis ⁊ virtus motus ⁊ sensus effundit a cerebro ad ipsos. necesse est vt quantum existit nocumentum in cerebro ipso tantum immo maius manifestetur in neruis. cum eorum complexio virtus ⁊ operatio proueniant ab eis tanquam a debilioribus quam sit cerebrum. Itaque de numero eorum que nocent neruis aliqua sunt velut de rebus non naturalibus inuenta vt aer excellentis humiditatis ⁊ remollitionis cruris est substantia neruorum nimis mollem ⁊ fluxibilem reddere sicut etiam est administratio ciborum multe remollitionis infrigidationis ⁊ humectationis. Similiter etiam ⁊ de potibus est continuatio aque frigide propterea quia debilitat digestiuam virtutem neruorum ⁊ proprie cum fuerit aqua prius congelata. vnde tertia tertii capitulo primo in fine. Scias quod aqua frigida nocet neruis. propterea quia facit eos deficere a digestione humiditatum que sunt in eis. quare in humorem indigestum permutatur. Et idem superius dixerat. ⁊ potus aque frigide congelate etiam nocet neruis. Similiter etiam nocet neruis multitudo potus vini ⁊ ebrietas. aut quia promouet multorum vaporum eleuationem ad caput. aut quia vini multitudo ⁊ ebrietas sunt causa debilitandi digestiuam virtutem adeo vt vinum non bene permutetur. Unde debilitate caloris agentis in ipsum conuertitur in kilum vel in sanguinem acetosum qui est causa nocumenti in neruis propter acetositatem mordicationem ⁊ punctionem que sequitur ab illo tertia tertii vt supra. Et nocet neruis multa ebrietas. ⁊ vinum plurimum propter vehementiam mordicationis vini ⁊ propter resolutionem idest permutationem ⁊ infrigidationem cum hoc idest humor ille qui nocet neruis pungendo eos. ⁊ ideo cibaria omnia acribus ponticis ⁊ acetosis saporibus condita nocent neruis ⁊ proprie in frequenti vsu. Adhuc iterum de tertia re non naturali. s.

metu apparet superfluū exercitium ⁊ motus eis
tam distractiuus q̄ extensiuus ⁊ attractiuus nocz
ei propter nimiam neruorum distensionez a re
violente ipsos extendente elongantur. ⁊ forte se
cundum latitudinez eorum diminuuntur. propte
rea quia non recipiunt debitam quantitatez spiri
tuuz per quos fiant motuuz instrumenta conueni
entia. Et similiter de distractione horum dicendū
est per quam intelligitur partiuz eius de centro
ad circumferentiam elongatio. Similiter etiā
res nimium attrahentes sunt causa nocumenti
neruorum aut quia mouent eos motu in conuēti
ad aliquam differentiam positionis fortius q̄ oz
aut quia propter attractionez fortem mouentur
ad eos materie sua multitudine vel quantitate le
dentes eos. quare secunda primi vbi supra prope
principium capituli. Motus vero laboriosi i fa
ciendo egritudines neruorum introitum habent
magnum supra illud quod in aliis ē scilicet mem
bris. Ipsa namqz sunt istrumēta motus. laboriosi
vero motus sūt sicut extēsio cuz fune et agrauatio
rei grauis ⁊ omne in quo est extensio expressio ⁊
contractio. Amplius imoderata omnis potuū
⁊ ciborum repletio non soluz cerebro sed neruis
nocet. Aut quia innatum ipsorum calorez suffo
cando extinguit. aut quia replentes materie ꝓhi
bent spirituū ⁊ nutrimenti conuenientem transi
tum ad neruos. Aut quia propter multitudinem
superfluitatuz contingit in neruis materias ibidē
stantes apostemate opillare. Aut in eis solutionē
continuitatis efficere secundum speciez materieꝝ
que variatur in quantitatibus ⁊ qualitatibus eaꝝ
Et sicut imoderata repletione per cibos ⁊ potus
dictuz est Non minus etiam concedendum immo
deratā repletionem eidez esse nociuaz. propterea
quia superfluitas et defectus ad easdē ducunt cās
Similiter etiam de quinta re non naturali idez
debet esse iuditium scilicet somno ⁊ vigilia. Pluri
mus enim somnus remolliendo propter augmen
tum humiditatis nocet neruis. ⁊ proprie super r̄
pletionem ⁊ capiti etiam non minus efficit nocu
mentū quare secunda primi doctrina secunda tri
decimo capitulo. Somnus multus virtutum aīa
lium obtusionez operatur ⁊ capitis grauedinez
⁊ egritudines frigidas. ⁊ hoc propter illud quod
ipse ex resolutione prohibet. Sed per rationem
aduersam facile deduci potest. q̄ vigilie imodera
te non minus resoluendo ⁊ exiccando capiti ⁊ ner
uis nocere possunt q̄ somnus humectando. Quod
vero sexte rei non naturalis inconueniens appli
catio etiam cerebrum ⁊ neruos debilitare possit
pz intelligenti velocez fortem ⁊ frequentem in
spiritibus ⁊ humoribus qui necessarius est in ira
furore animi. ⁊ sic de aliis sicut etiam vehemens
⁊ longa accubatio spirituum ⁊ humorum in pro
fundo cerebri cum sepelitur ⁊ coartatur a multi
tudine materierum est causa nocumenti cerebri
⁊ neruorum per viam extinctionis innati caloris
in eisdez. quare secunda primi doc^a secunda ca
pitulo decimoquarto vbi sermo est de impressioi
bus passionum animalium. Motus vero ad inte
rius aut est subito sicut cum timor adest. aut est
paulatim ⁊ leuiter sicut cuz adest tristitia. ⁊ suffo
catio q̄dā ⁊ resolutiōes predicte nō sequūtur nisi
illud quod subito euenit. diminutio vero ⁊ ptisis
vere nunq̄ secuntur nisi quod leuiter ⁊ paulatim
euenit. Cum dico diminutionez intelligo suffoca
tionez que ordinatiz ⁊ paulatim accidit ⁊ non su
bito. Et cum dico ptisim non intelligo resolutio
nez que fit leuiter ⁊ paulatim non subito. De rebz
autem aliis preter non naturales dictas que capi
ti ⁊ neruis nocumentuz efficiunt. quedaz sunt ve
lut cibi. non nulla vero medicine cibales. altera
vero cibi medicinales. Et nullus quidam cibus ab
solute eidē nocet nisi per accidens ex parte quan
titatis aucte ⁊ diminute. Nullus enim talis in hu
mano corpore operationez efficit a qualitate sed
a materia precisse reponendo partes corporis sub
stantiales absqz recessu caliditatis alicuius ꝺ pri
mis l' de secundis. De numero medicinaruz ci
balium q̄ plurime predictis nocent. ⁊ in summa
omnes ille que nimiuz calefaciendo ⁊ infrigidan
do humectando vel exiccando operantur in eis.
⁊ proprie quando alterum horum vel omne tale
fuerit vehementer ⁊ subito applicatum ⁊ multo
vsu. Neqz enim natura patitur repentinas mu
tationes neqz alterationes secundum recessum q̄
litatum. ⁊ clauditur in sententia veteris ⁊ cōmē
tatoris in sermone. Secundum multuz et repen
te calefacere ifrigidare et cet̄. De rebus autē que
sunt cibi medicinales idez est afferendum iuditiū
inquantum operantur a qualitatibus per quas es
sentialiter nocent vltra nocumentum accidentale
quod inducunt ratione super aucte repletionis ve
iam dictum est. Et ponere quidem omnium hoꝝ
exempla difficilimūz esset. verum quia partiale ho
ruz exemplar posituz fuit in sermone de rebus nō
naturalibus exemplariter loquendo quedam tan
genda sunt secundum q̄ iam apparet in sequenti
bus igitur capiti neruis ⁊ iuncturis nocet come
stio tafee idest ferculi facti ex pane cum brodio p̄
gui. Cum enim sua repletione et euaporatiōe vis
cositate ad quam sequitur oppilatio oppillationez
facit in nuca et neruis. Et idez erit iuditium ꝺ pa
ne cum piguedine in sartagine preparato vl' alio
frixonis modo. Carnes vero neruis nocentes sūt
sicut omnes habentes pinguedinez cōmixtam a
quositati et viscositatibus multis. velut sunt car
nes fere omnes sue natiuitati propinque et caro
cuniculi et caro anatis domestice et iuuencule et
caro recentis porci. et proprie in domibus nutri
ti. Caro agni sue natiuitati propinqui. Similiꝛ
etiam de piscibus idez dicendum ē. Oēs ei pisces
recentes mollificant similiter et omnes qui sunt
in aquis lacunalibus et in omnibus stagnis vl' pa
ludibus inuenti in quibus sunt herbe palustres fe
tentes et corrupte et multitudo ranarū et anima
lium aliorum que generantur et viuunt ex putre
dine euitandi sūt. sicut etiam cancri in eisdē aq̄
inuenti nimia sua humiditate remolliunt et re
laxant neruos et iuncturas et caput implent si
cut ad experientiam post comestionez cancroruz
percipimus. De plantis vero et vegetabilibz ml'
te sunt capiti nociue velut caules. qui multa sua e
uaporatione capiti nocent et visum obtenebrant
et bleta etiam sua humiditate superflua remolliē
do. aut ventositates multas in capite et neruis
multiplicando nocet eisdez. Portulaca etiam sua
nimia hūiditate nutrienti et paucitate ⁊ puitate
nocet iuncturis oibus et capiti. falsez in frequen
ti vsu licet aduersetur colere potenter. Eandem
sententiaz concedere debemus de vegetabilibz

⁊ plantis que nocent neruis capiti nuce ⁊ mēbris omnibus que sunt instrumenta sensus ⁊ motus que nocere possunt. aut ratione qualitatū primaꝝ ⁊ secundaꝝ. velut nimium ingrossando oppillando indurando stipticādo ⁊ sic de aliis. Aut quia hoc faciunt penes qualitates primas et secundas cū iuuamento operationis prouenient a virtute tertia. que est proprietas qua aliqua respiciunt cerebrum nucam ⁊ neruos ⁊ nocent eis ⁊ sensibus interioribus. quorum predicta sunt instrumenta. et patet ꝙ hec omnia nō nocent nisi per occultā qualitatē cū his vel illis qualitatibꝫ primis vel secundis nocitiuam. De numero ergo taliū aliqua inueniuntur toti corpori cerebro ⁊ neruis ⁊ lacertis nociua velut hec que hic tangētur. Quorum primū est lens que mala ē neruis licet sit a pluribus graduantibus posita equal. tamen declinat ad caliditatē ⁊ siccitatē. Secundū vero neruis nociuum est citonium quod est frigidum in primo ⁊ siccum in principio secundi cuius multitudo comestionis generat dolorē in neruis. quare in casu huius viri euitandū ē ne tristē sensationē tristi sensatiōi adiungat. Tertium vero est lac ꝙ sua stipticitate ⁊ humiditate remoliendo multū malū est neruis ⁊ egritudinibus eorum ⁊ proprie frigidis. Quartū vero est fungus cuius gradus est frigiditas in fine tertii ⁊ humiditas in pricipio eiusdē. ⁊ vsus eius generat epilēsiā ⁊ stuporē. Quintum est enula. que lꝫ sit calida ⁊ sicca in prio. tamen quia coniungitur humiditati superflue per quā ē capitis ⁊ neruoꝝ repletiua ideo facit sodam idest magnū dolorem capitis. Sextum vero simplex est calamentū ꝙ licet sit calidum ⁊ siccū in tertio. sua tamen vehementi vaporatione ⁊ dissolutione quā facit in humoribus virtutē habet faciendi sodam. Septimū vō simplex ē nux cupressi. que licꝫ calida sit ī prio sicca in secundo ⁊ confortet neruos ratione stipticitatis eius. tamen quia proprietatē habet adurendi sanguinem tietur augmentū corruptionis future fieri ab eadē. Octauū simplex est lactuca que frigida est ⁊ humida in 2° gradu que lꝫ generet sanguinē laudabilē. tamen stupefaciēdo nocet neruis ⁊ proprie lactuca ad nigredinē declinans. ⁊ siluestris cui cuius virtus assimilatur virtuti papaueris nigri quod stupefactiuū ē ex quo fit opiū. Nonum vero simplex predictis nocitiuū ē fessire ⁊ est vitis alba. que licet calida sit ⁊ sicca ī tertio gradu. proprietatē tamen habet faciendi accidere permixtionē in ratione. Decimū vero simplex ē crocus ⁊ est ca. in secundo ⁊ sic in p° ⁊ facit sodā ⁊ nocet capiti ⁊ obtenebrat sensus. Undecimū simplex est fenugrecū cal'm in fine primi et siccum in eo. ⁊ si comeditur generatur ex eo hūor malus ⁊ facit sodā ⁊ proprie cū muri. i. sallamis Duodecimū est coriandrum quod est frigidum ī fine primi ⁊ siccū in eo ⁊ multitudo eius hūidi ⁊ sicci permiscet sensum ⁊ facit sōnia. et multitudo succi eius vel aque est interficiens cum infrigidatione. Tridecimū simplex sīt fabe que in complexione sua declinant ad frigiditatem ⁊ siccitatē cū humiditate superflua. et faciunt videre sōnia mala cū alienatione perturbata. Decimū quartum simplex est cepe quod est calidū in 3° cū humiditate superflua et facit soda et subeth et nocet intellectui. Decimūquintū simplex est anethū

qđ ē cal'm et siccū ī 2° et grauat caput et facit soda et ē de ebrietatibꝫ ⁊ dormire facientibꝫ. Decimūsextū simplex est solatrū frigidū in p° et siccū in 2° qđ stupefacit et soda facit. Decimūseptimū simplex ē acetositas citri que frigida est et sicca in secundo gradu et nociua neruis. Decimūoctauū simplex ē castoreū in cuius me° inuenitur gumositas et neruis est mala. et vehementer mordicat eos. licꝫ calidum sit in 4° et siccum in secundo. Decimūnonū simplex est aleū quod ratione euaporationis et fumositatis multe neruos implet et caput et facit soda licet sit calidum et siccū in 3° gradu. Uigesimū simplex est caro coturnicis ex cuius cōestiōe timetur spasmus et thetanus quoniā substantie carū vel carni eius inest hec virtus. Uigesimū primū simplex est cussus et est species edere. que licet ca. sit et sicca nocet tamē neruis. Uigesimū secundum simplex sīt faxioli. quoꝝ complexio declinat ad caliditatē cum humiditate superflua. lꝫ substantia sint sicci. s. ꝙ cōplexio eoꝝ penes passiuas qualitates declinat ad siccitatē potentialē et generat humorē flegmaticū multe humiditatis faciunt videre sōnia mala ⁊ implent caput et neruos. Hec quidem omnia simplicia posita sūt hic vt in regimine huius viri et consilium tam per intentiones cibales ꝙ medicinales. oīum hoꝝ vitet vsum et maxime nisi confrangantur cum his que cerebro et capiti neruis et nuce et instrumentis sensus et motus iuuare possunt. de quibus statim aliqua discurrentur. Neqꝫ etiā mirari debet aliquis quia dato ꝙ dispositio huius viri sit nocumentū corruptionis in sensu tactus. vt supra visū ē et maxime eueniens mēbris sensus cruris eius. tamē quia difficile est imaginari quod nocumentū aliquod tam in capite ꝙ in cerebro vel nuca contingat quin ipsum cōicetur membris habentibꝫ ortum et dependentiam a cerebro et a nuca mediātibus spiritibus animalibus et virtute sensus et motus. que prouenit a cerebro et a nuca et mēbris illis. Ideo satis facile estꝫ concedere ꝙ omne nocumentum notabile cerebro et nuce contingens et neruis sensus et motus in toto existentibus cōicari possit. Propter hoc tacta sūt predicta et non nisi cum difficultate ab auctoribus hinc inde collecta. Ad quoꝝ predictorū nocumentū euitandū scribuntur hic non nulla q̄ tā merito qualitatum primaꝝ et secundarum ꝙ operatione prouenientis a virtute tertia possunt cerebro toti capiti spinali medulle et neruis esse vtilia. Quorum primū est xiloaloe quod est calidum et siccum in secūdo et confortat neruos. vt pꝫ ex Aui. in suo capitulo in areola iuncturarum et confert cerebro et confortat sensus. vt patꝫ ibidē in areola mēbrorū capitis. Secundū vero simplex est yreos quod calidū ē et siccū in fine tertii. Cuius oleum bibitū remouet laxitudinē vt pꝫ ex Aui. in areola iūcturarū. et decoccio eius remouet tremorem ibidē in areola capitis. Tertiū sīplex ē ꝫꝫ. qđ calꝫ est in fine tertii et siccū in 2° et conferet capiti eo qꝛ augmentum efficit in fuatione. i. ī mēoratiua potētia. Quartū sīplex ē granū pini maioris. quod ī actiuis fere tēpatū existit cū augmento humiditatis et confert mollificationi et debilitati corporis cōestū et exiccat humiditatē corruptā. Quītū sīplex est andochocha que ē ca. et sic. in medio secundi et neruis confert ipsa et obiectum eius.

vt 2ª tertii p° ca° colligendū. Sextū simplex est caro galline iuuencule cuius vsus i intellectū effi cit augmentū. Septimū simplex ē caro ericii ter reni ⁊ proprie salita que confert sp..smo palisi egritudinibꝫ neruoꝝ ⁊ elefancie. Octauū simplex est centaurea ⁊ proprie minor que calida est ⁊ sic ca in tertio ⁊ confert attritioni ⁊ saniei lacertorū ⁊ doloribus ⁊ contusionibus neruoꝝ. Nonū siplex est cordumēi ⁊ ē carui agreste calida ⁊ sicca in 3° ⁊ confert egritudinibus neruorum contusioni la certorum ⁊ neruoꝝ. Deciuꝫ simplex est piretruꝫ quod est calidū ⁊ siccū in 3° ⁊ prohibet mollifica tionē ⁊ stuporeꝫ neruorum ⁊ alcuzet. Undecimū simplex est ābra que confert cerebro ⁊ sensibus oi bus ⁊ est ca. ⁊ sic. in 2°. Duodeciuꝫ siplex est rosa que frigida est in p° ⁊ sicca in pricipio secundi ⁊ i toto eius est confortatio mēbroꝝ neruosoꝝ. Tri decimuꝫ simplex est aloes quod acuit rationeꝫ et est cal'm in 3° ⁊ siccū in p°. Decimūq̄rtū simplex ē rubea tinctoꝝ que confert nocumento i vtrisqꝫ la teribus ⁊ in sensu ⁊ est ca. ⁊ sic. in 2° gradu. Deciuꝫ quītū simplex est squinantū quod ē ca. et sic. i 2° ⁊ remouet laxitudinē. Decimūsextuꝫ simplex est storax vtrunqꝫ quod ē ca. in prio ⁊ sic. in 2° ⁊ per miscetur cū medicinis laxatiuis. Decimūseptimū simplex ē sūach ex cuius decoctione imbrocantur nerui cōtorsionē hn̄tes. lꝫ sit fri i 2°. ⁊ sic. i tertio Decimūoctauū ē u'nen quod ē frigidū in prio de clinans ad aliquā siccitatē ⁊ cadit in medicinis laxitudīs. Decimūnonū simplex ē sticados quod est ca. in prio ⁊ sic in 3° de quo dr̄ q̄ oꝫ qd̄ assidue vtaſ eo hn̄s egritudīes neruoꝝ ⁊ pprie fridas. Uigesimū siplex ē vehuen q̄ ē ca. i 3 ⁊ sic. in 2° cu ius decoctio confert cōtorsiōi īmo ⁊ palesi ⁊ aliis optīa est in medio pri ⁊ humidū in fine eius qd̄ bonū est neruis calefactis ⁊ fit ex eo emplastrum grossiciei neruoꝝ. Uigesimūprimū simplex ē vis cus q calidus est in prio cuꝫ humiditate supflua ⁊ ē lenitiuus iuncturaꝝ. Uigesimūsecūdū ē camōil la que confortat mēbra oīa neruosa ⁊ confert la xitudini plusq̄ alia. quia caliditas eius est simil' caliditati aīalis. licꝫ sit ca. ⁊ sic. in prio supple nō multū eleuata. Uigesimūtertiū simplex est vri na cuius. s. complexio varia assignari debꝫ fm va rietatē cōplexionū ⁊ regiminū in sūma tamē res pectu aliaꝝ aquositatū ca. ē ⁊ sic. ⁊ cōfert doloribꝫ neruosis et spasmo neruoꝝ et tensioni roꝝ. Uige simūquartū simplex ē bitumen iudaicuꝫ ca. et sic. in tertio et bene confortat mēbra. Uigesimūqui tum simplex est caparis que ca. ē et sic. in 2° cuius decoctione vel succo clistere factū confert palisi stu pori et attritioni contingenti i capitibꝫ lacertoꝝ et in medio eoꝝ. Et diligenter est hic attendēdū q̄ medicine iste conferentes neruis fꝫ plurimum calide complexionis sunt et sicce. Et q̄tū ex parte huius dispositionis que deberet fieri per applica tionē frigidoruꝫ et humidorū. eo quia egritudo ista ē mala complexio materialis calida et sicca. Ueꝝ medicine iste calide et sicce neruose hic posi te fuerunt pluribus ex causis. Et primo quoniam cuiuscūqꝫ mēbri egrotātis curatō fieri dꝫ p medi cationē sumptā a cōplexiōe ⁊ a substantia pticule patientis. Cum ergo instrumenta sensuū oia i sua complexione declinent ad frigiditatē. Ideo indi cando a substantia partis conueniunt calida et sicca Calida quideꝫ non simplicia et potentia. sed

minauerunt adego est cibarium consimile predi
ctis. ab eo enim magna pars butirositatis est ex
tracta. quare remanet obiectum uirtuti trasmu-
tatiue ualde leue infrigidatiuum humectatiuuꝫ
lenitiuum. ⁊ secundum plurimas eius partes in
substantiam corporis trasmutabile. Et hec ciba-
ria sunt de illis que conueniunt ei in mane ante
prandium ⁊ in sero ad mansionē. ut supra uisum
est. Fercula autē omnia aromatizata cū deco-
ctione folioꝝ uel floꝝ mellisse buglosse ozimi ga-
riofilati origani mente sisimbrii tarconis rosma
rini uel similium omnia conuenientia sunt dūmō
eorum quantitas pauca sit ut prius. De his ue
ro quibus cibaria condiuntur ⁊ delectabiliora fi
unt conuenit ei succus granatorū murorū citoni
orū pomorū dul. apiorū ⁊ similium. Similit̄ et
succus arancii vinū granatoꝝ ⁊ ꝓprie cū ꝯfragē
tibus. ut cū sapa ita ut eorū oīum acetositas ver
gat ad dulcedinē sibi cōuēientē. De radicibꝫ
vero carote napi ⁊ rape valde bone sunt ei. Oli-
ue autem condite ⁊ reliqua sallamenta iaꝫ repro
bata sunt. Potus autem sibi conueniens est vi

num albū aut leuiter rubeū subtile ⁊ diafanuꝫ et
dulce conuenienter. quod eligendū est ab eo purū
si non fuerit ualde fumosum aut saltē refractum
cū aqua decoctionis radicuꝫ liquiritie aut pauco
rum granorum sisami uel cum paucis seminibus
cōibus quattuor. In hoc itaque regimine substen
tatur modus curationis huius viri. At vero ī
super pro regimine huius viri intentiones et in-
strumenta medicinalia rectificando memorādū
prius q̄ iste vir omnino elongādus est a regimi
ne per farmaca ⁊ proprie ꝑ exolutiua. Cū eni sit
corpus eius marasmatū uel consūptuꝫ indiget re
gimine per repletionē ⁊ non per euacuationem.
Quecunque enī egritudines ab euacuatione fiūt
per repletionē laudabilē curande sunt ⁊ econuer
so ut patet in antiqua lege sūmi ypo. affo. secunda
Ex plenitudie quecunque fiūt egritudines ⁊ ceđ.
Premittendū secundo q̄ cū iste vir sit multuꝫ
extenuatus oportet attendi ad leniēdū uentrem
propter stipticitatem abundātē in eo que est acci
dens cōe ⁊ proprium unicuique marasmato cōpo
ri propter quod ad debite ⁊ canonice proceden
dū in regimine huius viri. xv. apparuerunt mihi
instrumenta medicinalia quibus indiget vsqꝫ ad
medietatē quatragesime future alternatiꝫ admi
nistrando unum ad aliud secundū q̄ nunc inferi
us apparebit. Primuꝫ itaque hoꝝ instrumento
rū est hoc. ℞ granorū sebesten numero. xl. pruno
rū dulciū damascenoꝝ numero. xx. ficuum pigui
uꝫ numero. xv. passulaꝝ nigrarū sine arillis. ʒ. ii.
violaꝝ foliorū volubilis ⁊ mercurialis seminum
cōium frigidorū ana. ℥. ʃ. capil. ve. ℳ. ii. foliculo
rū sene. ℥. i infundantur oīa minutim incisa ī lib.
x. aque calefacte per duos dies naturales demū
ī predcā aq̄ coquat̄ lēto igne usque ad consumptiō
nem medietatis. deinde colentur. tunc medicine
ille exprimantur ad torcular expressione forti ⁊
tunc accipiatur mucillago illa ⁊ coquatur cum su
pradcā decoctione cū libra. ʃ. penidiarū ⁊ libra
ʃ. succi rosa. lento igne usque quo materia inspis
sata fuerit ⁊ reseruetur ī vase vitreato. de hoc igi
tur electuario patiens accipiat. ʒ. vi. ante cenam.
Et si uenter non fuerit aliq̄liter lenitus tunc uta
tur ipso omī tertio uel quarto sero tātundē acci
piendo de ipso ante cenā. Si autē ad quātitateꝫ
illā uenter non fuerit sufficiēt̄ lubricus. tūc accipi
at parū plus de eo et econuerso. si per primā do
sim fuerit multum lubricus uenter minus accipe
re debet de eo usquequo discrete considerādo in
uenerit vnā quātitatem eq̄liter lubricātē uētrē
eius. In hoc eni electuario stat totū fundamentuꝫ
curationis huius viri. Est eni tempate lenitiuuꝫ
gustui delectabile ⁊ nutricationi propinquum et
poterit vti eo omnibus diebus vite sue. Secū
dū uero remedium est hoc. ℞ sy. de menta absque
vino ḡnatorum sy. violati ⁊ iuiubini ana. ℥. ʃ. aq̄
absinthii ⁊ mente ana. ℥. i. aque mellisse. ℥. i ʃ. ac
cipiat hoc digestiuum continuādo ipsū per dies
xii. calidum in aurora ⁊ quiescat supra ipsū per
duas uel tres horas. Tertium uero remedium
est hoc. ℞ aque sarfare. ℥. ii. ʃ. electuarii antescri
pti. ʒ. vi. uel. vii. incorporentur simul et accipiat
ipsum calefactum. xiiª uel. xiiiª hora aut per no
uem horas post cenā ⁊ post ipsum comedere tar-
det per sex horas. Quartum remedium ē hoc
℞ florum mellisse buglosse foliorum basiliconis

⁊ seminũ eius florũ enule ⁊ farfare ⁊ ypicõis aũe folioꝝ ipsaꝝ ana.℥.i.farine uolatilis molendini .℥.iii.croci.ʒ.i.capil.ve.macis ana.℥.ß.ben.al.et ru.corticũ citri ʒedoarie ana .ʒ.iii. pulueriʒentᷓ omnia subtiliter deinde lento igne coquantur cũ sapa usque ad inspissatõem.tunc ergo fundantur in mortario ⁊ vltimate conterantur superaddẽdo istas species.℞ cinamomi electi nucis mus.galange ana.ʒ.ß.corallorum ⁊ sandaloꝝ amborum ana.ʒ.ii.seluʒoaragi yacinti saphiri margaritaꝝ ana.℈.i.florũ anthos.℥.ß.pulueriʒata diligenter incorporentur in predicto emplastro . extendatᷓ ergo super panno de grana rotundo latitudinis spanie vnius ⁊ calidũ superponatur super mamilla sinistra.ita ut ipsa iaceat in medio eius.⁊ altᷓa petia similis illi superponatur parti superiori opposite predicte ⁊ continuet hoc remediũ semel in die permutatũ calidũ.hoc enĩ est sublimius inter alia que cognoui.Et si per hoc non reducetur difficile erit inenire medicinã huic parẽ . Quitum remedium est vt iste vir semper portet ap-pensũ collo frustũ unum seluʒoaragi ⁊ ãnuluʒ aureũ in manu sinistra in quo sit ligatus electus lapis yacinthi. Sextum remediuʒ est hoc.℞ ambre orietalis.℈.i.musci.g̃.v.camphore electe.g̃. .iii.spice nardi uel indiane.ʒ.i.violaꝝ corallorũ ru.spodii de canna rasure eboris gallie muscate ana.ʒ.iii.croci.℈.i.rosaꝝ constrictaꝝ floꝝ nenufaris ⁊ lambrusce ana.ʒ.i.pulueriʒentur omnia ⁊ ligentur in sindone retorta ⁊ semper odoret ipsã ꝙ magis potest. Septimuʒ remedium est ut postquã quieuerit post preassũptum sy.per qnque dies.tunc incipiat accipere omni mane in aurora coclear vnũ huius electuarii.℞ doronici been al.⁊ ru.macis capil.ve.ana.ʒ.iii.violaꝝ florum nenufar̃ buglosse ⁊ mellisse cuscute se.acetose endiuie scario.ana.ʒ.i.ß.ossis de corde cerui fragmẽtorũ yacinthi smaragdi ana.℈.i margaritarum .℈.ii.folioꝝ auri numero quattuor pulueriʒẽtur oĩa per se ⁊ cum libra.ß.ʒuccari secunde coctõnis et cũ aqua basiliconis fiat confectio in rotulis.ʒ. .iii.de hac ergo confectione iste vir semper accipiat frustrũ unũ paꝝ ãte prandiũ ⁊ bibat post illud mediũ cyatũ vini dulcis ⁊ bene odoriferi.Et si gratia necessitatis uellet accipere de electuario ante scripto in primo capitulo.tunc dimittat istã confectionẽ sed accipiat ipsam post cibum. Octauum remedium est hoc.℞ ligni aloes maiorãe origani sticados betonice floꝝ rosmarini ana.ʒ. .i.ambre.g̃.v.fiat omnium per se puluis. deinde commisceantur in mortario.de hoc ergo puluerᷓ vsque ad medietatem mensis martii superponat capiti suo a superiori parte frõtis usque ad summitatem per medietatẽ capitis ⁊ quãdo ponit secundũ puluerẽ.tunc cũ pectine uel setula depõat primũ. Nonũ remediũ est hoc.℞ olei violarũ olei de nenufare ana.℥.i.olei amigdalarũ dulciũ ⁊ de sisamo ana.℥.i.ß.pinguedinis anatis ⁊ galline ana.ʒ.vi.sandalorum al.⁊ rub.spodii ana.ʒ. .i.amili.ʒ.x.cere albe quantũ sufficit.fiat vnguentum molle quod postea buliat in.℥.iiii.succi violarum florum siue folioꝝ eius vsque ad consũptõeʒ illius succi. De hoc vnguento igitur iste vir oĩ mane cũ surgit ⁊ sero cuʒ uadit ad lectum faciat inungi totam spinã ⁊ superponat pannũ siccũ tepidum suffumigatũ cum modico thuris. Decimum remedium est hoc.℞ violarũ foliorum salicis ⁊ vitis ana.M.i.corticũ papaueris al.numero.v.se.altee ⁊ malue origãi et betonice ana.M. .ii.buliant omnia in quattuor situlis aque vsque ad consumptõnem quarte partis.cũ hac ergo aq̃ abluat pedes suos usque ad inguina calida p horam unam ante cenã salteʒ in septimana ter .

Undecimum remediũ est hoc.℞ mell' uiolarũ .℥.i.ß.loch d papauere.℥.iii.succi ligritie.ʒ.i.penidiaꝝ.℥.i.ß.incorporentur simul ĩ mortario diligenti contritione.de hoc ergo electuario ipso sedente ⁊ quiescente teneatur in ore quantitas grani fabe ⁊ per se dissolui permittatur ad leniendũ pectus ⁊ sedandũ tussim. Duodecimum remedium est hoc.℞ laudãi electi.ʒ.ii.resine clare ⁊ mũde.ʒ.v.gallie mus.ʒ.i.sandaloꝝ al.℈.ii. corticum citri macis ana.ʒ.i.cere quãtũ sufficit fiat ceratũ scutale super pãno de g̃na quod semper portet adherens stomacho suo. Tertiũdecimum remedium est hoc.℞ speꝝ diambre ysopi liquiritie gũi amigdala. dul.croci ana.℈.i.sy. de ysopo syrupi de liquiritia ana. ℥.i.penidiaꝝ.ʒ.vi.incorporentur simul in mortario ⁊ fiat electuariũ.Si ergo contingat ꝙ propter aliquam causam accidat ei nocumentũ in anhelitu.tunc in ore suo teneat de hoc medicamine quasi semper ad quantitatem fabe ut per se descendat ad pectus.⁊ tunc dimittat alterum electuarium scriptũ capitulo.xi°. Illud enim potentius est ad catarrũ descendentẽ.sicut istud est sublimius ad dilatandũ uias anhelitus ⁊ ad abstergendũ et mundificandũ pectus eius.

Quartũdecimuʒ remediũ est hoc.℞ masticis .ʒ.i.rosarum spodii sandarace ana.℈.i.syrupi de papauere.q.s.fiat pillule de quibus potest accipere unam omni sero quando uadit ad dormiendũ ⁊ proprie quando perciperet magnum fluxũ reumatis a capite descendere. Quintũdecimũ et vltimum remediũ est hoc.℞ aque ysopi aq̃ prassii et betonice ana.℥.i.aque farfare.℥.i.ß.misce ⁊ d hac mixtione iste vir accipere potest bis ul' ter in septimana quãtitatem predictã bene calidam et proprie quando perciperet dolorẽ in pectore ex retentione sputi et materias viscosas esse que ñ nisi cũ magna difficultate expelli possũt. Taliter cũ istis procedendo non dubito ꝙ dispositio sua felicitabitur ad sãitatem.Cuius finẽ sibi cõcedat benedictus excelsus omniũ bonoꝝ cã ⁊ finis optimus ad perpetuas laudes Amen .

Consilium de mala complexione fri.et sic. totius cum debilitate digestiue stõi et epatis et corporᷓ in sensibus .

Et si dispositio venerandi patris domini Danielis de Cralaldo dignissimi decani vtinensis variis accidẽtibus complicata sit.soluʒ tamen in hoc tangam illa que principaliter ad se curam trahentia et vertentia sunt ex quorum remotione tanquam seuiorum aliorum accidentium cura faciliter consequitur.Est itaqʒ vniuersa complexio eius a medio recedẽs per augumentum frigiditatis ⁊ siccitatis in toto quod quidem ex multis deduci potest.primo quia omnes fere ptes corporis ipsius tactu frigide percipi-untur.Sed verior regula iudicãdi d excessibus

qualitatū est sūpta ā tactu tertio ꝯ'mim capitulo tertio. Secundo uero intelligi potest ex habitudine eius que ualde extenuata ꝛ macra est. quoniam per frigiditatē ꝛ siccitatem opponitur duobus vite principiis que sunt caliditas ꝛ humiditas. Tertio illud idem apparere potest per exilitatē ꝛ occultationē venarum totius corporis. eo quia sunt exiles. ꝛ ita modicū sanguis continētes ꝙ in plerisque locis non apparēt. Quarto iterum hoc apparet ex exeūtibus. quoniam superfluitates digestiōis prime pauce sunt ꝛ ad soliditatē inclinate magis ꝙ̄ ad humiditatē. propter quod plurimum venter eius est stipticus nisi bn̄ficio medicinali prouideretur ei. ꝛ iterū ex alio exeunte. quia vrina eius pauca tenuis ꝛ aquosa ē que frigiditati ꝛ siccitati attiet. adhuc etiā sudor ꝛ sputum in eo parū abundant nisi per accidens.

Contra quia in hoc viro multiplicatur in sero ꝛ in mane sputum multitudine sui ab ore proiectum. sed hoc arguit multitudinē humiditatis et non siccitatis. quare ꝛ cet. Item membra eius ad tactum percipiuntur mollia. Adhuc etiam in membris motuum exteriorū lassitudo per se apparet. Quarto quia demucationes frequenter multiplicantur in eo ꝛ descensus materierū per palatum. sed hec omnia attestantur multitudini materierū humidarū. ergo complexio eius nō uidetur frigida ꝛ sicca. Dicendū ad illud primū ꝙ complexio huius viri vniuersaliter est frigida ꝛ sicca. ut prius deductum est ex signis. Secūdo dicendum ꝙ cū complexione frigida et sicca ꝛ adhuc extremaliter tali stat augumentū humiditatis accidentalis. eo quia frigiditate multū itē sa quantum est in eo in etate consistentie posito d̄bilitatur vniuersaliter oīum mēbrorū digestiua tam digestiōe prima. s. stomachi ꝙ̄ secunda. s. epatis etiā tertia membrorꝫ. Cum ergo parua sit ꝑportio innati caloris ad digerendū materias his digestionibus proportionatas. patet ꝙ necessarium sic est in hoc uiro multiplicari superfluitates in prima digestione que multiplicate per cōtinuitatē venarū ascendentium deferuntur ad os. vnde est multitudo materiei saliualis uel mucillaginose humiditatis. ꝛ per hec soluitur primum argumentum. Similiter etiam propter debilitatē digestiue epatis ꝛ membrorꝫ tales materie multiplicate per vniuersum corpus deferuntur ī substantiam mēbrorū reddendo ipsā leuē uel hūidā humiditate madefacta ꝛ nō substantifica. ꝛ ex hoc soluitur motiuum secundū que etiam materie humide in uniuerso corporis multiplicate musculis neruis ꝛ ligamentis infuse faciunt in eis lassitudinem ꝛ īpotentiam ad exteriores motus. sicut apparet etiā in pueris. Et ex hoc fundamēto iterū solui potest quartum motiuū quoniam humiditates multiplicatas in cerebro per viam ī digestionis que extra pelluntur per nares per palatū ꝛ per oculos aut fluxibilitate sua exeūt per predicta loca. Hec iterū frigiditas ꝛ siccitas ī toto corpore istius demonstrari possunt per pulsū puum tardū ꝛ rarū ꝛ ad duritiē magis ꝙ̄ ad lenitiē inclinatū. ꝛ est signū non fallens. quia sūptū ab operationibus quod efficacius est inter alia signa ut colligitur secunda primi capitulo de signis cōplexionū. Plura alia signa d̄ pilorū nuditate ꝛ paucitate de operationibus interiorū sensuum et exteriorū adducere potuissē. sed hec inter alia meliora sunt. ꝛ cet. Secunda vero prīcipalis dispositio huius viri est debilitas digestiue stomachi ꝛ epatis ipsius propter quam non est mirabile si in ipso macies ꝛ mēbrorꝫ consūptio superabūdat Si enī cibus ꝛ potus in stomacho non bene digeruntur ꝛ non sit in eis chilus ī partibus conueniēter equalis ꝛ viscosus ꝛ albus cū conuenienti fluxibilitate. uelut oportet ipsū esse ad hoc ut debite trāsmutetur sang. patet ꝙ impossibile erit sang. in quantitate ꝛ qualitate conuenienter generari vnde et uegetatiua potentia partes proportionatas resolutꝫ conuenienter restaurare non potest. eo quia digestio secunda non potest corrigere defectum prime ut colligitur xiii^a tertii capitulo de nocumēto digestionis. Adhuc etiam ꝛ si stomachus cibum ꝛ potum cōuenienter digereret ꝛ chilificaret ꝛ attraheretur ꝛ expelleretur conuenienter ad epar stante nocumento digestionis epatis quod prouenit a frigiditate eius nequaquā posset sanguis quantitas cōuenienter generari ex chilo quantūcunque in quanto ꝛ in quali conuenienti. quare iterū macies in toto corpore erit necessaria. Si itaque digestiue debilitas in altero tantū horū membrorū ad extenuationē frigiditatem ꝛ siccitatē totius perducere potest ut probatum est tunc erit opinio tua de mēbrorꝫ extenuatione necessaria quandoque in predictis ambobus membris inuenitur debilitata digestiua. s. in stomacho et epate. Tertia principalis dispositio huius viri est debilitas cerebri ipsius quā quidē intelligo esse propter augumētū frigiditatis in eo. vnde ꝛ spiritus in eo pauci repeririuntur. propterea quia propter debilitatē ipsius spiritus vitales a cord̄ delegati ad ipsū cerebrū secundū paucā eorꝫ quātitatem possunt in eo modificari uel preparari ad operationes cerebro attributas. propter qd̄ in hoc uiro primo hec nocumenta apparere possunt in virtute motiua localiter. Secundo nocumentū apparere potest in operationibus exteriorū sensuū ꝛ tactus eius obtusus ē circa excellētias qualitatū. Tertio quia in visu etiā non raro imaginationū nocumēta contingunt ꝛ conturbationes. Quarto quia quandoque in operatōibus auditus diminutio percipitur ꝛ corruptō ꝑpter quedā strepitus ꝛ sibilos in organo auditiue potentie perceptos. Quinto quia etiam gustatiua potentia debiliter exit ī operationes. Sexto quia etiam non raro potentia olfatiua diminuta in actum suum exire potest. Adhuc etiam cerebri debilitas percipi potest per nocumentū diminutionis corruptionis et ablationis operationis operationum sensuum interiorꝫ. quandoq; ēt operatio sensus cōis multitudine frigiditatis in eo diminuta ē. eo quia non ē bonus distinctor seu discretor inter operationes sensuum exteriorū et iterum quia species ab obiectis ad ipsum delatas non conuenienter recipit et receptas non debite defert ad fantasiam propter quod non ē mirabile si frequenter operatio imaginatiue potentie diminuitur et corrumpitur in eo. Ita ut imaginatiua potentia ex speciebus delatis ad ipsam compositionē ꝛ diuisionem faciat affirmando uł negādo. ita ut quandoque adeo diminuta sit operatio ꝙ non possit cōuenienter imo aliqualr in opus imaginatōis exire ꝛ non raro etiam illius

potentie operatio adeo quandoque corrumpitur ut imaginetur probationē verā falsā ⁊ econuerso. Et ex hoc iterū facile concluditur nō esse mirabile si iudiciū ⁊ consimiliū altioris potētie. s. cogitatiue que est quasi intellectus in homine ex speciebꝫ sibi delatis feratur iudiciū corruptū aut unū facit iudiciū in eligendo aut prosequēdo. propt quod vltimo correlarie concluditur ꝙ necesse est operationes potentie memoratiue aut diminutas esse aut corruptas. Organū enī eius est reseruatiuū speꝝ obiectoꝝ q̄lit ⁊ qualiū sibi offerūtur sed species deferūtur sub modo diminutionis vł corruptionis necesse est memoratiuā potentiam exire in actū corruptiōis uel diminutionis ut apparet. propter quod ratōnabile videtur ꝙ freqnter in operationem intellectiue potentie hic vir notabiliter ledatur. hec enim intellectiua potētia taliter exit in actum qualiter quando quantū cōuenienter uel inconuenienter recipit a fantasmatibus. eo quia necesse est intelligentē fantasmata speculari tertio de aīa. sed operationes aliaꝝ potentiarū interiorum nunc sunt lese lesione diminutionis ⁊ alie corruptionis. igitur non est mirādum si intellectio in hoc viro circa intelligibilia non raro immo frequenter est lesa. ⁊ possunt hi sermones colligi pulchre prima primi doctrina sexta capitulo de virtutibus aīalibus cōprehēdētibus ⁊ tertio colliget capitulo primo. ⁊ a Philosopho tertio de anima. ⁊ a Comentatore in plerisque comentis que propter longitudinem allegare dimitto. ⁊ tu lege ibi quia iste locus est altissime speculationis ⁊ magne considerationis ī hoc viro. Alia autem nonnulla accidentia in eo quandoque apparent. sed horū omniū verificatio sup hoc fundamento substentatur ut considerantī apparere potest. propter quod apparet ꝙ hic vir multum solicitus esse debet in curatione suarum dispositionū ⁊ festinare ad illud antequā dispositiones tales fiant magis mansiue ⁊ deteriores.

Capitulum secundum de regimine dispositionum huius uiri inuestigatiue positum penes sex res non naturales ⁊ medicinales.

Pro regimine itaque dispositionum predictarum necesse est assignare ordinem primo penes conuenientē mensurā ⁊ modū sex rerum non naturaliū. Secundo penes administrationē medicinalium. Pro declaratione prime premittēdū est ꝙ regimē sex reꝝ n̄ naturaliū debet eligi aer iclinatus ad caliditatē ⁊ humiditatē. quoniam lapsus ē fri. ⁊ siccus cui opponitur per ca. ⁊ humida ⁊ hoc idē intelligendo per se in diuidēdo de spē lapsus. veꝝ quia in viro isto propter augumentū indigestiōis multiplicātur flegmata multa ꝓprie dicta ī epate suo cū diminuta caliditate humorum generatiua. ideo cū lapsu frigido ⁊ sicco substantifice dcō tali stat esse lapsū humidū qualitatiue dictū talem qui assignatur penes augumentum flegmatis in eo inuenti ut dictū est quod etiā confirmari pōt per minerā multi flegmatis equiuoce dicti quod generatur in eius cerebro ⁊ in aliis membris cōporis propter diminutā eoꝝ digestionē a frigiditate mlta ꝓuenientē. Et ex hoc fundamēto speculāti apparet ꝙ regimen reꝝ nō naturalium dꝫ esse calefactiuum ⁊ humectatiuum per se indicando ad malā cōplexionē frigidā ⁊ siccā. itē calefactiuum et exiccatiuum per se indicando ad multitudinē flegmatis in eo geniti per accidens ut predictū ē. ⁊ ē locus considerationis altissimus ī quo difficilius est operari ꝙ sermocinari. Adhuc etiā ex hoc fundamento colligi potest ꝙ regimen huius viri per administrationē rerū nō naturaliū esse debet permutatiuum magis ꝙ conseruatiuū. eo quia lapsus iste ē fri. ⁊ siccus magis debet deduci ad melius ꝙ conseruari sicut ē. Sed tamē talis permutatio fiat per contraria aliqualiter. idō apparet ꝙ cali. ⁊ hu. erunt permutationis talis īstrumenta conuenienter effectiua. Et quoniam talia cum humiditate coniuncta non essent sufficienter cōsūptiua multoꝝ flegmatū predictoꝝ. ideo oportet ꝙ cū predictis cōmisceantur sicca. Et in hac materia tres vie a sapientibus hinc inde posite colligi possunt. Prima quidem ē quia ī cura talis lapsus uoluerunt quidā simpliciter procedēdum esse cum ca. ⁊ humidis. eo quia indicatio in actu curationis semper sumitur a re preternaturam saluata virtute tamen. sed res preternaturām est mala complexio fri. ⁊ sicca. Igitur īdiget calefacientibus et humectantibus. cōsequentia tenet. quia talia per ambas qualitates habent propriam contrarietatē ad lapsū. ⁊ maior colligi potest tertio teg. ibi Si vero permutari volueris. et iterū ibi. Curatio vero vnum habet modum. ⁊ adhuc primo afo. comento decimosexto et secunda eorūdē comento illius. Ex plenitudie quecūqꝫ fiunt et cet. minor patet ex preallegato capitulo Dixerunt autem secundo tenentes istam viam ꝙ per talia si conuenienter regitur lapsus finaliter vigorabitur virtus propter quod corrigēt flegmata multiplicata et per viam indigestionis genita. Dixerunt tertio taliter opinantes ꝙ ad cōsumendum predicta flegmata oportet in lapsu tali administrare dietā in quanto diminutam et ī q̄li auctā. exemplum. sicut in tali casu detur minor quantitas cibi cum qua tamen mediocriter saluaretur virtus et augumentetur in eo caliditas et humiditas. quia per caliditatē fiet flegmatū minutio successiua per modum resolutionis per humiditatē vero conueniēter restaurabitur virtus vnde non generabuntur flegmata multa. necesse īquā erit peruenire ad finē laudabilē. eo quia ex vna parte flegmata prius genita paulatie consumentur et ex alia parte non ita augumentabuntur. igitur hic erit laudabilis curandi modus.

Secunda vero opinio in hac materia inuēta administrentur ea que siccant cum calefaciētibꝫ et humectantibus mixta. talia enī aduersabunt lapsui fri. et sicco per caliditatē et humiditatem et contrariabuntur humiditatibus accidentalit augumētatis. igitur erunt conueniētia. Dicunt secundo taliter opinātes ꝙ de numero istorum īstrumētorum vnum in operatione non impedit alterū. eo quia discretiua virtus separat inter ea transmittēdo calefaciētia ⁊ humectātia ad lapsū fri. et siccum et exiccātia dirigēdo ad lapsum humidum accidētalē. Tertia vero opinio in hac materia dixit ꝙ in tali diuersorum lapsuum cōplicatōe securius ē procedere indicando primo ab eo sine cuius remotōne alia curari nō possūt sed lapsus fri. et hu. accidentalis a multis flegmatibus proueniens prohiberet debitam reductionem lapsus frigidi et sicci. igitur prius remoueri debet lapsus accidentalis ꝙ debeat lapsus

natuꝛalis permutari. Et ſi diligenteꝛ ſpeculādo conſideres inter opiniones iſtas inuenies verita tē. Si enī ad tantū augumentate fuerint humi ditates ut natuꝛalē caloꝛē per moduʒ diminuti onis uel ſuffocationis a ſuis operationibus impe diant: patet ꝙ tertia opinio veritatem dixit. Si autem cum immiſſo augumento humiditatum ac cidentalium ſtat lapſus frigidus ⁊ ſiccus. patet ꝙ pria opīo veritatē dixit. Si aūt humiditates ac cidentales non fuerint in multa quantitate aucte neque multū diminute ſed ſatis mediocriter ī au gumento ſe habeāt. patet ꝙ opinio ſecunda dixit veritatē. ſ. ꝙ cum caliditate ⁊ humiditate permi ſceri debent exiccantia ut pꝛiuſ dictum eſt. ⁊ ſunt loca iſta altiſſime ſpeculationiſ. ī quoꝝ cōprehēſio nem peruenire non poteſt niſi ille qui in principi is medicine notabiliter inſtructus fuerit. licet ēt hec melius ore pꝛoferantur ꝙ̄ opere perficiātuꝛ. propter quod cum in viro iſto videā lapſum fꝛi. ⁊ ſiccum cū augumento humiditatū non ualde ex cedentium neque diminutaꝝ erigendo conſilium ſequaꝛ opinionē ſecundā cum omnibus inſtrumē tis tā medicinalibus ꝙ̄ aſſumptiſ a rebus non na turalibus permixtionē admiſtrādo ut nunc ſequi tur ab aere incipiendo.

Capitulum ſecundū particule ſecunde de elec tione aeris in hac diſpoſitione conuenientis.

Ex his que in pꝛecedenti capitulo ſcripta ſunt ap paret ꝙ aer inclinaꝛi debet ad caliditatē in ſecū do gꝛadu notabiliter eleuatus ut aduerſetur fꝛi giditati vtrique ⁊ inclinare debet ad humidita- tem pꝛimi gꝛadus cum accidentali tamen ſiccita te remiſſa uel aliquali in ipſam impreſſa. exēpluʒ huius eſt ſicut aer vernalis eſſet cuius complexio in operatione ad alia tria tempoꝛa anni calida eſt ⁊ humida. In tali aere ponetur exiccatio acci dentalis accēdendo ignē in locis habitationis fa ctum ex lignis lauri iuniperi abietis pomi et ſil'i um. aut fiat fumigatio ex miꝛꝛa ſtorace laudano ſandaraca thure ligno aloes ⁊ ſimilibus. aut cum hoc compoſito. ℞ colofonie. ℥. ii. thuris maſticis gariofilorū ligni aloes aſpalti ſandarace ana. ℥. .ſ. pul. omnia ſimul. ⁊ ex hoc puluere carbonibus ignitis aſperſo bis uel ter in die ſuffumigetur lo cus hitationis. aut ſaltē fiat ut detectus aſpectui meridionali in quē radii ſolares libere ingredi poſſent ⁊ recipiantur Omnino auteʒ cuitetur ha bitatio in cameris terraneis pꝛope decurſus aq̈ rum uel habentes aſpectum ad ſeptentrionalem plagā ⁊ occidentalē ⁊ minime locus habitatōnis eius ſit in ciuitatibus magnaꝝ humiditatū ꝓpe valles et coꝛꝛuptas aquas exiſtētes. uelut in ciui tate Aquilegie ⁊ ſimilibus. De ānexis aeri cui tet ſtationeʒ in ventis ⁊ pꝛoprie frigidis ⁊ humi dis ⁊ caput ſuum biretis ⁊ infulis agninis pelli- bus ſuffultis vel ð doꝛſibuſ varioꝝ uel aliis bene calidis muniatur. ⁊ faciat ſibi dyploidem ſufful tum agninis pellibuſ bene calidis quā poꝛtarī de bet a principio menſis ſeqn̄tis octobris uſque ad menſē aprilis ⁊ in memoꝛia tua ſit omnes tectu ras capitis ſepe ſub ſole ⁊ ad ignem exiccare fa cere.

Capitulū tertiū ð regimine eius p exercitiū.

Exercitium pꝛodeſt ſepe mane uel ante cenaʒ fa ctum ſūmum erit ſue cuꝛationis inſtrumentuʒ ſi ne fiat in mane lōgo tempore clauſtra ⁊ eccleſias circueundo ſiue montē ſepe āſcendendo ⁊ deſcēdē do ꝙ melius eſſet. deinde equitando in equo gꝛa dario paſſu notabiliter ambulāte ⁊ ſpatio duaꝝ horarū uel trium motu continuato aut tantum quantum virtus cū ſuauitate bene tollerare pote rit uſque quo peruēiatur ad augumentū calidita tis ad ſudorē mediocrē perducentis. cui non ſuc cedat laſſitudo uel debilitas aliqua. īmo cū perci piat aliquam laſſitudinē ſtatim ab exercitio quie ſcat iuxta vniuerſalē regulam ypo. In omni mo tione coꝛporis cum doloꝛ incepit ⁊ cetˀ. Et ſi exer citium poſt cibū deſideraret fiat tempoꝛe paruo mediocribus paſſibus leuiter ambulādo. reliquo autē tēpoꝛe quieſcat. Si autē exercitio tali vti n̄ poteſt pꝛopter honeſtateʒ vel religionē. tunc ſepe vtatur fricatiōibus factis a genibus vſque ad pe des ⁊ ab inguinibus vſque ad genua ⁊ a ſpatulis uſque ad nates ⁊ ab humeriſ vſque ad manus. ita tamē ꝙ fricatōes fiant īferius trahendo ſēp uſqʒ ad notabilē rubedinem cutis ⁊ tunc quieſcat.

Capitulum quaꝛtum ð regimīe per repletōeʒ ⁊ inanitionē.

Non intendo hic de euacuatōne materieruʒ hūo ꝛalium uel eaꝝ repletiōe. ſed ſolū ad quantitatē auctā uel diminutā ciboꝛū ⁊ potuuʒ attendo. ita ꝙ obſeꝛuet iſte vir ut nunquā accipiat ⁊ potum ⁊ cibum niſi appetitu naturali incitante eū. Se cundo aduertat ꝙ ſi faſtiditus eſſet ſtomachus cū appetitu intenſo iterū caueat comederē. īmo expe ctet vſque faſtidium uel abbominatio ð ſtomacho recedat. Tertia regula eſt ꝙ nunquā cibum de glutiat niſi bene maſticatū. Quaꝛta regula eſt ꝙ non deglutiat potū impetuoſe immo ſuauiter ⁊ paulatie ſumendo ipſum. cū uiolenta enī deglu tione potus immerguntur vapoꝛes in ſtomachū fluctuātes ⁊ rugitum in eo facientes. Quinta regula ē ꝙ mēſura cibi debet eſſe tāta ne gꝛauet ex eo ſtomachus uel tenſus fiat. Sexta regl'a eſt ꝙ cibi menſuꝛa talis exiſtat ne ex ipſa ī ſtoma cho fiat gurgulatio uel rugitus. Septima re gula ꝙ melius erit ei ut cuicunque a potu ⁊ come ſtione ceſſare cū reliquiis magiſ ꝙ̄ cū completa ſa turitate procedere. Cum autē quādoque cōtigit homieʒ perciperē ſtomachi repletōem a pꝛedictiſ notabiliter grauantē ipſuʒ. tunc ſtatim pꝛocuret eorū euacuatōem anteꝙ̄ in ſtomacho corrumpa tur et illud fieri debet peꝛ vomitum ponendo di gitum in finem oris agitationem faciendo nota bilem. ut anima faſtidita ſtomachuʒ moueat ad euacuandum aut ſaltē accipiat partiſ. iii. aq̄ ⁊ q̄ꝛ tam aceti ⁊ tepide bibat ſubito. deinde cuʒ pēna titillationem faciat in fine oris ut dictum eſt.

Si autem homo eſſet difficulter vomere potens tunc tales ciborū ſuperfluitates a ſtomacho depo ni debent accipiendo in potu cyatū vnū aque de coc. mercurialis cuʒ quinta paꝛte olei oliuarum omnibus bene calefactiſ aut ſaltē predicte aque ſi ne oleo apponatur. ʒ. ſ. pul. radicū polipo. cū mo dico cinamomi. Si autem perciperet repletionē ſuperfluitatum in ventre tunc pꝛocedat ad earū eductionē cuʒ cyato vno pꝛedicte aque uel decoc. .ʒ. ſ. pul. foliculoꝝ ſene. aut ſaltem accipiat hunc potum. ℞ aque decoc. violaꝝ. ℥. iiii. pul. caꝛtami .ʒ. i. macis. ʒ. ſ. miſce. aut fiat ei hoc hoc cliſtere. ℞ folioꝝ violaꝝ malue blitis mercurialis ana .M. i. ſ. cort. polipo. contritoꝝ ana. ʒ. i. coquāt

in libris quattuor aque usque ad consumptionem medietatis et de hac coctione cum notabili expressione et colatura accipiatur libra.i.benedicte zuc. ru.cassiefi.ana.℥.ß.misce cum uno cocleari salis et fiat clistere.

Capitulum quintum de regimine per somnum et vigiliam.

Uir iste notabili tempore dormire debet.ita ut fiat in eo digestio conueniens tam prima quam secunda et quam tertia.propter quod dicitur quod somnus humectat substantifice.eo quia est bone digestionis causa coadiuuatiua.humectat autem madefactiue quando fuerit magis quam debet.et ideo cum uir iste abundat in humiditate accidentali caueat sibi a dormitione valde prolixa.mensura itaque somni eius non debet esse minor sex horarum neque amplius octo horarum uel nouem ad plus et pannis bene coopertus dormiat primo super latere dextro. Secunda vero dormitione reuoluat se super sinistrum latus. Raro autem dormiat super stomacho et rarius super spina.Et si contingeret in somno quod sudauerit caueat sibi ab infrigidatione sudoris circa corpus et maxime circa caput eius quod bene coopertum et mediocriter eleuatum dormiendo teneat.

Capitulum sextum de regimine accidentium anime.

Accidentia anime medici denominant passiones quales sunt letari tristari timere angustiari solicitari et melancolicum esse.omnes igitur tales per quas uelociter et multum debilitatur calor innatus euitare debet.sicut timor magnus vehemens angustia furor et iracundia.Similiter et passiones alie per quas calor naturalis sepultus detinetur et coartatur euitari debet.eo quia ad talia accidentia sequitur innati caloris extinctio. Letari igitur bene et confortari mente est ei conueniens et uoce alta lectiones legere hymnos et psalmos cantare erit ei utilimum ualde.talium enim vocalium membrorum exercitium calefaciendo pectus et caput superfluitates consumi facit.cor pulmonem cerebrum et alia membra vocalia a superfluitatibus expurgata reddit conuenienter.ut patet ex sputo et similibus.

Capitulum septimum de regimine per administrationem ciborum et potuum conuenientem.

Inuenire cibos et potus huius dispositionis conuenientes secundum fundamentum preassumptum.scilicet quod calefaciant et humectant substantifice et exiccent qualitatiue sed quod iudicatur a dispositione frigida et sicca et humida accidentali est ualde difficile.et proprie in simplicibus quibus homines vtuntur in cibis nisi forte vinum dulce subtile et album videretur habere potentiam in talibus.reponit enim sanguinem notabilis quantitatis et calefactiuum et humectatiuum substantifice et exiccatiuum saltem priuatiue per modum resolutionis taliter operando.Et similiter carnes multorum animalium hoc efficere possent. vt de uolatilibus sunt carnes columborum turturum et auium minutarum et fasianorum et perdicum.De quadrupedibus sicut carnes gazeli leporum et similium.et ideo securius et frequentius talia inueniuntur in compositis quam in simplicibus.propter quod panis ab isto viro eligatur qui salis et fermenti quantitatem aliquantam maiorem consueta multitudini gentium recipiat.In tali enim pane reseruatur aliquid caliditatis et siccitatis virtute salis et fermenti qui ponitur ab Auicen.cali.et sic.in secundo licet.S.dinamid eorum capitulo secundo ponat ipsum cali.et sic in primo.Sit igitur panis de pura simila adhuc parum plus fermenti habens quam consuetus panis.et sit bene coctus absque combustione.et si esset vsus panata.ex eo tunc fiat in brodio bene pingui refrangente frigiditatem eius et ponatur in eo aliquid de croco uel cinamomo ad refrangendum humiditatem eius.panata enim que cibus christianorum ponitur esse fri.et hu.et proprie cum aqua facta quinto colliget capitulo de cibis absolute. Neque enim in pane uel panata multum salis vel fermenti accipiatur.ita ut acquirat exiccationem maiorem quam congruum sit.quare alimentorum primo capitulo tertio inquit.Iudicium autem plurimi secundum fermentum et secundum sales.scilicet excessus in pane gustus sit cibi.Nam quod iam contristat a sensu gustus ledit in hoc.i.commixtione tali ut subiungit. Plurimum misceri prauum dicitur.De carnibus autem eligatur omnium animalium laudabilium carnes et proprie iuuenculorum et pinguium. Nam pinguedo calefactiua et humectatiua est.velut sunt capreti pingues et agni et uituli lactentes et castrati pinguis et caro cuniculorum et gazelli et leporis et porci silnestris et domestici pinguis et iuuenculi. De uolatilibus proprie domesticis carnes gallinarum et anatulorum et columborum et aliquando anserum parnorum.et de siluestribus carnes fasianorum perdicum coturnicum fracolini et similium et pinguedines eorum artificiate cum cibis absque multo sale. De speciebus autem condimentorum conueniens est ei vsus croci in quantitate conuenienti.Nam multum vsus eius deiicit appetitum et cinamomum et similia inferius dicenda.Caro vero ortiginis que quercula nominatur licet aliquando accipi possit tamen non sit in multo vsu.eo quia stomachum nauseat et remollit.De piscibus conueniunt ei pisces non antiqui neque magnorum corporum neque degentes in aquis uel stagnis paludestribus corruptis sed eligantur ex fluuiis uel fontibus uel uallibus decursibus aquarum continue renouatis.et in specie sua eligantur pisces qui dicuntur quadrati et sunt marsiones in fluminibus et in fontibus inuenti.et varioli qui dicuntur pisces solares et torretine et scarliones temali lucii capedani carpiones rubi orade menule et similes qui possunt accipi tam elixi quam in bono oleo oliuarum cocti et proprie cum millefolio menta feniculo petro.et similibus. Pisces vero ut tencha anguille geones cephali quoniam sunt mollium et uiscosarum carnium non conueniunt et proprie quia faciunt oppilationes ad quas hic vir paratus est et molestatur.Usus vero lactis crudi etiam non placet mihi propter infrigidationem quam facit et notabilem humectationem.quoniam lac in corporibus frigidis non transmutatur in sanguinem.sicut apparet secundo canonis proprio capitulo: propter quod et caseus recens et mollis et pauci salis non est ei conueniens. Oua autem quomodocunque cocta mollia et non ualde dura sunt ei conuenientia. De ferculis autem et primo de leguminibus quod non habeantur in multo vsu et proprie que elixa sunt.que vero ei sunt conuenientiora sunt sicut cicer ru.eo quia conuenienter nutritiuum aperitiuum et lauatiuum est et debet assumi in medio aliorum ciborum et non in principio neque in fine secundo canone in proprio

capitulo colligendū. panicū autē ⁊ proprie in pī gui brodio coctum conueniens est aliquando. licet enim parū nutriat. tamen sua leuitate ⁊ siccitate prouocat vrinā ⁊ aperit. 21° continentis capitulo. 299. Laudabile est ei rizū quia calidum ē in primo siccū in secundo conuenienter nutrit et exiccat. 21° continentis capitulo. 126. Cicera al. ⁊ pisa in brodialibus pinguibus preparata ⁊ pul uere cimini anisi piperis ⁊ croci super aspersa laudabilia sunt. De oleribus conueniunt ei omnia calefacientis ⁊ leniter exiccantia subtiliantia ⁊ aperientia naturaliter uel artificialiter facta talis de quorū numero est saluia. de qua licet Auicēna non faciat capitulum secundo canone. elici tamē potest ꝙ ē cali. ⁊ sic. in fine primi uel in secūdo. ut patet a Serapione in aggregatiōe simplici. 149 vbi dicit ꝙ est calida manifesta caliditate ⁊ parꝫ stiptica. quod omnīo collige a Dyal. ca de elilifsa go. Feniculus etiam conueniens est ei propter prouocationem ⁊ apertiōem quas habet. non tamen eius vsus multus sit ⁊ frequens ne calefaciat ⁊ inflāmet. quoniam cali. est ⁊ sic. in primo octauo de simplici medicina suo capitulo. Similiť petro. conueniens est propter prouocationem et apertionē suam ⁊ non est multū excessiue calidꝫ Ponitur enī ab Auicē. in primo gradu caliditatis ⁊ in secundo siccitatis et conueniens est stomacho ⁊ capiti. licet Rufus dixerit de ipso ꝙ nocet stomacho attrahendo ad ipsū materias aliunde sed verū ꝙ Rufus intellexit de apio. quoniaꝫ petro. est species apii ⁊ in capitulo de apio ab auctoribus ut plurimū fit sermo de petro. tanquam ꝺ specie eius. ut patet secūdo canone ⁊ octauo ꝺ simplici medicina ⁊ 23° continentis capitulo. 609 et a Serapione simplici. 294. Mente etiam vsus conueniens est quia calefacit et exiccat in secundo cōfortat stomachꝫ ⁊ digererī facit ⁊ prohibꝫ singultum et uomitum flegmaticum secundo canōe in suo loco et. 23° continentis capitulo. 732. Serpillum etiam a Dyal. erpillum nominatum. Licet enī Serapio enumerat ipsum inter medicias ca. ⁊ siccas in tertio Auicenna tamē secundo canō capitulo de nemē dicit ipsū ca. et sic in secundo et est conueniens stomacho ⁊ capiti ⁊ omni principali membro sua aromaticitate ⁊ aperit vias ⁊ vrinam prouocat Similiter laudo sibi rosmarinuꝫ dictum detrolibanū quod conueniens est ut predictū uel precedens ⁊ est ca. et sic. ut Serapio in aggregatore capitulo de ꝫaꝫe. marina. Maiorana etiam ab auctoribus amaracus nominata cōueniens est quia calefacit ⁊ exiccat in tertio ⁊ habet vim attenuatiuā ⁊ dissolutiuam octauo ꝺ simplici medicina in proprio capitulo et aperit oppilationes et proprie cerebri et confert doloribꝫ capitis a flegmate et a uentositate factis ut secūdo canone proprio capitulo in areola membrorū capitis. Similiter uti potest rutha absinthio ysopo calamento mentastro ⁊ consimilibus. De radicibus vero plantarū uti potest enula Karotis baucia yringo et bulbo. Radix uero que comeditur raphanus minor nominata. accipiatur ī pauco vsu. Cepe alleum et porrum non placent mihi nisi in rarissimo vsu et pauca quātitate. De extremitatibus vero plantaꝝ suis temporibus vtiles sunt ei asparagi et cappares. Olei oliuarū vsus ꝉ de nucibus competit ei loco cuius butyro pōt uti licet non ualde frequenter et in quantitate pauca. Aceto autem uti potest sed non ualde frequenter propter exiccatōem suam. sed agreste et limonum vsus magis placet mihi. vinum granatoruꝫ non habeatur in vsu mľto ualde. De aromatibꝫ placet mihi piper ꝫinꝫiber cardamomum maius et minus gario. macis nux mus. anisum ciminum feniculus crocus ⁊ consimilia aromatica calida. De partibus animaliū euitentur saltē in multo vsu cerebrum cauda et ventres et relique partes accipi possunt. Cibi vero pastiles non sint in vsu multo nisi fuerint de pasta fermentata minutissime facti et bene siccati. sicut est cibus de regione siculorum asportatus apud auctores medicie tri nuncupatus. incole vero illius loci vocant vermicellos. Alagana ⁊ propē cū caseo facta et sicut lumelli raphioli dicti non placēt mihi. Uinū vero ei conueniens debet esse albū ī colore uel citrinum uel subru. licet minus odore suaue vigore fumosum ⁊ potens sapore dulcis uel mediocris substantie dyafanū uel transparens. quod quidē assumatur purū aut in diebus caloris pauca quantitate ut subquadrupla sui parte aque commixtū Sit autem aqua eius accepta ꝺ fonte liberi ⁊ detecti aeris habenꝫ aspectū orientalē uel meridionalem ⁊ liberi cursus cuius alueus a plantis fetidis et limositate purgatus existat in qua etiam ranarū vermiū ⁊ alioꝝ animaliū fetidoꝝ et male nature conuersatio non existat. et sit in substantia dyafana vaporibus limositatibus diligenter expurgata. uelut aq̄ cisterne uel laudatissimi fluminis. Hec in summa de rebus non naturalibus determinata pertranseant leuiter.

Secunda pars principalis huius opusculi de regimine harum dispositionū per administrationem instrumentorum medicinaliū et continet capitula. 18.

Capitulum primū de administratione purgationis huic viro cōuenienꝫ a medietate mensis februarii usque ad medietatē iunii.

Diligenter contemplando ex predictis apparet ꝙ vir iste indiget euacuatione materieꝝ melācolicaꝝ que naturaliter in eo multiplicātur ⁊ flegmaticaꝝ que per accidens pp debilitatē digestie multiplicātur in eo. igitur in quocunque meliuꝫ iam premissoꝝ et maxime mense martii aprilis uel mai a sexta die lunaris usque ad. 25 eius euacuetur secundū hunc modum. ℞ thimi epithimi foliculoꝝ sene ana. ʒ. ss. turbith electi hermodactilorum ana. ℈. ii. diagridii. g. v. salis indi. g. iii. aque eupa. ℥. i. ss. aque buglos. ℥. iii. fiat cūm pre calefacta aqua infusio per diem naturalē. deinde calefiāt et facta expressione predicte colature addatur cassiefi. de sua cāna extracte nouiter. ʒ. v. et totum assumatur in potu in aurora calefactum et dormiat post per horam. et post quintam horam accipiat cyatū unum plenum aque ordei calefacte et ꝫuccarate et post per vnaꝫ horam prādeat. Sequenti vero die accipiat hoc digestiuuꝫ ī predicta qꝺ calidū cōtinuet diebꝫ octo. Cuius descriptio. ℞ sy. de epithimo. ℥. i. sy. de sticados. ℥. ss aque buglosse et mellisse ana. ℥. i. misce. Nona uero sequenti die hora predicta de minoratiuo et conditionibus eiusdem obseruatis accipiat has pillulas. ℞ pillularum indarum pillularum de lapidē laꝫu. pillularum cochiarum ana. ℈. i. cum

succo rosa. fiant pillule .vii. et exhibeantur.

Capitulum secundum de modo retinendi uetre fluxum.

Quoniam sepe tempore assumptionis syruporum uenter patientis solet esse stipticus: et tunc non conuenienter operantur digerentia. ideo describam pillulas istas de quibus tempore ipsorum imo quolibet alio gratia subductionis uentris ante cenam parum potest accipi unam uel duas et excusant a labore clisteriorum. ℞ alo. epat. electi. ℥. ii. s ga. electi sal. idi. ℈. ii. polipo. epithi. ana. ℈. ii. diagridii. ℈. ʃ. infundantur hec omnia in succo boraginis et violarum ana. ℥. ii. et exponantur ad solem ita ut exiccentur aut saltem sub tegula exiccentur et ita tribus vicibus renouetur succi. de illa igitur materia tota cum. ʒ. ʃ. cinamomi et tantundem masticis fiant pillule de omni. ʒ. vi. et exhibeantur ut supra.

Capitulum tertium de modo confortandi cerebrum infrigidatum et exiccatum per descriptionem cuiusdam electi.

Hoc electuarium etiam communicat intentionem ad malam complexionem frigidam et siccam totius corporis. et debet esse visus eius omni mane in aurora accipiendo de ipso quantitatem. ʒ. iii. deglutiendo absque alia mixtione. Et iterum de ea accipi potest. ʒ. i. hora introitus lecti bibendo post ipsum modicum de aqua calida zuccarata decoctio. modici macis. Cuius descriptio. ℞ specierum dyanthos descriptione Nicolai in antidotario. ℥. ʃ. violarum florum buglosse boraginis cinamomi macis gariofilorum nucis mus. ana. ʒ. i. croci. ʒ. ʃ. ligni aloes. ℈. ii. foliorum auri numero. v. musci. g. ii. ambre. g. vi. granorum phisticorum mundatorum. ℥. iii. zuccari albi. ℥. iiii. mellis despumati libram. ʃ. infundantur phistici in aqua buglosse cum modico vini aromatici calefacti per duos dies naturales. deinde vltimate terantur et cum predictis informentur in formam electuarii.

Capitulum quartum descriptionem vnius confectionis ad predictam intentionem conuenientis.

Hec confectio conuenit ad predictam intentionem ℞ phisticorum preparatorum secundum modum in precedenti capitulo dictum. ℥. iii. been al. et rubei zedoarie mellisse macis ana. ʒ. i. ʃ. florum athos ʒ. iii. capil. ve. rosa. spodii ossis de corde cer. mellisse. gariofilorum ana. ℈. i. cimini anisi ligri. ana foliorum auri numero. iiii. fragmentorum yacinthi smaragdi et saphiri ana. ℈. ʃ. limature subtilissime auri. ʒ. ʃ. zuccari al. libram. ʃ. croci. ℈. i. musci ambre ana. g. i. ʃ. aque buglosse. q. s. fiat confectio in rotulis magnis. de hac igitur confectione semper ante cibum assumatur quantitas. ʒ. iii. vel . iiii. postea bibatur aliquid vini aromatici superius approbati in capitulo de cibis. Et si ex eadem iterum acciperet post cibum et hora collationis non timendo expensam feliciter esset eius processus.

Capitulum quintum quod describit unum puluerem capitis confortatiuum solleniter.

Puluis confortatiuus capitis. ℞ ligni aloes. ʒ. i. granorum paradisi sticados cameo folii ana. ʒ. ʃ. ambre. g. iii. cinamomi electi galange zinziberis al. ana. ℈. ʃ. maiorane macis ana. ʒ. i. storacis calamite calami aromatici peonie ana. ℈. ii. fiat omnium per se puluis deinde commisceantur diligenter De hoc igitur puluere omni sero hora introitus lecti superaspergatur prora capitis a fine capillorum usque ad summitatem eius per incessum commissure sagitalis per latitudinem quattuor digitorum.

Capitulum sextum de confortatione capitis per suffumigationem quandam.

Ut uie cerebri ut aures nares palatum aperte conuenienter conseruentur ut fumositates et materie reliquae conuenienter euacuari possint conueniens est et utile ut omni sero et mane infulas et alia tegmenta capitis bene exiccata cum hoc puluere igni tis carbonibus asperso diligenter suffumigare et caput eius et faciem similiter. Cuius descriptio ℞ laudani electi. ℥. i. colofonie. ℥. i. ʃ. thuris sandaracae mirre ana. ℈. ii. storacis calamite . ʒ. v. ligni aloes cubebarum granorum iunipero ana. ʒ. i. fiat omnium per se puluis et commisceantur.

Capitulum septimum describit saponem quendam pro ablutione capitis conuenientem.

Quoniam capitis ablutio necessaria est ad mundificandum cutem a limosis superfluitatibus et ad consumendum superfluitates fumositates et vapores in ipso inuentos. ideo laudatur ei ablutio capitis bis in mense aut ad plus omni septimana semel facta cum lixiuio communi absque mixtione altera et made fiat magdaleon infrascriptum. ℞ rasine licciosis colofonie ana. ʒ. i. ʃ. laudani storacis calamite ana . ℥. i. sandarace. ʒ. iii. maiorane macis sticados pulegii origani betonice assari ana. ʒ. ʃ. cubebarum. ℈. . ii. musci. g. i. pulueri zentur omnia per se et cum gummis predissolutis fiant magdaleones et utatur eis solum post ipsorum exiccationem.

Capitulum octauum describit odoriferum capitis confortatiuum.

Spiritus persepe animales sustentatur et a corruptione et alteratione defenduntur per applicationem aromatum per inspirationem cerebro dilatorum. Igitur bonum odoriferum est hoc. ℞ foliorum basilicois licci. ʒ. ii. macis. ʒ. i. ʃ. musci ambre ana. g. iii. ligni aloes. ℈. i. granorum paradisi. ʒ. ʃ. margaritarum electarum foliorum auri ana. ℈. i. capitum rosa. non bene expanditarum coral. spodii de canna lambrusce camphore ana. ℈. i. pul. omnia per se diligenter et ligentur in lindone de grana retorta aut saltem ex eis fiat poma cum. ℥. i. storacis liquide et . ℥. ii. purissimi laudani que dissoluantur cum vino romanie aut altero bene aromatico ut maluatico.

Capitulum nonum de mundificatione cerebri per sternutationem.

Frequenter contingit in anfractuositatibus cerebri et rimis eius inuenire materias flegmaticas aut alteras que fixe et profundate sunt et difficilis eradicationis. Indigent igitur motore vehementer agitante eas et talis est sternutatio proprie facta post uniuersales euacuationes que iuuat ad expulsionem materierum etiam uerberando in faciem earum prima primi capitulo vltimo. ideo fiat sternutatorium hoc apparente capitis grauitate et priuatione demucationis narium administretur in nares exufflando de ipso ad quantitatem unius grani ordei. ℞ radicis artbanite. ʒ. i. castorei licioris piperis al. staphisagrie ana. ʒ. i. ell'i al. ʒ. ʃ. pulue rizentur omnia per se et commisceantur et insufletur per cannulam uel pennam aut per instrumentum quod describit Albu. in capi. de formis instrumentorum caputpurgiorum et tu lege ibidem.

Capitulum decimũ de cõfoꝛtatiõe coꝛdis per instrumenta medicinalia.

Quia in hoc capitulo simplicia remedia ponentur a sapientibus approbata. primũ quidem est zedoaria de qua dixit Auicẽ. q̃ confoꝛtat coꝛ ꝛ confert tremoꝛi eius frequenter. ꝛ do ex ea. ʒ. ß. i au roꝛa cum. ℥. ii. aque buglosse cum zuccaro calefactis. Secundũ est buglossa cuius vsus vtilis ẽ et securissimus tam in cibis q̃ in potibus. ut Auicenna scripsit. x[a] tertii. capitulo de canonibus curationis coꝛdis. Tertium est smaragdus de quo in potu detur. ℈. i. cum aqua buglosse. ut supra.

Capitulum undecimum de cõfoꝛtatiõe coꝛdis cum elect.

Lapsum autem coꝛdis siue tremulum motum aut alterationem a vapoꝛibus melancolicis prouenientem potenter curat vsus electuarii letificantis descripti a Rasi nono Almansoꝛis capitulo de melancolia. ꝛ exhiberi debet in dispositione ista omni mane ex eo quantitas. ʒ. iii. cũ. ℥. ii. aque buglosse precalefacte.

Capitulũ. xii. est descriptio sacculi coꝛdialis.

Fumositates melancolicas ꝛ alterationes ab eis prouenientes sepe curare solet administratio huius sacculi continue poꝛtati super mammilla sinistra ꝛ consuti intra cammisiam. Cuius descriptio ℞ florum boraginis buglosse capil. ve. macis se. basiliconis ana. ʒ. i. yacinthi smaragdi saphiri ana ℈. i. folioꝝ auri numero. v. behẽ al. ꝛ ru. ligni al' ossis de coꝛde cerui folioꝛũ margaritaꝝ ana. ʒ. ii. macis. ʒ. i. ß. pul. omnia per se ꝛ fiat sacculus q̃drate figure in sindone de grana ꝛ ctoꝛta.

Capitulũ decimumtertiũ de vigoꝛatiõe appetitiue stomachi.

Octauum remediū est ut post cenam accipiat rotulā unam huius confectionis ante ꝙ a mensa discedat. ℞ specierū electuarii de ligno alo. speꝝ aromatici rosa. ana. ʒ.i. zuccari al. ℥.iiii. cuꝫ aqua betonice fiat confectio in rotulis. ʒ.iii. Nonum remediū est ut de aquis infrascriptis sempeꝛ aliquid commisceatur cuꝫ potu uel cū cibis suis aut saltem īmediate ante cibū accipiat cyatū mediuꝫ ℞ aque melli. buglos. ana partē eq̄l misce. Decimū remediuꝫ est ut sepe ī manu sua poꝛtet hūc puluerē bene ligatū in sindone de gꝛana retōta quē quasi continue olfaciet. ℞ ligni aloes. ʒ.i. maioꝛane macis ana. ʒ.i. ſ. origani folii amece ana. ℈.ii. storacis calamite rosa. spodii ana. ʒ. ſ. ābꝛe. g̃. iiii. musci. g̃. ii. puluerizentur omnia per se et bene commisceantur. Undecimū remediū ē ut postꝙ transiuerint dies. x. post puꝛgationem pꝛedictam omni sero diebus. x. per hoꝛam unā ante cenā gaꝛgarizet saltē in decē vices cyatum unuꝫ huius decoctionis. ℞ costi piperis al. zedoarie gariofi. agarī. electi ana. ℈.ii. staphisagrie. ʒ.i. ſ. yreos. ʒ. ſ. liquir̄ anisi ana. ʒ.i. coquantur in libris. x. aque vsque ad consumptionē medietatis. deīde colentur ⁊ colature commisceatur libra. ſ. mellis. ⁊ iteꝛum lento igne coquantur usque ad consumptionē quaꝛte paꝛtis. deinde coletur ⁊ reseruetur et fiat ut dictuꝫ est. Duodecimū remediū est hoc ℞ mellisse buglosse rosmarini ana. ʒ.i. ſ. macis. ʒ.ii. doronici folii ossiū de coꝛde ceꝛui ana. ℈.ii. se. basiliconis. ʒ.i. coꝛal. ru. ʒ.ii. yacinthi smaragdi saphiri ana. ℈. ſ. margaritarū. ℈.iiii. musci ambꝛe ana. g̃. iii. puluerizentur omnia per se ⁊ fiat sacculus in sindone dē gꝛana retoꝛta quadrangulatꝰ latitudinis quinque digitoꝝ ⁊ longitudinis semissis quem semper interius camisie consutuꝫ poꝛtet super mamilla sinistꝛa ipsuꝫ quandoque reuoluēdo ⁊ ab actuali humiditate quam attrahit diligēter exiccando. Terciūdecimū remedium est electuariū hoc. ℞ granoꝝ pineaꝝ ⁊ phisticoꝝ ana. ℥.i. ſ. florū boꝛaginis buglosse ⁊ rosmarini ana. ʒ.i. ſ. mac. ʒ.ii. ſ. se. iiii. coīū frigidoꝝ ana. ʒ.i. zedoarie. ℈.ii. se. basilicōis. ℈.iiii. foliorū auri numeꝛo. iiii. margaritaꝝ. ℈.ii. yacithi smaꝛagdi saphiri ana. ℈. ſ. cinamomi gariofi. zinziberis galange ana. g̃. viii. gꝛanoꝝ paradisi ligni alo. croci ana. ℈.i. zuccari al. ℥.iiii. mellis rosa. librā. ſ. coquantur mel ⁊ zuccarū simul. deinde diligenter īcoꝛpoꝛentur cū gꝛanis que per diem naturalē vnam īfusa steterit in vino albo dulci ⁊ additis aliis speciebus fiat electuariū de quo semper in aurora accipiat quantitatē vnius nucis mus. cū dimidia ꝑ hoꝛā unam ante cenam. Quaꝛtūdecimū remedium est hoc. ℞ foliouꝫ lauri edere assari stica. ana. M. ii. maiorane rosa. floꝝ nenufa. ana. M. i. ſ. coquātur in situlis quattuoꝛ aque usque ad cōsūptionē quaꝛte paꝛtis ⁊ dē hac aqua per dies. xv. ꝑ horā unā āte cenā bene calida oī die abluat extrema ab iguibꝫ usque ad pedes ⁊ a cubitis usque ad manū ⁊ faciē totam. Quintūdecimū remediū est hoc. ℞ gallie mus. stoꝛacis calamite ligni aloes ana. ʒ.i. pul. mirti absinthii folii ana. ʒ.i. ſ. rosa. ciperi spodii ana. ʒ. ſ. coral. ru. ℈.ii. calamenti. ℈.i. ꝛesine electe. ʒ. vi. laudani. ʒ.ii. dissoluātuꝛ gūme cum aceto fiat unguentū bene uiscosum cū oleo de cꝛoco ⁊ de mastice ana. ℥.ii. ⁊ de hoc sepeꝛ super pannū extenso petia una poꝛtetur super stomacho suo. Sextūdecimū remediū ē ut iste iuuenculus omni die per hoꝛā unā. ſ. ante pꝛandium deglutiat duas de infrascriptis pillulis bibēdo post eas mensuꝛam unius digiti de bono vino albo. ℞ masticis. ʒ.i. mirti folii ligni alo. ana. ℈. ſ. cum succo absinthii fiāt pillule ex omni. ʒ. vii.

Decimumseptimū remedium est ut post ꝙ iste iuuenculus super stomacho suo poꝛtauerit vnguētum suprascriptū per dies. xv. tunc super stomacho poꝛtet sacculū istum loco vnguenti suprascripti. Cuius descriptio. ℞ radicum assari camedꝛ. camephiteos. origa. pulegii ana. M. i. macis. ℥. ſ. musci ambre ana. g̃. ii. rosa. spodii coralloꝛum amboꝝ ana. ʒ.i. ligni aloes. ℈.ii. pulueri. omnia ꝑ se ⁊ fiat sacculus latitudinis ⁊ longitudinis spāse quē sepe permutādo ⁊ reuoluendo exiccet ab hūiditate extranea. Decimūoctauum remediū est hoc. ℞ yere simplicis. ʒ. vi. electuarii de psilio. ʒ.ii. ſ. post dies. xv. aprilis accipiat hūc potū cum cyato medio vini albi calidi et mōtani ī auꝛora et post ipsum obseruet conditiones que superius fuerunt scripte in aliis solutiuis. Decimūnonū remediū est hoc. ℞ sy. de sticados de absinthio de calamento ana. ℥. ſ. aque buglosse. ℥.ii. aque saluie. ℥.i. misce ⁊ accipiatur calidū in auroꝛa ut dē pꝛedictis et continuet diebus decem memoꝛando ꝙ si in istis diebus venter eius non esset bene fluxibilis. tūc omni tertio die accipiat unā de pillulis dictis parum ante cenā. Ultimū remediū ē hoc quod undecima die immediate sequēte sy. purgetur cum istis pillulis. ℞ pillularum de saꝛcocolla cochiaꝝ ana. ʒ. ſ. auari ponderis refoꝛmētuꝛ pillule septem cum sy. de sticados ⁊ accipiantur ī aurora cum conditionibus omnibus que in aliis solutiuis sunt notate. Istis aūt ita diligenter celebratis si sanus erit. laudes immoꝛtales altissio offerendū est. sinautē reuertatur ad obseruandū omnia remedia que supꝛa oꝛdinata sūt post primam purgationē. ⁊ adhuc si bene sanus eꝛit cōsulo ꝙ saltē per totum mensem futuꝛū maii utatuꝛ electꝰ ⁊ sacculo cordialibus ⁊ pillulis ⁊ puluere capitali superius descriptis. ad hoc ut recupeꝛata sanitas eius confirmetur uberius. Ad laudem summi saluatoꝛis perpetuā qui solus omnem lāgorē libeꝛat.

Consilium de nocumento totius a mala complexione humida materiali cum excessu caliditatis complicata cum apostemate in hiteri.

Sectio prima continet capitula duo.

Capitulum primum de causis ⁊ signis.

[g] Enerādus in Christo pater dominus Antonius Chadianus dignissimus archidiaconus Uincentinus et numeꝛo pluribus molestatur accidentibus ab vna fere radice dependentibus ⁊ conseruatis. Quoꝝ primum ē mēbroꝝ omnium vniuersaliter lapsus a temperamēto per augumentum humiditatis ⁊ multum excessiue que tamen coniungitur augumento caliditatis ⁊ pꝛopꝛie utriusque a generatione contꝛactis. Eo quia coꝛpus hoc est sāguineū a geneꝛatione quod declaꝛat purpurea membꝛorū carnositas et extensio venarum amplitudo et plenitudo

et pulsus eius fortis ⁊ magnus ut in pluribus ad
uelocitatē ⁊ frequentiā declinis. ⁊ sic de aliis pro
pter breuitatē obmissis. Et est quidē cū eius cali
ditate extranee humiditatis augumentū per uiā
indigestionis genite. Cuius causa potuit esse aut
multarū egritudinū aduentus aut euacuationuʒ
multitudo ⁊ per plura loca facta aut excessus ī ci
bis ⁊ potibus uel in aliqua de rebus non natura
libus propter que contigit flegmaticas humidi-
tates per uiam indigestionis in eo fuisse cōgrega
tas siue contigerit hoc proter retentōnem euacu
ationis a natura intente ⁊ sibi consuete. uelut fie-
ri solet per emoroidas per fluxū sanguinis a na
ribus et per flobotomias. A qualicūqʒ igitur de
numero harꝝ causarū contigerit. sensus ostendit ī
eo esse augumentum humiditatis nō solū a sāgui
ne. sed etiā a flegmatica materia satis aquosa ⁊ si
bi commixta. Multitudo enī sputaminis et reu-
matū saliualiū ⁊ catarralium a capite descenden
tium et frequentia sudoris ⁊ multitudo sudoris
eius ⁊ aquositatꝭ vrīalis ⁊ corporis lassitudo quā
tum ad motus exteriores oīa demonstrāt predi
ctarū humiditatū augumentū ī ipso. Unde ex his
facile uideri potest causa catarrizantis materie
a capite ad os ad pectus propter multitutudi-
nem euaporationis ab inferioribus partibus ad
ipsum caput prouenientis. Et adhuc etiam pro-
pter obtusionē innati caloris a uaporibus ⁊ mul
titudine humiditatū propter quod cerebrū ipsū
in digestione propria ⁊ in regimīe taliuʒ materi
erū notabiliter est debilitatū. Et nisi vir iste ī flo
re sue etatis quia in consistentia positus esset ual
de paratus est ad egritudines neruorū ⁊ capitis
ut oppilationū artetice reumatū ⁊ similiū. At ve
ro iterū ex predicto fundamento facile intelligi
potest debilitas appetitus ⁊ digestionis in eo taʒ
propter diminutā esse caliditatē per uiaʒ suffoca
tionis a multitudine uaporū ⁊ matericrum ꝑue
nientis. vnde nisi vir iste regimine discretionis
conuenienti regetur cū paucitate ⁊ subtractione
ciborū ⁊ potuū ut iam incepit sanitas eius ⁊ con
sistentia intantum ⁊ ita frequenter esset permu-
tabilis ꝙ melius neuter decidentie aut tertii si-
gnificati denominari deberet. propter quod ideʒ
nō debet admirari si frequenter alteratur a sani
tate in egritudinē uel neutralitatē ut iam predi
ctum est. Ex quibus etiam tertio correlarie con
cluditur ꝙ iste uir valde promptus est ad cacesiā
uel species ydropis et ꝓprie aquose ⁊ carnose. ni
si diligenti regimine se gubernet ut postea dicet̄.
Post hec iterū hic uir egritudinē habet in extre
mitate intestini recti. s. apostema eminens quan-
titatis auellane uel papille mā̄millaris. quod qui
dem perductuʒ est ad ulcerationē. vnde continuo
ab eo manat uirulentia subtilis ⁊ acuta a quibus
recipit molestiam non leuem. ita ꝙ in sedēdo am
bulando ⁊ equitando propter confricationeʒ apo
stematis vlcerosi ad corpora quibus applicatur
magnum incurrit dolorem. Et ex continuo descē
su uirulente materie ardore ⁊ punctiōe non leui
bus molestatur. Et ex hoc fundamento facile ītel
ligi potest. ꝙ si illud ulcus extēderetur ad substā
tiam intestini dispositus esset ad cancrenam vel
estiomenū aut alcakilon ⁊ proprie materia in su
is qualitatibus malignata magis facta per mo-
dum adustionis ⁊ conuersionis ad putredineʒ ue
nenosam. Quod vero iterum ex hoc fundamento
aliquando noceatur in operationibus sensuum ex
teriorū quantum ad uisuʒ. quia uideatur ei aerē
aspicicienti percipere figuras lineales triangula
res uel sperica albas uel aquatas uel opacas. Et
quantū ad auditū appareat ei quandoque ꝑcipe
re tinnitum uel sibilum uel sonitum cursus aqua
rū uel ventorꝝ agitantiū siluas a multitudine va
porū ⁊ uentositatum alterantium organum au
ditus. leuiter potest intelligi prouenire. Et ite
rum adhuc ꝙ nocumentum quādoque percipiat
ī operationibus interiorū sensuū. sicut imagina-
tiue cogitatiue ⁊ memoratiue potētie ⁊ in frequē
tia mobilitatis ad uarias opiniones ex augumen
to predictarū humiditatū probari potest proue
nire. siue quia multitudo uaporū spiritui sensibi
li commixtorū hoc efficiat. siue ꝙ organa in suis
complexionibus uel naturis permutentur ut uen
triculi cerebri in quibus talium uirtutum opera
tiones uelut in propriis sedibus sunt a sapientibꝫ
collocate. Hec ī summa est huius uenerandi pr̄is
dispositio uniuersaliter ⁊ particulariter ita de
ducta.

Capitulum secundum de intentionibus ⁊ mo
do processus in regimine huius viri per admi
nistrationem rerum non naturalium. ⁊ conti
net partes sex. Pars prima ipsius eligit mēsu
ram aeris ⁊ loci habitabilis conuenientiuʒ hu
ic viro et eorū que annexa sunt eis.

Quoniam igitur ut precedenti capitulo uisū est
complexio huius uiri labitur a medio speciei per
augumeutnm caliditatis ⁊ humiditatis ⁊ notabi
liter eleuatū oporteret in eius conuenienti regi
mine administrari instrumenta que inducerent
ipsū uersus mediū corrigendo excessū qualitatuʒ
in eo conuenientium. Unde oportet aerē remisse
calidū ⁊ notabiliter siccum eidem applicari. Nā
aer remisse calidus applicatus lapsui intense cali
do esset causa illius remissiua. si uera est positio
philosophantium ꝙ remissum badituʒ intenso re
mittit ipsum. Et iam siccitas aeris notabiliter ī
tensa sufficienter corrigeret humiditatē multuʒ
in eo eleuatā. igitur talis aer notabilis siccitatis
esset ei conueniens consequētia patet. quia in pre
cedenti capitulo presupponitur lapsū ad humidi
tatem in hoc viro esse multum ampliorē q̄ꝙ ad ca
liditatem in eo. Itaqʒ vbi aer administraret̄ cali
dus in primo et conuenienter respectu lapsus ca
lidi in secundo. idem aer siccus in tertio respectu
lapsus humidi in secundo esset omnino conueni
ens. Uerū quia ista facilius dicuntur ⁊ scribūtur
q̄ꝙ ita perficiantur. Et etiā quia potestate ⁊ scien
tia ⁊ opere nostris non est ita concessum modera
ri aerē sub determinatis mensuris q̄ꝙ est facile il
lud sermone proferre. Ideo descendā per modos
administrationis conuenientioris q̄ꝙ secundū con
iecturam artificialē fieri potest. aerē ⁊ alias res
non naturales ad refractionem deducendo cum
his qne qualitates optatas in eo ipso inducer̄ pos
sint. ut nunc sequitur. Itaque aer regionis loci et
camere esse debet ad caliditatē mediocrem incli
natus. Et notabiliter siccior uelut essꝫ eligere ca
meram aspectum orientalem uel meridionalem
habentem in quam etiam radii solis ingredi pos
sint et permittantur usqʒ ad notabilē caliditatis
eleuationē ī ea. Et sit camera edificiorꝝ nō ualde

antiquorū non cursibus aquarū uel puteis ualde propiqua aut artificialiter caliditas ꝛ siccitas ap ponantur in ea. primo cū accēsiōe ignis ex lignis lauri abietis laricis sarmētorū vitis iunipi lau ri pini ꝛ similium arborū calidarū. In qua etiaꝫ non raro comburantur stipites calamenti pule-gii origāi saluie rosmarini ꝛ similiū. aut sepe suf fumigetur cū fumo sādarace colofōie thuris lau dani resine pini uel similiū simpliciū. Et de cōpo sitis elegantissimū est hoc. R̶ storacis calamite. ℥. .i. laudani. ℥. ſ. ligni al' gariofilo. galange ana. ℈. .i. macis. ʒ. ii. ambre si diues est. ʒ. i. pulverizent' per se ꝛ reformentur trocisci cū. ℥. ſ. terbētine sic ce ꝛ modico vini aromatici. De ancxis uero aeri corpus suum bene munitū teneat uestibus sufful tis pellibus agninis uel vulpinis. Et caput suum de infulis de panno de grana factis bene mu-nitum teneat suffultis pellibus ꝯ dorsibus varioꝝ uel vulpinis aut agninis ut predictū est. Et caue at ab accensione carbonū in camera sua nisi prius fuerint exterius bene igniti ꝛ ab aere euentati.

Secunda particula de administratione ciboꝝ ꝛ potuum.

Cibi huius viri debent esse ex carnibus laudabi libus accepti ad siccitatē declinantibus magis ꝙ ad humiditatē. Et sunt carnes pullorū bene adul torū ut gallinaꝝ uel caponū perdicū uel fasiano rum ꝛ starne etiam ꝛ francoli. Et caro paronis qui est auis in montibus vincentinis inuenta. sta tura maior ꝙ anas colore nigro ꝛ habēs dentes in palato ꝛ est auis notabilis fortitudinis ꝛ fero citatis. Cuius caro me iudice valde laudabilis ē quoniā caro ale eius caponis ꝛ pectus eius ꝛ uitu li sapore participant. ꝛ tota eius caro conueniēs est. similiter laudabiles sunt carnes auiū minuta rū in montibus degētiū uel in nemoribus. Et car nes uitulorū et castratoꝝ in montibus degentiū Caro enī hedi omnibus aliis domesticis laudabi lior est. sicut carnes gazelli inter siluestres maio rē laudē merentur habere. Caro cerui lepcris ꝛ apri iterū sunt conuenientes ꝛ caro castrati valđ pinguis ꝛ agnorū cuniculoꝝ anserū et anatuꝫ et vniuersaliter omniū animaliū in aquis degentiū carnes huic viro non sunt conueniētes. neque eti am laudo carnes ortiginis uel quatule auis. Ca ro vero pauonis iuuenculi non est uituperanda. Columborū carnes ꝛ proprie pennatorū et silue strium etiam valde utiles sunt ei. De piscibꝫ ue ro non curet accipere ꝛ proprie elixis. fontalibus aūt piscibus ꝛ maritimis frixiōe preparatis uti potest ꝛ proprie quoꝝ usuꝫ fame coitas approba uit. velut sunt lucii torrētine varioli marsiones carpiones rumbi menule orade sterliones ꝛ simi les. Usus autē cancrorū non placet mihi nisi ual de raro. Qui uero sunt sicut tinche regine cepha li goti ꝛ similes dimittantur. naꝫ multa humidi tate remoliendo ꝛ calorē tegendo preparant ad putredinē. De plātis vero uti potestis calidis ōi bus. sicut petrosellino feniculo saluia rosmarino menta origano serpillo ruta nasturtio caulibus. De radicibus uero cōueniūt rape ꝛ napi carote rafanus ꝛ cōsimiles. Plante vero frigide sicut ble ta spinachia portulaca cucurbita lactuca endiuia semperuiua ꝛ cicorea ꝛ consimiles non placēt mi hi De fructibus vō placēt mihi ficus vue amig dale auellane poma ꝛ proprie dulcia ꝛ pira elec ta ꝛ ꝑprie cocta. Et potest vti castaneis ꝛ ꝑprie coctis licet raro. Iuiube vero nuces cerasa in mo dico vsu. cucumeres vero placent mihi inter eos tamen pepones dulces ꝛ solidi laudantur ei. Alii autē fructus non placent. Leguminū autē vsus nō multū mihi placet. de laudabilioribus tamen in ter ea sunt cicer rubeum pānicū ꝛ far. et vsus pti sane ordeacee cū zuccaro. Reliqua uero que sunt sicut fabe faseoli sisamus et similia dimittantur. De condimentis autem placet mihi oleum oliua rum. et propie quanto magis annosum est vsque ad annos decem. et oleum de nucibus iterū cōue niens est ei ꝛ oleum de amigdalis dulcibus ꝛ de auellanis. Butyri vero et pinguedinis porci ana tis et anseris vsus aborrendus est. Caseus autem et proprie frangibilis unius anni etatem habens ꝛ ad salsedinem eleuatus bonus est ei. Mollis ve ro valde pinguis et butyrosus caseus euitetur. si militer lactis recentis non cocti vsus et colostre dimittatur. Recocta vero tamen est sibi collaudā da. Aceti autēꝫ vsus agreste salite limonū et arā ciorum ꝛ granatorū quorūcunque sibi conueniēs est. De aromatibus vero cōueniūt ei spēs ex pau co pipere et multo cinamomo facte cum modico etiam zinziberis galā. gar. macis et nucis mus. et ligni aloes. Crocus autem in omni cibario suo bene laudabilis ē. De partibꝫ uero animaliū nō vtatur ad plurimum uel frequenter capite uel cerebro neque cauda uentribus neque renibus. Aliis autem partibus vti potest et proprie non valde pinguibus. Hec in sūma de cibis ptrāseāt. Panis autem eius sit de pura simila factus. licet argumento sumpto ab excessu humiditatis conue niētior ei foret panis modicum furfuraceus aut saltem factus ex farina cum ordei et spelte faria compositus. Uinum vero eidem conueniens est ꝛ esse dꝫ mediocris fumositatis ꝛ nullo modo aque um boni saporis et ad ponticitatē inclinatum et nullo modo dulce nisi valde parū et raro et colo re debet esse album velut aurū uel rubicundum ꝛ odorem suauem habens sine alicuius aque cōmix tione siue fuerit precocta siue naturalis et nullo modo melli cum zuccaro commixta. Dulcia eniꝫ calida sicut mel essent eidem ita nociua. sicut zuc carum est eidem iuuatiuum non tamen in multo vsu. De conuenienti autem administratiōe mo tus uel exercitii. iā ex predictis apparet ꝙ exer citium ei conueniens non debet pertrāsire id qđ calefacit cum mediocritate et non violenter. ma gis enim esset ex vehementi exercitio nocumētuꝫ per uiam ebulitionis et dispositionis ad putredi nem. ꝙ iuuamentum per viam cōsumptionis ma terie per exercitium acqsite. Itaque per continu ationem uel prolixitatem exercitii mediocris ac quiritur consumptio materierum superfluitatuꝫ que huic viro necessaria est. Neque erit dubiuꝫ ut superueniat in materiebus putrefactio ex agita-tione ipsarum que per exercitium sibi conueniēs consumpte sint velut motus progressiuus ante ci buꝫ longo tempore factus. aut equitare gradari um equum usque ad caliditatis augmentum et leuis prouocatō sudoris. aut suauiter monticu lum ascendere et ab eo suauiter descēdere. aut qꝛ to uelut esset ludus aliquis quo ī membris agita tio notabil' acquireretur. sicut est ludus cum spa ꝑ pua pila. Cuius iuuamētū excellēter approbat

Gal in toto processu libelli quem fecit ad epido num. eo quia partes omnes equaliter exercitanẽ interiores et exteriores. s. exercitio tam equali et per motum talẽ convenientez fit distractio ma terierum de centro ad circũferentiã. et consumun tur etiam materie multe expelluntur sensibili et insensibili expulsione. At vero iterũ solide et cõsũ pte fiunt partes membrorũ ex consũptione pre dictaruz superfluitatũ. sicut eedẽ lasse reddũtur per illarũ humiditatũ presentiã. Adhuc iterũ et sexto non inconuenit exercitiũ vectigatiõe nauis sine tamen discrimine periclitatiue subuersionis Et quoniã quandoque contigit propter occupati ones hominum has exercitii species non ita habi liter administrari posse. Ideo loco illarũ conueni ens erit administratio fricationũ que primo ad ministrentur a genibus usque ad pedes inferius trahendo cũ compressione quadam et ab inguibus vsque ad genua et a spatulis vsque ad nates et ab humeris vsque ad manus motu materias a pfũ dis partibus diuertẽdo superficiales usque ad nõ bilis rubedinis acquisitionem. post omnium cibo rũ assumptioem quies semper est ei necessaria et non motus neque exercitiuz aliquod in tali hora fieri debet. Quoniam somnus materias dige stioni meliori preparat vniendo caloreз conueni ens est ei dũmodo mensuram non excedat horaꝝ octo tam in die ꝙ in nocte completa. amplior ve ro somnus propterea quia humectat obtundẽdo calorem per modum circũdationis ipsius a mul titudine materierũ non est laudabilis. Et eo ma xime quoniam vir iste maxime molestatur catar ris et reumatismis. Sed prolixa dormitio augu mentat eos. ut patet secunda primi capitulo de his que proueniunt ex somno. Igitur prolixus sõ nus eidem est inconueniens. Conuenientior autẽ dormitio est ei post cibũ per unam horam uel du as et dormiat capite notabiliter eleuato. Et effu giat dormitionẽ supinã et maxime quoniam ipsa inclinat materias ad posteriora que essent cause augumenti apostematis ulcerosi in fiteri existẽtis de quo supra visum est in lectione prima. Uigilia autem ultra mensuram somni iaz descriptam dĩ alio tempore est eidem conuenientior. Et atten dat etiam ꝙ si dormiet cõuenienter in nocte dĩo euitanda est dormitio diurna. ut patз secũda pri mi preallegato capitu. Omniũ ciborũ et potuũ mensurã excessiuam ab hoc viro euitandã esse pa tet ex predictis. eo quia in ipso augumentum hu miditatũ ualde superfluũ est. igitur subtractio ei bi ab extremo grossius dietando quod est latus sa norũ subtrahendo uersus mediũ per equidistãtiã est sibi conueniens. eo quia in viro isto necessaria est exiccatio. igitur taliter quandoque famesceř et cibi quantitatem notabiliter subtrahere est eideз perfectum instrumentum. eo quia corporibus hu midas carnes habentibus famem adhibere con uenit. fames enĩ exiccat corpora tam per uiaз re solutionis conuertentis humores in uaporem. ꝙ per uiã subtractionis. ut patet septima afforismo rũ affo. et comento. 59 et cet. Accidentia anime quecunque sunt causa distrahendi caliditatem in natam a membris in quibus debet fieri digestio materieruз que abundant in hoc viro per q̃ etiã accidentia calidũ innatum quod est spiritus coar tatum uel per modum cuiusdam suffocationis suf focatum detinetur in profundo corporis euitari debent propter causam predictam. Et etiam qa motu caloris de circũferentia ad cẽtrũ materie humorales etiam intrinsecus profundantur. Et adhuc tertio quoniam propter intẽsionẽ esse fcãз caliditatẽ in profundo corporis materie per ui am ebulitionis disponũtur ad putredinem. sicut ipse idem experiri potest. quando angustia uł tri stitia aliqua notabiliter affligit ipsum. Et forte ꝙ vna de causis que produxit hunc uirũ ad mul tiplicatoẽm humiditatũ multarũ per uiã indige stionis fuit instantia passionũ anime tristantium et angustiare facientiuз. Unde ex his omnibus po nere debet mensuram medearaminis earum cum letitia et bona spe et quiete aĩe. Fortassis autem si vir iste sui regiminis esset librator bonus. aliquã do conueniens esset ei leuis iracundia et aliquo tẽ pore durans. De annexis autem accidentibus aĩe caueat vir iste ne excedat ĩ coitu et proprie super repletione ciborũ facto argumento sũpto ab eta te complexione et habitudine. tamen cõcessione le gis non esset ei inconueniens uenereũ actum bis in septimana explere et hoc transeat de lectione prima.

Secunda lectio duo cõtinet capitula. Primuз capituluз de instrumentis prohibẽtibus augu mentum superfluum materierũ in hoc viro et abscindentibus materias iam in eo inuentas.

Igitur pro regimine huius viri per medicinalia duobus singularibus remediis visum est mihi eidem prouidere. Primũ itaqз erit ut omni an no a principio mensis martii usque ad vigesimaз eius intendat euacuare corpus secunduз istũ mo dum. Primo ꝙ flobotometur de basilica dextri lateris sub cubito posita in hora electa. s. mane p unam horam post ortum solis digestione prima et secunda iam celebratis et uentre eius a fecibus iam emundato et quarta primi capitulo 20ᵉ colli gendũ. Et extrahatur sanguinis ab. ℥. v. vsqз ad sex. ℥. Secundũ remedium est ut premissa flo botomia euacuatione minoratiua euacuetur ven ter eius cuз hac medicina. ℞ cassie paulo ante ð canna extracte cum aqua lupulorũ. ℥. i. agarici et reubarbari electoꝝ ana. ℈. i. zinziberis spice nar di ana. g̃. v. salis gẽme. g̃. i. misce et cuз. ℥. iii. aque ordei precalefacte accipiatur duabus horis ante diem et tardetur cibus sex horis post quintam ac cipiendo cyatum unũ aque ordei calide cũ modi co zuccari. Tertium instrumentũ est ut post mi noratiuum predictum sequenti mane hora predi cta incipiat accipere hoc digestiuum calefactũ et continuet ipsum diebus octo. ℞ syrupi de bi santiis. ℥. i. sy. de absinthio. ℥. ß. aque cicoree lupu lorũ et cuscute ana. ℥. i. misce. Quartum instru mentũ ẽ ut die nono ĩmediate sequenti purgetur cũ hac medicina. ℞ succi rosa. ℥. i. electuarii ha mech descriptione maiori. ʒ. iii. electuarii de psi lio. ʒ. ii. misce et accipiať eo modo et omnibus obſ uatis q̃ supra de mĩoratio scripta sunt. Quitũ ĩstrumẽtũ ut si vir iste tẽpore assumptiõis dige stiui esset stipticus uentre et non bene largus acci piat omni sero uel saltem omni alterno sero unã de infrascriptis pillulis uel duas ad plus parum ante cenam et supplebunt assumptionem clisteris et utilius operabuntur in eo a superius citius at trahendo ꝙ faceret clistere. quibus etiaз pillulis

uti poterit in reliquo vsu cōseruatiuo sue sanitatis
et preseruatiuo eius a lapsu. Et est earū descriptō
℞ reuponrici electi.ʒ.iii.reubarbari agarici her
modactilorum ana.ʒ.i.ß.epithimi.ʒ.ii.pulpe colo-
quintide.℈.ii.anisi zinziberis dauci siseleos ana
.g.v.uiolarū rosarū masticis ana.℈.ß.aloes ablu
ti.ʒ.iii.puluerizentur omnia per se et infundant' i
.℥.iiii.succi rosarū.deinde exponatur soli uel igni
non uiolēto vsqz ad exiccationē.deinde iterū sup
addatur succus secunda et tertia uice semper exic
cando.de hac ergo massa fiant pillule de omī.ʒ.
.vi.uel.vii.et utatur eis ut iam dictuz est. Neque
hic mirandū est si in hoc composito paruā accepi
aloes quantitatē.eo quia cū hic vir sit emoroidi-
cus et aloes aperiat orificia venarū ani dubitabi
lis esset in eo usus aloes et maxime in diebus fri-
goris iuxta illud secundi canōis capitulo de aloe
Dare aūt aloe ī diebus frigoris timorosū ē.quo
niam educit sanguinem . Sextuz instrumentū
est vt vir iste post purgatione prescriptā usqz ad
medietatē septembris vtatur hoc electuario. de
quo accipiat.℥.ß.ter in septimana ī aurora et tar
detur post ipsum cibus horis quattuor.Cuius de
scriptio ℞ seminū cucute cicorce ēdiuie attripli
cis et scariole ana.ʒ.ii.rosarū violarū sandalorū
rubeorū coriandri preparati ciperi ana.ʒ.iii.cor
ticū capparorū.ʒ.i.ß.tamarisci scolopēdrie semi
nis plātaginis ana.ʒ.ii.ß.seminis agni casti.ʒ.ß.
anisi succi liquiritie ana.ʒ.i.gariofilo. cinamomi
electi piperis al.ana.℈.iiii.ligni aloes.ʒ.ß.zucca
ri al.℥.iii.zuccari candi.℥.ii.mellis rosati colati.
.℥.v.coquatur zuccarū cū syrupo lento igne et cir
ca infractionē eorū addatur species et fiat electu
ariū.cuius vsus sit ut dictum est. Septimum i
strumentū principale est ut iste vir assuescat sepe
abluere pedes usque ad inguina cū decoctiōe ista
℞ violarū rosarū florū nenufaris omnium exic
catorū ana.M.iii.foliorū salicis. M.iiii. florum
camomille foliorum saluie ana.M.ii. coquantur in
notabili quantitate aque usque ad consumptionē
tertie partis et cū ea calida fiat ablutio per horā
ante cenam et conueniens exiccatio . Octauum
instrumentum est vt vir iste post iam dictaz pur
gationē saltem semel in die inungat emoroidam
illā eminentē cum hoc linimento ante q̄ perueni
at ad ulteriorē curationē eius que erit securior
post secundā euacuationē infra dicendā. Descrip
tio linimēti est hec.℞ olei de croconil'.℥.i.ß.pul
ueris philipendule.ʒ.i.ß.litargiri spumificati.ʒ.
.ß.croci.g.iii.terantur simul longo tēpore i mor
tario plumbeo cū suo pistello.et de hoc tepido lini
atur locus ut predictum est. Nonū instrumētū
principale cui insistendū ē cum magna attentiōe
ē ut omni sero super parte capitis anteriori a fi
ne capillorū vsque ad zenit capitis per latitudi
nem cōmissure per quattuor digitos inter capil
los de hoc puluere ad quantitatē quinque grano
rū ordei superaspergatur et fiat eius renouatio
ōi sero per duas horas post cenam decenti capitis
pectinatione premissa.Cuius descriptio ℞ folii
.ʒ.i.ligni aloes.℈.iiii.amomi calamenti origani
pulegii sticados ana.ʒ.i.ß.rosarū florū nenufaris
ana.℈.i.puluerizentur omnia per se et decent' mi
sceantur et conquassētur in mortario. Decimū
uero principale remedium in quo magna haben
da ē fiducia.est ut vir iste omni mane incipiendo
a medietate mensis marcii vsque ad medietatez
iunii aut saltē omni alterno mane masticet vnaz
de infrascriptis pillulis nihil deglutiendo de
eo quod dissoluitur ab eis.sed totū expuēdo.qua
rū descriptō.℞ cubebarū calami arōatici pire.
ana.ʒ.i.liquiritie anisi assari sticados costi staphi
sagrie ana.℈.iiii.mastic.dissoluti cū modico ace
ti.℥.i.puluerizentur omnia et incorporentur cū
predicto mastice et fiant formule similes auellāis
que prius sub sole uel ad ignē exiccari debent.de
inde accipiantur ut supra. Undecimū remedi
um principale ē ut vir iste caput suū omni septia
na semel ante prandium abluat cū infrascripto
lixiuio.deinde caput diligenter exiccetur.Cuius
descriptio ℞ foliorū edere muralis maiorāe sti
cados arabici folii indi ana.M.i.rosarū cubeba-
rū ana.M.ß.yreos aristologie longe peudaceni
acori ana.M.i.partes duas coquantur cū libris
30.aque vsque ad consumptionē tertie partis.dei
de superaddatur libra.i.cineris sarmētorū uitis
et iterū modicū buliant simul.deide fiat cū eo ab
lutio.si autē in operatione sua hoc lixiuiū uidere
tur acutum nimis in eius coctione cineris mēsu
ra subdupletur et erit leue valde. Duodecimū
instrumentum principale ē ut caput illius viri et
insula eius omni sero et mane suffumigentur cum
hoc puluere proiecto ad carbones ardentes vsqz
quo bene calefiant.et caput etiā eius circūquaque
eodem puluere diligenter suffumigetur.Cuius de
scriptio ℞.storacis calamite.℥.i.lauda.℥.ß.am-
bre musci ana.℈.ß.si non timet expensam aut sal
tē grana.iiii.ligni aloes.℈.iiii.thuris mirre cor
ticum oppoponacis ana.ʒ.i.puluerizentur omia
per se deinde commisceantur et fiat ex eo ut dcūz
ē. Tertiūdecimū instrumentū pricipale est ut
etiā vir iste persepe teneat in manu hunc pulue
rē in sindōe retorta bene ligatū sepissime odorā
do ipsū.Cuius descriptio ℞ gariofi.galāge pipe
ris albi cinamomi electi nucis mus.ana.ʒ.ß. ori
gani folii assari sticados ana.ʒ.ii. puluerizentur
omīa per se et commisceātur. Quartūdecimuz
singulare remedium est ut vir iste post q̄ fuerit
euacuatus et masticationē suprascriptaz tempore
iam predicto continuauerit post ipsam saltem in
septimana quater in mediis tertiis impleat os
eius cū aqua huius decoctionis calida et faciat cū
ea gargarisma saltē quinque vicibus pro mane.
Cuius descriptio ℞ staphisagrie corticū agarici
pulpe coloquītide ana.ʒ.ß.anisi.ʒ.i.ß.cinamomi
electi semis feniculi semis endiuie et scariole ana
.℈.i.succi liquir' ana.ʒ.ii.costi radicū yari artani
te ana.℈.ii.aque fōtis libras vi.coquatur oīa len
to igne usque ad consumptionē tertie ptis.deide
colentur sine alia expressione et colature addāt'
mellis.℥.iiii.deinde coquatur lento igne vsqz ad
consumptionem quarte partis et reseruentur
in uase obturati orificii et fiat ex eo ut iā dictum
est.Quintūdecimum singulare remedium ē vt
hic vir sepe assuescat facere fricationes incipiēdo
a genibus trahendo vsque ad cauillas.deinde ab
inguinibus vsque ad illas cū pannis asperis fri
cando membra vsque ad eorum rubificationem
aliquantam.deinde incipiat a spatulis vsque ad
nates similiter confricando.deinde ab humeris
usque ad manus faciēdo ut iam dictuz ē. Sex
tūdecimum remediū ē ut hic uir post purgatōes

iam dictas saltem in septimana quater totaʒ spi nã suam inungi faciat in mane quando surgit ⁊ i sero quando se exponit in lecto cũ hac inunctione qua utatur a principio mensis octobris usque ad medium mensem martii. ℞ olei violarũ olei de nenufare ana. ℥. ß. olei de costo. ℥. i. ß. spodii semi nis plantaginis rosarũ coriandri preparati ana ʒ. ß. pulueris mellilotí florũ altee macis origani calami aromatici ana. ℈. ii. cer quãtũ sufficit fiat vnguentũ molle. Decimũseptimum est ut alia pte anni utatur hoc vnguento secundo spine applica to ut de precedenti dictum est. Cuius descriptio ℞ amili. ʒ. ii. mucillaginũ se. al. ⁊ seminis malue ana. ℥. i. ß. olei rosa. ⁊ de nenufare ana. ℥. vi. cam phore. ʒ. i. incorporentur omnia simul longa con tritione in mortario cum vitellis duobus oui ⁊ fiat de eo ut dictum est. Decimũoctauum in strumẽtũ ẽ ut vir iste saltẽ in anno semel ⁊ ꝓprie in mense septembris faciat sibi apponi ventosas post purgatiõeʒ seꝗ̃tem ⁊ cũ scarificatiõe a sexto die nouilunii usque decimũquartuʒ eius. Deci mũ nonum remediũ ẽ ut post medietatem mẽsis septembris accipiat hoc digestiuuʒ quod continu et diebus decem modo ⁊ hora prescriptis ĩ dige stiuo accipiendo in tempore veris. Cuius descrip tio ℞ sy. de endiuia. ℥. i. sy. de epithimo. ℥. ß. aque cuscute cicoree et absinthii ana. ℥. i. misce. Uige simum ⁊ ultimum remedium est ut post digesti- uum predictum euacuetur cũ hoc minoratiuo ad suas dispositiones conueniẽtissimo. ℞ yere Gal'i simplicis succi rosati ana. ʒ. i. cassie extracte ð cã na cum aqua violarũ. ℥. ß. accipiatur cum cyato medio aque ordei calefacte ⁊ tardetur post ipsuʒ cibus horis sex premittendo aliquod abstersiuuʒ post quintã horã. vt macrum ius pulli cum zucca ro aut aquam ordei calidam. Hec de capitu. pri mo sectionis tertie.

Secũdũ capitulũ prĩcipale de cura aposĩatis supradicti in fiteri existentis.

Nunc autem redeundũ est ad curam apostematis iam dicti quod siue sit condiloma nominandum: siue sit ficus appellanduʒ. siue sit eminens emoroi dale apostema. Sũma veritas est ꝙ est apostema in circũferentia ani extra pendens genitum a sã guine melancolico in carnositatẽ conuerso. eo mõ quo sepe uidere contingit sephiros uel sclirosi in locis consimilibus apostematis. Et non est incon ueniens uereri ꝙ extremitas emoroidalis vene apostema a sanguine melancolico extra ꝓmine- at. Et hoc quidẽ conuenienti speculatione indiget in curatione canonica. si enim tale apostema ulce rosum uel ulcus apostemosũ nominare velis exi- stat substantia carnosa melancolica. tunc valde fa cile curare poterit deponẽdo ipsũ ut inferius do cetur. Si autem tale apostema fuerit extrema ps vene que iam ad apostema peruenit ⁊ ulcus tunc patet ꝙ erit curationis longe magis difficilio- ris propter plura. Primo quia per apertionem emoroidales per continuam effusionem corpus emundant a superfluitatibus. tunc curare eas cõ pleta cura est contra preceptum antiquioris pa tris ubi dixerit afforismo. Emoroidas sanare antiq̃s si non vna aperta relicta periculum est ydropeʒ fieri aut maniam aut melancoliam ⁊ cẽt. Ampli us si cura huius complete fieri debet per quaʒ re tineatur quod euacuari solebat. tunc patet ꝙ mul tiplicabuntur repletiones oppilationes et aposte mata ĩtrĩseca uel extrĩseca ⁊ alia nocumenta que colliguntur quarta primi capitulo de retentione euacuationũ ⁊ clarius i7ª tertii capitulo de retẽ tione cursus emoroidalis. Qualitercũque tamen contingat cura huius dispositionis a sapientibus quadruplici modo assignata est tam grecis arabi cis ꝙ̃ latinis. Et prima quidem uia est ut premũ dificato corpore sicut apparuit in precedenti se ctione procedatur in exiccãdo predcãs eminenti as cũ quattuor instrumentis principaliter. Quo rum primum ẽ electuariũ hoc. ℞ mirob. indorũ belliricorũ ana. ℥. ß. radicũ philipendule. ʒ. v. cur cume lacce preparate polipodii thimi ana. ʒ. i. ß. macis florũ rosmarini ana. ʒ. ii sy. de corticibʒ ci tri mellis rosati colati ana librã. ß. zuccari al. ℥. iiii. coquatur zuccarũ cũ predictis sy. ⁊ fiat elec tuariũ de quo omni mane quĩque horis ante prã dium accipiat. ʒ. iii. Secumdũ uero instrumẽ tũ ẽ ut locus fiteri sepe abluatur cum hac decocti one aut sedeat in ea. ℞ gallarũ cupressi numero vigĩti coriandri preparati cupullarũ glandiuʒ ana. M. ii. scorie ferri. ℥. iiii. radicũ filipendule ℥. ii. coquantur in libris. 40. aque vsque ad consũ ptionẽ medietatis ⁊ ex ea calefacta fiat ut dictũ est. Tertium vero remediũ singulare ẽ ut sepe fiteri suffumigetur cum hoc puluere carbonibus ignitis superasperso. ℞ thuris laudãi ana. ℥ ß. gal lie mus. ʒ. ii. scorie ferri. ʒ. iii. fiat puluis. Ulti mũ uero remediũ ẽ. vt ille locus iungatur cum hoc linimento ter uel quater ĩ die. ℞ olei de camomil lis olei de costo ana. ℥. ii. laudãi storacis calami te colofõie ana. ʒ. i. ß. tutie prepara. ʒ x. scorie fer ri puluerizate. ʒ. xv. cere albe quantum sufficit. fi at unguentum. Secunda vero uia principalis curationis huius dispositionis est vt apostema il lud cum forpicibus ignitis simul abscindatur et cauterizetur ⁊ curetur locus cum unguento basili cõis descriptione maiori vsque ad completam cu rationem. Tertia vero uia est ut iterũ aposte ma illud cum potentiali cauterio deponatur et proprie apud illos qui ferri candentis admini- strationem timent. Et nota ꝙ sermonem extensũ magis circa istas duas vias facere non curaui ⁊ propter horribilitatem ipsarũ. ⁊ eo qa raro his duobʒ modis curationis uidi feliciter terminare.

Ultima vero uia que mihi magis dilecta est ⁊ securior ẽ. ut apostema illud eminens cum cera- to duplicato prope cutem circũligetur stringẽdo condecenter. deinde omni tertio die ligatura re nouetur parũper stringendo magis ꝙ̃ prius. Et sic tandem sepe religando apostema mortificabi tur per prohibitionẽ transitus nutrimenti con- seruantis ipsum. Cum ergo ceciderit apostema usque ad tres dies superficialiter valde ⁊ leuiter madefiat cum aqua salis armeniaci. deinde post illud curetur cum unguento basiliconis iam pre dicto vsque ad consumptionem completam. Et istis peractis beneficio omnipotentis Dei ab om nibus istis dispositiõibus predictis cõplete cura bitur. qđ concedat ille qui oĩa imperio suo bene ducit. Ad laudes eius sempiternas amen.

Consilium de superabundātia flegmatis.

O Mnium membrorū cōplexio naturalis huius viri declinat a medio uel equali per augumentū humiditatis excessiue vt uidebitur ex sequētibus. Et cū hoc declinat ab eo per nocumentum caliditatis. et apparet ex his que declarabuntur quod complexio huius viri non fuit in precedentibus annis minus calida quam humida. Rubicunditas enī coloris arguit multitudinem sanguinis et dominium innati caloris et maxime cum augumento carnolitatis quantā habuit iste uir. Adhuc etiam magnitudo corporis et extētio membrorū eius arguit multitudinē materierum ex quibus et generātur et extēdūtur ipsa significat etiam caliditatis potentiā obtinentem in plasmatione. quantūcunque humiditas et sanguinea multa esset coniuncta defectui caliditatis innate nō posset fieri dilatatio et plasmatio membrorum cū extēsione. Cum igitur iste vir sit transcendens mediocrem staturam hominum multum carnosus et rubicundus apparet quod a generatione sāguineus fuit. immo vsque in hodiernum tempus ita perseuerat. licet nunc humiditas superexcedat mensurā caliditatis. et si non propter aliud hoc deduceretur sufficeret declinatio etatis ad hoc demonstrandū cum a iuuentute sua transiuerit ad finē primi senii. immo īgressus est latitudinē decrepite etatis. quia iam agit annū sexagesimūsextū eius. Cū ergo caliditas que fuit in tempore consistētie naturaliter minuatur et notabiliter post ipsam. ut legitur prima primi capitulo de etatibus. patet quod diminuta caliditate in hac parte etatis superexcreuit humiditas tam naturalis quam aduentitia in huius viri complexione ī etate tali. ergo licet iste adhuc remanserit sanguineus in fine primi senii uel in principio decrepite etatis. maior tamē est excessus rubicunditatis ex parte humidi quam ex parte caloris. Ex quibus omnibus intelligenti theoricam medicine valde facile apparere possūt cause accidentium que de ipso mihi scripta sunt.

Quorū primum est superabundātia flegmatis que consequitur caliditatem diminutam propter quod generantur flegmata et naturalia accidētalia et multiplicantur in viro isto. Unde nō est mirabile si ei superuenit accidens secundum quod est catarrus siue multa sit materia defluens et cito et nominatur defluxus siue sic paulatie et descendēs ad pectus et dicitur catarrus siue cadem materia paulatine et multa tarde descendēs colligatur in faucibus et dicitur brancus. vel materia ista sit subtilis et acuitatē habens que descendēs ad rizā et nasū dicitur corriza. siue materia predicta paulatine et occulte descendens per venas arterias et neruos colligatur in musculis uel iuncturis et dicetur stillicidium. Ex quo considerator venabitur cām tertii accidentis. s. quod quandoque huic viro euenit dolor in iuncturis. Et ex hoc fundamento iterū quarto deducitur causa euentus difficultatis anhelitus in hoc viro. Materia enim catarrizando delata ad pectus si immergitur panniculis et villis longitudinalibus arterie trachee et panniculorum pectoris facit difficultatē anhelitus in qua nocetur eger notabiliter inspiratione. Et si predicte materie recipiātur in latitudinalibus villis predictorū mēbrorū nocebitur anhelitus in expiratione. i. ī expulsione fumorū capnosorū et aeris deintus ad extra. Et si infundentur predicte materie in mēbris utrisque iam dictis tunc necessarium erit fieri nocumentū anhelitus tam inspirando quam in expirando quod a sapiētibus dictum est orthomia in qua patiens non bene potest anhelare nisi cum erectiōe corporis ad sursum et ē dispositiō tremenda valde. Et si contigeret tales materias effusas esse ad spatiositatē pectoris ibi putrentes facerent empima. Et si eedem materie in pulmone putrerent ipsū corrūpendo perducerent ad ptisim. sicut ipse bene timet. Adhuc etiam contēplando subtiliter apparet causa quare vir iste cum dormit incurrit stuporē super parte super qua decumbit. hoc enī accidit quia decumbente corpore super dextra parte humorales materie flegmatice aquose et mucillagiose fluunt et congregantur in parte illa. Cum ergo ipse imergantur in extremitatibus superioribus uel originibus neruorū sensus qui oriuntur a cerebro. patet quia propter clausionē aliquantā ipsorū prohibetur penetratio spiritus ad mēbra sensus. propter quod si totaliter a predictis materiebus fieret oppilatio in predictis neruis. tunc auferetur ab eis totaliter sensus et tunc inciperent mēbra tendere ad non esse. propterea quia hoc solo sensu tactus priuatū animal necesse est mori 3° de anima. Et si tales materie similiter oppilarēt originē neruorū motiuorū. patet quod mēbra etiā priuarentur motu et est dispositio appoplesie consimilis. imo esset ipsa vera appoplesia si caderet hec oppilatio ī uētriculo cerebri cōpleta. Ex quo fundamento iterū apparet causa suspicati accidētis sexti. s. euentus paralesis. Si enī predicte materie aquose existentes effunderentur ad origiem nuche in altera sui medietate retente facerent ei vniuersalē paralesim dextre uel sinistre partis secundū inuentionē materierū in altera predictarū partiū. Et ex hoc fūdamēto soluitur problēa unum videlicet propter quid cū partes predicte stuporē incurrerunt non absoluuntur ab eo nisi per multas fricationes et pannorū calidorū appositiones. In accidentibus enī ab eorū causis dependentibus in fieri et ī conseruari necessariū ē quod permanentibus eorum causis permaneant et ipsa. stupor aūt ab oppilatione dependet sicut effectus a suis causis. Septimum vero huius viri accidens est debilitas uel īpotētia ad motū progressiuū. tāta enī ē ī hoc uiro hūiditatū multitudo quod materie ille effuse a cerebro secundū magnā partem recipiuntur ī nucham et ī neruos fere omnes ab ea procedentes. Cum ergo per eos perficiatur operatio progressiui motus quando ratōnabiliter sunt dispositi ī complexione et substantia suis. patet quod tunc motus progressiuus facilis fortis et perdurans erit. sed remolitis membris et inconstantioribus ad motum factis nocebitur progressiuus motus. Et adhuc pulchrius ītellige quod esto quod nulla materia feretur ad mēbra motus progressiui sola oppilatio facta ī origībus neruorū orientium a spōdilibus renum et a spondilibus al'katim aloſos. i. caude esset sufficiens ad impediēdum motū progressiuum quia prohiberent transitum spūs aialis sensibilis et motiui. sed potentie non exeunt ī actus nisi per presentiam instrumentorum quibus

agunt.ergo facta prohibitõe totalis transitus eo rũ subito priuaretur homo motu ꝛ sensu in pedibus per pedes intelligendo magnos. Et ita similiter facta oppilatõne aliquanta ꝛ non completa fit nocumentũ aliquale et non totale. Ex quibus intelligere potes cãs diuersorũ accidentium. Videbis enĩ quandoque hominez ab equo uel altero cecidisse ꝛ subito priuari motu progressiuo ꝛ sensu a loco cinguli inferius vsque ad pedes. Quibusdã autem apparebit quandoque eos non posse moueri. sed tamen sensũ habere in predictis locis. non nullis autem apparebit eos priuari sensu tamen moueri membra licet debiliter. Cum vero materie predicte a potentia virtutis expelluntur de profundis mẽbrorũ ad exteriores partes ibidẽ imerse ꝛ stantes faciunt extensionem. ꝛ quia materie ille non sunt flexibiles uel aquose. imo notabiliter viscose. hinc est ꝙ facta compressione sup mẽbris remanet similitudo fouee. materie enĩ ille ñ eque cito propter earꝫ uiscositatẽ redeunt ad locũ compressũ. ꝙ cito ab eo ꝓpulse fuerunt a potẽtia comprimentis ꝛ est reddere causam noni accidentis huius viri. Decimum vero accidens ꝛ penultimũ est debilitas stomachi circa quam etiã nõ minus est contemplãdũ ꝙ in predictis. oportet eniꝫ intelligere uel hanc debilitatẽ intelligi penes appetitum pro toto. s. cibi aut penes digestiuã eius Et primum cognoscetur per abhominatõem ad oĩa cibaria ꝛ per fastidium consequẽs ipsa iã assũpta ꝛ per subuersionẽ consequentẽ ad cibationem quam stomachus non apprehendit conuenienter

Secũdũ uero cognoscetur quia aut nocumẽtũ in digestione prouenientes ẽ a multitudine frigiditatis ꝛ humiditatis ipsius stomachi. ꝛ sensu et tactu percipietur frigiditas ꝛ multitudo saliuatõis ꝛ lenities ꝛ inundatio in stomacho sensate arguũt multitudinem humiditatis in eo. aut debilitas ipsius stomachi itelligitur propterea quia cibaria non conuenienter detinentur ita ut digerantur ꝛ tunc accidet lienteria dispositio que est velox cibi per fecales uias expulsio prius ꝙ ipse digerantur aut accidet simul in omnibus operationibus stõi nocumentũ. s. appetitus digestionis ꝛ debite retẽtionis nutrimẽtorũ in eo. ꝛ omnia hec accidentia euenient in eo propter multitudinẽ frigiditatis ꝛ humiditatis naturalis ꝛ accidentalis ipsius stomachi. hec semper intelligendo prouenire ab iteriori causa corporali. non enĩ est dubium ꝙ in regimine indiscreto hominũ accidit nocumentũ debilitatis in stomacho in omnibus operationibus eius. velut ex multitudine cibor ũ ꝛ potuum i quãtitate continua ꝛ discreta. Ultimi vero accidentis in hoc viro euenientis oportet iteruꝫ uidere cãs Cum ergo in hoc viro sit caliditas notabilis epatis ꝛ in eo notabilis inueniatur colere quantitas ꝛ humiditas etiã aquosa multa in eo reperiatur patet ꝙ ex ambarꝫ materierũ cõmixtione adiuicem acquiretur salsedo. Cuꝫ ergo materia tal' uaporabilis existat ad caput delata ꝛ in ipso recepta stimulat virtutẽ eius ad expulsionẽ. obtinẽte ergo virtute super materiebus talibus expellit eas de profundo partiũ cerebri ad uiliores partes que sunt exteriores. Cũ ergo ipse acuitate quã habent apte sint corrumpere faciei partes ꝛ ipse per se propter carũ mollitiem sint parate corrumpi. Igitur a tali materia in facie eueniẽt pustule corruptiue cutis a quibus emittitur virulẽtia humiditas etiam corruptiua partiũ in quibꝫ recipitur. ꝛ hoc est flegma salsum quod ita denõinat vulgus. eo quia ẽ corruptio substantialis ptiũ in quibus recipitur prouenienes a flegmate salso superius declarato. Et sic apparet verificatio oĩum accidentium que molestant hunc nobilem virũ. Et hoc est fundamentum verũ inueniendi regimen huic viro appropriatũ defendens ipsuꝫ a tanta periculositate quantam minantur ei egritudines ꝛ accidentia predicta. Quod quidem regimen in duas diuiditur partes. Quarũ pria discurrit mensurando conuenienter applicatõeꝫ omnium sex rerũ non naturalium. Secunda vero explicabit regimen per medicialia necessariũ.

Pro secundi vero capituli declaratõne premittendũ est primo ꝙ omniũ rerũ non naturaliũ effectus ita mensurari debẽt ut per eas acquiratur exiccatio notabiliter eleuata ꝛ ifrigidatio remissa. licet augumentum caliditatis in uiro isto ad uocaret ad se notabilem infrigidationẽ. tamẽ ga etatis decursus ꝓhibꝫ ab illa. oꝫ mediocrit' i hoc viro cũ calidis proceder'. ita ut sint naturalis caliditatis in eo conseruatiua ꝛ ipsius non corruptiua. vbi ergo necessaria esset exiccatio i fine secũdi gradus a principio tertii in hoc viro sufficit i eo applicatio calefacientium in primo gradu. ꝑ talia enĩ lapsus eius predictus cõuenienter poterit corrigi. Regimen itaque per sex res non naturales fuit tactum ab illo consilio parũ ante scripto quod incipit omnia nocumenta. Positurus regimen dispositionis huius uiri per applicationem instrumentorum medicinalium in hoc tertio ca° diuidam ipsum i duas partes. In quaruꝫ prima ponetur regimen vniuersale conueniens ad omnes egritudines et accidentia premissa. In secunda uero parte ad unũquodque illorũ accidentiuꝫ conabor describere remedia illorũ correctiua et appropriata. Quãtum ad primam partem. Premittendum est primo ꝙ quia i hoc uiro apparet plenitudo uniuersalis materierꝫ ꝛ membrorum omnium. Idcirco hic ponentur instrumenta decẽ canonice necessaria. Primum itaque instrumẽtorum est. vt huic uiro applicetur flobotomia ante complementum autumni de basilica vena apta i domestica parte curuature brachii ꝛ ꝓprie dextri et educantur per eam sanguĩs. ℥. v. aut sex mane hora electa limitata quarta primi capitu. xx° Et si hec flobotomia non posset applicari in autũno saltem fiat i pria parte hyemis ꝛ non pretermittatur. magna eniꝫ repletio in hoc viro minatur sibi pericula que i p° capi. declarata sunt.

⁊ quia difficilis digestionis existunt non placent mihi. Democritus enī dānauit eas tanquā corpori nociuas et inflationem in stomacho generatiuas. licet Diocles et Dionisius contradictionem eius scribant. In summo tamen in igne assate et cum laudabilibus ⁊ pinguibus carnibus cocte nō sunt uituperande. prouocant eniꝫ potenter vrinā ⁊ uentrem mollē efficiūt. et iterū laudo eas. quoniam conferunt uisui 5° colliget in proprio capi. Karote uero et baucie. i. pastinace que eodem cursu ponuntur complexionate in caliditate conueniunt uobis. sunt enī pectorales stomacales et uiarū conuenienter aperitiue. De partibus vero superiorꝫ plātarū quarū vsus uiget que omnes nominantur aspparagi ut scribitur secundo Almansoris capi. 62° dicendum ꝙ extremitates ipsius plante cuius aspparagus ex consuetudine nomen adeptus est conueniens est uobis. licet enī ponat' ī libris simplicium medicinaꝝ et ciboꝝ extra gradum. ita ut sermo fiat de eo inter medicinas temperatas. videtur tamen ex sententia Aggregatoris de asparago coll'i. quod ponatur in caliditate primi gradus saltē in mansione prima. ad quod etiam satis persuadet uelox et multa urine ꝓuocatio quā facit. talis enī apertio et per uias eductio non uidetur fieri posse ab altera qualitate saltem de manifestis et cōibus ꝙ̄ a caliditate. In sūma igitur educit aquositates flegmaticas ⁊ serositates colericas et parti melancolicas aperiendo oppilatōes epatis splenis et renum. quod uidetur satis rationabiliter concedendū. eo quia comesta hec planta facit urinam frequenter vehementer fetere et adhuc in spacio duarum horarum. Sꝫ quia fetor est signū putrefactōis primo pronosticorū comento ultimo. Ideo uidetur ꝙ hec planta in educendo materias fetidas uigoretur a caliditate. neque enim ab auctoribus expressū ē ꝙ huic plante insit uirtus attrahendi vel educendi materias fetidas ratōe similitudinis uel specifice ꝓprietatis. Et iterū huic viro rationabiliter cōuenire uident' extremitates humili ꝺ q° alamani faciūt potum aut lupuli apud italicos ruricolas nominati bruscandoli. quorū operatio est fere consimilis asparago predicto. de quo tamen non pua ē discolia inter sapientes de complexiōe eius. quod hic pertranseo propter breuitatē. alias enī diffuse declaraui ipsum esse callidum in primo gradu et uicinum satis equalitati in passiuis. nec mirandum est de discolia autorū in hoc cuꝫ fere cotidie descriptōes multe componantur ⁊ fabule cantēt' de brusco ⁊ rāponciolo. Utuntur tamen euganei extremitatibus alterius plante cuius folia longiora sunt et latiora satis foliis isopi. eodem tamen colore colorate et perducit stipitem a terra eleuatum per bipedale gustui delectabilē satis. nisi ēet valde pungitiua plāta odore suauis et aromatica multū florem minimum ꝓducens in subduplo minorem flore arthamisie. et nominant hāc plātam multi ꝺ eo scribentes draconem de qua cum bene perquiro ueritatem in sermonibus Diascoridis anazatei in quinque libris simplicium p ipsum compositis inuenio quod est species piretri quod uidetur rationi consonans satis propt' acuitatem magnam quam gustui representat. De fructibus autem premittenduꝫ primo ꝙ oēs fructus frigidi et humidi euitandi sunt. preparant

enī corpus ad utrūque lapsū ⁊ egritudines putri
das.⁊ maxime cum humiditas in uobis superabū
det multuʒ caliditati ut probatū est ⁊ sensus ostē
dit.propter quod orarii fructus qui taliter nomi
nantur.quoniam in prima anni etate nascuntur
⁊ iteruʒ quia paucis durant temporibus. et ad
huc tertio quia conseruari non possunt quin cito
putrescant euitandi sunt.propter quod cerasa di
mittenda sunt.licet in eis q̄ multa diuersitas in
ueniatur.quecunque ergo de eis dulcedine maio
ri participant meliora sunt.quoniam nutrimē
tum eorū est melius.⁊ iterū quia propter apertō
nem suam non multā morā contrahunt in corpo
re.quin maior pars eorū educatur. Ea uero que
leui participant dulcedine cū ponticitate quadaʒ
videntur participare minori humiditate ⁊ exic
catione quadam.propter hoc hec talia minus re
probanda sunt.que uero de eis sapore participāt
notabiliter acetoso frigidiora sunt et minus hu
mida et stomacho horrida magis nisi fuerit ī eo
lapsus ad caliditatem intensus.In summa igitur
omniū eorū rarus sit uobis vsus. De pomis āt
consimiliter fere dicendū est de diuersitate cōple
xionū eorū.&ʒ diuersitatē saporis aromatici et
modi substantie.que igitur sunt substantia solidio
ra magis colore citrina uel russa aromaticitate
sua dulcedine multū magna participantia eligen
da sunt.sua enī aromaticitate conueniunt omi prī
cipali membro.⁊ quia paruā habēt humiditateʒ
saltē actualē.Ideo minus putrebilia sunt.etiā qr
humidū eorū melius est suo terreo cōmixtū.pro
pter quod a sapientibus non enumerantur inter
materias febriū extrīsecas.sicut fit sermo de piro
⁊ hec sunt illa poma que triuʒ specierū electiora a
sapientibus inuenta sunt. Et p^{c} sunt poma apia
nominata.ita ab Apio Claudio Romano ut scri
bitur vigesimaprima naturalis historie.⁊ sūt po
ma figura oblonga colore ⁊ reliquis conditiōata
ut dictum est que apud Lombardos nominantur
poma museta hastiana.de quorū succo frequenter
precipiunt sapientes fieri syrupos cordiales ⁊ me
lancolie aduersantes.reliqua uero poma sunt illa
que apud euganeos uocātur dactaline figure pla
ne sperice quasi uelut cepe.Et tertia species ē po-
morū que calamani nominantur.Similiter fere
dicendum est de piris q̄ in eis ualde magna diuͦ
sitas inuenitur in cōplexione.sed īter reliqua lau
dantur illa que in substantia sua solida sunt a la-
pidosis arillis in centro eorum existentibus pri-
uata colore citrina uel rubicūda odore suauia sa
pore delectabilia.⁊ sunt que Auicenna dixit esse
pira de seni.secundo canone capitulo de piro. Et
forte q̄ illa sunt pira que apud Lombardos sunt
pira sancti nicolai.Inter que etiam pira collauda
ri uobis possunt pira illa que muscata dicuntur.q̄
tamen sint in raro vsu ⁊ pauco.habent enim hūi
dū festinanter putribile ⁊ non minus uentosabile
propter puod inflant stomachū ⁊ dolores extensi
uos in eo efficiunt.In sūma igitur quia pira ponū
tur frigida in primo et ad siccitatē declinantia ī
secundo.ut 20° continentis simplici 620° scribit
auctoritate Bimasii.ideo non multū mihi placēt
cruda existentia.sed cocta sub cineribus ⁊ condita
cum uino et aromatibus ⁊ cū aniso placent mihi.
Auellane āt lʒ recentes supremā habeāt hūitatē
exiccate tamen ponuntur cali.⁊ sicca in primo ḡ

ideoq; uidentur conuenire propterea quia con-
fortant caput.licet sint tarde digestionis in stō.
Si tamen accipiantur condite meliores existūt
et iterū torrefacte parū post cibū confortāt epar
Amigdale autē laudātur uobis quia exhibent nu
trimentum bonum et sunt abstersiue et aperitiue
laudabiliter ⁊ declinant ad caliditatē equalē.tū
humidiores sunt q̄ calide.ideo quolibet laudant
uobis.Ficus vero sicce cali.sunt in primo ⁊ sicce ī
principio secundi ⁊ sunt vobis laudabiles.sūt enī
de numero meliorū fructuū et debent eligi albe
citrie et magne.cōueniūt enī stomacho epati reni
bus spleni utiliter aperiendo abstergendo ⁊ mun
dificando ea.nā in eis est lenificatio ultima ⁊ ma
ior nutricatio q̄ in aliis fructibus secundo canōe
in proprio capitulo.Hi uero ficus recētes magis
nutritiue sunt q̄ sicce.sed stomacho nō ita lauda-
biles.Passule uero et proprie nigre laudātur uo
bis.sunt enī conuenientes quomodocūque sumant
⁊ numerantur a multis inter medicinas equales
aut ad caliditatē ⁊ siccitatē parūper inclinatas.
Nuces vero conuenienter nutritiue sunt et ponū
tur inter medicinas calidas ⁊ siccas.quia tamen
vnctuositate notabili participant.ideo sūt stoma
cho nociue pectori gutturi et capiti ⁊ grauis sūt
digestionis.quare melius est dimittere eas.Casta
nee vero frigide sūt in primo et sicce in eo remis
sa dulcedine participantes et non parū nutriunt
immo ualde ⁊ quia earū nutrimentū frigiduʒ est
et grossū uentosatiuū et extensiuuʒ uiscerum omi
um ideo dimittātur.Crisomila uero a quibusdaʒ
inter species persicorum ponuntur et non debetis
eis vti.quia frigida sunt ⁊ humida ī secundo ⁊ ge
nerant febres malas uelocitate sue putrefactōnis
aliqualiter corrigi possunt si post ea comedantur
aliqua grana feniculi.Grana vero pinearum nō
multum placent mihi propter unctuositaten eorum
Et quia sunt de rebus stomacho nocentibus ut pʒ
13^{a} tertii.Et ponuntur temperata ad paruam ta
men caliditatē declinantia.potestis tamen come
dere ipsa dū fuerint per noctem unam in aqua ca
lida infusa.remouetur enī tunc ab eis acrimonia
et mordicatio et bene nutriunt et proprie quan
do conficiuntur cū melle ad infrigidatos et cum
zuccaro ad calefactos ut colligitur secundo canōe
in proprio capitulo.De fisticis vero uel pistachi
is scribitur secundo canone q̄ calidi sunt in fine se
cundi et est in eis humiditas non limitata ibi.sʒ
22° continentis simplici 93° auctoritate Archige
nis et Bimasii ponuntur calida et sicca in secūdo
In summa igitur conueniunt vobis modo predic
to.aperiunt enim meatus nutrimēti et oppilatō
nes epatis expurgando ipsū et canales pulmonis
octauo de simplici medicina in suo capitulo colli
gendū et cetera.Dactili insuper bene maturi et dul
ces calidi sunt in primo.⁊ in secunda qualitate di
scordant sapientes in eis.Iohannes enī Serapio
enumerat eos inter medicinas ca.et sic.in primo
gradu.Aui. vero capitulo de palma dicit q̄ pre
teriit de eis sermo.sed 23° Halaui capitulo d̄ pal
ma sic de eis scribit. Dactili maturi recentes
calidi sunt in secundo humidi in primo autorita
te Bimasii octauo capitulo de simplici medicina
dicitur q̄ cum hoc q̄ nutriunt abundanter uen
trē stipticant inferunt punctiōem in ore stomachi
dolorem capitis faciunt et oppilatōnes in epate

et splene. quare relinquitur ut utamini ualde raro 7 in pauca quātitate et minus mali ante cibū ꝙ post cibū. Iuiube vero ponuntur frigide in primo gradu tēperate i passiuis 7 scripsit de eis Ga. non reperi iuiubas in conseruāda sanitate 7 egritudine remouenda cōpetentes. sed reperi eas difficilis digestionis 7 pauci nutrimenti. sunt etiam male stomacho. Mora uero bene matura 7 dulcia licet ad caliditatē declinent dimitttenda tamen sunt. nocent enim stomacho et in eo facile cōrumpuntur. Granata uero diuersificantur in cōplexione secundū diuersitatē in sapore eorū. dulcia enim ponuntur frigi. 7 hu. in primo. acria vero frigida 7 sicca i primo. Sed muza medii saporis medium tenent inter ea. dulcia enim collaudātur stomacho. propter illud quod est in eis de stipticitate subtili. i. leui et proprie in calefactiuis. acria uero frigiditate 7 stipticitate magna n̄ sūt stomacho bona nisi vehemēter laxato 7 calefacto melius itaque est dimittere ea. Et hec satis de cibis 7 medicinalibus cū quibus condiri debēt dcā sufficiant. Ideo tractetur de seibus quibusdam 7 aromatibus quibus condiendi cibos ē cōis vsus Sunt itaque semina hec Ciminū feni. petro. daucus cardamomū utrunq; carui ameos 7 amomum nigella se. leuistici se. rute se. baucie coriandrum anisū 7 consimilia. Aromatica uero sunt sicut pip zinziber cinamomum utrunque galanga nux mus. macis zedoaria crocus spica 7 consimilia et cetera.

De liquoribus vero condientibus uobis conueniens est acetū acutū magis ꝙ acre. Agresta suc ci citrangulorū limonū 7 granatorū raro nisi muza fuerint. De conditis cibalibus conueniūt uobis pastinace condite oliue napi citrū conditū si napismū salsa. De conditis vero medicinalibus sūme competunt uobis zinziber conditū. i. zinziber uiride de quo saltem bis in septimana accipeř potestis radicē unā per quattuor horas ante prandiū et confert stomacho epati renibus capiti et inferioribus mēbris. imo adhuc etiam in estate ꝙto magis tempore frigoris. cōpetit etiā uobis xilobalsamū conditum. itē nux comestibilis condita. confert enim epati stomacho 7 renibus. similiter cinamomū conditum cū zuccaro. Item carnositas citri cū zuccaro condita solida. Cortex arancii cōditus cū zuccaro 7 pira condita. Cucurbita condita omnino dimittatur. Mel etiam de quo supra dictum est 7 zuccarū condiendo cibos conuenietia sunt. De partibus aūt aīalium euitetur frequēs cerebri vsus uētris renū cordis pulmonis et epatis et intestinorū. quorū omnium nutrimentum est grossū et uiscosū 7 difficilis digestionis. ideo n̄ est uobis laudandū sicut neque cauda que nauseatiua est et medulla que capitis grauatiua est.

De potu autē cōuenienti dicendū est ꝙ uina dulcia grossa conturbata omnino a uobis dimittēda sunt. pontica etiam 7 acria brusca nomiata dimittantur a uobis. quoniam sunt stiptica frigida 7 oppilatiua. sicut prima sanguinē ebullibilē grossum 7 oppilatiuum efficiunt. itaque a uobis eligendum est vinū colore aureū uel citrinū substantia subtile 7 bene expurgatū odore suaue 7 aromaticum fumositate mediocre. Cuius quidem experiētia manifestabitur per bonam conuenientiam ipsius ad uos. Et siquidem tale uinū n̄ualiť haberi nō poterit clarificet cū albumine oui. Et caueat a vino clarificato cū allumine rocce. quoniā allumen 6ᵐ quarti enumeratur inter medicinas venenosas et grā huius ad memoriam reducendū est quod scriptū est inferius de ydromelle compositione laudabili laudibus 7 iuuamento eius et vsu 7 tu recurre ibi Et hec de cibis 7 potibus dicta sufficiant.

Capitulum tertium de regimine huius viri p exercitium et quietē.

Difficile est isti viro conuenientē dare regulam i exercitio 7 similibus qui assistunt sedendo 7 aliis iustitiā accomodando querentibus. esset enim huic viro ualde necessarium exercitium propter cōsumptionē superfluitatū que sequuntur ad ipsum. Item exercitium est sanitatis conseruatiuum. pp hanc causam. sicut quies est dispositia ad augumētum flegmatū propter superfluitatū congregatōnem que sequitur ad ipsam. quibus tamen temporibus si ē possibile uir iste mane exercitari dꝫ ante cibum. Exercitium enim ante cibū calorē innatum accrescere facit 7 reddit ipsū potentem ad expellendū superflua sensibiliter uel insensibiliter. Fiat ergo motus processiuus non repentinus. sed paulatim saltē per horam unā ut longitudo tēporis leuis exercitii suppleat necessitatē cōsūptionis materierum que in breui tēpore fieret ab exercitio forti. perseruet igitur exercitium tanto tēpore ut corpus calidius fiat ꝙ prius et eger sentiat se perductū ad anhelitū eleuatū 7 principium sudoris leuis. Ita fieri debet etiā ante cenam. reliqꝰ autē tēpore quiescendum. Et quia nō est possibile officio suo semper oportuno tempore exercitari. Ideo diebus quibus uiuit quietus consulo ꝙ grā euacuationis diuersie superfluitatū utatur ydromelle facto secundū hunc modū. de quo accipe per tres uel quattuor horas ante solitā cibatōem cyatū unū calidū in diebus frigoris 7 frigidū in calidis. Et si quid etiā de ipso cōmisceret in uino suo saltē usque ad tertiam partē ualde utile foret ei. Cuius descriptio ē hec. Rx aque fluuialis clare a limositatibus expurgate et accepte de alueo ubi n̄ inueniatur multitudo ranarū neque sanguisugarum neque etiam herbarū fetidarū libras. xxv. mellis electi libras. ii. piperis albi. ℥. ß. florū rosmarini cinamomi electi ana. ʒ. i. buliant aque cū speciebꝫ saltē per quartā partē hore. deinde superaddat mel 7 coquatur cū aquis continue dispumādo ipsum. Cū ergo fuerit facta consumptio quarte partis. tunc coletur totū per saccū mundū 7 spissum duabus uicibus. deinde reponatur in uasis uitreis bene mundis 7 continuetur ut dictū est. Et qa nonnulli sapientū solent facere tractatum de coitu in sermone de exercitio et merito. quia i coitu cōcurrit duplex exercitiū animale 7 corporale. aīale quidem propter sensatōem delitiosam et propť imaginatōem. Corporale uero propter motum totius fere corporis partium interiorū et exteriorū. ideo de ipso dicēdū primo ꝙ ad effectū ipsius non ꝓcedat iste uir nisi naturali desiderio ab aīa incitante ipsū. Dicendū secūdo ꝙ nullus coitus cōceditur post cibatōem nisi transeant adminus hore octo. Dicendū tertio ꝙ coitus morose fieri debet 7 nō impetuose. Dicendū quarto ꝙ neque fiat excessus eius in frequentia. viro enim robusto et potenti moraliter se regenti satis ē effectum illum explere ter uel quater in septimana. qui aūt odiunt sanitatem et uitam suam excedant in isto. qr

persoluent in posterum ꝛ reficient in dam̄nuȝ ad coitū securū. Et hec de tertia re non naturali dicta sufficiant.

Capitulum quartum de inanitōne ꝛ repletione et cet.

De repletione materierū humoralium hic non ē sermo. sed solum de stomachi repletione a cibo et potu in quo plurime gentes excedendo magis ꝙ diminuendo peccant. Ideo in cibatiōe regule iste seruentur plurime. Primo nunꝙ comedat neꝫ bibat vir iste nisi vero ꝛ naturali appetitu inducente ad illud. Secundo ꝙ non accipiat cibum impetuose ꝛ celeriter deglutiendo sine masticatione conuenienti. Tertio ꝙ in cibatōne non utat magna uarietate ferculorū aliorū ciborū ꝛ potuum. Quarto ꝙ mensura cibi tanta sit ꝙ ipsa stomachū non grauitet neque extendat. Quinto ꝙ neque potus existat tantus ꝙ regurgitet et fluctuet in stomacho suo. Sexto iterū ꝙ non accipiat cibū grossū subtili premittendo ut quandoqꝫ comeditur caseus ꝛ legumina que premittuntur brodialibus ꝛ similibus. Septimo ꝙ cū insurgit ei naturalis appetitus ꝙcitius est possibile cibuꝫ accipiat. tollerare eni famē ē causa accensionis et corruptionis materierū in stomacho. Similiter etiam inanitōeꝫ. i. uacuitatē non multo tempore tenere debet propter eādē cām.

Capitulū quintuꝫ de sōno ꝛ uigilia.

De quinta re non naturali. s. de somno ꝛ uigilia. dicendū ꝙ huic viro cōpetit somnus aliqualiter lōgior ꝙ si colericus esset ꝛ macer propter meliorē digestionē ciborū ꝛ potuum ꝛ restaurationē aīal virtutis. itaqꝫ postꝙ cibatus fuerit post horam unā dormire incipiat ꝛ procedat in eo septē ul' octo horis super dextro latere prius prima dormitione super sinistra in secunda dormitōne decubēdo. ꝛ caput et membra eius diligenter cooperta sint. ꝛ omnino fugiat caput tenere decliue propt oppilatōem que sequeretur in ipso. Caueat a dormitione super spina propter timorē egritudinuꝫ nuche et mēbrorū motus. De dormitiōe vō diurna dicendū ꝙ si conuenienti tēpore dormiat ī nocte somnus diurnus est dimittendus. si autem nō sufficienter dormiuisset. tunc pōt ei concedi dormitio diurna distans a prandio per horam cū dimidia. Et si ad hoc consuetudo dormiēdi foret. ꝛ quia humiditas eius multa ratiōnabilit' ad uocat somnum. ideo non uitupero dormitionem diurnam per unā horā. superfluitatem uero dormiendi tam de nocte ꝙ de die oīo fugiat. generat eni reumatismos implet caput et neruos ꝛ lassitudinem mēbrorū efficit. reliquo autē tēpore uigilandū ē ultra predictum.

Capitulū sextū de accidētibus aīe.

Accidentia uero aīe propter que magna fit in spiritibus ꝛ humoribꝫ agitatio ꝛ fortis ꝛ uelox tractus spirituum ꝛ humorū de interioribus ad exteriora oīo euitare debet ut ira furor ꝛ consimilia. propter hec eni accensio facile fieri possꝫ in humoribus ꝛ spiritibus. propter quod perducetur ad febrē. Similit' etiaꝫ accidentia melācolica velut angustia tristitia et longa meditatio de tremēdis rebus debent seponi. ex hoc eni suffocati detinētur spiritus et humores in profundo cordis. unde parantur ad suffocatōem et extinctōem ipsorū. propter hoc bene scribitur tertio tegni. ꝙ hec accidētia exterminant et mutant corpus a naturali consistentia sua. vnde letandū est et bene sperandum et uita iocūda regendū.

Sectio tertia. Capitulū principale de regimine preseruatiuo huius viri ab incursu accidentiū ꝙplurimorū que sibi accidere parata sūt.

Quoniam vir iste non indiget regimine simpliciter curatiuo egritudinū cū nondū inciderit eas. licet sit paratus. idcirco hoc tertiū capitulū cōplecti potest partes duas. In prima eni parte ponēt quedam instrumenta preseruantia ipsū a casu in egritudines. In secunda uero parte describam remedia ꝙplurima diuersis accidentibus et egritudinibus subuenientia si inciderit ea a quibus tamen miseratione diuina tueatur. In pria igit parte octo ponam instrumenta que sufficiēter preseruare possunt ipsū. quorū primum est hoc. s. ut p spaciū duorū uel triū annorū semper purgetur ī vere secūdū modū istū. ℞ pillularū aurearū pillularū de yera maiori ꝛ cochiarū ana. ℈. i. formentur pillule. vii. cū electuario rosarū ꝛ accipiantur vno mane per duas horas ante diem vꝫ in principio mensis martii et post assūptionē earū dormiat per horam unā. Et iterū quietus permaneat nō ambulando ꝛ permittat eas operari per quinque horas. tunc ergo bibat cyatum unū aque zuccarate calide. et post ipsam expectet per unā horam ꝛ prandeat post. Die vero immediate sequenti incipiat accipere hoc digestiuum et continuet ipsū diebus adminus septē in hora supradicta calidū accipiendo ipsū et non comedat post ipsū nisi transierint hore quattuor. Cuius descriptio ē hec. ℞ sy. compositi acetosi. ℥. i. sy. de absinthio. ℥. ʃ. aque bethonice eupatorii et feniculi ana. ℥. i. misce. Octauo uero sequenti die hora iam predicta accipiat hunc potū. ℞ electuarii indi. ʒ. iii. electuarii ď psilio. ʒ. ii. misce cū cyato uini albi aromatici calidi et obseruet post ipsū conditiones descriptas in pillulis ante positis. ꝛ hec sit purgatio pro vere appropriata. Pro secūdo uero pricipali instrumento est purgatio quam in autumno debet facere incipiēdo post medietatē septēbris per hunc modū ℞ pillularū de reubarbaro pillularū aurearum ana. ℈. ii. formentur pillule octo cū succo rosaruꝫ ꝛ accipiantur obseruando cōditiones descriptas ī primis pillulis. Die vero immediate sequenti accipiat hoc digestiuum calidū continuando ipsum septē diebus. ℞ sy. de bisantiis mellis rosati colati sy. de endiuia ana. ℥. ʃ. aque acetose et lupinorū ana. ℥. i. aque mellisse. ℥. i. ʃ. misce ꝛ accipiatur hora et conditionibus obseruatis in altero digestio Octauo vero sequenti die purgetur per hunc modum. ℞ electuarii ď epithimo. ʒ. ii. cassie fi. preparate cū aqua cicoree. ʒ. vi. reubarbari electi. ℈. ii. squinanti. g. vi. salis gēme. g. i. misce ꝛ cū aqua zuccarata calida in aurora accipiatur attendendo conditiones in primis pillulis notatas. Tertiū principale preseruatiuum huius uiri est hoc. ℞ aloes epatici electi. ℥. iii. agarici electi. ℥. ʃ. pulpe coloquintide. ʒ. i. ʃ. epithimi polipodii ana. ℈. ii. salis gemme. ʒ. i. anisi feniculi rosarū uiolarū sandalorū amborū ana. ℈. i. puluerizentur omnia p se. deinde submergantur in libra. ʃ. succi endiuie et in. ℥. ii. succi absinthii et diligenter commisceantur in vase uitreato et ponantur sub radiis solis sepe commiscendo usquequo exiccentur. Cuꝫ ergo

exiccata fuerint iterū renouentur succi ⁊ cōmisce
antur ⁊ exiccentur ⁊ ita fiat quater. de hac g° ma
teria fiant pillule de omni. ʒ. vii. ⁊ de eis acciper̄
potest omni die quarta uel quinta unaʒ uel duas
parum ante cenā. Et credo q̄ in istis includatur
magna pars conseruandi sanitatē eius. de quibus
etiam pillulis omni tertia die accipere pōt unam
parū ante cenā. quādo assūit syrupos ante scriptos
Et proprie si uēter eius non fuerit bene fluxibil̄.

Quartum instrumentuʒ principale est hoc. ℞
specierū electuarii de ligno aloes descriptōe Aui
cenne quinto canone summa prima. ʒ. i. ſ. specierū
dyacinamomi descriptione M. esue ī antidotario
. ʒ. i. trociscorū diarodon. ℈. i. zuccari albi libram
. ſ. coquatur zuccarū cum aqua absinthii ⁊ fiat cō
fectio in rotulis magnis de qua accipe saltem bis
in septimana quantitatē unius alee. confortat enī
digestiuam ⁊ appetitū ⁊ consumit flegmata preci
pitando ea per uias inferiores aperiendo op-
pilationes. s. que fiunt. Quintum principale in
strumentū est q̄ vir iste a pricipio mēsis octobris
per totum mensem aprilis saltē bis in septimana
circa ortū solis accipiat coclear unū xiloballsami
conditi. clauditur enī in eo magna uirtus conser
uandi principalia mēbra oīa preseruando ab au
gumento flegmatis ⁊ melancolie ut ex suis locis
facile colligi potest. Sextū principale remedi
um est hoc. ut in diebus in quibus aer ad magnaʒ
frigoris intemperieʒ conuertitur. iste vir utatur
zinzibere condito accipiendo de ipso radicē vnaʒ
in ortu solis ⁊ tardet cibationē horis quatuor.

Septimum instrumētū est ut a principio men
sis madii per totū mense septēbris utatur hac cō
fectione de qua accipiat saltē tribus uicibus in sep
timana rotulā unam immediate post cibuʒ. vigo
rat enī digestionē stomachi ⁊ epatis ⁊ prohibʒ op
pilationes coarcendo furiā colericarū materiarū
Cuius descriptio est hec. ℞ rosarū spodii se. endi-
uie acetose ⁊ scariole ana. ʒ. i. cinamomi electi. ʒ.
. ii. ligni aloes. ʒ. ſ. zuccari albi librā . ſ. coquatur
zuccarū cum aqua endiuie et fiat confectio in ro-
tulis ponderis. ℥. ſ. Octauū et ultimuʒ remedi
um principale est hoc. ℞ laudani electi. ʒ. ii. resine
. ʒ. vi. corallorū amborū rosarū spodii sandalorū
utrorūque ana. ʒ. ſ. storacis calamite ligni aloes
gallie mus. ana. ʒ. iiii. coriandri preparati grano
rum mirti ana. ℈. ii. pulueris mente ⁊ cimini tor
refacti ana. ʒ. ii. cere quātū sufficit. fiat unguentū
medie glutinositatis. de hoc igitur unguento sto
machus epar locus splenis ter uel quater in septi-
mana inungi possunt quolibet anni tempore. Ex
his itaque omnibus remediis utendo cū cōuenien
tia regiminis descripti in secundo capitulo prin
cipali preseruabitur ab incursu egritudinū ad q̄s
uidetur ēe patus qd̄ sibi cōcedat altissimus ⁊ misi
cordia gratissimus.

Sectio quarta cōtinens. iʒ capitula. Capituluʒ
primū erit de oppilationibus cerebri.

Licet hic eximius doctor non egrotet actualiter
pp tamen augumentū humiditatis abundantis ī
corpore eius paratus ē facile cadere in plurimas
egritudines. Et quoniam plerūque cōtingit viris
iuris consultis diuersas circuire ciuitates in q̄bus
fortasse non inueniuntur medici scientie ⁊ opere
conuenienter docti. Idcirco ut ipse possit sibi sub
uenire quibusdam dispositionibus discurrā p eas
regimen subcincte conuenienter curandi describē
do sibi cū medicinis oportunis ut nunc sequitur.

Primo itaque doctor iste paratus est oppilati
onibʒ cerebri tū propter augumentū humiditatis
in capite generate per uiam indigestionis tum ēt
pp illam que multiplicatur in eo per uiam euapo
rationis. idcirco si perciperet grauitatē capitis
cum difficultate expirandi ⁊ inspirandi per nares
cū pondere percepto ibi ⁊ in partibus frontis ⁊ in
concauo palati in loco colatorii ⁊ prohibetur de
scēsus eius quod antea per nares euacuari solebat
tunc ista sūt signa oppilatōuʒ predictarū ptiū. Id
circo q̄citius est possibile prouideat sibi ne perdu
ceretur ad epilensiam apoplexiā l' ad subeth. i. ad
pfundū somnum. Primo igitur accipiat in auro
ra. ʒ. i. pillularū cochiarū et tardet cibū tribus ho
ris obseruando ea que de primis pillulis in prio
capitulo scripta fuerunt et eadem die in uesperis
fiat gargarisma cū hoc medicamine. ℞ aque ma
iorane aque lauri ana. ʒ. i. ſ. oximellis squillitici
. ℥. ii. subtilis pulue. yreos. g̃. iiii. calefiat totum ⁊
fiat ex eo gargarisma. vi. uel octo uicibus p horā
ante cenam. Sequenti uero mane per unam horā
post ortū solis impleat os suū aqua tepida ⁊ p na
sum suum trahiiciat leuiter quattuor uel quinque
vicibus de hac mixtione. ℞ aque maiorane. ℥. ii.
sy de sticados. ℥. i. zuccari albi. ℥. ſ. syr upi simpli
cis acetosi. ʒ. ii. īpleatur uola manus calida ⁊ tra
hiiciatur ut dictum ē. Et illa remedia possunt cō
ferre quattuor dispositionibus profundis in cere
bro. secūdo oppilationibus colatorii. tertio oppi
lationibus rige uel superioris partis nasi. quarto
dolori g̃uatio capitis.

Capitulum secundū de cura doloris pungitiui
capitis.

Si autem dolor in capite pciperetur pungitiuus
uel mordicatiuus. tunc consulo q̄ statim faciat si
bi fieri flobothomiā de cephalica cōtraria parti
magis grauate per quam extrahantur sanguinis
. ℥. iiii. Item pro hac intentione accipe in aurora
pillulas istas. ℞ pillularum aurearum pillularū
cochiarum ana. ℈. i. boni pōderis. formentur pil
lule. v. cum electuario rosa. et accipiantur obsuan
do conditiones que dicte sunt in aliis pillulis. Itē
eodē die in vesperis faciat sibi appōi ventosas cū
scarificatione super spatulis in carnosis partibus
lateris ipsarum. Item quarto pro hac intentione
odoret hoc compositum. ℞ maiorane. ℥. ſ. acatie
sandalorum alborū rosarū spodii ana. ʒ. i. pulueri
zentur et ligentur in panno lineo et odorentur.
Item pro hac intentione faciat sibi fieri lotioneʒ
a pedibus usque ad inguina ex aqua calida decoc
tionis violarū rosarū florū salicis et uitis p unā
horam ante cenā.

Capitulū tertiū de cura doloris colli spatula-
rū et nuche.

Si tempore plenitudinis capitis virtus trāsmu
taret materiam ad partes colli spatularuʒ ⁊ ner
uorum ⁊ musculorum posteriorum. tunc statī ap
ponat ei hoc clistere. ℞ benedicte. ℥. ſ. electuarii
dyacastorei. ʒ. ii. zuccari ru. cassie fi. ana. ℥. ſ. salis
gemme. ʒ. i. olei oliuarum ⁊ de sisamo ana. ℥. i. ſ.
misce et calefiat totū ⁊ fiat clistere per unaʒ horā
adminus ante prandium ⁊ cenam. secundo ad eā
dem intentionem ponentur uentose due in superi
ori parte natiuʒ cum scarificatōe. Tertio p eadē

intentione fiat inunctio partiũ dolentium cũ istis oleis. ℞ olei de ruta olei yrini olei amigdalarũ dulcium.℥.i.ß.pulueris sticados abrotani ana.℥.i.conquassetur sil' ⁊ de istis actu calidis fiat linimentum.

Capitulum quartum de remediis sonitus auris ⁊ cet'.

Pro sonitu uero uel tinnitu qui in eo apparer' solent. In sero quando uadit ad lectum distantez a cena per tres horas accipiat.ʒ.ß. beni metridati cum.℥.i.aque rute calefacte. Item inclinet aurem ⁊ tempora super hoc sacculo calefacto euaporãdo partes illas. ℞ mellisse rute abrotani sticados pulegii calamenti ana.M.i. origani.M.iiii.fac puluerem grossum ⁊ impleatur ex eo sacculus unus ⁊ calefiat super tegula. Itẽ tertio pro hac intentõne confert sepe immittere auri uel auribʒ duas guttas de succo origani tepido premundificando aurẽ panno lineo retorto.

Capitulum quintum de quibusdam appropriatis ad imaginationes que sũt nocumẽta corruptionis uisus.

Ad hanc dispositionẽ confert sepe ĩ sero superaspergere caput de puluere isto. ℞ cinamomi subtilis ℥.i.pulueris piperis nigri.℥.i.ß.piperis albi.℥.ß.croci.ʒ.ii.zinziberis electi cardamomi maioris quod ẽ granũ paradisi ana.ʒ.i.ß.eufragie.ʒ.vii.fiat omnium per se puluis ⁊ cõmisceantur. Itẽ secundo confert ad illud sepe odorare ⁊ comedere maioranam in cibariis. Item tertio multũ utile est hoc compositum. ℞ succi rosarũ rute et feniculi ana.℥.ß.ligni aloes.℈.i.salis gemme.ǧ.xii.litii.ǧ.viii.puluerizentur subtiliter et commisceãtur adinuicẽ et ex hoc composito quater in die bis ante prandium semel ante cenam per horã ⁊ semel quando uadit ad lectũ una gutta ponatur in oculum ⁊ incumbat supine per quartã partẽ hore. cõferunt etiam mirabiliter ad hanc intentõem pillule scripte sepius 2° cap'lo de preseruatione.

Capitulum sextũ de regimine catarri.

Si autem materia catarrizaret ad nasũ prouocando ei sternutationẽ cuʒ punctione ⁊ caliditate ibidem percept' et cum descensu aquositatis a naso. tunc statim fiat huic viro clistere descriptum ĩ tertio capitulo immediate precedente. Item optime sunt ei pillule descripte in secundo capitulo ꝺ dolore pungitiuo. Tertio conferunt ei fricationes fortes a spatulis vsque ad nates ⁊ ab hũeris vsqʒ ad manus. Quarto conferunt ei lotiones pedum scripte in capitulo tertio. Itẽ ad hanc intentionez vtilimum est sepe odorare nigellã torrefactam. Si autem materia catarrizaret ad fauces. tunc factis euacuationibus descriptis in primo capitulo de oppilationibus ter conuenit ei iungere partes illas cũ oleo de camomilla ⁊ cum oleo liliorum leuiter calefactis. Itẽ confert sepe colluere os ⁊ ipsum tenere plenum hoc composito. ℞ aque ordei subtilis cyatũ unum rob nucũ.℥.i.misce et fiat ut dictum est. Item pro quarta intentõe conueniunt fricatões ventose ⁊ scriptũ clistere. Itẽ ad hanc intentionẽ confert frequẽter ligare partes brachii superiores prope principium hũeri ligatura stricta ⁊ dolorosa.

Capitulũ septimũ de remediis conferentibʒ catarro descendẽti ad pectus.

Cum autem contingit materias a capite catarrizare ad pectus. tunc premissis canonibus positis in capitulo de oppilationibus cerebri ⁊ facta flobothomia si uidebitur representari magna plenitudo in caliditate ⁊ premisso clisteri uentosationibus ligaturis et fricationibus predictis in sero quando uadit ad lectum accipiat hoc compositũ ℞ diayris diacalamenti ana.℈.iii.misce et bibat cum medio cyato aque ysopi. Secũdũ remedium optimum ad hanc intentionem est hoc. ℞ capillo. ve. radicũ enule ysopi lupulorũ anisi ana.M.i.ficuum pinguium dactilorũ ana numero.vi.coquãtur in libris octo aque vsque ad consũptionez tertie partis ⁊ bibatur de ea cyatus unus in aurora et alter cyatus per horaʒ ante cenã ⁊ tertius cyatus per tres horas post cenã. Hec enĩ decoctiõ maturat materias in pectore receptas expellit eas mundificando ipsũ ⁊ pulmonẽ.

Capitulum octauum de remediis ad pulsũ uel motũ tremulũ cordis conferentibus.

Cum apparet in corde magnus motus qui pulsatio cordis uel saltus denomiari solet. tunc si apparent signa manifesta plenitudinis ex rubore pectoris plenitudine et extensione venarũ in ipso existentium uel gule cũ caliditate manifesta ibidem percepta cũ grauitate eleuandi partem pectoris tũc statim fiat flobothomia de basilica dextri brachii inuenta sub cubito et extrahantur sanguinis ℥.iiii. uel.v. Si autem non appareret grauitas tanta. sed perciperetur rugitus ⁊ motus sonitus in pectore. tunc statim fiat ei flobothomia de basilica sinistri brachii ⁊ extrahantur sanguinis.℥.iii.uel.iiii. Ipsa enĩ confõrtat excellenter in repletione uaporosa. sicut flobothomia basilice dextre in materiali repletione eius. Item ad hanc intẽtionem confert comestio buglosse cuʒ omni cibario suo ⁊ appositio aque eius in cibo ⁊ potu suo. Tertiõ confert ad hãc intentionẽ cõfectio dyamusci dulcis de qua semper accipiat ante cibũ et post ipsuʒ cum signis repletionis a materia frigida. Si aũt apparerent signa materierum calidarum. tũc cõfert comestio corticis citri confecti. Item confert bis in die assumere.ʒ.i.pulueris purissimaꝝ margaritarum cum.℥.i.aque rosarum. Itẽ ad hũc saltum cordis confert uehementer in die accipere.ʒ.i.pulueris zedoarie cum.℥.ii.aque buglosse ⁊.℥.ß.uini aromatici et bene fumosi. Itẽ ad hunc pulsum cordis mirabiliter confert hoc epithima. ℞ aque buglosse libram.i.ß.aque mellisse rosaꝝ ana libram.i.spodii rosarũ foliorũ basiliconis cortic. citri zedoarie croci ana.ʒ.ß.yacinthi smaragdi saphiri ossis de corde cerui ana.℈.ß.foliorum auri contritorum numero.iii. aceti.℥.i.ß.uini maluatici cyatum unum. buliant omnia simul leuibʒ ebulitionibus. deinde infundatur in eis pannus de grana latitudinis unius semissis ⁊ supponatur regioni cordis quater uel quinquies ante prandium ul' cenã ⁊ felicitabit' operatio sua.

Capitulũ nonum de nocumẽtis stõi cũ diuersis remediis eorum.

Multotiens propter inuentionem multoruʒ flegmatum in stomacho huius doctoris accidit diminutio in appetitu. et tunc conueniunt ei pillul' sue scripte in secundo capitulo que accipiantur ut ibi dictum est. Item confert ad illud uti hac confectione de qua semper post cibum accipiat.℥.i. ℞ cõserue citoniorum.℥.iiii.gariofilorũ mastic.coral.

ru.spodii ana.ʒ.ß.macis.ʒ.i.ß. incorporentur simul cum syrupo cōposito acetoso. Si autē noceat digestiua stomachi de melioribus rebus est. ut in mane accipiat per tres horas ante cibū .ʒ.ß.dyatriumpipereon et post ipsam bibat quartā partem cyati bone maluasie vel uini aromatici alterius. Et si contingat in stomacho eius generari et congregari ventositates multas que impediunt digestiuam mobilitando cibum in stomacho et faciunt dolores tortuosos in eo. tunc prouideat sibi tribus remediis. Primum ut comedat tres bolos de mēta recenti que bene aromatica ē et habeat stipitem rubeum declinantem ad nigredinē. Secundū vero remedium est ut in medio sue cibationis degluttiat granum unū quantū ē granū ciceris de thure masculo electo a cortice eius. Tertiū remediū ad hoc est ut semper in fine cibi comedat .ʒ.ß. confectionis diacimini descriptōe Nicolai et bibat post ipsam cyatū mediū boni uini aromatici.

Capitulum decimum de quibusdam nocumentis que parata sūt uenire spleni eius.

Quandoque propter flegmata que precipitāt ad splenē etiam propter frigiditatē in sinistro ypocōdrio aduenientē. Et adhuc tertio propter usum rerum pinguium et uiscosarū et uentosabilium. velut sunt butyrū pinguedo aīalium pedes neruose et panniculose partes aīaliū propter lac et cibos pastiles accidunt oppilatōes in splene propter q̄s ventosantur ibi materie cum nocumento magno. Idcirco prouideatur huic viro triplici remedio infrascripto. Primum est ut habeatur pannus de filtro infusus in aceto calido in quo prius extīctū fuerit bis frustrū calibis calefactū et apponatur filtrū illud ypocōdrio sinistro .i. sub costis sinistri lateris. Secūdū remediū ē ut super eadē parte apponat ceratū hoc. ℞ armoniaci mollis .ʒ.i. bdellii subalbidi .ʒ.ii. caruī scolopendrie tamarisci corticū capparorū ana .℈.i. dissoluantur gumme cum aceto acuto et fiat ceratū unū semicirculare super fustaneo et applicetur super ypocōdrio predicto. Tertium remedium ad hoc est ut iste vir comedat ante cibū .ʒ.ß. huius confectionis. ℞ trociscorum de capparibus .ʒ.i.ß. cinamomi electi spice ana .℈.i. zuccari al. ʒ.iii. cū aqua scolopendrie fiat confectio in rotulis ponderis .ʒ.ß. Et quando molestatē istis doloribus recordetē sēp comedere ante cibum .xx. cappares cū oleo et aceto conditos.

Capitulū undecimū de qbusdā nocumentis q̄ epati suo superuenire possunt.

Propter predictas causas et adhuc propter uestium stricturam magnā circa ylia et propter magnū et frequens exercitium coitus non raro accidunt in epate oppilationes in gibbo eius. et cognoscuntur per urine tenuitatē et discoloratōem et paucitatē ypostasis. tunc ergo acceleret accipere hunc potum per horam ante diem cū cyato medio aq̄ lactis caprini et tardet comedere usque ad sex horas. ℞ cassie nuper preparate cū aqua cicoree .ʒ.vi. reubarbari electi .℈.ii. spice nardi .g̃.v. sal gēme .g̃.i. misce. Item eodē tēpore utatur hac confectione. ℞ specierum dyarodon .ʒ.i. specierū electuarii de ligno aloes spice nardi se. apii ana .℈.i. zuccari al. ʒ.iiii. cum aqua cicoree fiat confectio in rotulis ponderis .ʒ.ß. Si autem apparēt feces subalbide et vrina rubea et ignea et facies et oculi citrini cū amaritudine oris. tunc ista significant oppilationem in concauō epatis et in canali fellis descendente ad intestina. tunc ergo celeriter accipiat predictam medicinā addēdo ei .ʒ.ii. aque apii loco aque lactis et utatur confectōne predicta. Itē inungi faciat ypocondriū dextrū usque ad ylia cū hac unctione. ℞ olei nardini .ʒ.i.ß. olei de absinthio .ʒ.i. se. apii .g̃.x. petro. carui siseleos ameos ana .℈.ß. spice nardi .℈.i. spodii .g̃.x. cere albe quātum sufficit. fiat unguētū molle et cōspgatē cum modico aceti albi.

Capitulum duodecimum de oppilatōibus et doloribus renū.

Quoniam iste vir abundat pinguedie circa renes eius et multo flegmate tam in stomacho q̄ in epate genito et frequenter est causa oppilandi precipitando ad eos. Idcirco cū perciperet grauitatē in partibus renū et frequentē mictū cū pauca quātitate effusionis vrine et esset ipsa vrina tenuis alba aut parū tincta cū ypostasi ualde modica. tūc statim prouideat sibi tribus remediis. Quorum primum est hoc. ℞ pulpe tamarindorū et sebesten dissolutorū et aque petro .ʒ.i. reuponticī .ʒ.ß. salis gēme .g̃.ii. spice nardi .g̃.vi. electuarii rosa .ʒ.i. misce et bibatur totum cum .ʒ.ii. aque decoctionis seminū cōium et tardet cibum suum per sex horas. Item emplastret renes exterius cū hoc compoīto ℞ pitarie recentis .ʒ.iiii. foliorū apii .M.ii. farine ordei et orobi ana .ʒ.i. buliant herbe in uino albo potenti usque ad magnā mollitiē. deinde pistētur et addantur farine predicte cū .ʒ.ii. olei nardini et fiat emplastrum quod calidum apponatur super renibus et est remediū secūdū. Itē tertiū remedium ad hoc est istud. ℞ specierū electuarii de seminibus descriptione Mesue in antidotario .ʒ.i. syrupi cōpositi acetosi .ʒ.i. aque asparagi .ʒ.iii. misce et calidū accipiatur in aurora et non comedat nisi post quattuor horas. Si autē renū oppilatio cōtingeret a multitudine harenularū que inuiscatē forēt in renibus. tunc remedia predicta sunt conueniētia. Itē bibat in aurora .ʒ.v. aque milii solis cum .ʒ.i. specierū iustini descriptōne Nicolai et de predicta aqua ante cenā bibat .ʒ.iiii. absque puluere. Et si iterū oppilarentur renes a lapillis quod cognoscitur per dolores in loco renū posterius et ī yliis per nausee perseuerantiam et urine paucitatem et frequentē mictum. tunc prouocetur ei uomitus per horam post cibū cū aceto et tripla pportione aque cōmixtū que tepide bibantur. Itē fiat sibi clistere hoc. ℞ descriptū superius in prima parte huius capituli. Item detur ei hic potus. ℞ aq̄ saxifragie .ʒ.iii. specierum litontripon .℈.ß. uitri combusti lapidis spongie lapidis iudaici ana .℈.i. misce et bibatur totū.

Capitulū decimūtertiū d̄ mō puidēdi febribus quas paratus est incurrere.

Propter oppilatōes ad quas paratus est iste vir ut patuit in capitulo undecimo huius secūde partis frequenter apta est ebulire et putrere colerica materia et facere sibi febrem colericam que si continue affligeret ipsum. quod cognoscetur per insepabilitatem eius cū excrescentia de tertio ī tertiū uentre prius lenito cū clisteri superposito. statim fiat ei flobothomia de saluatella manus dextre posita inter annularē et auricularem digitum l' medium et educantur sanguinis .ʒ.v. Et post flobothomiam leniatur uenter eius cum hac medicis

℞ pulpe tamarindorū ⁊ cassie ana.ʒ.ß.reubarba
ri electi.℈.i.aque lactis caprini cyatū unū misce ⁊
tardꝫ comedere post sex horas accipiēdo ipsā sicut
dictum est in purgationibus ueris ⁊ autumni obser
uando conditiones. Sequenti uero mane accipi-
at hoc digestiuum quod continuet per quinqꝫ dies
℞ oxizachare .ʒ.i.sy.uiolarū.ʒ.ß.aque acetose et
cicoree ana.ʒ.i.ß.misce.deinde in sexta die sequē
ti accipiat medicinā prescriptā et attendat come
dere lactucam atriplices spinachiam bletam por
tulacam cicoream ⁊ cōsimilia cū acribꝫ ⁊ acetosis
⁊ bibat uinū ponticū uel bruscū in sua cibatione.i
fra cibationē uero suam non bibat nisi aquā ordei
leuiter zuccaratam. Si autē febris in eo apparet
tertiana pura solum omni alterna die molestans
ipsū cū mundificatione diei intermedie. tunc uta
tur omnibus remediis que scripta sunt immedia
te ante.sit tamen parcus in faciēdo flebothomiā
in hac febre.nisi appareret urina rubea grossa
cum plenitudine uenarū corporis ⁊ extensione et
colore rubeo permixto citrinitati ⁊ digerat mate
riam et euacuet minore tamē quantitate digeren
tium ⁊ euacuantium in hac febre ꝙ in predicta ⁊
non comedat ante paroxismū distanter minus ꝙ per
quinque horas et post finē febris per duas horas
Et si febris illa esset tertiana non pura ad quam
iste vir magnifice est paratus propter multitudi
nem flegmatis ⁊ proprie grossi abundanter in eo.
ex cuius mixtione cū colera fit tertiana nō pura
nominata nota.tunc omnia remedia infrascripta
sunt sibi conuenientia. Primo ut euacuet materi
am minoratiue cū.ʒ.ii.ß.electuarii de dactilis ⁊
.ʒ.ß.cassie cū medio cyato aque lactis. Secundo
digerat materiam cū hoc composito. ℞ sy.simpli
cis acetosi.ʒ.i.sy.de eupatorio.ʒ.ß.cum aque ace
tose cicoree ⁊ feniculi ana.ʒ.i.misce ⁊ frigidū acci
piatur in aurora in diebus caloris ⁊ calidū i die
bus frigoris continuando ipsū tam diu ꝙ appa
reat urina remissa in tinctura ⁊ substantia neque
valde subtilis i fundo eius stet ypostasis alba uni
ta similis in partibus ⁊ diafana uel transparens
non ualde grossa.tunc ergo die immediate sequen
ti leuatur uenter eius cū hac medicina. ℞ cassie
preparate cū aque cicoree.ʒ.i.reubarbari agari
ci electorū ana.℈.i.spice zinziberis ana.g.iiii.sal
gemme.g.i.aque emulsionis seminū cōium .ʒ.iii.
calefiat totū ⁊ bibatur ⁊ tardet cibū saltē horis
sex ⁊ comedat cibaria predicta frigida commixta
cū aliquibus foliis petro.feniculi et consimilibus
calidis et aperitiuis.⁊ in hora cibandi ⁊ in aliis
modum obseruet in cura duarum febrium prece
dentium scriptum et felicitabitur operatio eius
miseratione diuina in cuius laudes immortales
semper dirigantur intentio ⁊ omnia opera q sit
benedictus in secula seculorū Amen.

Consilium de neutralitate decidentie ut multum
secundi ⁊ tertii significati dependente principal'r
ex nocumento splenis i uirtute digestiua ⁊ expul
siua ipsius.ad quam secuntur nocumēta in capite
corde epate stomacho splene ⁊ renibus.

Capitulum primum de causis.

e Gregius legū doctor ⁊ nobil' vir do
minus Bartholomeus d' ualaniara
na laborat dispōe q uer' neutralitas
denoiari dꝫ.nō enī opatōes corporis eius sūt leo
lumes nec etiam sensibiliter lese.ideo dispositio
eius neutralitas est.⁊ non quidem est neutralitas
primi significati.propterea quia corpus habens
eam est uere mediū sanissimi corporis et egerri
mi non quidē ꝙ tale nō pticipet sanitate et egri
tudine.quia illud ē simpliciter īpossibile.sanitas enī
et egritudo sūt passiōes hūani cōporis uiuētis.sed
corpus mediū extrēis sanissimi corporis ⁊ egerri
mi dicitur tale quoniam non participat sanitate
neque egritudine a quibus denominabile sit tale
Est autem predicti viri neutralitas secundi signi
ficati.eo quia participat utroque extremorum.s.
sanitate et egritudine aut equaliter aut inequal'r
aut secundū lapsum qualitatū primarū īter se aut
passiuarū inter se aut tertio secundū diuersitatē
naturarū ad inuicem cooperatarū. Et primū
quidem ītelligitur quia neutralitas secundi signi
ficati penes modū primū iam predictum cadit s'
assignatur penes lapsū inter contrarietates quali
tatū actiuarū.s.inter frigiditatē ⁊ caliditatē p q
rū excessū nocetur corpus nocumento insensibili
non tamen manifesto.Et similiter intelligendum
est de cōtrarietate que cadit inter qualitates pas
siuas.vꝫ inter humiditatē et siccitatē.potest enim
in corpore intendi caliditas ⁊ remitti frigiditas
adeo ꝙ nocebitur corpus nocumēto insensibili tā
tum.Et ita potest itendi siccitas et remitti humi
ditas itaque corpus impeditur in operationibꝫ
insensibiliter tamē. Similiter etiā secūdo assigna
ri potest neutralitas secundi significati penes lap
sum in naturis assignabilē ut quia leditur in cō
plexione ⁊ non in compositione aut econuerso.Et si
militer de tertia natura dicendū est. Est etiam i
hoc viro neutralitas tertii significati.eo quia in
hoc uiro inuenitur dispositio cerebri per quam
aliquando nocetur licet insensibiliter. aliquando
vero inuenitur hec dispositio in corde stomacho
splene et musculis et aliis membris motus per
quam aliquando inperficiuntur operationes pre
dictorū mēbrorū insensibiliter tamen.Ex quo ap
paret ꝙ hic vir laborat neutralitate secundi si-
gnificati et neutralitate tertii ut dictum est. Ap
paret secundo ꝙ hec neutralitas in eo prima uel
secunda non est dicenda in eo simpliciter semper
talis.quia non apta semper perdurari.neque nūc
talis quia non apta pusillo tempore permanere.
ergo erit dicenda dispositio hec neutralitas secū
di et tertii significati talis ut multū. patet conse
quentia a sufficienti diuisione cuiuslibet neutrali
tatis in simpliciter semper ī simpliciter ut mltū
et ut nunc diuise a Ga.primo tegni illo capitulo
Quoniā autē et neutrū tripliciter dicitur. Unde
ex fundamento isto sequitur ꝙ dispositio huius vi
ri instabilis ⁊ frequenter permutabilis. propter
quod si ei non prouideatur quandoque percipiet
nocumentū in cerebro corde splene et in mēbris
motus.vnde quia ex nocumento insensibili diuer
sarum partium de facili potest venire ad lapsum
insensibilem.hic vir qui nunc est neutralis neutra
litate decidentie permutari posset frequenter et
facile ad latitudinē egritudinis ut nunc ul' ut ml'
tum aut simpliciter tales denominande. Ne aūt
predicti sermones absque fundamento uideātur
prolati.idcirco paulisper circa eos contemplādū
est.Cerebrum enim huius viri a medio speciei s'

generis elongatum est per frigiditatem et humi
ditatem augumentatas in eo. Apparet autē hoc
posse deduci a posteriori. Primo quidē qa fa
cile leditur ab infrigidantibus et humectātibus
Secundo per effusiones materierū multarum
que ab hoc viro expelluntur per os spuendo p pa
latum ⁊ per nares. Tertio quia mollities tactu
pcipitur partibus adiacētibus cerebro. Quar
to per lesionem in operationibus interiorū et ex
teriorū sensuū. Interiorū quidem quia non bene
deseruit ei in operando fantasia. neque etiā ima
ginatiua potentia in componēdo diuidendo affir
mando uel negādo. Et quinto iterum propter
mobilitatē in opiniōibus. Et sexto adhuc pro
pter nocumentū operationum elicitiue uel cogitati
ue potentie que extrahit sensata ex insensatis ⁊ sic
de multis aliis signis que propter longitudinē di
mittuntur. Est autem cor ipsius etiā distempera
tum in frigiditate et humiditate essentialiter. ac
cidentaliter autē supercalefactū est a multitudīe
humorū et fumorū calidorū ab epate sibi delega
torū. Et paruitas enī pulsus eius tarditas ⁊ ra
ritas aut saltē parua uelocitas ⁊ minor frequētia
significant hoc ⁊ elongatio ab audacia ⁊ aiositate
⁊ lenitas sinistre partis pectoris ⁊ nuditas eius
a pilis significāt cōplexionē cordis iā dictā. At
uero stomachi eius discrasia frigida est et hūida
quod apparet ex debilitate appetitus ⁊ digestiōis
etiam lenitio stomachi ex multitudine generatio
nis ⁊ congregationis uentositatū in eo ⁊ rugitus
⁊ eructuatio ⁊ uentris interpollata lenities. Hec
omnia significant stomachū lapsū ad frigiditatē
⁊ humiditatē. his autem mēbris omnibus subuēit
eis aliqualiter natura faciendo epar eius calidū
et humidū notabiliter. quodlibet contraoperetur
cerebro ⁊ stomacho cōtraoperātia diminuēte aut
ad contrariū ducente. Cordi etiā fortassis contra
operatur cōtraoperantia equante. propter quod
felicitatur eius dispositio ⁊ prohibetur a manife
sto ⁊ sensibili lapsu. ⁊ sic remanet in eo neutra
litas secundi et tertii significati. Similiter etiā
de caliditate ⁊ humiditate renum huius uiri dici
potest. Ex quibus omnibus apparet ꝙ stāte lapsu
in cerebro corde et stomacho propter quos lede-
retur sensibiliter ⁊ fieret eger. his tamen contra
operante potentia epatis vt predictū ē. remanet
lapsus neutralis a sanitate et egritudine elonga
tus. At uero iterū licet secūdū predicta hic vir
laboret dispositione neutrali. tamen secūdū unū
mēbrū iste vir est eger egritudine ut multum de
nominanda. Est autem hoc membrū in ipso splen
in quo quasi semper reperiuntur oppilatōnes que
sunt egritudines cōpōnales ⁊ tensiōes ⁊ apostēata
dura q̄ sūt egritudīes cōpōnales ⁊ cōposite. penes
quod membrū tanquā penes fundamētum facile
demonstrari potest. quare hic uir frequēter egro
future et presentis obtalmie. In octauo tanget aliquid de regimine ignanticorū. Et nono et ultimo memorabo alia instrumenta prohibitiua descensus materierum ad pectus. Pro complemēto primi conuenienter faciunt omnia de regimie rerum non naturalium pretacta que uere preseruare possunt ab euentu colericarū febriuȝ. Instrumenta sunt que minorant colericam materiam ⁊ precipitant eam per uias inferiores tenendo ep ⁊ uenas apertas conuenienter. Et sunt quinque instrumenta quorum usus alternatim fieri debet. Et primum quidem horum est hoc. ℞ succi endiuie domestice ⁊ siluestris que taraxacon uel cicorea est succi uiolarum ⁊ rosaꝝ ana.ʒ.ii. aloes epatici puluerizati libram.ſ. masticis.ȝ.i. croci.ȝ.ſ. reubarbari electi.ȝ.i.salis indi.ȝ.i.ſ. infundātur omnia subtiliter puluerizata in predictis succis p biduum in umbra.post hec exponātur radiis frequenter mouendo.ut exiccentur uicibus tribus. de hac autem materia fiant pillule ex omni.ȝ.vi. de quibus accipiat omni fine quinque dierū unam parū ante cenam.Et poterit etiam de eis accipere omni fine.xv.dierum.ȝ.i.per horam unam ⁊ mediam ante diem.⁊ tunc tardetur cibus horis sex l' quinque. Secundū uero instrumentum ē hoc ℞ confectionis de seminibus.ȝ.i.specierū dyarodon.℈.iiii.zuccari al.libram.ſ.fiat confectio ī rotulis quattuor.ȝ.de qua accipiat a principio mensis martii usque ad finem mensis septembris saltiter in septimana rotulam unam immediate ante cenā.⁊ si etiam de ea acciperet ante prandium bonum esset ei. Tertium instrumentum est hoc.℞ olei nardini olei de mastice ana.ʒ.i.se.endiuie et acetose ⁊ spodii ana.℈.i.conquassentur in mortario ⁊ de hac medicina saltem tribus uicibus in septimana ungatur tota spina a furcula spatularuȝ īferius ⁊ ylia et ypocondrium dextrū actu tepido existente. Quartum instrumentum est hoc ut accipiat scariolam cicoream ⁊ folia recentia eupatorii pauca.⁊ cum eis saltem bis.in septimana faciat salatitiū cū albo aceto ⁊ acuto multū. Quintuȝ instrumentum est hoc.℞ diacitonitē.ſ zuccarini libraȝ.ſ.seminis acetose cicoree adianthi politrici ⁊ capillorū ueneris ana.ȝ.i.ſ.accipe de hac confectione duobus diebus successiue intermediis ī assūptione alterius confectionis ante prandium ⁊ cenā rotulā unā pro.ȝ. Si enī utat' predictis anno vno aut mēsib; nouē adeo fortificabit' uirtus eius ꝙ poterit uti rarius ⁊ quantitate minori.

Capitulū ad diariā colericam.

Apparet ꝙ ea que scripta sunt in particula precedenti preseruare possunt ab aduentu diarie colerice precipitando per uias urine ⁊ uentris mediocriter. Si autem propter aliquā causam contingeret adeo mltiplicari colerica materiā.ut stimulando uirtutē et acuēdo sanguinē fieret cū fluxus colerici.tunc prouidendum est triplici instrumento. Primum est hoc.℞ reubarbari torrefacti mediocriter.℈.ii.diaprunis simplicis.ȝ.vi. miue citoniorum.ȝ.iiii.misce totum ⁊ in aurora accipiatur cum.ʒ.iii.aque ordei subtilis et tardet' cibus eius per quinque horas. Secundū instrumentū est ut iste vir cibetur iusculis factis cuȝ brodio pedum uitulorum uel arietū ex tortellis de seni supponendo.ȝ.ii.sumach puluerizati.sunt igitur tortelli de leni panis biscoctus conuenienter et nō cōbustus. Ultimum uero instrumentuȝ est hoc. ℞ miue citonioꝝ aromatice.ʒ.i.aque extinctōnis calibis.ʒ.iii.aque sublimationis gallarū cupressi.ʒ.i.misce et tepidum in aurora pluribus diebus assumatur vsq; ad sanitatē acquisitā.

Capitulū ad stipticitatē uentris.

Posset autem contingere ut propter dominiū colerē ⁊ siccitatem eius politiuam et priuatiuam ab eius caliditate resoluendo procedentē intantum exiccaretur humiditas glandolarū carnium mesēterei ⁊ aliaruȝ partium.ut propter illud acquireretur vehemens corporis stipticitas ut frequent' accīt.⁊ tūc appet ꝙ colerice materiei mltitudo ī intestinis non semper est causa fluxibilitatis uentris pungendo et stimulando uirtutem intestinorum. ut scribitur prima primi capitulo de humorib;. ⁊ tunc huic stipticitati subueniri potest triplici instrumento. Primum est ut si apparuerit intensa rubicunditas in urina cū grossitudine substātie eius.stati aperiatur saluatella dextre manus posita inter medium ⁊ auricularem digitos.licet ut plurimum iueniatur inter auricularem et annularem directe et educantur sanguinis.ʒ. quinque uel quattuor secundū mensuram plenitudinis et prudentiam contēplatoris. Secundum ingenium est ut conetur medicus precipitare materiam per urine uias dando ī potu aquā cuscute cicoree eupatorii absinthii apii et succos earū sūmopere. aut saltem cū predictis aut sine illis detur ī potu syrupus cōpositus acetosus de seminibus uel d' radicibus cū aqua eupatorii que calida est ⁊ sicca in primo et aqua angurie que frigida est ⁊ humida in fine secundi. Tertium ingeniū est ut dentur in potu aque lactis.ʒ.iii.cū.ʒ.i.ſ.succi taraxacon. hoc eniȝ instrumentū ē leniendi precipitās materias colericas per uias ventris ⁊ urine. memora etiam ꝙ pillule suprascripte multū cōuenirent in dispositione ista.

Capitulū de preseruatōe ab harenul' ⁊ lapil'.

Cum autē uir iste perceperit in yliis et posterioribus partibus subcostalibus grauitatē dolorem et tensionem.tunc poterit concipere multitudinē harenarū uel lapillorum in predictis partib; et ppꝛie cū vrina fuerit tenuis clara ignea l' crocea Tunc ergo huic dispositioni subueniendum est triplici instrumento. Primum est vt pluribus diebus ante cenam et prandiū comedat salatitium ex foliis saxifragie pinpinelle que est species eius ⁊ herbe bechine que est altera species et herbe sana mūde que est quarta species eius et capillorū ve. hec enim omnia deponunt harenas petala trum bos et lapides a predictis locis. Secundum instrumentum est hoc.℞ lapidis lincis lapidis iudaici et lapidis spongie ana.ȝ.i. cianmomi electi.ȝ.i.ſ rubee tinctorū vitri combusti ana.℈.ii.zuccari albi libram.ſ.fiat confectio cum aqua saxifragie in rotulis.ʒ.ſ.et accipiatur ante cenā et ante prandium rotula una. Tertium instrumentuȝ est hoc ut tempore isto uir iste accipiat omni mane.℈.ii.de istis pillulis.℞ granorū edere recentium uel siccorum .ȝ.i.specierum iustini.ȝ.ſ. vitri combusti.℈.iiii.cum succo apii fiāt pillul' de ōi.ȝ.vi.et sit eorum usus ut supra.

Capitulū de preseruatōe ab ardore urine et curatōe eius cū euenerit.

Ardorem autem in uiis urinalibus futurum et

actu existentē subleuare ⁊ tollerare possunt duo in strumenta sequentia. Primum est hoc. ℞ semis portulace.℥.i.endiuie lactuce scariole acetose ana .ʒ.i.ß.seminū cōium frigidorū.℥.i. papaueris al. .℥.i.ß.penidiarū.℥.ii.zuccari albi duplū ponderis omniū fiat tragea de qua iste vir tēpore isto ante omnē cibū semper deglutiat coclear magnū.

Secundū instrumentum est hoc. ℞ granorum al'ke'kengi recentis.℥.i.succi apii succi samurion et est apium cāpestre ana.℥.ß.olei nardini.℥.iiii. olei de scorpionibus facti per decoctionem .℥.ii. misceantur hec omnia et diligenter conquassent̄ et expolita soli teneantur diu.de hac materia calida inungantur partes renales omnes mane et sero pluribus diebus ⁊ superponatur pellis uel frustrū de coto calefacta.

Capitulū de dolore capitis col'ico.

Dolor autē capitis colericus cū euacuationibus suprascriptis subleuari conuenienter potest.si aūt institerit uehementior tunc fiant instrumenta quinque. Primū ē hoc ꝙ fiat ei flobotomia ꝺ cephalica dextri brachii uel manus cū lignis mistionis colere superius tacte. Secundū ꝙ saltē fiat diuersio cū uētosis scarificatis appositis spatulis dr timetur flobotomia et proprie in mane ⁊ in augumento luminis lune. Tertiū est ꝙ si dolor nō fuerit ita intensus tētetur prius diuersio cū ligaturis fricationibus et ablutionibus pedū et manuū

Quartū est hoc. ℞ aceti albi acuti.℥.i. aque solatri aque rosarū ana.℥.i.ß.olei rosarū libras.ß. croci.ʒ.i.conquassentur hec in mortario ⁊ infūdātur panni et bene expressi applicentur fronti temporibus et vertici capitis.Si autē magna foret necessitas euacuandi cito materiā propter multitudinē et acuitatē eius ⁊ instantiam doloris ⁊ timerentur flobotomia ⁊ ventose.tunc soluatur venter cum hac medicina ⁊ tardetur cibus eius horis adminus sex.Cuius descriptio est hec. ℞ diaprunis simplicis ʒ.vi.reubarbari electi.ʒ.i.aq̄ lactis.℥.iii.misce ⁊ calidū accipiatur in aurora.

Capitulū de cura squinantie dispositionis.

Octauum accidens squinantie dispositionis euentus.Cum ergo eger percipit quandoque deglutiēdi difficultatē uocis raucedinē tensionē in guttur̄ extensionē ⁊ grauitatē in extremitatibus faucuꝫ per hoc percipere potest materierū congregatōeꝫ in gargalione in quo retente materie squinanticas dispositiones efficiunt.ut nona tertii colligendū ⁊ interiorū quinto.huic ergo dispositioni subuenire possunt diuersiones et euacuationes iā predicte multotiens.Et cū euenerint iaꝫ apostemata predicta corpore iam euacuato aut non multum pleno existente tria sunt solemnia instrumenta ab hac dispositione defendentia. Primū est ut statim fiat patienti flobotomia ambarū uenarū que sunt sub lingua hora electa si fieri potest aut quacunque hora contingerit egritudinē non dare indutias.et per eā educantur sanguinis.℥.ii. vl'.iii.

Secundū instrumentū est hoc. ℞ aque portulace plantaginis ana.℥.ii.rob nucū.℥.iii.dissoluant̄ omia simul ⁊ de hac medicina actu frigida sepe teneatur os plenū ⁊ aliquādo cū ea fiat gargarisma est enim medicina inter alias potentissima ⁊ pro prie a primo usque ad tertiū diē. Tertium vero instrumentū est hoc. ℞ nidū vnuꝫ hyrundinis foliorū malue ⁊ altee ana.M.i.camomille mellilo ti ana.M.ii.farine ordei.℥.iii.croci.ʒ.i. olei ro. .℥.iii.olei de camomilla.℥.i.fiat emplastrū subtile de quo pa gule ⁊ colli actu calido diligēter emplastrentur.

Capitulū de descensu materiei ad pectus.

Pro regimine vero ultimi accidentis.s.descensus materiei ad pectus conferunt omnia instrumēta predicta diuertentia minorantia et eradicantia materias. De ꝓhibentibus uero materiā ad pectus optimum est gargarisma imediate scriptum

Secundū remedium est ut sepissime post cenaꝫ deglutiat septē uel octo grana masticis. Tertiū et fortius illo est hoc. ℞ diacodion.ʒ.iii.aque sublimationis gallarū cupressi.℥.i.ß.bibatur sepe tepidū totū hoc diligenter cōmixtū arcet hoc potenter et ingrossat eas.et tu considera. Hec sunt que mihi necessaria uidentur in regimine dispositionum huius viri tā conseruatiuo ꝙ preseruatiuo ⁊ curatiuo earū. Et tu diligenter considera quia hec omnia sunt subtilia ⁊ magne contēplationis. In hominibus enī quorū complexiones ⁊ compositiones male sunt necessariū est uti non solum ardua theoria et contemplatione in omibus.sed oportet medicū et patientē multa diligētia et solertia cōtinue insistere procurationibus ad acquirendam sanitatē ⁊ ad melius reducenda quā summus ille diuꝫ opifex cōsuare ⁊ concedere dignetur huic viro.ad laudes eius Amen.

Consilium de vniuersali lassitudine extensiua cōplicata cū ardore vrine.dolore renū et iliorum cū multitudine harenularū ⁊ lapillorū genitoruꝫ in renibus.

Capitulū primū inuestigatiuū cāꝝ predictorū accidentiū omniū.

Sentio me magis īgenter molestatuꝫ sic angustia.Cum uideo viros mihi beniuola charitate coniunctos affligi dispositionibus angustiosis et cōminātibus eis pericula non leuia sed difficilia multū dico ꝙ sit labor quem oportet me tollerare in eligendo fundamentū uiā ⁊ modum cognoscendi dispositiones et accidentia eorū ⁊ adhibendi remedia oportuna.quis enī est tāte seueritatis animus ut cū uidet hominem de quo uniuersa fama laudatissime bene pronuntiat ut ei nō cōpatiatur pie et benigne subuenire procuret.Et enī his diebus labilis humane fragilitatis compago obtulit mihi virū diuersis ⁊ pluribus accidentibus molestatū. Primū quidē horū est uniuersa lassitudo totius corporis. Secūdū principale est ardor ī vrinando sēper q̄si continuus et fortis. Tertiū accidens est dolor renū et iliorū in substantia nō leuis. Quartū et ultimū est lapillorū multitudo in renibus genitorū cum magna quantitate harenarū quibus cōmiscētur trībi petaloides resolutiones et crinoidales furfuribꝫ tū resolutionibus propingores. Et licet hec accidentia a diuersis possint prouenire causis.imo gener̄ et specie distinctis ut paulo post uidebitur.cognoui tamen hec accidentia in viro isto incepisse et ꝑseuerare a mala complexione calida renū cuꝫ magna plenitudine a sanguine et aliis materiebus circa eos.Quod autē eius cōplexio radicalis sanguinea sit ⁊ fuerit a generatōe declarat. primum

generis signorum substantialium. vꝫ caliditas cū humi
ditate in vniuerso corporis sensu tactus percepti
bilis ⁊ maxime circa renes et epar. Secundum
signū huius generis est mollities magna in ptibꝫ
predictis representata ac si manaret ab aqua nota
biliter calefacta non dico feruenti. Tertio prin
cipaliter hanc cōplexionem declarant signa secun
di generis. vꝫ magnitudo pulsus velocitas ⁊ fre-
quentia minores illa. cū magnitudine enī virtus
supplet ita bene necessitati augumentate ꝙ nō est
opus velocitatē ⁊ frequētiā acquiri in pulsu. Am
plius eius pulsus non solū est magnus magnitudi
ne intellecta penes motum artarie magnum quo
ad unam dimensionē sed quo ad omēs. fortis eniꝫ
virtus magnifice mouet arterias per longitudieꝫ
altitudinē ⁊ latitudineꝫ ipsarū. Et cū hoc etiā for
tis est. ita ꝙ in digitum tangentē fortiter pulsat.
Similiter hoc facile deduceretur ex fortitudine
operationū aliaꝝ uirtutū. sicut vegetatiue. poten
tia enī uirtutis huius in hoc viro couenienter nu
trimentū attrahit detinet transmutat ⁊ depurat
apponit vnit et assimilat mēbris. sed non sunt alii
motus quibus uegetatiua potentia conuenienter
operari possit. Et tu superadde ad confirmatōem
ꝙ augumentū carnositatis in hoc viro a posterio
ri perfectionē operationis vegetatiue potētie ar
guit. Signū uero tertii generis. vꝫ a casibus sum
ptū est coloris formositas cum perseuerantia ro
seitatis eius. quare facile ex his concluditur radi
calis complexio huius viri. qualiter enī nō aliter
phisice potest intelligi nisi per signa sumpta ab in
herentibus substātialiter ⁊ ab operatione ⁊ a casi
bus. Licet igitur ut pretactū est in hac cōplexione
per se fiat bona digestio tamen multa quantitas
sanguinis corpori superaddita propter repletōeꝫ
venarū vniuersi corporis debilitatē facit nomia
tam quo ad vasa. Et ex hoc facile ītelligis q̄ sit
causa lassitudinis in hoc viro que est extensiua ꝑꝑ
multā quantitatē sanguīs distendentis ⁊ grauan
tis musculos et alias partes. ⁊ ita hec lassitudo cō
tra distinguntur apostemose ⁊ vlcerose ⁊ arefactie
fundamentū tamen horū sermonū collige secunda
primi capitulo de causis ⁊ signis repletionū ⁊ ter
tia primi capitulo d̄ speciebus lassitudinis. Et sic
uidetur audienti satisfactū esse ad inueniendū pri
mum accidens huius viri quod erat lassitudo toti
corpori vniuersalis. Et secundū accidens huius
viri ardor in vrina qui licet ex pluribus prouenī
re possit, ut alias diffuse declaraui in magno trac.
de hac materia cōscripto celeberrimo doctori do
mino magistro Gerardo Veronensi. In hoc tamē
viro hic ardor prouenit per essentiam ⁊ p colligā
tiam: per colligantiā quidem a mala cōplexiōe re
num calida per quam vrine efficiuntur acute et
mordicatiue. licet enī dominetur circa renes hu
ius viri multitudo sanguinis qui per se non possꝫ
efficere hunc ardorē. per accidens tamen vrine ī
eo salse redduntur ultra salsedinē eius propriam
hoc modo propter debilitatē in renibus inuentaꝫ
a mala complexione calida debilitantem digesti-
uam renū multa flegmata generantur in eis que
propter uiscositatē eorū diu retēta possunt dupli
citer fieri salsa. primo quidem propter cōmixtio
nem materiei colerice que facile ab epate renibus
delegatur. Secunda vero causa quia talia fleg
mata diu retenta ebuliunt ⁊ putrefiunt propt̄ q̄d

salsedinem acquirunt. hec igitur flegmata aquosi
tati vrinali commixta ipsam reddunt acutiorem
q̄ꝫ ipsa sit. delata igitur ad collū vesice ⁊ ab īde ad
caput pudibūdi mordicationē in eis leuiter cōfice
re potest. Secunda causa principalis ardoris
vrine prouenientis a reibus potest esse. ⁊ ita ve-
rificatur in hoc viro multitudo harenarū que pre
cipitate ad collū uesice ⁊ inde ad castaneam virge
caliditate accidentali q̄ in formate sunt ⁊ punctōe
ab angulis harenarū et lapilloꝝ in predictis mē
bris facta iam excoriatōem latis magnam fecit ī
collo vesice. licet credam ipsam esse ī principio au
gumenti vniuersalis eius et non valde fortē neqꝫ
confirmatā. Et ex hoc fundamento apparet decla
ratio tertie dispositionis principalis huius viri-
vꝫ dolorum renū. Quod vero per colligantiam ⁊
propinquitatē ipsorū renū dolores accidant in in
testino ylion. immo ⁊ in monoculo ⁊ in colon ē fa
cile videre. mala enī cōplexio calida ipsorū renuꝫ
vehementer et subito alterare potest predicta mē
bra, adhuc etiam et uentositates et materie cōten
te in renibus extendendo ⁊ cōprimendo possūt do
lores extensiuos et grauatiuos efficere in predic-
tis intestinis. immo ī ieiuno duodeno ⁊ in ipso stō
Ex quibus correlarie deducitur facilitas euentus
nausee ⁊ vomitus in dispositionibus renū. Deduci
tur secundo magnificentia iuuamenti vomitus ī
egritudinibus materialibus renū approbatissimi
in egritudinibus eorū. patet quarta primi capi.
de iuuamentis que affert uomitus. Iā autē opō
tet inuestigare causas quarte dispositionis huius
viri. vꝫ generationis et multiplicationis harena
rū et lapilloꝝ in renibus premittendo ꝙ cā effici
ens illorū est caliditas egressa a naturali tempe-
ramento eorū. Materialis uero causa eoꝝ ē fleḡ
mucillaginosū multū et partim uitreū que multi
plicantur in predictis membris per uiaꝫ indige
stionis. cū etiam nōnullis pticulis sanguinis gros
si et unctuosi. perseuerantibus igitur his materie
bus in venis renum et emulgentibus ⁊ partibus
circūstantibus ⁊ continuante actione caloris intē
si in talibus materiebus pte aquea et aerea ipsaꝝ
resoluta. relinquitur pars terrea vehementer ex
cocta. Cuꝫ ergo he materie aquositati urinali ve
hementer sunt commixte per modū fluxibilitatis
educuntur per colatorium panniculū ⁊ per vriti
des poros vsque in uesicā et inde mingūtur ad ex
tra vrine harenosis substantiis commixte. et quā
doque simul commixtis emittuntur portiuncule
flegmatis nominate trumbi. ⁊ quādoque substan
tie solidiores petala nuncupate. Et quandoqꝫ eis
dem commiscentur partes panniculares separate
a superficiebus membrorum que nominantur re
solutiones furfuree. que si fuerint grossiores ⁊ nō
ita similes panniculis, nominantur crinoidales.
Ex quibus facile concluditur euentū urinarū dis
similium in nefreticis. nunquā enim vrine in eis
perseuerant similes colore ⁊ substantia ⁊ contentꝭ
intantum q̄ꝫ medici non raro decipiuntur ī cogni
tionibus diuersarum egritudinum propter hanc
causam. vnde ⁊ uetustissimus pater dixit. Caue ne
uitio renum ⁊ uesice capiaris pronosticorū secūdo
Preter hec autem intellige ꝙ si predicte materie
perseuerarent in renibus prolixiori tempore et
propter additionem flegmatis de harenis ad ha
renas inuiscate multe harene inuicem ⁊ a calore

intenso diu excocto conuertuntur i lapides inter loca venarum emulgentium ad superiorem partem colatorii intantum quod continue superaddito flegmate et harenis ad lapillos paruos et calore forti indurante magnificatur lapis qui quandoque efficitur ita durus et magnus quod non est eius cura possibilis propter debilitatem virtutis ad ipsum consequentem. aut propter magnam resistentiam lapidis uel lapidum ex parte uelocitatis duritiei ipsorum. Unde ex his correlarie concluditur quod lapis in renibus confirmatus. i. vehementer magnificatus et ualde durus non recipit curationem. Concluditur secundo necessitas inuentionis medicinarum suis virtutibus cominuentium lapides. oportet enim eas esse calidas subtiliatiuas incisiuas seperatiuas partium et abstersiuas. ut inferius uidebitur. Concluditur tertio quare lapis in renibus rarius euenit i pueris quam i aliis etatibus. hoc enim propter negationem inuentionis causarum efficientium et materialium lapidis in eis.

Concluditur quarto etiam raritas euentus horum lapidum in renibus decrepitorum. licet enim ibidem concurrat inuentio materialis. deficit tamen efficiens ut plurimum absentia caliditatis eleuate notabiliter. Concluditur quinto quod horum euentus ut ad multum uerificatur in primis senibus propter facilitatem ambarum duarum causarum que dicte sunt. In iuuenibus uero uel consistentibus licet adsit causa efficiens. s. caliditas intensa. deficit tamen in eis multitudo flegmatum predictorum. Et ex his tandem sexto concluditur facilitas euentus harenarum uel lapillorum in carnosis et pinguibus. et alia quam plurima potuissem adiungere correlaria que ex his intelligenda sunt. Et sunt omnes fere sermones Aui. decimaoctaua tertii capitulo de generatione lapidis i renibus. et tu lege ibi. Hec i summa uir huius viri dispositio.

Regimen per sex res non naturales legatur consilium quod incipit. Mansuetissima humanitas. Ex precedenti capitulo primo diligenter contemplanti apparere potest fundamentum regiminis predictarum dispositionum que hunc virum comendatissimum affligunt. et est ut eligatur ei modus regiminis ex parte rerum non naturalium conuenienter appiicandarum. Deinde ordine tertio declarabitur regimen intentionum et instrumentorum medicinalium.

Secundum itaque capitulum has sex continebit partes. et prima est discurrens per mansionem et locum conuenientes ei. secundo uero enumerabit regimen per administrationem quietis et exercitii. tertio uero modum assumptionis nutrientium regulam docebit. quarto autem tractabit de somno et uigilia. quinto vero de accidentibus anime. sexto uero diffusum regimen electionis ciborum et potuum demonstrabit. Huius autem secundi capituli summam quoniam i alio consilio quod incipit. Mansuetissima humanitas vberrime inuenies hic dimittemus ad tertium transeuntes.

Capitulum tertium de cura per medicinalia.

Pro capitulo tertio utiliter aperiendo necessarie sunt intentiones septem in regimine dispositionum huius comendatissimi uiri. Et prima solers et discreta moderatio per cibos et potus in capitulo predicto diffuse regulata. Secunda est materierum interpollata et frequentata euacuatio inconueniens. Tertia est ipsarum materierum distractio uel diuersio. Quarta est uiarum omnium vrine mundificatio a trubis harenis lapidibus et petalis. Quinta est membrorum mandantium rectificatio.

Sexta est defensio renum et uiarum urine a susceptione materierum. Septima et ultima est materierum que iam effuse sunt ultimata consumptio.

Pro isto uero principali capitulo huius intentionis premittendum primo quod hic uir indiget duplici euacuatione. Prima est administranda in temporibus veris et autumni. Secunda est particularis euacuatio que fieri debet partibus intermediis ita quod cum superuenerit medietas februarii de hoc 1446. huic viro fiat flobotomia de saphena sinistri pedis per quam extrahantur sanguinis adminus. ℥. v. et hoc per sex horas uel septem post prandium pede prius infuso in aquam calidam. Die uero imediate sequenti cum aqua decoctionis seminum coium frigidorum accipiat hunc potum. ℞ cassie nuper preparate cum aqua apii. ʒ. xii. aque decoctionis seminum coium. ℥. ii. ſ. calidum accipiatur in aurora et post ipsum dormiat hora una sola et non ambulet neque exercitetur et tardet comedere per sex horas adminus. Mane uero sequenti imediate accipiat hunc potum calidum post cenam per octo horas. et post ipsum tardet comedere per quattuor horas et continuet ipsum diebus adminus. x. ℞ sy. de eupatorio sy. acetosi compositi ana. ʒ. sex aque decoctionis sebesten. ℥. ii. misce et cetera. Undecima uero sequenti die prescripta hora accipiat hoc solutiuum. ℞ benedicte simplicis. ʒ. iii. cassie preparate cum aqua fenicu. ʒ. vii. misce et accipiatur in potu cum. ℥. ii. aque apii calefacte. Et obseruentur post illud regule que de superiori minoratiuo statim dicte sunt. Pro euacuatione uero in autumno fienda sic procedat. Si enim apparebit ei grauitas et tensio in renibus cum extensione uenarum totius corporis. tunc fiat ei flobotomia de basilica dextri brachii per quam extrahantur sanguinis. ℥. iii. ut supra de flobotomia alter dictum est obseruando. Sequenti uero mane in aurora accipiat has pillulas. ℞ pillularum de agarico. ʒ. ſ. diagridii. g. i. pulueris hermodactilorum. ℈. i. boni ponderis ʒʒ pulpe coloquintide ana. g. v. formentur pillule ex cum benedicta et accipiantur circa eas obseruando ut scriptum est de pillulis purgationis veris. Mane uero imediate sequenti accipiat hoc digestiuum quod continuare debet diebus adminus. x. ℞ sy. de eupatorio. ℥. i. sy. compositi acetosi ℥. ſ. aque lupulorum et milii solis ana ℥. i. misce et calidum accipiatur hora et conditionibus sup alio digestio dictis. Die uero undecima sequenti i aurora purgetur cum hoc potu. ℞ electuarii indi. ℥. ii. benedicte simplicis. ʒ. iii. misce et accipiat cum cyato modico vini al. calefacti. et obseruet post ipsum regulas que de precedentibus solutiuis dicte sunt. Et sic completur prima pars intentionis prime.

Pro secunda uero parte eiusdem intentionis describende sunt quedam medicine particulariter euacuantes secundum oportunitatem. Si g° uenter eius remaneret notabiliter siccus. tunc prouideat sibi accipiendo parum ante cenam coclear unum huius electuarii deglutiti. ℞ mucillaginis sebesten extracte cum aqua saxifragie. ℥. iiii. confectionis de fillicil. ℥. ii. penidiarum. ℥. i. ſ. zuccari al. ℥. iii. lapidis spongie subtilissime triti. ʒ. ii. coquatur zuccarum penidie et confectio simul cum aqua lupulorum. deinde incorporentur secum alia et fiat electuarium cum. ʒ. i. puluerie diagridii diligenter incorporatis adminuce

omnibus. Ad hanc etiam intētionem memoraret propter uentris duritiē comedere quandoqꝫ spaa sim.l.canne cassie bene ponderose ante cenā paruꝫ abiectis corticibus ꝛ seminibus sugendo medullā Si autē particularem plenitudinē perciperet in capite ꝛ stomacho perceptis nocumentis in ipsis. tunc summum esset auxilium ei bibere.ʒ.vi.vl.vii. yere Gali.in aurora cū medio cyato calefacte aq̄ lupulorū.Si autē timeret yerā pp amaritudinem eius.tunc loco illius accipiantur pillularū ð yera simplici.℈.ii.pillulaꝝ aurearū.℈.i.fiāt pille.vii. et post eas tardetur comestio per horas adminus sex.Si autē principaliter in renibus perciperet plenitudinem.tunc mane vno in aurora accipiat .ʒ.i.benedicte cū.ʒ.ii.aque lupulorū calefactis.et obſuet ea que de aliis solutiuis dicta sūt. Ego autē scio q̄ si iste vir sepe utatur assūptōne pillula rū de aloe abluto secūdū descriptionem meā.tunc ipse excusabitur ab assūptione multorū solutiuoꝝ et mundificabunt ipsū circa caput stom ꝛ renes et vias epatis ꝛ ipsū defendēt a multis nocumentis aliis.Est autē modus assūptionis earū ut omi ter tio uel quarto sero accipiat unā parū ante cenam aut duas.secūdū tamen maiorē ꝛ minorē stiptici tatē uentris eius ꝛ per hec remedia conuenienter cōpletur intentio prima. Pro intentione uero secunda vꝫ pro partiali euacuatōne premittendū est q̄ hec intentio recipit diuersitatē aut ex parte euacuationis vl'is totius corporis ꝛ huic parti sa tisfactū est per euacuatiōes veris ꝛ autūni. Et ite rū per ea diuersitatē recipit que respiciūt partia lē plenitudinē mēbrorū.ꝛ hoc quidē est declaratū in intentione precedenti. Uel tertio recipit hec i tentio diuersitatē ex parte materierū peccantiuꝫ. Et quia materie in hoc viro peccantes sunt fleg matice et colerice.vt ex predictis in primo capitu lo ꝓbari pōt. Ideo licet ꝓ ipsarū euacuatiōe nō nulla sint tacta instrumenta in intentione prece denti huic parti multū utilia.tamen memorabo quattuor instrumenta superfluitates fere omniuꝫ humorū a toto euacuantia ꝛ a membris predictis

Primum est electuariū de dactilis diafinicon nominatum a modernis a femkio quod ē dactilus cuius dosis est.ʒ.iiii. Secundū est electuarium nominatū indum.quod etiā superfluitates educit a toto corpore ꝛ dos sicut precedentis. Tertiuꝫ est electuarium yeralogodion quod est farmacum securissimū.cuius dosis est a.ʒ.iii.vsque ad sex.

Quartum ē yera coloquintidos que licet sit me dicina gustui horribilis.est tamē laudabilis ꝛ bo na accipiendo ex ea a.ʒ.iii.vsque ad.v. quodcunqꝫ autem predictorū assumatur in aurora cū medio cyato vini aromatici aut.ʒ.ii.aque feniculi lupulo rū uel eupatorii calefactis.semper post talia far maca obseruando conditiones i solutiuis aliis ob seruari debere scriptas.hec de intentione secūda. Iam uero declarari debet intentio tertia diuer sionis materierū.ita q̄ licet plurima immo fere omnia instrumenta scripta in duabus precedenti bus intentionibus materias diuertant.nunc per sputū.nunc per urinā et amplius per uentrem eti am diuertunt factis flebotomiis iam predictis. Pro hac intentione quinqꝫ ponam instrumēta ne cessaria i diuersionibus materierū a membris pati entibus.quorū tria ei sunt approꝑiata magis di uersioni que necessaria sunt in tempore paroxismoꝝ huic viro euenientium.reliqua vero duo erunt ap propriata magis in tempore interpollationis eo rū.voco autē paroxismos euentū ꝛ fortificatōnem dolorū in renibus huius viri uenientiū.alterum autē paroxismū intelligo uehementiā ardoris i vrinando affligentis hunc uirū et ingenter.immo ꝛ quandoque molestat ipsuꝫ ardor in extremitate pudibūdi etiā absqꝫ vrie emissiōe.Itaqꝫ si huic vi ro dolores acciderēt īgētes i illis. Primum et securū instrumentū diuersionis īmo ꝛ uelocis iuua menti est ut administretur ei uomitus. quātū eni in dispositionibus renū iuuamentum afferat.lege quarta primi capitulo de iuuamentis que affert uomitus ꝛ decimaoctaua tertii in proprio capitu lo. Patiēti itaque cū opus fuerit detur i potu bro diū pingue acetū aqua mellis decoctio rafani de coctio seminū aneti aliquid eorū ꝛ aliorū ciboruꝫ diuersorū substantia sapore colore ꝛ frigore ꝛ pū ctione sua nocentium. Post ista detur in potu cya tus unus aque decoctionis radicū uel seminū rafa ni tepide.post q̄ per mediā horā titillatio fiat in principio deglutorii cum penna uel digito ita ut euomat.solet eni fere i instāti sedari dolor. Se cundū uero diuersionis instrumentū est hoc. ℞ aq̄ decoctionis maluarū blete ꝛ mercurialis librā.i. mellis rosati zuccari ru ana.ʒ.i.benedicte cassie fi stule ana.ʒ.ſ.salis gemme.℈.iiii.olei amigdalaꝝ dulcium et de sisamo ana.ʒ.i.ſ.calefactis ꝛ colatis omnibus diligenter.fiat clistere cū instantia dolo rū actu mediocriter calidū etiaꝫ quacunque hora Ego autem ad excusandū labores experientia ve ra scio q̄ si fiat suppositio de sale sardinis ad quā titatē digiti minoris sufficienter confert. Ter tium uero instrumentū diuertendi principale est ꝓuocatio emorroidalium venarū.si eni educatur per eas ad sufficientiam sanguinis maximū affert iuuamentū in dispositionibus talibus. quod facile intelligi potest argumento sūpto a colligantia si tuali talium uenarū ad renes ꝛ a colligantia etiā per tertiū siteri eni taliter colligatur renibꝫ col ligatur epati per venas renibus per easdē. Mo dus prouocationis emoroidarū ps est ut patiens sedeat in aquam calidam decoctionis arthāite ru bee tinctoꝝ cū modico ellebori. Secundo uero vt fricentur cū panno bisello uel foliis fici aut ali qua re aspera impulsiōe facta siteri ad exteriora

Tertium est ut fricentur cū aliquo felle l' liquor acuto. Quartū est ut super siteri apponat' uen tosa ignita sufficienter absque scarificatōne. In strumenta uero que materias diuertunt in tēpo ribus interpollationis sunt hec Primum ē hoc ℞ siseleos carui se.aneti ameos feniculi petrosell' ꝛ apii ana.M.i.origani calamenti pule. ana.M. .ii.pulueriʒentur hec omnia grosso modo ꝛ calefi ant in fundo caldariole cuꝫ igne mediocri sil' cum libris.ii.furfuris de frumento grossi.hoc ergo to tū in magno sacculo subtili ponatur ꝛ calidū actu applicetur uentri ꝛ yliis bis uel ter in septimana mane post ortum solis ꝛ in sero ante cena.aut sal tē medicine tales buliant in tribus'sitnlis aq̄ vsqꝫ ad consumptionem tertie partis in qua fundant' spongie magne que notabiliter expresse applicent' yliis bis uel ter hora predicta. Secūduꝫ uero diuertens etiam in tempore interpollationis est hoc.℞ olei yrini.ʒ.i.olī de costo.ʒ.ii.mirre.ʒ.i. acatie.ʒ.i.boli ar.ʒ.i.ſ.cere albe quātum sufficit

fiat unguentum molle de quo aspatulis usqz ad finem spine in diebus interpollationis per quindecim dies omni mane inungatur tota spina a furcula spatularum inferius. hoc enim distrahit materias conuenienter ad cutaneam partem alleuiando membra .et hec de intentione tertia dicta sufficiat. Nūc occurrit autē itētio q̄rta. videlicet mundificandi uias urinales a materiebus i eis abundantibus .siue per urinales uias intelligamus epar aut emulgentes uenas renes uritides et uesicam siue omnia simul .solent aūt in eis retieri trumbi .et sūt portiōes hūozales magne satis aut petala maiora ill' aut harene lapilli cortices l' sq̄me aut furfuree i solutiōes eius . Quo cūq3.n.istozū dato uel oibus simul i aliquo predictorum membrorum3.vel in omnibus illis sufficiēter educi potest . cum aliquo sex medicaminuz infrascriptorum . Quorum tria sunt simplicia et totidez composita . Primuz de simplicibus est aqua sublimationis litospermatis dando ex ea calida .ℨ.iiii.in aurora sex uel octo diebus . Secunduz ē aqua sublimationis radicis altee cosimiliter data . Tertium et de secretis est potestatem habēs super omīa alia .ut dentur hora prefata.ℨ. v. aq̄ mĭcarie .quanta enim dignitate preualeat aliis lege secundo canone capitulo de ueuen et uidebis Primuz instrumentuz de tribus compositis est hoc. ℞ specierum electuarii de seminibus.ʒ.ii.zucari al.ℨ.iii.medulle granorum coti .ʒ.iii.granorum fisticorum.ℨ.ii.infundantur per triduum fistici in aquam eupatorii deinde incorporentur et fiat confectio solida in frustris .ʒ. iii . vtatur autem patiens semper omni die ante cibuz oēz per decem dies accipiendo frustrum vnum. deinde interpollet decem dies .et iterum reuertatur ad accipienduz ipsum cum hac reuolutione . Secundum uero electuarium compositu3 est de seminibus descriptuz quinto canone summa prima factum solidum cum zucaro albo et aqua saxifragie Tertium uero compositum est hoc. ℞ granorz fisticoruz .ℨ.iii. granorum pineaꝝ . ℨ.i .medulle granorum coti.ʒ.i.dragagati gumi arabici ana .ʒ.i.penidiaruz .ℨ.ii. infundantur grana per biduum in uinuz ribolicum vel tenue clarum aromaticuz . deinde cum reliquis incordorentur.et fiat confectio solida.et est rationabilis iuuamenti et magne delectationis . Superadde istis . q̄ ol'm amigdalarum dul. ol'm de pineis et de sisamo utendo eis in cibariis omnibus conuenientia ualde sunt.et melius illis et securius est oleum d̄ enula.Et tu lege per uolumina sapientuz ⁊ accipies ueritatem . hec de intentione quarta . Ut autez ad declarationez intentionis quinte perueniamus .premittendum est primo.q̄ licet plurima membrorum corporum et maxime superiorum superfluitates inundare possint ad renes.ill a tamen que in hoc uiro maxime emittunt superfluitates ad eos sūt caput et stomachus quorum duoruz regimen uolo esse tactum particulariter per ea que euacuant materias a capite et a stomacho descripta superius i intentione prima .

At uero de confortantibus caput absq3 euacuatōne multa sunt ista. Primuz est frequens odoratō ligni aloes aut maiorane vel folii vel granoruz paradisi.inter que etiaz magnaz virtutez habz puluis tiriaice sicce i sindone de grana ligatus ⁊ sepe odoratus . Secundum uero ad hanc intentōnez ē puluis hic sup bregmate aspers̄ omni sero ℞ macis.ʒ.ii.gariofil'.ʒ.ii.ambre oriētalis.℈.ſ. puluerizentur per se.et conmisceantur. deinde cū vadit ad lectum superapponatur semper de ponnendo primuz quando reponit secunduz . Tertiū vero bonum capitis confortatiuū est vt in sero apud somnuz deglutiatur granuz vnū sicut cicer electi et gumosi thuris . aut saltez tria grana cubebaruz.Quartū insuꝑ ē vt per duas horas post cenaz omn septimana bis comedatur vnus mirobalanus kebulus.

De confortantibus uero stomachuz sunt sepe deglutire per horaz ante cibuz granuz vnuz masticis . Secundo post cibuz comedere . ℨ.ſ. diacitoniten zucarini confecti cum modico macis.Tertō vero est saltez per vnuz mensez omni mane per quattuor horas ante cibuz deglutire coclear vnuz xilobalsami conditi .et est notabile medicamen ad suas dispositiones omnes et non solum ad stomachum .De mēbris uero aliis .que plurimuz effundunt materias ad renes eius maius ē epar et fortius aliis.licet eniz respectu medii generis in hoc uiro ipsuz existat ampla caliditate ⁊ humiditate eleuatuz.in eo tamen aut per colligātiaz eius ad renes vel stomachū siue sit propter ampliorez esse in ipso humiditatez q̄ sit caliditas per accidens in eo generātur et congregant̄ flegmata per uiaz indigestionis. et adhuc fortius si multa materia sanguinea generaretur i eo absq3 peccato qualitatiuo.tamen propter solum augmētuz quātitatiuuz obilitari posset digestiua potentia epatis .ut ex principiis theorie medicine demonstrari posset .A qualicunq3 itaq3 haruz causaruz vel ab oibus aut pluribus earuz contingat maīfestū ē q̄ i hᵒ uiro generāt̄ ⁊ cogregāt̄ flegmata multa. ꝑpter magnā propinquitatez cōcaui epatis ad renes per colligantiaz materie ille i reib3 ml'tiplicate effuse ab epate. Et si cōtigat materias istas ātecedentes i uenis cōtineri . ut ad plurimuz fit.volo regimē ipsaꝝ esse politu3 p ea que de euacuationibus per flōiaz in itentione prima scripta sunt .veruz quia non seper contingit utilez esse flōiaz stante adhuc materia in uenis et proprie quando non fuerit sanguini sufficient̄ cōmixta ideo oportet ipsaz educi euacuationibz aliis per farmatias.de qbus multa tacta sᷓ superius .et ꝑprie ell'r3 d̄dactil' ell'r3 nidū et yeralogodiō et alie pillule et mixtiōes i itentiōe prima descripte . Et si tu uelis farmacū delectabile tunc non elongeris ab isto .℞ reubarbari electi agarici ana.ʒ.ſ.spice.ℨℨ.ana .ℨ .iii. pulpe colloquitide salis idi ana.ℨ.ii.formentur pillule cuz succo ro.et accipiantur .

De his que confortant epar laxatū et resolutū.sᷓ ut sepe patiēs accipiat unā d̄ istis pillulis anͭ prādiū et cenā . ℞ macis rosarum coralorū rubeoꝝ ana spodii.ʒ.i.ciamoi.℈.ii.fiāt pill'e cū succo edi uie de omni .ʒ.vi.Cōpositū secundū ē hoc ℞ specierū diarodō.ʒ.i.spodii.ʒ.ſ.zucari al.ℨ.iii.cum aqua cicoree fiat confectio in rotulis .ℨ .ſ.de q̄ una semper post cibū accipiatur . Tertiū compositū ē hoc.℞ trocilcorū diarodō .ʒ.i.epatis adib preparati .ʒ.ſ.spodii.℈.i.cū succo ro.fiant pill'e de quibus patiens per quindeci dies et per duas

horas ante cibum semper accipiat duas. ex hoc q
dem apparet rectificatio membrorum manda
tium ad complementuz intentionis quinte et tu
considera utilitatem eorum .
Magna videtur esse necessitas ī curatione dispo
sitionū renum procedere cum intentione sexta .
que est defensio harum a receptione materierum
quibus grauantur . et iterum defendere eos ne
propter debilitatem eoruz per uiaz indigestiōis
generentur materie dolorz lapillorum et arē
rum . et sic de aliis . Et licet plurima predictorꝝ
instrumentoruz in omnibus quinque intentioni
bus conscripta utilia sint . adhuc tamen hic aliq̄
scribam que ipsoruz renum confortatiua sunt. d
uorum numero non nulla sunt eorum conforta
tiua per uiam nutricationis eorum. Ideo omniū
animalium renes comesti confortant eos. vt re-
nes porci siluestris domestici et iuuenis renes ca
pretorum vitulorum cerui leporis et gazelli p
prie et uolatiliuz renes omnes. Secunduz uero
huius generis confortatiuuz est cōmestio lactis
ouini. ei enim nulla medicina compar est in debi
litate renum decimaoctaua tertii capitulo tertio
et similiter caseus ouinus parumper salitus et r̄
cocta ex eo facta. et aqua eiusdem lactis . Tertiū
iteruz eius generis instrumentū est comestio nucis
condite ut quinto canone sūma prima finali ca
pitulo colligit̄ . Quartuz est secacul conditum .
Quintuz est mirobalanus kebulus conditus se
mel in septimana comestus . et horum aliqua con
ferunt ut medicina et cibus . Tertium instrumen
tum principale de confortantibus est euitare in
eis frequentem usuz diureticorum et proprie si
plicium. propter quod diuretica omnia debēt eē
confracta cum stipiticis. aut saltem esse diuretica
cū stipticitate ut mastix et similia. Quarti gñis
istra sūt administratio linimēti c ōpositi ex infri
gidāte et calefaciente . de quorum numero opti
ma sunt oleum omfancinum oleum rodinuz oleū
de al ke kēgi et attinentibus ad caliditatem. sic
st̄ oleū de mastice et de mirto et de enula . Et d
calidioribus sunt oleum de croco oleum de costo
oleum liliorum al. usq; ad yrinuz . Et de compo
sitis sunt ī lapsu calido cerotum sandalinuz Hal'i
vnguentum de cerusa descriptione Rasis . Et de
calidis sunt vnguentuz descriptione Nicolai cō
positum . Compositū bonum ad hunc viruz est h°
℞ pinguedinis anatis olei liliorū alborum ana
. ℥. i. olei omfancini . ℥. ii. rosarum spodii masticis
spice nardi ana. ʒ. ſ. cere albe quantuz sufficit. fi-
at unguentum mediocris mollitiei. et de hoc sicut
de similibus ungatur spina tota in introitu et
exitu lecti actu existente frigido in diebus caloris
et calido in diebus frigoris . Scio etiaz ego. q
linimentū bonuz ad eos est hoc. ℞ mucillaginis
sebestē seminum citoniorū ana. ℥. i. olei ro. ℥. ii. co
rallorum alboruz et rubeoruz ana. ℈. ii. conquas
sentur simul in mortario longa compositione . et
administretur ut supra. hec de intentione sexta .
Pro ultima uero consumptione materieruz que
iam effuse sunt premittenduz primo . q tales ma
terie aut sunt mucose trūbose et petaloides. aut
sunt lapilli uel harene uel furfuree resolutiōes et
crinoidales . In cura itaq; primarum superflui
tatuz que iam effuse sunt euacuationes vl'es et p
ticulares digerentia et mundificantia renes ia
plurima predictā sunt in precedentibus intentio
nibus. Sed ut opus perfectum habeatur. hic prio
scribam quattuor instrumēta que mucosas super
fluitates et flegmaticas educunt ab epate emulgē
tibus et renibus . tales enim superfluitates sūt
que inuiscant harenulas et efficiunt lapides . Se
cundo uero pricipl'r ponam octo cōposita que ha
renulas et lapillos a predictis uiis educunt mū
dificant et perseruant ab earuz generatione et
multiplicatione in eis . Primū itaq; de educenti
bus trumbos et flegmata a predictis viis ē hoc
℞ agarici electi hermodatillorum ana. ʒ. i. bdel
lii mollis et pulpe colloquintide ana. ℈. i. puluerī
zentur omnia per se et cum succo apii fiant pill'e
de omni. ʒ. vii. de quibus patiens a presenti die
per totum mensem madii omni septimana acci
piat sex in duabus uicibus vna distaute ab alia p
quattuor dies. Secunduz uero speciale ad istud
est hoc. ℞ liquiritie granoruz milli solis nenufa
ris uiolarum ana. ʒ. iiii. pulueris hermodatilorū
. ʒ. viii. turbit electi . ʒ. v. folliculorum sene. ʒ. vi .
mucillaginis sebesten. ℥. v. zucari secunde coctiōis
. ℥. iiii. fiat ellectuariū de quo patiens semper ac
cipiat bis quantitatez nucis mus. p media horā
ante cenam diebus intermediis assumdtioni pi
lularum statim antescriptarum . Et si continge
ret q superueniret ei fluxus uentris magnus
Tunc dimittat antescriptas pillulas . et soluz
accipiat hoc electuarium sicut nunc scriptum ē
Et iterum si propter hoc electuariuz adhuc per
ciperet exuberantez fluxū uentris tunc non sece
dat ab eo. sed solum accipiat medietatez ipsius
Tertium instrumentum est hoc . ℞ penidiarū
. ℥. i. ſ. zucari al. ℥. iii. lapidis spongie subtilissīe
triti super marmore. ʒ. ii. confectionis de fistic.
. ℥. iiii mucillaginis sebesten facte cum aqua saxi
fragie. ℥. v. fiat electuariuz et in fine addant̄
pulueris cinamomi subtilissīe triti. ℈. ii. et fiat
electuarium. de quo electuario a presenti tempo
re usq; per totum mensē madii siue accipiendo
pillulas et electuarium antescriptuz siue nō hic
vir accipiat quantitatez medii coclearis p me
diam horam ante cenam ⁊ ante prandiū imo q̄
ter uel septies in die de ipso accipere potest ante
cibū ⁊ post cibū suo libito . Quartū īstrumētū ē
h°. ℞ olei amigdalarū dul. olei d sisamo ana. ℥.
. i. olei de nēufarie violarum se. altee malue se.
milii solis ana. ʒ. i. cere albe quantum sufficit fiat
vnguentū molle in cuius fine addantur sandal'
ru. ʒ. i. ſ. camphore. ℈. i. de hoc ergo vnguento
iste uir in mane cum surgit uel ī sero cum uadit
ad lectum inungat omnes partes femoris et sub
oxeo existentes et apponat super eis frustrum
unum lane albe bene pectinate aut saltem frustꝝ
vnū mollissimi coti . Et hec quattuor remedia
sufficere possunt conuenienter ad educendū fleg
mata trumbos et petala in uiis vrinalibus īuēta
De his uero instrumeutis que urinales uias mun
dificant a lapillis et harenis . licet plurima ab
illustribus auctoribus hinc mihi conscribantur .
Ego tamen tangam illa que mihi uidentur secu
rius et facilius educētia lapillos et harēas. Quo
rum primum est hoc . ℞ radicis saxifragie gen
tiane aristol' ro. assari peucedāi ana. ʒ. i. sanguis
yrci preparati . ʒ. iii. cum succo apii formentur
pillule de omni. ʒ. viii. Secundum uero cōpositū

specialius et elegantius ad hoc ē illud. ℞ liquiritie violaꝝ se. altee. se. malue nitri combusti lapidꝭ iudaci et lapidis lincis ana. ʒ. iii. pulueris leporis combusti secundum arteȝ. ℥. ii. penidiaruȝ. ℥. iiii. oximellis compositi. ℥. v. zuccari al. ℥. i. ß. fiat electuarium. quod postea buliat in. ℥. iiii. succi litospermatis usqꝫ ad ipsius consumptioneȝ succi hoc eniȝ est secretuȝ magnū. Tertiuȝ compositum est. ℞ granorum milii solis lapidis spongie liquiritie ana. ʒ. iii. zuccari al. duplū ponderis omniū fiat tragea. Quartum compositū est hoc. ℞ fistico ruȝ mundatorum. ℥. iii. liquiritie. ʒ. ii. polii montani cassie lignee foliorum assari camepitheos ana. ℥. ß. lapidis lincis. ʒ. iii. zuccari al. ʒ. v. cuȝ aqua saxifragie fiat confectio in rotulis. ʒ. iii. Est ergo canon in applicatiōe istoruȝ quattuor instrumentoruȝ talis. Cum iste uir perceperit perseuerare multiplicem dolorem partibus spine et iliorum et ardoreȝ et punctionem in urina multiplicem. tunc statiȝ semper ante cibuȝ deglutiat coclear unuȝ tragee parum antescripte. Similiter et post cibuȝ comedat frustrum confectionis nūc ultimo scripte. Iterum omni mane in aurora deglutiat coclear unuȝ electuarii ante confectioneȝ scripti. Et iterum per horam ante cenam accipiat. v. de pillulis antescriptis. Et ita reuoluēdo procedat de uno ad reliquuȝ spacio quindeciȝ dierum. Neqꝫ eniȝ est possibile ut harene uel lapilli ab isto modo medicandi euadant. quin educantꝛ et cet. Quitum compositū est hoc. ut in ferculo et uino huius uiri salteȝ pars tertia ciati misceatur huius mixtionis. ℞ aque sparagi milii solis ana. ℥. v. saxifragie lib. i. misce et cet. Sextum compositū est hoc. ℞ peucedāi bistorte fu. meu. ana. ℳ. iii. pulegii rubei assari eupatorii absinthii apii et rute cap. ve. et aristolo. utriusqꝫ ana. ℳ. ii. baccarum lauri. ℥. i. terenda terantur. et reliqua incidantur. fiat ergo eorum coctio in. v. uel. vi. siculis aque in qua sedeat eger usqꝫ ad regionem umbilici quando percipit accidentia prauꝫ antescripta. et sedabitur fragor et dolor in predictis partibus. ℞ olei de nenufare et de semie lini. ana. ℥. ß. pinguedinis cerui et taxi ana. ʒ. ii. dissoluantur omnia et secum incorporentur trociscorum stelle grana. viii. et fiat linimentuȝ. de quo cum penna ale galline intincta sepe imponatꝛ in concauitatem uirge et conuenienter tollit ardoreȝ. Ultimum compositū ut si dolor vehemēs inualesceret. tunc accipiat albumina quattuor ouorum in aceto qui infundantur in aquam frigidā cum. ℈. i. camphore subtilissime trite. ipsi itaqꝫ ciato tota infundatur uirga et sedabitur dolor in instanti fere. et per hec instrumenta hic comendatissimus vir dei misericordia teriabitur ad salutem quam sibi amplissime concedat sūmus et piissimus saluator iesus qui sanat regulat cuncta et bene disponit ad laudes eius inmortales. Amen.

Consilium de cacochimia dispositione idest de plenitudine corporis maloꝝ humoruȝ.

Uius generosissime domine dispositionem credo magis cacochimiam ꝙ plectoriaȝ denominādaȝ esse. videtur eniȝ ex significato terminoruȝ plectoriam arguere magis bonorum humorum multitudineȝ. Cacochimiam uero maloruȝ. Cuȝ ergo uideamus multam corporuȝ humanoruȝ habere plenitudinem magnaȝ quā sine nocumentis tollerāt manifestis imo etiā in etate decrepita. hanc uero generosā dominā in tali etate non tolerare plenitudinem suā sine magno nocumento. Ideo arguendum est ꝙ materie iste sint illaudabiles. quia sunt virtuti obiecta non proportionata. quod apparet ex multis. Primo quia corpus eius fere per totuȝ extensione manifesta magnificatuȝ est ⁊ proprie ī regione epatis inferius. Secundo quia non euācuantur renuȝ et alterius partes ab extensiuis doloribus permanentibus. et aliquando notabiliter augmētatur. Tertio iteruȝ hoc ostenditur ex parte lassitudinis uel impotentie ad motus progressiuos. Quarto iterum hoc deducitur. quia in quocunqꝫ fere motu corporis et omī fere reuolutiōe ad omneȝ differentiam positionis grauatur in inspirando et expirando. Et quinto iterum hoc monstratur ex varietate et interruptione soni et sonioruȝ varietate. Et sexto iterū hoc probatur ex impotētia debite euacuationis materieruȝ per uiā secessus et urine. Et septimo iteruȝ ex manifesta tumescētia tibiaruȝ et peduȝ eius que transcendit mensuram ōmnē naturalē humano corpori. Et ultimo hoc deducitꝛ ex istantia doloꝝ ī iferioribus partibus. qui sunt tensiui et grauatiui secunduȝ dominiuȝ prouenientiuȝ a materie grossitie ⁊ grauitate. licet quādoqꝫ interius sentiantur dolores pūgitiui et inflamatiui. qui proueniunt ab aliqua parte materieruȝ corruptaruȝ que non possunt regi a uirtute digestiua et expulsiua earuȝ. propter quod concluditur. ꝙ oportebit de necessitate erumpi tibias in aliqua determinata parte. nec est possibile prohibere illud. imo non dubito ꝙ eruptio erit aliqualiter sibi utilis dato ꝙ in una fiat aut pluribus partibꝫ. Regimē eius igitꝛ cōsistit in infrascriptis deceȝ regulis ⁊ instrumentis. Et primuȝ quidem ut huic domine fiat subtractio partis cibi et potus canonice tamen. ita ut si solebat accipere eduliuȝ. ℥. x. tunc accipiat precipue. viiii. ß. per tres dies. tribus autem sequentibus accipiat. ℥. viii. ß. et sic substrahēdo procedat usqꝫ quo perueniat ad medietateȝ eius. quod accipere solebat. taliter enim exiccabitur corpus eius conuenienter. Oportet eniȝ corpora paulatim ad non consueta transferre. quoniā natura non sustinet repentinas mutationes. Tertio tegni. Et clauditur ī uniuersali regula ypo. et galꝛ sermone illo secundo affori smoruȝ. secundū multū et repente euacuare et replere et cet. Secunda regula est. ꝙ omni die hec domina clistericetur cū hoc clisteri. ℞ furfuris frumēti. ℳ. iii. radicis yreos et peucedani ana. ℳ. i. foliorum blete malue et affodilloruȝ ana. ℳ. ii. coquantur in deceȝ lib. aque usqꝫ ad medietateȝ. Cuius decoctionis accipiatur lib. i. zuccari ru. ℥. i. yere Galꝛ. benedicte ana. ʒ. ii. salꝛ comunis coclear. i. olei oliuarum antiqui. ℥. iii. misce. et melius est accipere ipsum in mane ꝙ in sero. Tertia regula est. ꝙ hec domina dimittat omnes fructus preter ꝙ ficus et pepones. tameun post eos cm accipit bibat vinuȝ semilimphatuȝ. Quarta regula. ꝙ hec domina omni mane aut salteȝ alterno bibat aque mente et assari ana. ℥. ii. calidas cum zuccaro et comedere

tardet per tres horas. Quinta regula est. ut postquam acceperit predictas aquas duabus uicibus tunc tertia die sequenti ad istas pillulas accipiat parum ante cenam ʒ.iii. huius electuarii. ℞ electuarii de epithio ℥.i. hermodactilorum ſbit electi ana ʒ.ſ. ʒʒ. anisi ana ℈.ſ. incorporentur simul cum melle ros. et zuccaro al. et fiat electuarium. Sexta regula est. quod hec domina consuescat omni sero cum uadit ad lectum totam spinam suam inungere cum hoc linimento. ℞ olei omfancini olei de costo ana ℥.ii. pulueris sandarace sarcocolle boli. ar. ana ʒ.ſ. conquassentur omnia in mortario ultima contritione. Septima regula est ut hec domina assuescat omni septimana semel accipere duas uentosas super natibus cum scarificatione earum Et ita procedat cum istis euacuantibus materiam simul cum pillulis et electuario antescripto

Octaua regula est. ut hec domina consuescat bis in septimana deglutire coclear unum xilobalsami conditi et comedere tardet per duas horas. Ultima regula et instrumentum est. quod per uiginti dies ad minus omni mane in aurora. siue accipiat aquas antescriptas aut non deglutiat tria grana sarcocolle. Inest enim ei specialis proprietas extenuandi corpora pinguia. ad laudem dei. Amen.

Consilium de uniuersali lassitudine extensiua complicata cum debilitate stomachi et aggregatione flegmatum in capite.

Nobilis uir Petrus de ualmarana spectabilis et strenui militis domini Baptiste de ualmarana filius diebus istis laborauit quibusdam dispositionibus preternaturalibus. Et prima earum fuit leuis febricula que secundum mihi relata et per me uisa fuit una interpollata flegmatica quam tribus uel quattuor diebus passus est. Et dato quod fe. flegmatica per se cronica sit egritudo. tamen aliqua ex eis est breuis uelut fuit ista. quod ex multis causis contingere potuit. uel quia materia huius fe. fuit pauca subtilis et euaporabilis. aut quia uirtus fuit potens multum ad ipsam digerendam et sensibiliter euacuandam uel insensibiliter. uel tertio quia magis talis fe. contingit esse propinquam uiis euacuationum eius et uirtutem fuisse potentem in expulsione ipsius cum obedientia etiam materierum et uiarum uel quia medicus hoc cognoscens stati a principio fe. materiam minorando euacuans reddidit uirtutem potentem ad residuum materiei digerendum et expellendum sensibiliter propter aliquam uel plures harum causarum igitur contigit hanc fe. esse breuem. Secunda uero uiri huius dispositio est confractio quedam uel lassitudo toti corpori eius uniuersalis. et hec quidem lassitudinis species non uidetur esse arefactiua cum nulla precesserit causa exiccationis uel inanitionis corporis ipsius. neque etiam presens sit quod apparet. quia neque est extenuatus. neque multum sitiens nec uigilatiuus et sic de aliis accidentibus que in eo non apparet. Neque etiam lassitudo hec est apostemosa uel ulcerosa quod planum est. Est igitur hec lassitudo extensiua denominanda. et prouenire potuit propter congelationem materierum in ambitu corporis a frigiditate factam. Et huius quidem cura facilis esset per applicationem aeris calefacientis et fricationum et balneorum prouocantium sudorem. et uniuersaliter per applicationem omnium instrumentorum que calefaciendo aperiendo et subtiliando materias in musculis lacertis et neruis imbibitas hanc lassitudinem indubie remouerent. Si autem hec lassitudo contigeret propter transmutationem materierum antecedentium febres tunc esset curanda hoc modo. Si enim materia febrium antecedens expulsa foret tota aut quasi tota ad membra predicta. huius quidem cura esset per instrumenta que statim ante hic dicta sunt. Sed non uidetur rationale lassitudinem istam in hoc uiro prouenisse per hanc expulsionem que non potuit esse cretica quia non fuit in die cretico facta. nec a natura nunciata. et materia non fuit preparata. i. digesta. eo quod claudit contradictionem in theorica medicine quod egritudo cronica sit in principio cuius materia sit digesta. Et si credere posset aliquis quod talis egritudinis materialis causa fuit in principio morbi sinthomatice pulsa huius non uidetur saluari posse. Primo quia materie que sinthomatice mouent uirtutes ad agendum in eas sunt acute. hec autem materia ab omni acuitate denudata est et fuit. Neque etiam talis materia fuit multa que propterea hic stimularet uirtutem quia fecisset accidentia multa et prauiora. Secundo quia non apparuerunt nec apparent magnifice repletionis signa. nec etiam talis materia particularis per qualitates malas incitauit uirtutem ad eius expulsionem. cum ipsa materia ab omni specie male qualitatis oculte uideatur priuata. Fortassis autem hec species lassitudinis in hoc uiro contingit quia materia antecedens huius fe. propinqua fuit in fluxu ad musculos. aut quia huius lassitudinis materialis causa fuit inuentio materierum flegmaticarum in uenis exterioris ambitus corporis. que quidem materie propter superuenire retractionem caloris de circumferentia ad centrum in principio paroxismi predicte febris sicut fit in cuiuscunque fe. materialis habuerunt potentiam infrigidandi et extendendi circumferentiales partes corporis magis quam ante retractionem predictam uel sine ea. Et hoc quidem a posteriori declarari posset. quia cessante predicta caloris retractione minorate fuerunt confractiones predicte immo et omnino ablate fuerunt. Tertium principale accidens in uiro isto inuentum est stomachi sui debilitas in digerendo cibaria. Cum enim stomachus eius multitudine flegmatum sit lesus ut postea apparebit non est possibile quin eius digestiua debilitata sit et non quidem nocumento ablationis digestionis. quod non apparet eo quod digestibilia substantialiter transmutantur in eo Si enim non transmutarentur tunc necesse esset ut incitaret uirtutem ad sui expulsionem per inferius et esset lienterica dispositio que non apparet nec apparuit. neque apparent lienterie future pronostica signa. Aut uero talia cibaria in stomacho non elaborata impelleret uirtutem ad sui expulsionem per superius quod apparet esse falsum quia non habet neque habuit uomitum et similia illi. quare uidetur quod nocumentum digestionis in hoc uiro non est nocumentum ablationis denominandum. et quod nocumentum in digerendo in stomacho ipsius inuentum est corruptio digestionis denominandum. quod apparet esse uerum. quia

calor stomachi agens i obiecta scilicet cibaria trās
mutat ea in uentositates que in stomacho congre
gate incitant virtutem ad sui expulsionez . vnde
tales uentositates a uirtute expulsiua propulse
franguntur ad partes stomachi et oris eius et e
ructuando cum sonitu ad extra propelluntur. aut
quandoqz ad inferius per intestina expelluntur
cum rugitu aut sine illo. Et si contingat ꝙ he uē
tositates subleuent materias ad os stomachi tūc
faciunt in eo subuersionez et nauseam uel inclina
tionez ad uomituz ut ipse ex ore suo testificatus ē

Quartum principale accidens huius viri est
aggregatio flegmatuz in capite suo non soluz nūc
sed etiaz per alia tempora sibi consueta que quan
doqz catarrizant ad principiuz rize opilando il
lud . Aliquando uero per palatuz descendunt
ad os et pectus . et he sunt materie flegmatice
mucillaginose grosse et quandoqz salse quod ap-
parere potest ex sermone ex salsedine in ore eius
percepta . Hec in sūma sunt accidentia de quibus
hic nobilis addolescens conquestus ē. Unde ex pre
missis intelligi potest ꝙ fe. iam predicta curā nō
aduocat ad se cū iaz sit resoluta ut apparuit. Pa
tet etiam ex predictis lassitudinez predictam ad
se non euocare curā. Sequitur etiaz ex predictis
ꝙ solū oportet habere sollicitudinez ad regimen
stomachi rectificando digestiuā eius . et ad curaz
dispositionis cerebri rectificando ipsuz ne catara
les materias ī se multiplicet. Et oportet etiaz ab
scider̄ eorum descensuz ad inferiora. quoniaz aut
predicte dispositiones comunicant in materiali
causa que est flegma eius generatiua causa est ma
la complexio fri. et humida predictorū membro
rum. Ideo necesse est cōplōnē āborum rectificar̄
per quā rectificationez materierum predictarū
generatio prohibetur et descensus .

Capituluz secunduz de dieta.

Itaqz regimen huius viri debet esse per admini
strationez sex rerum non naturalium calefacien
tiuz subtiliantiuz et aperientium uias et consumē
tiū materias tam ex cibis ꝙ ex potibus. et ex ali
is quinqz rebus non naturalibus que omnia
facilia intelligi possunt per clarissimos doctores
qui eius regimen diligenter mensurarunt . Unuz
memorando semper ꝙ huic uiro non credo utile
esse recedere a potu uini sicut mihi narratuz est .
eo ꝙ ex potu a q̄ augetur lapsus eius fri. et humi
dus . tam stomachi ꝙ capitis et multiplicabunt
materiales cause flegmatice suorum lapsuum re
ciproce augmentatiue. Et si perceperit aut perce
pisset nocumentuz additionis catarri fieri proptē
potum uini tunc responderi potest ꝙ nocumentū
facile modificari potest confrangendo vinuz si fu
erit fumosum cum aqua conuenienter. aut eligen
do vinum colore albuz substantia subtile et poten
tia mediocre quo uti potest in omni suo regi -
mine horis conuenient̄ .

Capitulum tertiuz de cura per medicinalia .
Pro dispositionibus vero stomachi et capitis ui
detur mihi ꝙ uir iste uti debet remediis nouem
quorum stomacho tria sunt conuenientia . quatu
or uero capiti appropriata. duo uero utrisqz con
uenientia. Primuz itaqz remediuz stomacho con
ueniens est usus electuarii de xiloaloes descrip
ti ab. A. 5°. canōe sūma prima ex intentiōe ipsius
auctoris. Et accipiat ex eo postꝙ fuerit euacuatus
per duas septimanas. ʒ. iii. omni mane per nouez
horas post cenam deglutiendo ipsum et tardādo
cibuz et potū horis saltē tribz. Secūdū remediū
stomacho conueniens est confectio infrascripta de
qua hic vir accipiat rotulaz vnā ante cibuz et ro
tulam semis post cibuz bibendo post ipsam medi
um cyatuz vini predicti et continuet ipsam dua
bus septīanis . post ipsaz āt sufficiat ei accipere bis
vel ter in septimana ante prandium . et ita debz
esse precedentis electuarii vsus post duas septia-
nas Est autez descriptio confectionis talis. ℞ spe
cierum aromatici. roꝭ descriptiōe Gabrielis. ʒ. i.
. ʒ. specierū electuarii dyacimini descriptio Rap .
sexto breuiarii . ʒ. ii. zuccari alb. lib. ʒ. cum aqua
mente fiat confectio in rotulis. ʒ. ii. Tertiuz in
strumentuz stomacho conueniens est ut portet sup
frustrum panni electi de grana duplicatuz quan
titatis maioris ꝙ pedalis ipsuz superponendo in
terule sue aut infra ipsā. Et si haberet duos tales
pannos et permutaret sepe eos exiccando in sole
uel ad ignez ut sudorositas consumeretur esset
melius ei. Quartuz remediuz in ordine et pri
muz de instrumentis capiti conueniens est ut vir
iste assuescat in mane sepe ante cibuz scilicet per
duas horas facere gargarisma tale . ℞ aque ma
iorane aque assari aque yreos ana. ℥. ii. ligni al. co
sti staphizagrie ana grana . vi. misceantur omnia
et calefiant et impleatur ex eis os pregargarizā
do expellantur . Secundum istrumentuz capi
ti coueniens ē ut uir iste in sero quando vadit ad
lectuz saltem tribus uicibus in septimana pulue
rizet super prora sui capitis per commissuraz sa
gittalez vsqz ad coronalez a sūmitate capitis q̄ti
tatez quinqz granoruz ordei latitudine quat
tuor digitoruz Cuius descriptio . ℞ ligni aloes
. ʒ. i . roꝭ laudaī storacis calamite maiorane assari
betonice ana. ℈. i. gariofiloruz . ʒ. ʒ. misce . Ter
tium remedium capiti conueniens est hoc. ℞ aq̄
maiorane cyatuz. ʒ. pulueris liquiritie violaꝝ li
gni aloes maiorane ana grana. v. zuccari al. ℥. ʒ.
buliant omnia hec simul modicum deinde colen
tur et parum calefiant et ore prius impleto
aqua leui attracitiōe per nares inspirando trahi
ciantur et erit capitis mundificatiuuz et opilatō
nis rize aperitiuum. Quartum et vltimuz in
strumentum pro capite est hoc vt vir iste semel ī
septimana quando vadit ad lectuz accipiat pillu
lam vnā assaiaret descreptiōe Aui. prima tertii
capitulo vltimo et sit hora accipiendi eam secū
da post assumptaz cenam. Quantitas pillule est
ut ex. ʒ. i. fiāt. vi. cū aqua maiorāe. De r̄mediis
que utrisqz horuz membroruz iuuamentuz comu
nicant . Primum quod meo iuditio valde uti
le est ut uir iste in septimana semel per quinqz ho
ras post cenam accipiat. ʒ. i. ellecte et bene fermē
ate tyriace Andromaci et quiescat ī lecto post
eam horis saltem tribus et non accipiat cibum
nisi transiuerint hore quinqz post eius assumptō
nem neqz fortibus exerciciis vtatur. Secun
dum instrumentum vtriqz predictorum coueni
ens est vt vir iste vtatur infrascriptis pillulis
de quibus accipiat in septimana semel aut bis pa
rum ante cenaz cuius descriptio . ℞ aloes electi
. ℥. i. agarici . ʒ. ii. turbith. ʒ. i. masticis maiorane
crocii ligni alos macis gariofiloꝝ ana grana. vi.
puluerizentur et infundantur omnia ī succi eius

et aqua maiorane ana.℥.i.et diligenter cōmisceā tur deinde exponantur ad solem sepe agitando donec cōmisceantur liquores.cū igitur consum pti fuerunt iterum superaddantur ⁊ iterum soli exponatur ter ita faciendo.Ex massa igitur illa fiāt pillule pro omi.ʒ.vii.et utatur bis ut dictū est.Hec itaq; uisa sunt mihi meliora et securiora quibus uir iste uti potest.Ad laudem dei omni potentis.Amen.

Consiliū de marasmo complicato cum stipicitate vētris cū corruptione potentiarū interiorum.

Quidam de marchia anchonitana colonus uehemēti molestatur egri tudine que non minus cōturbat animam meam ꝙ corpus eius sua anxietas molestet.Et enim hic vir laborat uehementi corporis extenuatione que marasmodeam dispositionē con secuta est et non febrilem.et est quidē huius dis positio vehemens uentris stipticitas huic extenu ationi copulata que potest esse accidens causarū que fecerunt in ipso extenuationē.et pōt etiā ip sa stipticitas esse causa marasmi et substantifice cō sumptionis huius uiri.propter que duo hic vir ē͡t corruptam habet operationē imaginatiue potē tie.propterea quia mobilis est in operibus ex ua riis conceptibus in imaginatiua potentia inuen tis.sicut etiam in ipso uaria insātum et diuersa r̄ peritur electio a lesione potentie cogitatiue pro ueniens.Unde dicendū est dispositionem huius viri nō leuiter esse verendam ut ex premissis ap paret.et iam paulo post euidentius deducetur. Dixi autē superius ꝙ pria huius viri dispositō est extenuatio vehemens que prouenit in eo a ma la complexione frigida et sicca totius que melan colica nominari debet.et multiplicata est a vehe menti frigiditate et siccitate totius corpis.quo niam in eo apparent omnia signa ariditatis taz cerebri ꝙ cordis et epatis.materia enī mlīca ī corpore multiplicata multis de causis potest esse causa exiccandi corpora ut speculatores dixerūt Primo quidem propter ipsius complexionē con trariam temperamento humano.quod labitur ab equali ad pondus per augmentū caliditatis et humiditatis.Sed huic temperamento cōtra riatur melancolia sui frigiditate ⁊ siccitate igit̄ et cet̄. Secunda ratio est quia complexio me lancolice materiei aduersatur instrumento oīū operationū.quod est spūs qui est calide complexi onis et humide. Tertia ratio quia frigiditas melancolie contraria est omni rei uite. Quar ta ratio est quia siccitas eius est causa consumptō nis humidi quod est nutrimentū omniū mēbro rum. Quinta ratio est quia per frigiditatē et siccitatem exprimitur et consumitur humiditas secunda omnis pro debita nutricatione mēbro rū necessaria.Ex quibus omnibus non est mira bile concludere si per talem complexionē frigi daz et siccaz prohibetur transitus animalis spiri tus sensibilis et motiui qui est instrumentū mo tus dilatationis et constrictionis intestinorū et musculorum uentris.Ex quo fundamento vide ꝙ pulcre intelligere potes cām secunde disposi tionis in hoc uiro que est stipticitas uētris.Mul titudo enim materiei melancolice propter frigi ditatem et siccitatē eius et contrarietatem ad humanā uitam et ad omnes eius operationes est causa ut in hoc uiro acquisita sit stipticitas tāta in uentre eius ut nullo modo operatione natura li venter eius leniat̄ imo difficilimū ē ipsū reddi fluxibilē etiā cum omni instrumento medicina li quātūcūq; sapienter admīstrato.vnde nisi be ne ꝓcuret̄ huius viri dispositio certitudinē habē transitus in firmationem marasmodee dispositio nis totius corporis a qua nunq̄ curabitur.proptē quod oporteret ipsum sollicitū esse ad amandū sue uite longitudinē et nō negligendū.At uero licet ex sermonibus istis colligi possint tres cause extenuationis totius corporis et stipticitatis uen tris.Una quidē ex parte defectus virtutis uital̄ a lapsu melancolico prouenientis.Secunda vo ex parte uirtutis naturalis cui etiam contrariat̄ melancolicus lapsus qui uocatur lapsus complexi onalis.Et tertia ex parte defectus uirtutis aial̄ sensibilis et ē͡t motiue que omnes deducūt pul cherime necessitatē consumptionis corporū et stipticitatis eorum ex parte causarū anteceden tium que sunt de essentia corporis.nil minus ad huc assignari possunt cause consumptionis corpo ris et stipticitatis uentris ex parte earum que pri mitiue nominātur Quis enī dubitat cū aer fri gidus et siccus et annexa ei ut ungi et balneari in rebus frigidis stipticis et siccis et sic de aliis possint esse cause extenuationis corporum et stip ticitatis eorū.similiter etiam quar̄ non debet cō cedi ꝙ usus ciborū et medicinarum frigidaꝝ siccarum et stipticantium poterit esse causa omni ū predictorum accidentiū.Et quare etiā non debet concedi ꝙ ciborum et potuū ⁊ narcoticoꝝ per se uel cum illis commixtorū non debet esse causa consumptionis corporū et prohibitionis et ablationis operationū naturaliū animaliū et vitalium que necessarie sunt ei.Ex quorū omniū fundamēto uide ꝙ pulcherrimū est intelligere di uersitatem effectuū in corporibus humanis eue mentiū ex diuersitate causarū illorū effectuū productiuarū.In sūa igitur huius uiri stiptici tas ventris totius ariditas mobilitas in opera tionibus lassitudo substentandi corpus magna in ipso eueniens prouenit a lapsu frigido et sicco multiplicato in corpore huius uiri.propter quod si in eo multiplicabitur materia melancolica q̄ comunicetur cerebro per compassionē absoluta necnon absolutā iste uir indubitanter fiet melā colicus.⁊ tu considera.Ex quibus omnibus cōclu ditur.Primo ꝙ iste uir ad sui procurationē de bet esse sollicitus.Colligitur secundo ꝙ non de beat moram contrahere neq; tempus expender̄ in uanū ad sui curationē.Sequitur tertio ꝙ ma xime in hoc autūno et futuro vere de se debet eē sollicitus.Ego autem in harū dispositionū re gimie succinte regimen ordinabo quantū erit o portunū longitudini parcens.Primo quidē dis currendū est regimen sibi conueniens ex parte sex rerum non naturaliū.Secundo uero ex pte rerum medicinaliū.

Capitulū secundū per dietā.

Pro naturaliū itaq; rerum expeditione omniū premittendū Primo vl̄r ꝙ omnia que applicāt̄ corpori suo debent esse calida et humida effectiue

calida quidem vt adversentur frigiditati melan colie. humida uero vt corrigant siccitatem eius. verumtamen argumento sumpto ab etate huius viri que consistentia est et etiam a naturali complexione eius que colerica fuit et notabiliter lapsa est talia debent esse minus intensiue calefacientia q̄ humectantia. Habitet igitur et moram cō trahat i aere calido minus tamen q̄ humido. vnde euitet cameras et mansiones in locis expositis aspectui meridionali. ⁊ occidentali que ēt sint posita i parietibus montiū. vnde caliditas a radiis solis impressa duplicari ⁊ multiplicari possit ⁊ reflecti. et non curet in suis cameris accedere ignē ⁊ proprie cum carbonibus suffocati aeris ⁊ non euentabilis. ⁊ caput suum ⁊ pectus muniat coopturis remisse calefacientibus ⁊ amplius humectātibus. ⁊ caueat a vestibus ⁊ fulcimentis calefaciētibus pectus eius absq; euentatiōe cōgrua. De cibis vero vtatur omnibus actu ⁊ potentia humectatiuis velut sunt pinguia brodialia omnia ⁊ proprie non multum salita. vnde bleta spinachi a protulata cucurbita lactuca enduia crisolocana omnia conueniunt ei cum carnibus vitulorum et agnorum ⁊ castratorū annualium caprectoru3 cuniculorum ⁊ reliquoru3 animaliu3 volatilium bene pinguium peditantium quorum etas non trāseat spacium anni. propter quod etiam pisces p ui in fontibus inuenti ⁊ cancri capedani fontales ⁊ lucii omnes sunt ei conuenientes elixi vel assati cum pingui ⁊ bono oleo oliuarum uelut est marchianum anconitanu3 quod est eque bonum vel forte melius q̄ reliqua olea nostra etate reperibilia. Similiter conueniunt ei omnes cibi lacticinei ⁊ cum pinguedine porci recentis ⁊ antiqua non multum salita. Cerebrum animaliu3 pulmo testiculi ⁊ pingues corum partes omnes conueniunt ⁊ butiri vsus etiam mihi placet. Aromata vō calida ⁊ sicca euitanda sunt saltem in vsu continuo. ⁊ menta petrosellinum feniclus tarcon ysopus saluia rosmarinus ⁊ sisimbrum talia dimittenda sunt saltem in multo vsu ⁊ continuo nec ꝓprie conueniunt ei nisi gratia condimenti ⁊ aromaticitatis aliorum cibariorum. De fructibus vero conueniunt ei cerasa pira muscata auellanee ⁊ amigdale recentes ⁊ ficus ⁊ vue ⁊ pepones bene maturi ⁊ dulces et granata dulcia. Reliqui vero fructus frigidi sicci ⁊ stiptici dimittantur vt sūt citonia mespile sorbe granata acria ⁊ consimiles

De leguminibus conueniunt ei pisa cicera alba ⁊ rubea et rizum comuni consuetudie prepa ratum cum lacte amigdalaru3 et cicera rubea cū pingui brodio condita et tri. ⁊ reliqui pastiles cibi cum brodio pingui. De saporibus vero conueniunt ei vinu3 granatorum dulciu3 ⁊ mu sorum ⁊ sapa et succus citrangulorum ⁊ agresta cum zuccaro condita in diebus caliditatis ⁊ cum melle in diebus frigidis. De potu vero conueniens est ei vinum album subtile gustui delectabile ⁊ dulce simpliciter tale aut commixtum aqua fontali clara delectabili aut de cisterna vel per barenam cribellata secundum consuetudinem ferrariensiu3. Et si vti posset aqua mellis non multe dulcedinis credo q̄ ei utilima foret. et proprie quando coqueretur cu3 semine vel foliis recentibus basiliconis. verumtamen omnino melior esset ei aqua decoctionis zuccari q̄ mellis. propter temperiem eius. Hec de secunda re non naturali dicta sufficiāt. Pro tertia vero re non naturali caueat iste uir cibum accipere ante naturalē appetitum eius vt nisi preasumptus fuerit bene digestus. vnde cibum non deglutiat nisi cum bona masticatione et in tanta quantitate ipsum accipiat vt ex eo nō grauet̄ stomachus neq; fluctuet in eo potus. Pro quarta re non naturali. s. motu et quiete caueat a fortib3 motibus ⁊ ꝓprie post cibum. quia post cibum sibi conueniētius est quiescere q̄ moueri ⁊ hinc inde discurrere. et nō solum motus corporalis euitandus est imo ⁊ aialis velut furor iracundia angustia sollicitudo tribulatio melancolia ⁊ similia. De vltima vero re non naturali. s. somno et vigilia sollicitus eē debet in longitudine dormiendi ⁊ nullo modo excedēdi in vigilia ⁊ dormiat ventre inferius accubato secūdū pluries vt spiritus vniti i tali accubatione conseruentur magis. Hoc i sūma est regimen huic viro conueniens ex parte sex rerum non naturaliu3 condecentur mensuratu3.

Capitulum tertiu3 de cura per medicinalia.

Pro regimine vero rerum medicinalium septem ab hoc viro mihi vidētur obseruanda remedia. Et primu3 quidem est vt attendatur confortationi cordis ne propter siccitatem in eo confirmatam iste vir transeat in marasmu3 confirmatum ⁊ hoc cum remediis duobus. quoru3 primu3 est hoc. ℞ croci. ʒ. ſ. foliorum basiliconis seminis endiuie lactuce scariole ana. ʒ. i. ſ. florum cū le capillorū veneris corticum citri ana. ʒ. ii. musci grana. iiii. bheen albi ⁊ rubei florum boragis ⁊ buglose ana. ʒ. ii. iacinti smaragdi zaphiri ana. ℈. ſ. foliorum auri numero quinque puluerizēt̄ omnia per se ⁊ fiat sacculus quadrangularis longitudinis semisse in sindone de grana retorta qui semper portetur alligatus super mamilla sinistra ⁊ omni fine duorum mensium renouet̄

Secūdū vō pricipale remediū ⁊ itū ad dispositione3 cordis conueniens est hoc. ℞ conserue buglose boraginis ⁊ violarum ana. ℥. ii. trociscoru3 de violis trociscorum de croco seminis acetose scariole capillorū veneris ana. ʒ. ſ. sirupi de corticibus citri. ℥. iiii. zuccari albi. ℥. ii. amili. ℥. i. fiat electuariu3 de quo iste vir omni mane in aurora deglutiat coclear. i. per. ſ. horam ante prādiū ⁊ ante cenam deglutiat de eo ad quantitatē unius nucis muscate ⁊ ita continuet hoc electuarium vsq; ad medietatem mensis octobris.

Tertiu3 vero principale instrumētū est vt iste vir semper in cibis vtatur his speciebus super effundendo de eis omni ferculo suo. ℞ foliorū3 volubilis florum malue et altee ana. ʒ. i. ſ. adiati politrici cetrac' ⁊ capillorum veneris ana. ℈. ii. cartami folliculoru3 sene polipodii thimi epithimi ana. ʒ. ii. cinamomi electi. ℥. i. salis indi. ʒ. xv. fiat omnium p se puluis et commisceat̄. Quartum remedium principale est hoc. ℞ ellectuarii de epithimo ellectuarii de sebesten ana libram. ſ. diagridii. ʒ. iii. succi violarum succi mercuri alis ana. ℥. i. penidiarum. ℥. ii. fiat electuarium de quo hic vir accipiat coclear vnum semper ante cibum tam in prandio q̄ in cena. Uerum si ꝓpter assumptiōem tante quantitatis iueniret vētrē suū nimium fluxibilē tunc accipiat de eo par plus vsq; quo inueniat quantitatem p quā veter

eius remaneat fluxibilis: Quintum remediũ est hoc. ℞ olei de ben olei violarum olei de flori bus enule ana. ℥. i. macis. ʒ. ii. galie muscate cipi masticis corallorum rubeorum ana. ʒ. ss. resine clare ⁊ electe. ℥. i. cere quantuʒ sufficit fiat vnguen tum mediocris gluctinositatis de quo sẽper por tet super stomacho suo. Sextum remediuʒ pri cipale est hoc. ℞ olei amigdalarum dulciuʒ olei de silamo ana. ℥. ii. pinguedinis anatis tassi ⁊ gal line ⁊ anseris ana. ℥. ss. se. altee violarũ florum vo lubilis cucurbite et seminis lactuce ana. ʒ. i. arta nite. ℥. ss. esule. ʒ. ii. ciclaminis thi. epithimi dia gridii. ʒ. ss. cere albe quantum sufficit fiat vnguẽ tũ molle. d q° totus venter iferior inungat̃ ⁊ ylia vsqʒ ad femur saltem omni die naturali bis mãe quando surgit et sero quando vadit ad lectuʒ: Se ptimuʒ vero ⁊ vltimuʒ principale instrumentum in cura huius viri est vt ipse loco sirupi omni ma ne in aurora assumat scutellam vnam aque lactis in qua tepida in sero infundantur epithimi . ʒ. i. cum semis salis indi. ʒ. ss. et sic per totam no ctem dimittatur in mane calefiat et coletur cum expressione leui et ita bibatur. Hoc in sũma ẽ hu ius viri regimen conueniens ad sui corporis re ctificationem et sanitatis acquisitionem. quaʒ si bi omniũ ille pontifex et miserator concedat qui affluenter omnibus benignitatem ⁊ bonitateʒ in spirat. Ad laudes eius immortales. Amen.

Consilium de macrefactione corporis:

Dispositio huius paduani est ma rasmodea non ex calore febrili sed ex defectu nutrimenti non directi ad membra totius corpo ris. Et hoc ex causis egritudina libus et accidẽtalibus ipsarũ egri tudinuʒ complicatarum vʒ harenatica passione cui associata est hyliaca et colica cuʒ his accidenti bus. s. vomitu suple fecali et descensu ylii ad oseũ in inguia. Uomitus eniʒ ille fit per colligantiaʒ membroruʒ inferioruʒ cuʒ orificio stomachi ac etiam quia ylion dislocatus est et ad inferiora ꝑ pulsus. quare non est possibile vt feces educantur per iferiora: Regimnẽ diete sũmat vinũ albũ bonũ ⁊ odoriferꝫ limphatuʒ cum aqua decoctꝫ se. feniculi. Item sũmat pluries brodia pullorum ca ponum et gallinarum et columborum iuuenum et parumper carnium minutiʒ incisarum aut pi staruʒ. Regimen medicinale capiat̃ spõgia ma gna que cõprehẽdat loca genitalia inguinum et femoralium quasi. et fiat fomentatio subsequens vna vel una cum dimidia hora contĩe. Ceratuʒ ℞ laudãi rasine electe ana. ʒ. vi. storacis liquid galie. mus ana. ʒ. ii. specierum vnguenti glutinosi . ʒ. i. cere. q. s. dissoluatur glutẽ cum modico aceti et fiat cerotum stomachale. Fomentatio. ℞ fenu greci granoruʒ sisami ana. ℥. viii. se. malue altee ana. M. iii. bdelii mollis ⁊ subalbidi. ℥. ss. cimi. ℥ i ss. carui se. aneti ãcos ⁊ feni. ana. ℥. ss. yue cẽtauree mĩoꝫ rliq̃ cõtũdãt. ĩcidẽda ĩcidãt et reliqua cõtũ dantur. Item post clistere factuʒ ante cenaʒ det̃ puluis calidus ꝑ rẽibʒ. Itẽ fiebat clisteꝛ sibi ex d co tione ex pinguedine renum castrati de qua de coctione. ℞ ciatꝫ quattuor olei. ℥. ii. butiri. ℥. ii. croci grana. vi. salis coclear. i. zuccai ru. ℥. i. ss.

Consilium de febre colerica continua.

Quoniam ex signis actu apparen tibus ⁊ perseuerantibus ĩ disposi tionibus notabilis viri Nico lai de comitibus apparet conti nue instare pugnaʒ virtutis ad morbũ ⁊ materiam eius et econtra. Ideo non ẽ possibile aliter extimare de ipso. nisi quia opor tet hanc egritudinem creticare crisi perfecta. ⁊ h° est quod eligendum esset. aut saltẽ crisi transmu tationis materie. quod non posset esse sine aliqua li suspitione in longitudine egritudinis. aut ma ioris molestie eius. Neqʒ ĩ istis tribus punctis d clarandis speculatione diffusa valde necessariuʒ est contemplari. primus eniʒ punctus satis persu adentes habet rationes. Est enim febris assidua est etiam quasi vniformiter affligens et parua di uersitate exacerbationis saltem manifeste diuer sificata. etiam ad tactum caliditas satis compre henditur. ⁊ pulsus velocitas et frequentia et ma gnitudo vehementes. et vrinarum tinctura nota biliter eleuata. hec omnia sollemniter declarant instantiã virtutis ad morbum. Quod vero his perseuerantibus necesse ẽ futurã fieri cresiʒ et lau dabilem apparet. eo quia cum perseuerantia pre dictoruʒ signoruʒ virtus optinet et non subcum bit. neqʒ in diebus exacerbationis febris. neqʒ ĩ terpollationis eius. Etiam quia subleuatur vir- tus per euacuationes actuales. Et tertio quia ĩ euacuatione spontanea. videlicet in sudore copio so notabiliter aleuiatur virtus. et non aggraua tur. quare ex istis cum aliis supratactis sperãdũ est de futura crisi ad bonum et non ad malum.

At vero tertio non euacuatur ab aliquali sus pitione transmutationis materieruʒ ad aliqua loca. febris eniʒ hec laboriosa fuit. et acuitate no tabiliter affligens. Sed in febribus laboriosis ti metur transitus materieruʒ ad apostẽandũ mẽ bra ex sententia sũmi ypocratis et comentatoris eius afforismoruʒ quarta illo. Laboriosis in febribus et cetꝫ. Amplius omnis acuta febris hẽt latitudineʒ terminandi ad malum cuʒ velocitate sue afflictionis et cuʒ difficultate accidentium Cuʒ igitur hec febris fuerit acuta. quia colerica et continua. et omnes acute febres salteʒ contĩe apte sint interficere. et a febribus interficientibʒ raro contingit euadere nisi cum contractione . i. tumore vel apostemate aliquarum partiũ pri ma quarti de signis febriuʒ putridarum. Igitur dubitabile est. ꝙ hec febris non faciat crisiʒ trans mutatiõis predictaʒ. Plura alia speculabilia huic proposito mihi occurrũt que pretermitto diligẽs breuitateʒ. Ex his itaqʒ omnibus concluditur canon regiminis huius viri cum dispositione ta li. quoniam primo necesse est virtutem substẽtar̃ et precõseruare fortitudinem eius in pugna labo randꝫ. Secundo necessarium est administrare digestiua residuũ materierum digerentia ꝙciti us est possibile. Tertium vero est vias euacuatõ nis materierum apertas conseruare. Quartũ est accidentia futura fieri et presentia scientifice gubernare. Primum itaqʒ horum completur cum his que actu tamen continue administrãtur et conuenienter cum cibis in quantitate conueniẽ ti habentibus qualitatem restrangendi materias

colericas .7 emundandi et clarificandi sanguinez
ab eis.quod pluribus modis fieri potest. Prio
coquendo in cibis eius radicez vnam vel duas ci
coree.et si timet eius amaritudinē.tunc accipiat
radicem endiuie.aut saltem in cibis coquat cresso
nes in fontibus nascentes. et de eis cum predi
ctis aut sine faciat salaticiū.et sepe. Secundo
vtatur succo aracioꝝ i suis cibariis aut succo ḡnato
rū muroꝝ.aut succo lionū nō salitoꝝ aut fiat sibi
gelatia cū pauco croco 7 absq3 spēb3.7 cōedat spi
chias et bletas .et aliquando radicem raparum
cum foliis earum .7 si abhominaretur preciosuz
salaticium esset comedere folia lichini cum aceto
et est epatica fontalis vl' putealis cū qua et aliis
tactis brodia pullorum lactent vituli p erdicum
vel faxianorum 7 consimiliuz continue alterata
sint. Pro secunda vero intentione principali
continuet assumptionez sirupi violati iuiubini ꝺ
bissantiis compositi aceto qꝛ omnes aut aliqui eo
rum commisceantur cuz aquis epatice cuscute fu
miterre cicoree endiuie boraginis violarum et
buglose .etiam cuz eis succuz granatorū murorū
cōmiscendo.a quo non desisterez .Et pro hac in
tentione etiam vtatur confectione diarodon tri
asandalorūz aut trociscis de violis trociscis de
spodio cum se.acetose confractis cuz trocis.de eu
patorio aut trocis.ꝺ berberis cum zuccaro cocto
cum aqua cuscute cicoree et endiuie. Tertium
autem iaz secundum partem complementum hēt
ex predictis .quodlibet eniz predictorum vias
ductuū conseruat apertas. aut lauando abster
gendo incidendo et aperiendo materias non solū
comūes.sed appropriatas vt antecedentes a vēis
precipitare faciunt.propter quod etiam aqua lac
tis caprini vltima est in hoc capitulo. est enim
vehemens vehiculū ei quod expectatur de inten
tionibus predictis .vt prima quarti capitulo de
cura febris quartane colligendum. Similiter
etiam partem materierum diuidendo subtraheꝛ
cum pillulis de aloe abluto.est enim instrumētū
valde conueniens. Et adhuc etiam omni septia
na sel' subducere partem materieruz cum electua
rio diaprūis.aut cū medulla cassie.fist. aut terio
cum succo ros.et el'io de psilio .aut cū cassia fist
7 succo ros.aut cum hoc medicamine semel in sep
timana administrato conuenientissimuz esset. ℞
tamarindorum electorum.ʒ.i.dissoluantur cum
aquis cicoree et epatice ana.ʒ.ii.calefact et accipi
atur colatura eorum cum bona expressione facta
et cōmisceatur cum hac mixtione. ℞ cassie fist e
lectuarii diaprunis simplicis ana.ʒ.ʃ.reubarba.
electi.ʒ.ʃ .spice nardi grana.v.misce et totum i
potu detur in aurora calidum et tardet cibū eius
ad minus horis sex. Iam vero ex predictis ap
paret ꝙ satis facile accidentia que possent hanc
dispositionem concomitari poterunt prohiberi
siue enim dolor capitis siue vigilia imoderata ꝉ
dolor ventris aut raptus materierum ad mēbra
interiora vel exteriora fieri possent que sunt acci
dentia consimiles febres cōmitari solētia .patet
ꝙ ipsorum quodlibet facile potest prohiberi eue
nire per digestionem materierum subtractionez
earum particularem et maiorem apertionem ui
aruz.que omnia cuz medicinis predictis in inten
tionibus supratactis fieri poterunt. quoniam ex
subtractione materierum 7 earum digestione vir
tus redditur potēs facile vertere poterit reliquuz
de materiebus a sua mala qualitate. Et proprie
hec omnia valde acquirentur conseruando perse
uerantiam sudoris et pororum corporis apertiō
nem faciendo. Et quo ad stomachum renes 7 epar
cum epithimatibus linimentis vnctiōibus guber
nando de quibus prolixo sermone collatio facta
fuit per famosissimū doctorem canduz ad laudē
dei. Amen.

Consilium ad febrem colericaz cum asmate 7 do
lore 7 ad materias catarizantes ad pectus.

I bene 7 diligenter consideretur
dispositio venerandi in christo
patris domini abbatis sancte ma
rie in organis videtur ꝙ ipsa est
cōplicata ex variis egritudinib3
et numero pluribus 7 accidentibus.febrit enim fe
bre aliqua que preoydea scribitur.licet eius distī
ctio specifica non assignetur que quidē febris vi
detur successisse causonidi aut eidem complicata
et rationaliter videtur dici posse colerica. Se
cunda vero egritudo est pleureß que iaz predicto
causōidi successit vt scribit vel eidem saltem cō
comitata erat. Tertium est accidens scilicet ma
teriei defluxus catarralis a cap te ad partes pecto
ris que quidez materia flegmatica est grossa 7 vi
scosa cui etiam materiei successit accidens secunꝺ
quod est anhelitus difficultas que.species asmatis
extimatur. Hec sūt quattuor principalia quibus
videtur adherendum esse vt sanitati restitui pre
dictus possit veneradus pater. Et lz i dispositione
presenti prolixe satis speculandum essz si tempo
ris conformitas elargiretur. tamen ut sermo
vtilitati adhereat aliquid facillime tangendum
est. Aut igitur difficultas anhelitus ista remansit
iterum complicata cuz doloribus pectoris aut e
contra.scilicet ꝙ anhelitus grauatur absq3 dolorē
quod videtur aliqualiter suspicandum esse .eo qꝛ
scribitur hanc dispositionem esse in declinatiōe
quo ad accidentia. Si igitur accidens primū.s.
dolor q fuit scd3 accidēs scilicet asmat causa mi
noratuz est .aut ex toto remotuz.et asma illud se
habebat ad dolorem per modum dependentie
necesse est concludi alteruz duorum .vel ꝙ omnia
accidentia sunt in declinatione vt scribitur vl' sal
tem ꝙ alterum accidentium decliauit scilicet do
lor remanente asmate. Et probatur primuz ho
rum duorum quoniam si asma fuerit accidens
doloris in conseruari dependens ab eo necesse est
quod remoto dolore remoueatur accidēs eius qd
erat asma.ergo primuz conclusum omnino veꝝ
ē. Si āt asma erat accidēs nullo modo pendēs ab
ipso dolore .tunc poterit valde facile concedi ꝙ
remoto ipso dolore adhuc remaneret asma ideo
correlarium secundum verum. Cum igitur hic i
ueniantur duo accidentia scilicet dolor et asma 7
neutrū illorum habet ab altero dependentiam
tunc erunt accidentia fixa habentia causam eoꝝ
conseruatiuam. Si sunt accidentia reuolubilia p
intentionem et remissionez vt iam scribitur. Nā
si essent accidentia neq3 crementum neq3 decre
mentum habentia.tunc iam essent fixa. Et vide
tur hoc contexere difficultatem magnam saltem
de dolore. Nam dolor ille aut proueniret a mala

complexione fixa calida vel frigida. et hoc non po test concedi. eo quia mala complexio fixa non effi cit dolorem ut secunda primi capitulo de causis doloris. tunc enim oporteret concedere in ethica et in dispositionibus marasmodeis inesse dolorē quod negatum est ab Auicibidē. Amplius dolor non est nisi contrarie rei subito imprimentis con rarietatem sētire. sed nulla dispositio fixa subito imprimit quare non est possibile credere dolorem prouenire ab aliqua fixa male complexionis spe cie. Cum autem dolor permaneat et fixus vt iam scribitur licet remissus. cuius causa non potest as signari aliqua species male complexionis fixe vt argutum est. ego ipsius doloris causa necessario e rit solutio cōtinuitatꝫ 9ª necessaria est. eo quia do lores secundum quamcunque locum incunbunt. aut subitam alterationem ostendunt aut solutam continuitatem. Et forte ꝙ hec soluta continuitas intenta est in sermone eo quia scribit ꝙ hec est spe cies doloris extensiui. Cuius plurimum prouenit a uentositate extendente panniculos et trahente ipsos a suis extremitatibus ad alias differentias positionis. vt secunda primi capitulo de cura spē rum doloris. Extensiui doloris causa est ventosi tas aut humor qui neruum aut musculum exten dit ac si ipsum trahat ad suas extremitates. Cum ergo ventositas sit imediata causa extensionis ta lis et perseuerat extensio necesse est materiam vē tositatis ex qua esse multam in pectore congestam et talis non potest esse nisi flegmatica materia. eo quia signa colerice materiei excluduntur hinc ar gumento sumpto a specie doloris. Neque enim est pungitiuus neque mordicatiuus perforatiuus et pruritiuus et sic de aliis. sed extensiuus solum vt dictum est quare et cetera. Et ex hoc quidem fun damento volo inuestigatam esse causam accidentꝫ quod est dolor que est mala complexio fixa parti um pectoris cum materia flegmatica in pannicu lis pectoris et in eius concauo contenta ex qua ḡ uatur ventositas que est imediata causa extensōis que extensio formaliter est ipse dolor extensiuus Ex quo fundamento credo facile inuestigare posse alterius accidentis scilicet asmatis causa efficietē Una enim numero causa potest esse variorum acci dentium productiua secundum varietatim mem brorum ad que extenditur et eorum que sequunē ad ipsam. Mala enim 9ᵒ fri. et humida partium pectoris siue per speciem debilitatis quam effi cit. siue quia reddit membra pectoris difficile mo bilia siue quia ipsa est causa congregationis mul tarum materierum in pectore per viam indige stionis potest esse asmatis causa. Et secundum pri mum modum efficit asma prouenieus a debilita te virtutis qualiter fortassis in pluris sēum aut conualescentium sepeᵒ prouenit asma. Per scōm autem modum scilicet imobilitandi mēbra anhelitus poterit esse causa asmatis. qualiter per sepe medici infrigidantes velamen efficiunt as- ma iuxta illud. 13. tertii xª tertii. Cum emplas pectus caue ne infrigidetur velamen. qualiter et itinerantibus per aerē valde frigidum persepe accidit asma vt notat experientia. Per tertium autem modum scilicet generationis multarum materierum et congestionis earum in pectore p viam indigestionis prouēit species asmatis ex ple nitudine partium pulmonis eo quia eger non re

cipit aeris quantitatem conuenientem ad euentā dum partes pectoris. quare non excusatur ab an helitu frequenti. qualiter se habet anhelitus ve hementer exercitati currentis et prefocati. pp quod anhelitus difficultas asma nominata ponit esse egritudo pulmoni appropriata xª tertii tra ctatu primo capitulo de asmate. In cuius descri ptione ponit hic terminus cōplexus egritudo pul monis tenens locum generis vt ibi aperte colli gitur. Unde apparet hic speculanti ꝙ ab vna et eadem causa varia et numero plura pendere pos sunt accidentia vt iam deductū est. Et tu conside ra quia locus iste amplissime meditationis existit Taceo hic de materiebus que in pectore congre gate sunt simplices vel commixte. Nam satis ve risimile est flegmatice materiei iā predicte cōmix tam esse partem materiei mł'ice reddentis mate riam flegmaticam maioris extensionis. Ad quod persuadendum plura motiua videntur occurrere Primum equidem quoniam hic vir a generatiōe melancolice complexionis existit vt facile demon strari posset ex principiis. Secundo quia hic vir leditur a materia melancolica ventositatum multitudinē congerente in splene et toto latere si nistro. Tertio quia iam alias nocumentꝫ ab im pressionibus mł'ie prouenientibus longo tempoꝛ molestatus fuit. Quarto iterum quia ventositas vel vapor eleuatus a materia flegmatica sim plici non tantum magnifice extendit quantum si idem vapor cōmisceatur vētositati a materia me lancolica prouenienti. Uapor enim cuius remis sior est humiditas aut amplior siccitas maiorem potest extensionem facere et velocius. ꝙ ille qui si plex est. et apparet assignari posse adequatam cām vel causas horum duorum accidentium scilicet do loris et asmatis que iam paulo ante premissa sunt. Et pari ratione iterum deduci potest ꝙ asmatis causa efficiens erit illa mala 9ᵒ iam premissa ma terialis causa iam assignata. que pulmoni et aliis p tibus pectoris imersa potit efficere asma qđ erit p se accidens non proueniens vel dependens a doloꝛ predicto. Et hec de duobus accidentibus vꝫ istū molestantibus sufficere possunt. At verum iterum paulo magis contēplandum est. aut igitur hec duo accidentia remanserunt nulli generi vel speciei fe bris cōplicata aut e9ᵒ. Si igitur erunt cōplicata febri. aut erunt effimeꝛ. et hoc nullo modo cū ipsa non reuoluatur peryodice vt iam scribitur. Et pi ratione neque ethice cuius est excludere typum et peryodum. et relinquitur igitur esse necessarium con cludere febrem ipsam esse materialem. et non quidē sine putredine. cum neque hic ebuliat sang. nª ratio ne vel signo demonstrabilis. Neque etiam est fe. de putredine sang. hac vel aliis rationibus facile de monstrabilis. et maxie quia reuoluitur peryodi ce. Sanguini autem putrenti assignatur vnifor mitas continue afflictionis a principio vsque ad fi nem. et nª eiꝰ opponitur peryodica reuolutio q̄ re et cetera. Non etiam videtur esse febris melancoli ca. cum nō assignetur aliqua peryodus mł'ie. ut scri batꝰ. Igitur remanet dubitabile an sit febris cole rica vł' flegmatica. Qđ autem nō sit colerica pura continua apparet quia non videtur hic peryodi catio districta assignari posse velut scribitur. Qđ iterum non sit peryodus proueniens a colerica materia pura motu tertianario reuoluta appet

ro quia non vigiliarum instantia non sitis non a
maritudo oris non ventris stipticitas. non dolor
capitis acutus presentialiter concomitantur eam
Igitur fortassis oportebit concludere ꝙ erit 3ª na
notha. aut igitur maioris fame vel minoris. Si
prima. aut erit tertiana nō pura proueniens ex
mixtione rubee colere cum flegmate grosso ⁊ de
nominabitur vitellina. aut cum flegmate tenui
et denominabitur citrina. ergo erit fe. vel a cole
ra vitellina vel citrina proueniens vel ab vtraqz
simul. Et esset passus ardue contemplationis. an
sit possibile eandem fe. simul a colera vitellina ⁊
citrina putrentibus prouenire. et est de punctis a
quibus illustrium auctorum speculatio deficit.
Adhuc iterū fortassis concludit ex quoddaz supra
assūpto fundamento. ꝙ febris ista esset colerica p
ueniens a colera notha mīoris fame que fit ex cō
mixtione ipsius cum melancolia naturali. In cu
ius notitiam peruenire oporteret per passiones
et accidentia ambabus materiebus cōmixtis at
testanda. quem passum hic declarandum relinqꝰ
seruans tecum in posterum aliud conferre p scri
pturam. An vero vltimo fe. hec sit flegmatica pu
ra interpolata. an coutinua latica nominata q̄
raro inuenitur apud praticantes et maxime pu
ra. Et an sit flegmatica de flegmate dulci salso l
pontico mucillaginoso aquoso vel vitreo tibi con
siderandum relinquo. existimans ꝙ si rationali
iuditio ⁊ ex his que mihi scripta sunt hec fe. repo
ni possit sub aliqua denominatione specifica
conuenientius dicendum est ipsaz esse tertianam
non puram a colera permixtam melancolie pro
uenientem. aut saltem a colera cum aquoso fleg
mate permixta vt iam predictum est. Aliter enī
curande sunt dispōnes ⁊ accidentia febribus cō
plicata q̄ ab eis denudata. Nam et si accidentia
non dependerent a fe. in esse ⁊ in cōseruari tamē
accidentia iam predicta vt dolor ⁊ asma augmē
tum non leue recipere possunt cum complicantur
eidem. Hec sunt que modo mihi consideranti cū
magna tamē incommoditate occurrere potuerūt
que ab aliis ampliori consideratione compleātur
et modificentur. Nunc autez aliquid et facile de
modo curationis harum dispositionuz percurrēdū
est. et primo quidem videtur esse premittendū in
tentiones necessarias in cura huius dispositionis.
Et esset prima vniuersalis materierum euacuatio
a toto quam hic excludo. cum nō videatur magnā
esse in toto repletionem. et iterum quia vir iste cō
uenienter fuit hac spetie euacuationis minoratiue
a celeberrimo phico euacuatus et a materia etiaz
vt de vomitu scribitur. Secunda vero intētio
esset particularis materierum distractio. et hāc q
dem etiam nolo a meo sermone resecare propter
duplicez fleīaz et alia farmaca cōuenienter admi
nistrata. Tertia vero particularis itentio ē ma
terierum digestio. et hanc etiam nolo completam
esset eo quia scribitur ꝙ egritudo est in statu dige
stionis. Licet hic aliqualiter pturbari posset mēs
considerantis. an esset status digestionis materie
rum antecedentium et coniunctaruz febris. an es
set status digestionis materierum facientium acci
dentia vt asma et dolorem. Aut esset status dige
stionis vtrarumqz materierū simul. et hoc quidez
facile a viro in canōe et opere pito cognosci potest
uideres habere apostema magnum in oxeo ita q̄ quandoque transcendat mensuram capitis hominis duplicatā.ut ante fores ecclesiarū nō raro uideri poterit. Hec igitur i summa sunt signa medico accidentia in leprosis ⁊ passiones p quas in earū cōditionibus theorice agendum est. Accidentia enim magnam partem cōferunt ad cognoscendū qd̄ est.i.rei essentiam primo de anima in prohemio Et ne talia uoluntaria etiā sine demonstratione dicta uideantur taliter arguendo deduci possunt In quibuscunque enī corporibus egrotantibus inueniuntur materie uel cause permutationis corporum sufficientes ad inducendum passionē ⁊ accidētia iam predicta cum debita ipsarū applicatione ad subiectū aptū pati cū debita circūstantia tēporis ad agendū.necesse est in eis effectū uel effectus inuenire.sed in omnibus leprosis predicis inueniunt omnes uel plurime illarū que dicte sunt.ergo i eis omnibus necesse est inueniri accidentia iam predicta.discursus est bonus.quia in primo prime. ⁊ cōsequentia cum maiori tenet ex altiori scientia.quia ex sufficienti assignatione causarū concedi debet effectus.⁊ minor probatur.quia in omnibus huius modi leprosis siue leonina alopitica tyria ⁊ elefātica ualitudine laborantibus materia inuenitur sufficiens quantitate ⁊ qualitate sua ⁊ membra parata pati.ergo ⁊ cet. patet hec consequentia secunda ex debita sequela eius ad premissas.⁊ antecedens deducitur inductiue.qs enī negaret materiā melancolicā genitā ex adustiōe colere q̄ facit lepram leoninā posse inficere sanguinē uenalē et arterialē spiritū ⁊ substantiā membrorum.propter quod et corpora exiccantur. et corrumpuntur compagines membrorū simpliciū ⁊ compositorū ⁊ spiritus aialis naturalis ⁊ uitalis prouenienti in corpore a materia iam predicta ⁊ spiritus qui de nouo generantur etiam corruptiui efficiūtur. Mala enī complexio melancolica predicta prohibet aīam generare spiritus conuenientes ad operatōes producendas. Neque etiā uapor qui debet ēe materia generationis spiritus uitalis ē temperatus in quantitate nec in qualitate.imo corrupti generantur ex eo spūs.vnde nimirū est si operationes interiorū sensuum ⁊ exteriorū diminuuntur ⁊ cōrumpuntur .ut supra iam declaratum est. Anima enim producit operatōes tales.qualia sunt organa .i.membra instrumenta scilicet spiritus et materie humorales.sed hec oia tria sūt corrupta.g° corrupte necessario producentur operationes.

Ex hoc igitur fundamento diligens considerator verificare poterit omnes passiones ⁊ accidentia que superius attributa fuerunt lepre leonine. Similiter etiam ex hoc fundamento manifestum est 3° uerificari posse omnia accidentia ⁊ signa q̄ superius ponebantur de lepra secunda tyria noiata. Et consequenter etiam quarto uerificari possūt signa attributa lepre alopitie. Et tandē quinto facile intelligi possunt accidentia in lepra elefantica quorū corruptionē preterire non uolo.quoniam hec est illa que proprie est egritudo magnifici et excellentis domini comitis de Campo basso. Cuius quidem signa ponuntur ⁊ passiones esse. Primo quia augumentantur secundum totū aut magis secundū partes ⁊ proprie extremas. sanguis enim melancolicus effectus est duplici melancolie specie Una quidem est fecalis melancolia sibi commixta quam tamen non pono esse materialē causā lepre elefātice.sed materiali cause ipsius cōmixtā.⁊ hec est illa que cū sanguine ad membra inferiora propulsa sanguinem reddit ineptū nutricationi cōuenienti.vnde et continue multiplicatus sub forma antecedentis in uenis ⁊ uelut coniuncta causa i poris membrorū augumentat substantiā corporum.quia i eptus est transmutari in membra digeri resolui ⁊ insensibiliter expelli que sūt cause excrescentie mēbrorum immo ⁊ totius corporis. Et ne cauillādo cōtingeret dubitare. quia sanguis ille melancolie fecali commixtus non uidetur aptus ascendere superius propter grauitatē suam sicut inferius.iō nō poterit magnificare membra superiora. Dicēdū primo q̄ cum hec materia melancolica sit sanguini uehemēter cōmixta ⁊ oportet membra nutriri quia uiuunt est necessariū q̄ tam ad superiora q̄ ad inferiora mēbra sanguis propellatur. Et si uirtus discretiua tantū esset potens ut separaret melancoliā illā a sanguine . tunc non esset necessarium propter hanc causam membra preter naturaliter magnificari. Et iterū secundo respondēdum est q̄ licet materiei melancolice omni propter grauitatē suam repugnet per se ascendere. per accidens tamen fertur sursum a motore extrinseco qui ē calor preter naturā a quo nulla materia melancolica adusta euacuatur. Nam in omni adusto corpore reseruatur vestigium adurentis scd̄.s.caloris extranei primo de generatione aialium. Ex quibus apparet q̄ i elefantico leproso propria passio est magnificari membra ⁊ maxime faciem cū euersione sui ad tartareā figurā notabiliter magnam. Dixi autem superius q̄ nō ponebā materiā melācolicā ypostasiuam esse causam alicuius lepre.sed oportet ipsam aut esse melancolie aduste comixtā ⁊ adhuc subdominanter aut lepre materiam cuiuslibet esse materiam melancolicā sāguineam colericā flegmaticā ⁊ melācolicā. Et sic cū bene considerabuntur sermones Auicenne tertia quarti tractatu vltimo de lepra uidebitur q̄ antecedens ⁊ coniūcta materia leonine lepre erit melācolia colerica Materia uero tyrie erit melancolia flegmatica sicut alopitie materia est melancolica sanguinea et elefātice lepre materia est materia melācolica genita ex adustione melācolie. Et propterea hec lepre species peior est aliis propter plura. Primo quia aliis paribus hec lepra est venenosa magis probatur quia materiei eius attribuitur proprietas interficiendi aialia gustātia ipsā quod nō sci tur de altera melācolia adusta. Secundo quia in materia huius reperitur gradus caloris adusti ui.quod apparet.quia proiecta ad terram bullit i superficie eius. quod forte cōtingit propter qualitates illius materiei uigorari per contrarietatē eius cui approximat quod est dictu per antiparistasim. Hec igitur praua materia in uenis et arteriis existens antecedens causa est lepre elefantice.in porie vero mēbrorū sparsa ⁊ immersa coniūcta causa ipsius est. Ex quo fūdamento apparet si terribilis debet esse aspectus horum languentium.ita utigniti vapores spiritui uisibili commixti et lati ad oculum aspectum ipsorū reddunt q̄si serpentinum et expauescentem intuentes eos. Secundo uero est istorum aspectus terribilis.propterea quia materia in tota facie multiplicata frontem palpebras supercilia aures nasum nares ⁊ labia

naturaliter rare existentes preparant ipsam ad facilem susceptionem materierum illarum licet sit grosse. et feruntur tales materie superius cum sanguine ut dictum est. aut a caliditate subleuante illas motu recto sursum. et talis materia in poris recepta unitur et multiplicatur propter frigiditatem circumstantis aeris. Et quia caliditas facit ad separationem partium melancolie. Ideo ipsa non adeo congregatur ut unum uel pauca efficiat apostemata et cum materia melancolica sit que sui terreitate facit duritiem. ideo dura sunt illa apostemata. et quia talis materia commixta est cum sanguine ideo uertit ipsum ad opacum vel nigrum cum vestigiis rubedinis pauce. Ideo talium apostematum color est niger cum remisso vestigio rubedinis Et quoniam materia ista acuta est. ideo corrumpit membra apostemata et quandoque corrūpit et et ulcerat partes non apostematas. cum effundit exterius virus per superficiem cutis. aut interius per poros mittitur de parte ad partem. Et ex eodem fundamento apparet declaratio euentus cancri in pallato et in naso. Materia enim multiplicata melancolica predicta in uenis et arteriis pāniculorum cerebri et substantie eius descendit ad inferiorem partem cerebri ad totum qui lacuna nominatur. et a uenis effusa fertur in carnosam et pannicularem partem colatorii oris et efficit ibi apostema cancerosum. sicut a loco carūcularū cerebri descendit ad rizam et partes interiores nasi melancolicas pustulas ibidem efficiendo que ut plurimum non sūt tante duritiei quante in aliis partibus. et hoc propter materiam melancolicam in suis qualitatibus refrangi a flegmatica materia que non educatur quin plurimū descendat ad nasum et effundatur ad ipsū. Propter quod non raro decipiuntur cyrugici existimantes illō apostema esse polipum propter frequentiam euentus polipi in naso. cum tantum tale apostema sit cancerosum. refractis tamē et permutatis aliqualiter in eo signis cancri a materia flegmatica ut dictum est. Ex quibus etiam clare liquet ꝙ non ē mirabile si sensus interiores proprie imaginatiua cogitatiua et memoratiua leduntur lesione corruptionis in operationibus earum. quomodo enim non cum materie predicte inficiant membra et spiritus et loca in quibus interiorum sensuū corrumpunt operationes. Propter quod fundamentum etiam nō raro corrumpūtur operationes exteriorum sensuū. percipiunt enim frequenter tactu rem tepidam sub specie caliditatis intense. Etiam quādoque gustabilia acria cum acuitate ꝑcipiuntur. velut si misceretur acetum cum sulfure Auditiua etiam potentia decipitur quandoque in percipiendo sibillum tynnitus et strepitus ī aere in quo tamen non sunt. Et apparet eis quandoque olfacere res fumosas et acutas ut cōbustiones aspalti sulfuris et similium. quod totum contingit propter corruptos uapores a materia ignita ad organum olfatus delata et spiritui olfatus cōmixta. Et pari ratione visiue potentie corrumpuntur operationes. ita ut imaginationes ī aere percipiantur ex uaporibus corruptis in cerebro multiplicatis spiritus uisibili cōmixtis et inficientibus totum oculum et principaliter cristalloidem Unde et ex hoc fundamento deducere potes quare conturbata habent et corrupta sonia. ita ut appareat eis quādoque astare et altercari cum demonibus et bellum et rixam agere cum his tamen que sunt amici que omnia intelligenti predicta facillima sunt. Propter quod si corrūpitur eorum appetitus et leditur per uiam intentionis nō est mirabile. quoniā materia melancolica ad stomachū delata et multiplicata acuitate sua pungendo stipticitate sua constringendo pōticitate sua pungendo et corrugando exprimit et consūit humidum substantificum oris et totius stomachi. quare semper fere sunt famelescentes et uix saturari possunt. Qualiter uero et propter quid in splene et hepate et in mesētereo multiplicentur melancolice materie opillantes et apostemantes membra predicta et efficientes in eis corruptiones vlcerosas. Et qualiter in hac dispositione quandoque superueniat melancolia mirachia ex predictis plane haberi potest. Et consequenter quare pedibus magnis fiāt apostēata multa dura nigra obscura corrumpentia partes et proprie digitos pedum iam satis est facile uidere. Et uariantur quando ꝙ pedes ipsorū propter multitudinem materiei melancolice superflue implentis uenas que quandoque adeo grossa existit ut a uenis effundi nō possit in poros. ita ut efficiat in eis apostemata. Sed in uenis conculcata remanēs extendit eas ita ut circūuolui videantur mēbra uelut a vitibus. quare vitea a sapiētibus sunt denōinate uarices. Amplius penultimi accidentis videlicet tumescentie emoroydarum et cecitas earum valde facile pōt haberi intellectus. Intumescunt enim propter sanguinis grossitiem et multitudinem. Cece uero .i. nihil educentes efficiunt emoroydes propter sanguinis terrestreitatem et grossitudinem cui repugnant exire ꝑ orificia extremitatum uenarū emoroydalium que stricta sunt. At uero ultimo nō raro uidebis elefanticum habere oxeum apostematum apostemate tante extensionis quod stupefacit aspicientes. Materia enim melancolica dupliciter principaliter effunditur ī oxeum. Primo ꝑ uenas ramificatas a chili descendente que descendunt ad oleum cum panniculo decimo. Secundo vero materia ista effundi potest a mesētereo ꝑ venas in ipso existentes multiplicatas ad panniculum sifac. Et quia ab inferiori parte sifac oritur panniculus qui nominatur didimus in quo ramificantūr et inueniuntur vene continue cum venis sifac intestinalis cuius ipse didīus est pars Ideo cum didimus inuoluat substantiā testiculorum non est mirabile si ī testiculis et toto oxeo habunde recipiatur materia melancolica substātie testiculorum et totius olei apostematiua apostemate magne extensionis. propter continuū materierum descensum oxeum non euacuatur a corruptiōe in suis partibus vlcerosa ītantum ꝙ frequenter substantiales partes eius cadunt a scachilosa corruptione. Ex quibus concludere potes si sanguis leprosi astantes et tangentes ipsum inficit. Etiā audire potes ex istis ꝙ ut in pluribus et quasi semper leprosus et leprosa generat leprosos. quod et si verissimū existat de omni lepra. maxime tamen verificatur magis de elefantia dicta. cum ipsa sit prauissima et venenosa magis omnibus aliis ut supra deductum est. Hec in sūma est species lepre qua affligitur magnificus dominus comes de Capo ballo. et ē modus et fundamētū theorice

contemplationis circa omnez speciez lepre ⁊ sup adde libito tuo. Oportet itaqz vtilius circa ipsaz contemplari curationis moduz ostendentes vt nũc sequitur.

Modus vl'is curationis huius valitudis:

Itaqz vt huius tremende valitudinis scientifice ⁊ utiliter regimen ostendam in decem intentiões ipsum partendum esse deduxi. que etiam secundũ partẽ i oĩ specie lepre administrari possunt ⁊ necessarie sũt. licet eas et instrumenta earum restringaz proprie magis ad curam elefãciosoruz. Particularem enim curam leonine lepre in alio tractatu satis conuenienter euacuaui ad quendã nobilem venetum de Raymundis. Et alopitice lepre materiam curationis euacuaui in alio tractatu ad quendam gaytanuz in scripto. Et tyrie lepre materiam declaraui curationis in tractatulo ad Ser Nicolaum de iustinopoli in scripto. quare multa que hic scribentur elefanciosis erunt proprie magis. Erunt autem intentiones iste quarũ prima est rectificatio regiminis ex parte sex rerũ non naturaliuz. Secunda vero est materierum minoratiua euacuatio. Tertia vero est earum diuersio. Quarta est digestio ipsarum. Quinta est eradicatiua euacuatio. Sexta est materierum cõpleta consumptio. Septima est rectificatio mẽbrorũ in quibus tales materie generantur. Octaua vero est corruptio prauitatis et venenositatis materierum. Nona intentio est electio medicinarum a tota specie contrariantium lepre. Decima et vltima est accidentiuz correctio.

Capitulum priuz de rectificatione regiminis ex parte sex rerum non naturaliuz.

Perficitur autem intentio prima premittendo primo q̃ quia melancolia melancolica est frigide complexionis ⁊ sicce. Ideo oporet reruz non naturaliũ effectũ cõtrariari sibi calefaciẽdo ⁊ hũectãdo. Et cũ ibidẽ sit gradus caliditatis preternaturam velut in adhustis corporibꝫ. Ideo oporteret corrumpi per infrigidantia. Et quia reperitur ĩ materia venẽositas. ideo oportet contrariari per istrumenta uenẽositatis corruptiua. Et si quidem quia hec non sunt bene compossibilia reperiri omnia in simplicibus medicinis immo etiam rarissime ĩ compositis. Ideo omne regimen refrangetur ex istis vt descendendo videbis. Eligatur itaqz aer calidus et humidus leui caliditate ampliori tamen humiditate et proprie que inuenitur apud parietes montium discoopertorum orientali plage et parti meridionali que propinqua est orientali aut parti septentrionali eidem meridionali propinque. Et sit locus vel habitaculum eius propinquuz de cursibus fluuiorũ laudabiliuz. aut ubi hinc inde scaturiunt fontes diuersi et electi vbi flatus vẽtorum orientaliuz. Et sit aer predictarum partiuz serenus a caligine nebulositate priuatus vt tectis et arboribus velut citris citrangulis et cõsimilibus ornatus. et si quidem talis repetiri nõ posset. imo esset excellenter calidus tunc frangatur cum frequenti aspersione fontalis aque. aut decoctionis violaruz nenufaris extremitatuz lactuce semperuiue et consimiliuz. Aut suffumiget ex puluere istorum trociscoruz carbonibus parue flãme superasperso. quoruz descriptio est hec. ℞ florum nenufaris violarũ ana. ℥. i. seminũ lactuce endiuie scariole ana ℥. ß. seminuz quatuor comuniuz frigidoruz. ʒ. vi. amili. ℥. ß. caphore. ʒ. i. cuz succo lactuce formentur trocisci ponderis. ℥. ß. qui post exiccationem eoruz pulueriʒentur et suffumigetur habitaculuz mane meridie et in crepusculo noctis ex eis. Et eadez hora sufficiet suffumigatio cuz decoctione uel puluere foliorũ citri et citranguli ⁊ consimiliũ quoruz magna repitur copia in celeberimo regno Apulie. Si autẽ contingeret habitaculuz expositũ esse et propinquũ aquilonari plage tunc suffumigationes ⁊ aspsiones predicte vtiles erunt et proprie si eis superaddatur aliquid de foliis pomoruz dulciuz crisomillorum granatoruz dulciuz ⁊ aliorũ vegetabilium caliditatẽ habentiũ. ⁊ folia fisticorũ ⁊ amigdalaruz arboruz vtillima essent. Et facile suffumigiũ esset hoc. ℞ trociscoruz dyauiorũ idest de violis. ℥. ß. trociscoruz de camphora. ʒ. i. fiat cũ ipsis decoctio. aut suffumigatio vt dictuz est. Et est ei necessariuz vt cuz predictorũ decoctionibꝫ sepe abluantur camisie ipsius ⁊ panni quos tangit et vestes eius cum predictoruz puluere conseruentur in cofinis et suffumigentur eis. Et gratia huius confert excellenter hoc aromaticuz sepe odoratũ cuius descriptio ẽ hec. ℞ terre sigillate ⁊ luti armeni ana. ʒ. ii. florum boraginis buglose foliorum basiliconis ana. ʒ. i. ß. violarum florum nenufaris ana. ʒ. ii. camphore. ℈. ß. lambrusce florũ salicis seminũ lactuce ana. ʒ. vi. fiat omniũ puluis et ligetur in sindone et sepe odoretur. Et ꝺ annexis aeri caueat sũmopere ne pectus et caput vestibus et tecturis constringentibus muniatur ⁊ manus et pedes pannis albis sepe permutatis fulciantur et proprie cum pellibus agninis in tempore yemis manus pedes ⁊ caput custodiri dꝫet

In cibis autẽ electio fiat secundũ hunc modum supponendo primo q̃ oportet eos non eẽ pure cibales. quia operantes a materia precise. sed oportet ipsos esse cibos medicinales tempore debilitatis. multiplicate in accidentibus. et magis esse restauratiuos q̃ alteratiuos e conuerso ipsos eẽ magis alteratiuos q̃ restauratiuos cum inueniũtur uirtus nõ ita derecta. Qualiter autẽ oportet eos in qualitatibus disponi apparuit in predicto capitulo de aere. debent enim esse leuiter calefactiui conmixti cum infrigidantibus et potenter humectatiui. Propter quod oporteret panem ipsorum esse confectum cum aqua scariole aut aqua violarum portulace vel lactuce. ⁊ habere salẽ parum ⁊ esse bene fermentatum mediocriter coctum absqꝫ adustione non habentẽ etatem pluriũ q̃ duorũ dierũ. propter quod ẽt braciatelli cuz farina fermentata cõpositi essent sibi cibus conueniens. quia eoruz exiccatio et ingrossatio remotẽ sunt per aquam in qua infunduntur que dat eis penetrationez ⁊ ablutionem conuenientem. vnꝺ zalte siue nebule essẽt ei icõuenientes. Similiter etiam et carnes oportet esse leuis digestionis et boni nutrimenti sicut pullorum et volatiliuz degentium in aere et in aquis velut anatuli pingues et perdices et fasiaui ⁊ francollini et starne turtures turdi pigues et palũbi siluestres. ⁊ pipiones ꝺĩo dimittat ⁊ aliorũ usus carniũ cõuenit ei ⁊ ꝓprie cum non sunt valde pingues. et caro capreti mẽsualis et caro vituli lactentis et castrati iuuenis

et porcellorū iuuenuz domesticoꝝ vel siluestrium conueniūt ei. et caro gazelli etiaz et iuuenculi cerui est sibi conueniens et qualec conueniunt ei. ⁊ caro cuniculi etiā multū laudabilis est. Caro leporis non placet mihi propter melancolicitatē suaz.
De piscibz autē optimi sunt sibi fontales omēs iuuenes omni limositate et viscositate priuati et ꝓprie qui sūt approbati ī ciuitatibz. Meliores āt sunt ei fontales et fluuiales ꝙ̄ maritimi ⁊ iteruz conuenictiores sūt ei elixi ꝙ̄ assati. Si autē coq̄t in oleo melius est ei oleum de sisamo et oliuaꝝ ꝙ̄ de nucibus. et couenit etiam ei oleum de amigdalis dulcibus quoniā cōuenienter mūdificatiuū est et apperitiuū. Butiri autem vsus in hoc viro non videtur conueniens ꝓpter inflāmabilitatē et iflāmationez suam. De fructibus autē cōueniūt ei suo tēpore cerasa et auellane recentes ⁊ amigdale ⁊ pira muscata et reliqua dulcia. pira etiam laudant̄ ei. Ficus recētes et proprie quādo post earū comestionez bibit̄ aqua recens et dimitittur vinū cum etiam mediocris dulcedinis sit aut pōticitatē laudabilez habens sunt sibi conuenientes. ⁊ psica etiā laudantur ei. et poma granata dulcia ⁊ muza sūt eidez valde bona. Acetosa vero granata non cōueniunt ei ꝓpter cōuenientiaz complexionis coꝝ cū melēcolia. Uniuersaliter enī acredo aceti nocet melancolicis 3° regiminis acutoꝝ. Nuces autē mespile et sorbe citonia et castanee dimittātur. poma vero bene matura laudari possunt ei ꝓpterea q2 resistunt putrefactioni imo rectificant eam. Uue autem bene dulces et albe per duos dies post eaꝝ collectionez conseruate conueniūt. De ferculis āt cōueniunt ei ciceꝝ rubeoruz et alboꝝ brodiuz et spinachia bleta endiuia cucurbita lactuca portulaca refracte cū foliis feniculi humidi. omnia hec bene conueniūt. Melones autē bene maturi ꝓpter infrigidationē et humectationez et lenificationez que est in eis sunt ei boni. Et pari ratione cōuenirent citruli vel cucumeres dicti nisi timeret̄ coꝝ putrefactio vel putredo ex eis. Angurie vero ⁊ ꝓprie que nascūtur ī regno Apulie sūt sibi bene cōuenictes ꝓpter appertionē et infrigidationez que reperit̄ in eis et cōuenientē nutricationē acceptā ex dulcedine caruz. De radicibus vero cuitent̄ scordeon poꝝ aleuz bulbus et raffanus nisi ī raro vsu. Et ferculuz laudant ei factuz ex iure decoctionis ranarū fluuialiuz ⁊ ꝓprie cū foliis blete malue violaꝝ et cucurbite. Crisolocana v̄o inter alias plantas etiā sibi valde vtilima est. Lactis v̄o vsus est sibi valde conueniēs et ꝓprie factis in eo ferculis quibuscūqz. et lac coagulatum colostra dictū et post caseum a lacte recocta nominatū. ⁊ cascole recētes optime sunt ei et cōuenientes. Mellis v̄o vsus licet ab auctoribus vniuersa fere concordia approbetur in hoc tamen viro non placet mihi ꝓpter corruptibilitatē eius in stomacho suo a caliditate epatis notabiliter distēperato. Usus vero aromatuz vt piperis cinamomi vtriusqz galange zinziberis et similiū calidoꝝ non placz ne preparent humores ad adhustionem. Uerꝝ specieꝝ infrascriptarū vsus placeret mihi ad vigorādum digestionem eius primā et secūdam immo et tertiam. quarum descriptio est hec. ℞ croci ʒ.i. cinamomi ʒ.ii. macis ʒ.iii. violaꝝ floꝝ nenufaris semiis acetose scariole coraloꝝ ābo rum ana ʒ.ſ. sandaloꝝ āborum ana ʒ.i. fiat omniuz per se puluis et commisceatur. Carnium v̄o et reliquorū cibōrū salsorum vsus dimittendus ē ꝓpter causam notam. Pinguedine autē anatis galline vituli castrati in cibariis vti potest. et pinguedo etiā porci colata assūgia nominata non multum salsa placet mihi. Aceti vero vsus mediocriter acuti concedi potest ei. acutum autem acetū et acre valde non placet mihi. Sapa vero vel vinū coctum ī suis condimētis placet mihi. zuccari autez vsus sit ei mediocris. De preparationibus vero ciboꝝ mihi placēt magis elixa ꝙ̄ assata. et de partibus animaliū dimittantur venter epar et cor et principaliter splen. Cerebrum autē elixū aliq̄do non est ei reprobabile. Multa autē animalium pinguedo non cōuenit ei nisi refracta cuz recenti agresta nō salita āt cū succo citranguloruz et proprie illoꝝ qui reperiūtur ī regno Apulie. quoꝝ sapor declinat ad dulcedinem. Et similiter cōueniret ei succus limonuz quorūdā qui inueniunt̄ ibi et vocātur lime quaꝝ sapor ad dulcedinem declinat pōticitati cōmixtā et hoc satis de cibis dictum esse videtur.
Nūc āt de potu dicēdum. vinuz ergo quodlibet nigrū vel obscurū dimittendū est et consr rubeū propter partez terream a racemis ī eo impositā. Similiter omne albū vinū fumosū et potēs omnino effugiat. Conueniens est autez ei vinum albuz paucisez sapore amenuz. mediū inter dulce ponticuz et acre. Et si tale naturaliter nō posset haberi tūc limphandū est cū aqua electi fontis clara subtili odorifera aut saltem ab omni fetore priuata accepta a fonte in quo non reperiatur multitudo ranarū vel viperaꝝ. sz existat celo discoopertus in cuius fūdo scaturiat aqua discurrēs per lapillos et non ꝑ lutum vel alueū fetidum. propter quod laudabilissima sibi foret aqua cisterne que cuz depuratione quaz accepit in mediū ex collisione ventorum. amplius etiā facta ē expurgata magis discurēdo per argillam et arenam ex quibus cisterne construūt̄ rationali artificio. Si etiā quādoqz hic dominus vteretur et proprie ī diebus frigoris ydromelle facto ex. xx. partibus aq̄ cisterne et parte vna mellis per decoctionē cadentibz vsqz ad quarte ptis consūptionem. esset sibi vtile. Omnino autem consulo sibi vt tempore quo vue erunt bene mature faciat sibi fieri vinum secūdum hunc moduz. Accipiantur .iiii. vel .v. mastelli careni bene dulcis et infundantur in eis herbe scariole recent. lib. i. radicū enule mundataꝝ et minuti incisarum lib. i. et ſ. seminū lapatii accuti ⁊ acetose que est species eius ana ℥.i. infundantur in predicto musto. et cuz bene clarificatum fuerit accipiatur in potu. et si potens fuerit misceatur eidem altera medietas aque cisterne. verūtamē melius esset ut ipsa aqua cisterne buliret in vino ita ꝙ ad quinqz mastellos predicti vini ponerētur mastelli duo aque cisterne. et hic quidē potus esset ei vtilis a principio mēsis octobris per totuz mensem martii. a pricipio vero mensis martii usqz in finem septēbris conueniret ei talis potus. cuius descriptio est hec. ℞ musti suprascripti et aque cisterne ana mastellos duos epatice bene ablute et mundate que a Galieno denominatur lichin. sexto de simplici medicina librā. i. cressonū fontaliuz et senationū ana libraz ſ. folioꝝ citranguli recētiū lib. i. icidant̄ mīutim et ponātur ad buliendum cuz eo. et cum exiccatum fuerit vtatur eo vt dictū ē. hoc in summa videtur

esse regimē ex pte cibi et potus huic viro cōueniēs

De modo vero accipiendi cibum et potuz prīa regula obseruanda est. q nūq̄ accipiat cibuz neqz potum nisi uerus et non mēdosus appetitus inui tet ipsuz. Secūdus canon q nullum cibum acci piat stante nausea uel fastidio vel abhominatione in stomacho immo tardetur cibus vsqz quo stoma chus a predictis fuerit alleuiatus. Tertius canō est q non concurrat ad accipiendū cibū aut potū nisi cuz percipiet stomachum a predictis esse cōue nienter alleuiatum tunc eniz cibetur ꝛ nō tardet. Quartus canon q nulluz cibū accipiat ingluuiose et subito degluctitū. Quintus canon est q mul tum tēpus expēdat in bene masticādo cibuz ante q̄ deglutiat ipsū. Sextus canon q cibaria n.l tum diuersa genere et specie in vna mēsa dimittā tur. Septimus canon est q mollem et lubricū cibum semper accipiat ante durū et spissum et cō pactum. Octauus canon est q mensura cibi ita limitetur vt ex eo non sentiatur stomachus tēsus et grauatus. Nonus canon est ut cibi eius in estate tepidi in yeme uero non multum calidi ac cipiantur. Decimus canō est q omnis potus ac cipiatur tanta mensura regulatus q non fluctuet uel regurgitet in stomacho. Undecimus canō ē q cum perceperit a cibi q̄titate vel potus graua tum esse stomachū. tunc ꝓuocetur vomitus cuz ho potu. cuius descriptio ē hec. ℞ aque decoctionis radicū raphani. ℥. iii. zuccari albi mellis ana. ℥. ß salis gēme. ℈. iii. cimini. ℈. v. aceti ciatuz. ß. misce hec omnia et tepidū in potu accipiātur. Et si per ipsum ꝓuocatus fuerit vomitus bonuz est. Si aūt non imponatur digitus usque ad principiū meri titillando ibidē. aut saltem īponatur ibi candela uel pēna oleo inuncta titillando in predicto loco et ꝓuocabitur uomitus. Si autem ꝓpter aliquā contingētiam non ꝓuocaretur vomitus. tunc ne corrūpatur cibꝫ aut preparetur ad corruptionez febrilem deponatur cū hoc potu. cuius descriptio est hec. ℞ cassie nuper extracte a cāna sua cū aqua violaꝝ. ℥. i. aque decoctionis mercurialis ciatum vnum. tepefiant et in potu accipiantur et leniēdo deponetur cibus. Hec de inanitione et repletione ciboꝝ et potuū dicta sufficiant.

Mensura uero in quarta re non naturali scꝫ som no et vigilia est vt inclinetur iste uir ad dormien dum magis ꝓlixe q̄ uiro sano conueniat. et qr ꝓ lixus somnus humectat et quia ad melius digerē dum facit. et ꝓpter quietem in eo materie minus disponūtur ad corruptionez q̄ in vigiliis ꝓpter earum agitationem. dormiat ergo in die natura li non minus octo horis et in diebus in quibus cō uenit somnus a natura quesitus post assūptionem cibi dormire potest per horā vnam aut vnam cū dimidia. non longū tamen decubitum faciat sup dextra parte ne multū calefiat epar eius. Simi liter nec ꝓlixo tēpore super sinistro latere ꝓpter conculcationem materieꝝ in splene. Dormiat er go eleuato capite quasi semisedens et etiā aliq̄to tempore super spina ꝓlixius q̄ super uentre. et ī dormiendo in diebus frigoris caput et extreme partes conueniēter sint cooperte. In diebus vero caloris mediocri tectura muniātur predicte par tes. Reliquo autem tēpore uigilet secūdum consue tudinem in naturalitate sua solitam.

De quīta vero re nō naturali exercitiū esset huic domino conueniens si membra possent ipsuz pati sine magna lassitudine. Uerū quia pedes omnes debilitati sunt ꝓpter apostemata corruptiua et vlcerosa. ideo oportet ipsum quiescere. et loco excer citii vtatur diuersionibus de quibꝫ in subsequenti capitulo videbitur. Capiti autē loco excercitii cō ueniēs esset ei leuis fricatio et pectinatio leuis cū setula uel eburneo pectine.

De sexta vero re non naturali attendat q nihil ei deterius esse potest q̄ passionibꝫ animalibus af fligi vt ira vel furore magnis et frequētibus. hec enim talia cū hoc q augmentant ebulitionez pret naturalem in materiebꝫ disponunt materias ad adhustionez et ad conuersionez melancolicā. ꝓpte rea qr exterminant et mutant corpus ab ea que est secūdum naturam consistentia. 3o tegni. Iocun de igitur agat et exultet in domino q̄ melius po test diuertendo passiones melancolicas ad studia theologica et moralia que animaz pascunt ꝛ sape re et intelligere faciunt corpus tēperando conue nienter. Hoc ī sūma videtur esse regimen per sex res non naturales conuenienter dispositionibꝫ hu ius viri mēsuratum.

Capitulum secūdū de minoratiua materieꝝ eua cuatione in leprosis.

Secūda vero anteposita principalis ītentio fuit materierū euacuatio minoratiua. Pro qua dicen dum primo. q hic per euacuationem minoratiaz non intendo euacuationez materieꝝ ī quocūqꝫ cor pore communiter inuentaꝝ que sunt mucillagino se et vitree superfluitates feces et ventositates in intestinis multiplicate et aquositates a quibꝫ cor pora fere nulla euacuantur. Sꝫ intelligo hic per euacuationem minoratiuam apꝓpriataz q̄ respi cit materiam morbi antecedentem videlicet ma teriam melancolicam egritudinis huius domini genitam ex adhustione melancolie et sanguinis in epate suo et in venis circūstātibus ipsum. Huius autem materiei euacuatio multū confert virtutē alleuiando per modū exhonerationis. Premit tendū secūdo q licet euacuatio hec. vt in pluribus administrari soleat in vniuersali principio mate rialium egritudinū. Intelligetur tamen illud ve rius esse in egritudinibus fluentibus materias se cundum magnam partez ad vnicam euacuationē In cronicis autem egritudinibus in quibus mate ria multotiens regeneratur totiēs iuuat ipsā eua cuari minoratiue quotiēs ipā multiplicatur. Et ad huc dato q illa materia nō sit perfecte digesta ta men eius euacuatō paulatine facta alleuiat virtu tem et eo maxime ne noua materia generata acu muletur alteri et ꝓprie in egritudinibus pēden tibus a materia grossa et frigida que valde facile compacta fit in obediens ꝓpter longitudinez sue more in mineris. Premittendū tertio q licet hic modus minorādi materias multiplex existat. tamē hic videtur mihi sufficere ꝓcedendo cum hac eua cuatione sex diuersis instrumētis. Et primo quidez per flobothomiā. 2o vero per solutiuaz medicina ebibitā. 3o cum clisteribꝫ. 4o cum apperientibus ue nas emoroidales. quīto cū ꝓuocatiuis vrine. sexo et vltimo cum educētibꝫ materias a mēbris que magis lesa sunt. Et primum quidē cōpletur vt si representatur plenitudo uniuersalis. flobothome tur vena purpurea uel nigra sinistri brachii. per quam educatur sanguinis. ℥. iii. vel. iiii. Si autez

appareret repletio maior circa epar .tūc flomet basilica īuenta sub cubito dextri brachii.et si for tassis maior videretur repletio circa partes capi tis sicut semper fuit in isto viro tunc flobothome tur cefalica apud policem dextre manus inuēta . flobothomia eni vt plurimuz in cura cuiuscūqz le pre est instrumētuz valde singulare quoniā pluri mū materierum in leprosis generatur in venis ex adbustione materierū ad quas nulla cōmodior est inuēta euacuatio. Cū ergo materia hoc modo minorata fuerit.aut si non apparuerit flobothoīe necessitas.administret secundum instrumentū scz farmacū melancolie conuenienter eductiuū velut est decoctio de epithimo cōitate omnium auctor̄ approbata colligēda a Mesue in antidotario. licz mihi magis placeat decoctō scripta a Rasi 9° Al māsoris capitulo de melancolia.de qua cōmunit̄ tepida in aurora exibeatur ab.℥.iiii.vsqz ad libr̄ ß.et tardetur post ipsam assūptio cibi per sex ho ras et par̄ post ipsam dormiēdum est quia nō est medicina fortis. Si quis desideraret securiorem et leniorem medicinā accipere accipiat istam.℞ polipodii recētis folliculor̄ sene contritor̄ thimi epithimi ana.ʒ.i. mirobala.indoruz.ʒ.ii. aque la ctis.℥.v.anisi cinamomi dauci macis ana.℈.ß. pl uerizētur omnia subtiliter et infūdantur in aquā lactis calidam per diem naturalē.deinde in auro ra calefiant ⁊ exprimātur conuenienter et tota co latura exibeatur obseruādo post eam vt de prece denti dictuz est.Si quis autez abbominaretur po tuz farmaci accipere potest pillulas istas.quar̄ de scriptio est hec .℞.polipo. thimi epithimi ana.ǧ. v.lapidis lazuli et lapidis ārmeni preparator̄ ana ℈.ß.anisi macis zinziberis ana.ǧ.ii. salis indi ǧ. iii.cuz succo rosar̄.formentur pillule.vii.vel.viii et exibeantur omnes. Et quartū instrumētū de cōmunibz esset dare in potu.ʒ.vi.electuarii dyase ne descripti a Nicholao in antidotario cuz .℥.iii. aque lactis caprini.et est medicina electa et secura Quintuz vero eductiuū melācolie predicte mino rando est hoc.℞ sene preparate.ʒ.i.salis idi lapi dis lazuli ⁊ armeni ana.ǧ.ii.potentur in potu cū medio ciato aque lupulor̄ calefacte. Sextū me dicamen melācolie eductiuū quo nulluz aliud ele gantius inueni est vt patienti detur in potu cum aqua buglose calida.ʒ.v. uel.vi.electuarii ad melācoliā solutiui descripti ab Auicenna 2° de ui ribus cordis penultimo capitulo ⁊ attendātur cir cūstātie circa decoctionē de epithimo posite. Ego autez scio ꝙ bonum solutiuū de simplicibz est i po tu dare.℥.ii.succi folior̄ polipodii recentis cum modico vini albi aromatici.Et si quis delectabili us farmacū desideraret tunc accipiat hoc octauuz videlicet.℥.v.aque distillatōis polipodii cū foliis et radicibus recentis.Pariter etiā quoniam uidi hoc nonuz farmacū minorare materias melācoli cas uidelicet accipere.℥.iii.aque ablutionis lapi dis lazuli terdecies preparati. Non dubito etiaz ꝙ decima medicina melācolie conuenienter educ tiua esset comedere.iiii.uel.v.mirobalanos indos per unam diez naturalez infusos in duabus.℥.suc ci rosar̄ qui succus biberetur post eorum comesti onem. Tertiū vero instrumentum minoratiue eductiuū melācolice materie et ꝓprie multiplica te in mirachialibz venis a qua raro hec egritudo euacuatur est hoc clistere. ℞ foliorū boraginis bu glose corticū agarici radicum enule polipodii re centis lizanotis ana.M.i.coq̄tur oīa ī libr̄.iiii.aque vsque ad cōsumptionem medietatis.et huius deco ctionis simplicis clisterizētur.℥.xv. Et lenius isto esset hoc clistere secūdū. ℞ decoctionis ātescripte libr̄.i.olei violar̄.℥. iii.butiri.℥.ß.misce et īpona tur. Tertium clistere et securius ⁊ suauius ē hᵒ ℞ vini albi dulcis et aromatici libr̄.ß.aque deco ctionis maluar̄ et uiolarū.℥.iiii.electuarii diase ne et cassie fistule ana.℥.ß.salis indi.℈.i.misce to tum et imponatur. Quartū clistere ad hanc itē tionē potest esse hoc. ℞ olei uiolarū.℥.iiii brodii decoctionis carnium ericii terrestris spinosi libr̄ ß.salis indi.ʒ.i.electuarii hamech d escriptōe ma iori.ʒ.vi.et totū accipiatur.Ego autez manifestū iuuamētuz inueni in clisterizando libr̄.i.aq̄ lactis caprini post assūptionem casei cum.℥.i.cassie fistu le. Sextū autem clistere poterit esse hᵒ.℞ aga rici coloquintide mirobalanor̄ indorū ⁊ emblico rum thimi epithimi sene et fumiterre ana.M.i. coq̄tur oīa in libr̄.vi.aque usqz ad cōsūptionē me dietatis.Et de hac colatura cū expressione cōueni enti abſqz alio clisterizēt̄ cū.℥.xii.uel.xv. Quar tum vero instrumētum cuz quo materie melāco lice euacuatione minoratiua cōmuni euacuari po ssunt est cū apertione venar̄ emoroidarum quam hic pertranseo.quoniā s̄mo erit de ea in sequenti caᵒ vbi de diuersione materier̄ determinabitur Iter̄ et hoc solent sapiētes euacuare materias mi noratiue cum his que vrinā ꝓuocāt.cuius instru mētum et modus tangentur etiā in sequēti capiᵒ de diuertētibz.Ad hec etiā et sexto illustres et pe ritissimi viri minorando euacuant materias ⁊ ꝓ prie a membris in quibus ipsa multiplicatur ma gis.que membra sunt magis lesa nocumento defe dationis eor̄ aut extenuationis vel multiplicatio nis pustular̄ in eis. Et siquidē cōtingat materias corrūpere magis ptes capitis minorari poterūt aut cū hoc minoratiuo.cuius descriptio est hec.℞ electua. dyasene electuarii hamech ana.ʒ.iii.aque decoctionis vel sublimatōnis betonice.℥.iii.misce et tepiduz in potu detur. Neqz terrearis argumē to sophistico ꝙ medicine solutiue potabiles debent dari calide vt q̄rta primi caᵒ q̄rto. Respondetur ꝙ illud est ver̄ altera causa fortiori non ducente ad oppositū sicut in taliter facientibz in quibz ut in pluribz inuenit̄ caliditas preternatura sat ele uata Et si timeres caliditatē aque bethonice.tūc loco ipsius ponere potes.ii.uel.iii.℥.aque violarū purpurear̄ aut nenufaris.quelibet eī talis ſt me dicina capitalis frigida.Et si iter̄ perciperet me dicus materiā esse euacuādā a pectore magis tūc poterit exiberi medicina talis.cuius descriptio est hec.℞ agarici electi.ʒ.i.ß.mirobalanor̄ indorū ʒ.ii.polipodii recētis folliculorū sene ana.ʒ.i.dau ci anisi ysopi ana.ʒ.ß.aque feniculi aque isopi ana ℥.ii. calefiant aque et cū eis infūdantur pulueres reliqui per duos dies naturales.Tertio vᵒ sequē ti die in aurora calefiant et exprimātur cōueni enter et cum eis apponantur penidiar̄.ʒ vi.et to tum in potu accipiatur tepidū vel calidū obſuatꝭ conditionibz que in prima decoctione de epithīo dicte fuerunt. Similiter etiā si materiā melāco lica perciperetur habūdare circa regionem epatꝭ intestinor̄ ⁊ mesenterei et stomachi .tunc poterit euacuari cuz hoc farmaco complente intentiones

ad omnia predicta membra .cuius descriptio est hec ℞ anisi spice violarum cuscute seminis acetose masticis ana.ʒ.ſ.ordei lambrusce ana.℈.iiii.coquantur omnia in libr.ſ.aque vsque ad cōsumptionem medietatis.deinde colentur cum expressione conuenienti.et huius decoctionis accipiantur.℥.iii.et misceantur cum.v.ʒ.electuarii solutiui ad melācoliam descriptione Auicene 2° de viribus cordis penultimo capitulo uel vltimo secūdum alios.Cum his itaque satis uidetur rationabiliter euacuari posse minoratiue materias a toto corpore vel in determinatis partibus dominantes magis.Et ita cōpletur intentio secunda euacuationis minoratiue materierum in leprosis.

Capitulū tertiū de modis diuertendi materias in corporibus leprosis.

Iam vero tempus instat ponēdi modum diuertēdi materias que communiter multiplicātur in leprosis.Pro qua intentione premittēdū primo quod per talem diuersionē intelligo distractionem materierum a cōcauitate venarum et arteriarum ad exteriores partes.Secūdo vero per hanc diuersionē intelligo materierum distractionē a mēbris que magis lesa vidētur aut lesioni periculosiori disposita sunt .Exemplū primi sicut sunt mēbra que ulcerosa corruptione magnifice lesa sunt vt frequenter cōtingit reperiri in facie in palato naso oculis et pectore.Exemplum secūdi sicut contingit necessariū esse diuerti materiā a partibus pulmonis epatis matricis et cōsimiliū.a quibus mēbris oportet diuerti materias per cōgruas regiones sensibiliter euacuādo trahendo eas a mēbris predictis sotias vel propinquas. Modus autem diuertendi materias a cōcauo uenarum et arteriarum duplex ē. Primus quidem est educere materiā per insensibilem euacuationem ad extra.Secūdo vero per sēsibilem euacuationem.Et primus modus cōpleri potest per quattuor instrumēta conuenientia. quorum primum est vt premissis euacuationibus capitulo antecedente tactis corpus excitetur peditādo mōtes vel scalas ascendēdo uel descendendo taliter ut caliditate in corpore augmētata materie resoluantur et in fumū conuertantur. Secūdum uero instrumētum euacuandi materias insensibiliter est per leuē fricationem administratam spine et partibus ab apātibus et vlceribus non contactis ita. Itaque fiant fricationes ab inguinibus vsque ad genua trahendo ab eis vsque ad ipsa et a spatulis usque ad nates et ab humeris vsque ad cubitos cum pāno aspero tandiu fricādo donec mēbra rubescant.

Tertiū uero diuertendi instrumentum est vt post mūdificationem pretactam.balneetur mane corpus in aurora vel ab ea vsque ad horam vnā post ortū solis in hac decoctione. ℞ fumiterre recentis vel succi libr.i.foliorum enule et violarum vmbilici veneris semperuiue minoris que uermicularis dicitur ana librā.ſ.camomille melliloti spice romane ana.℥.viii.buliant omnia in magna quantitate aque vsque ad cōsumptionem tertie partis. et in hac decoctione suauis caliditatis abluatur patiens leni fricatione hora predicta et in sero etiā hora recentiori diei Quartū vero instrumentum occulte materierum. diuersiuum est vt spina tota patientis mane et sero inungatur cū linimento infrascripto et similiter partes omnes que magis maculate percipiuntur cuius descriptio est hec.℞ olei de sisamo libr.ſ. camomille seminis aneti florū boraginis et fumiterre ana.ʒ.i.florum enule et semis lapatii ana.ʒ.i.ſ.terantur omnia imbibātur et buliāt ī predicto oleo vsque ad consumptionem medietatis de quo tepido īungatur corpus bis vel ter in die ad libitū Hec enī quattuor īstrumēta et omnia sibi cōsimilia vt intelligēti apparet materias insensibiliter euaporare faciendo a poris et a venis minorant conuenienter.Similiter etiam diuertunt sapientes materias leprosorum sensibilius euacuādo eas a membris.Itaque cū volueris materias magis a cutaneis partibus diuertere quam ab aliis.tūc facere poteris cum instrumētis quattuor quorū gratia poteris alia instrumēta eligere libito tuo. Et primū quidem horum est vt fricētur membra hec uel ista cum rubificantibus medicinis velut sunt origanum pulegiū serpillum et calamentum contrita recentia que cortici membrorū superfricata a profundis eorum trahunt materias ad superficiē cutis. Secundum vero diuertens sensibilius euacuās esse poterit administratio rubificantium et vesicantium medicinarum sicut fricando membra cū flamula recenti aut cū persicaria recenti. Est autem flamula altera duarū intellecta planta aut persicaria minor in stratis inuenta et omni fere climate crescēs que folia habet figure persicorum simillima stipitem nodosum a terra eleuatum per cubitum vnū et medium parper subrubeū acuta excelenter et partium oris vesicatiua et excoriatiua.Altera vero plāta flamula nomiata cōmunior quā ī marchia Teruisina nominant pedem coruinum.et Auicena dicit ipsum pedem alachoen uel submurion.hec quidem planta mirabiliter materias a profundo trahit mēbrorum cōuertēdo eas in aquolitatem in āpulis collectam.ex quarū eruptione per tres dies emanare solet materia multa. Et huic quidem cōsimile instrumentum est vt fiat epithima mēbrorum cum cantaridibus confectis cū aceto et fermēto veteri post compositionem earum cū aceto ī morrario diligēter conterendo . Hoc tamē instrumentū mihi magis suspectum est.propterea quia vehementi acuitate sua fluctuare facit sanguinem in venis tāta exuberantia quod frequenter fit mictus eius cum ardore et acuitate tanta quod excoriatur ab eis vesica magnifice immo excoriatione nō raro incurabili.quare ab earum applicatione vsque modo euanuit operatio ab exercitatione mea: Quartum instrumētum iterum diuertendi materias euacuatione sensibiliori est scapellatio uel scarificato facta in membris a quibus intēdis extrahere materiā similiter ventosarum cū scarificatione applicatio .et plura etiā inuenies inferius instrumenta in intentione particularis cōsumptionis materierum recordata. Tertium principale instrumentum quo diuerti possunt materie est per prouocationem uomitus vt si quidem in stomacho inueniretur congestio et modus generationis materierum que preparantur ad euacuationem velut in ipso corrumpi materias propter nimiam caliditatem eidem ab epate cōmunicatam a renibus et corde.tunc administrande forent medicine vomitiue habentes respectum nunc ad epar nunc ad renes aut ad mesenterion. Exemplū primi sicut esset vomitus factus cū decoctione carnositatis vel seminū zaffani.Exemplum secundi sicut esset decoctio facta cum spica dauco nenufare miliosolis et similibus renalibus medicinis calidis

aut frigidis velut sūt scia coīa cuscuta cicorea sca riola ⁊ cōsimiles. Exemplū tertii velut esset decoc tio mirobalanorum indorum polipodii folliculo rum sene que materias melancolicas trahunt ab ī testinis. aut erit quandoque necessarium vomituз prouocare cum distrahentibus materias a splene velut esset decoctio tamarisci scolopendrie corti- cum capparorum ⁊ salis indi cum pauco eleboro nigro que melancolicas materias potenter educe rent a splene ⁊ regionibus eidem propinquis. Et si bene perpendis hec sunt tria īstrumenta diuer tendi materias ⁊ securissima. quorum primum fu it distrahere ipsas per euacuationem insensibileз

Secūdū vero fuit euacuare eas per regiones cō uenientes. Tertiū vero dictū fuit p vomituз

Quartum vero diuertens principale materias melancolicas est cum apertione venarum emoro idalium. Si enim homo consuetus esset earum ha bere fluxum tunc statim aperiende sunt si restric te fuerint. Et adhuc si nunquam consueuisset habe re ipsarum apertionem ⁊ apparet in ipocundrio sinistro tumor tensio aut grauitas ⁊ in alchatin ⁊ in fiteri pondus manifestius ⁊ tumor in circulo ani et super ipso per quattuor digitos statim in tendatur ad earum apertionem altero sex modoꝝ Et primus quidem est fricando eas secundum cōi tatem cum foliis ficus. aut cū foliis consolide ma ioris. Secundus vero est faciendo enchatisma in aquam decoctionis apii ⁊ nigelle calidam: Terti- us vero est fricando eas cum panno bisello infuso in fel tauri actu tepidum. Quartus et fortior mo dus est fricando eas post expressioneз intestini ab extra cum subtili puluere euforbii. Quintus mo dus est superponendo intestino recto ventosā pui orificii. Sextus modus est vt non conferentibus aliis exprimatur intestinuз voluntario motu ad extra. deinde cum flebothomo aperiatur vna vel due venarum que apparent magis intumentes ⁊ nigre. Educatur ergo sanguis quantitas tanta vt de opaco permutet̄ ad clarum ⁊ de grosso ad mi- nus grossum. Et si talis venaruз apertio aministr traretur quatter ī anno secundum reuolutionem quattuor tempoꝝ anni tunc optimo iuuamento conferret. Si auteз viro opere ⁊ scientia trito ma ius appareret dominiū plenitudinis in partibus capitis tunc magis conueniēs esset aperire venas nasi titillando in ipsum cum palea vel festuca vel cum setis porcinis vel cum extremitatibus herbe quam euganei vocant campaneolam et est ī rei ve ritate poligonia vel corrigiola dicta planta. siue hoc faciat punctione in partibus nasi siue virtute sua electiua sanguinem ab eis educit vt multi cre dunt ꝑpter quod ab eis sanguinaria planta noīa ta est. Et gratia complemēti sermonis ad hanc in tentionem conueniret apertio menstruorum in muliere leprosa existente. Penultimum autem in strumentum diuersionis est melancolicarum ma terieruз eductio per vias vrine. Et licet pauca ab illustribus viris inueniant̄ medicamina memora ta que materias melancolicas electiue precipitēt per vias vrine. precise ⁊ non etiam per ventrem tamen sepe vidi ꝙ si detur. ℥. i. vel. ʃ aque decocti onis epithimi in potu ante prandium ⁊ cenaз mī gere facit vrinas nigras ⁊ melancolicas. Secū dum vero remedium est succi apii ī potu dare. ℥. ii. in aurora. Tertium vero est exibere. ℥. iii. suc ci vel decoctionis orobilentisii. Quartuз vero est decoctio pulueris lapidis lazuli ⁊ proprie facta cū aqua milii solis exibita vsque ad. ℥. iii. Quī tum vero est hoc compositum. ℞ spice nardi. ℥. ii. mirobalanorum indorum numero quinque coq̄n tur in libra. ʃ. aque feniculi vsque ad medietatem de qua decoctione dentur. ℥. iiii. calide. Sextū vero est hoc. ℞ radicum genestre rubee tictorum fu meu. ana. M. i. coquantur omnia in libra vna cum dimidia aque fontis vsque ad consumptionē medietatis ⁊ huius decoctionis dentur ī potu. ℥. iiii. vel. v. cum. ʒ ʃ. pulueris liquiritie granorum milii solis. Sexto vero distrahunt̄ materie et proprie particulariꝰ a capite. pº quidem cum hac oris collutione. ℞ aque decoctionis granoruз sta phisagrie. ℥. iiii. oximellis compositi. ℥. ii. misce to tum ⁊ calefiat et de hoc toto fiat sepe ablutio oris ante prandium ⁊ cenam per duas horas. Secun dum vero est masticatio facta cum radice artanite hora predicta. Tertium vero est masticatio facta cum agarico ⁊ preualet omni alteri. Quartum et melius aliis est hoc gargarisma. ℞ mirobalanoꝝ indorum violarum florum boraginis et buglose ana. ʒ. i. polipodii. ʒ. ii. salis indi. ʒ. i. foliculorum sene. ʒ. ii. coquantur omnia in lib. i. aque vsque ad consumptionem medietatis ⁊ cum hac decoctione actu bene calida gargarizet eger ante prandium ⁊ cenam per horam vnam a x vsque ad xx vices per hec quidem instrumenta apparet sufficienter compleri posse curationem per diuertentia ⁊ tu superadde si potes.

Capitulum quartum principale de regimine horum egrorum p digestionem materieꝝ.

Quoniam materierum digestio est de principali bus instrumentis curationis lepre. Ideo quedam digestiua harum materierum hic ponenda sunt. Et primo quideз de leuibus appropriatis ad hāc dispositionem poterit esse hoc instrumentum. ℞ aque lupulorum fumiterre ana. ℥. i. ʃ. misce ⁊ totū in diebus caloris actu frigidum exibeatur in die bus vero frigidis actu calidum vel tepidum. Se cundum vero digestiuum ⁊ iterum de leuibus est vt accipiatur lib. ʃ. aque lactis caprini. et melior esset ei aqua lactis ouini propter maiorem leniti onem ⁊ ablutionem que est in ea. lac enim ouinuз ē de rebus magis conferentibus leprosis immo omne lac est d̄ medicinis conueniētiorībus eis ʒª quarti caº de cura lepre colligendum. Et tertium digestiuum fortius predictis est vt accipiatur aq̄ lactis. ℥. iiii. succi fumiterre. ℥. i. ⁊ exibeatur totū tepidum. hec tria respiciunt epar pectus ⁊ stoma chum digerendo materias in eis parump adustas Quartuз vero digestiuum ⁊ fortius predictis ēet hoc: ℞ sirupi rosarum. ℥. i. sirupi de endiuia. ℥. ʃ. aque lupulorum aque fumiterre ana. ℥. i. ʃ. misce hoc digestiuum respicit caput pectus ⁊ epar ⁊ ma terias calidiores. Quintum vero digestiuum et fortius illis est hoc. ℞ sirupi de epithimo. ℥. i. ʃ. aque acetose enule ⁊ scariole ana. ℥. i. ʃ. misce. hoc quideз respicit materias adustas grossiores ⁊ ma ioris resistentie. Et sextum digestiuum potest ēe hoc. ℞ sirupi de thimo sirupi compositi acetosi zuccarini sirupi dinarii vel de bisantiis ana. ℥. ʃ. aque apii ⁊ fumiterre ana. ℥. i. ʃ. misce hoc enim respicit materias magis adustas viscosas ⁊ terre stres. Septimum digestiuum ⁊ proprie respiciēs

materiam melancolicam genitam ex adustione sāguinis ⁊ melancolie naturalis cuꝫ signis vehemētis caliditatis epatis pectoris ⁊ capitis est hoc. ℞ seminum comunium frigidoruꝫ quattuor ana. ʒ. iii. violarum scariole florum boraginis ⁊ buglose seminis acetose ⁊ scariole florum nenufaris ana. ℳ. i. ſ. fumiterre florum enule sandalorum amborum spodii corallorum amborum ana. ʒ. i. succi pomorum macianorum lib. iii. maluarum recētium endiuie acetose lupulorum portulace lactuce ana. ℳ. iii. lapatii acuti radicum enule ⁊ serpentarie que iarus nominatur ciclaminis gentiane ana ℳ. i. lambrusce vmbilici veneris vermicularis q̄ est semperuiua minor epatice ana. ℳ. iiii. bulliāt omnia in libris xx aque fontis vsque ad consumptionem medietatis. deinde colentur cum expressione forti ⁊ colature superaddatur succus p̄dictus cum. ℥. iii. aceti acuti albi ⁊ lib. iii zuccari tabarset leui igne coquendo ipsa ⁊ dispumando donec iteꝝ tertia pars cōsumatur. seruetur gº medietas ita lōga ꝺ qua omni mane accipiantur. ℥. v: reliqua vero medietas complete coquatur vsque ad inspissationem. de hoc ergo sirupo exibeantur. ℥. ii. cum aq̄ tararcon ⁊ fumiterre ana. ℥. i. ſ. hic enim sirupus si bene consideras omnibus materiebus melancolicis potenter aduersat̄ rectificando epar cor et cerebrum ⁊ clarificando sanguinem in venis ⁊ p̄cipitando serosas materias ⁊ aquosas in eis. hic est ille sirupus quem pluribus ꝙ quadraginta diebus huic domino exibui continuatuꝫ ⁊ adeo excellenter rectificauit complexionem eius ⁊ compositionem omnium membrorum ⁊ proprie faciei ꝙ ipse erat pro completa sanitate propinqua munda ⁊ clara ⁊ iaꝫ crescebant pili in superciliis ⁊ barba vt ipse testis est ⁊ ad talem terminū deductus erat ꝙ in mense iulii vsque ad festum natiuitatis domini sperabam ipsum sanitati perfecte restitutum sicut sacre regie maiestati per me scriptum fuit sed aduersa fortuna ante posuit ei tripedes qºrundam cerpellantium quorum modus ⁊ consuetudo est multa promittere ⁊ pauca facere temerarie magis ꝙ scientifice fundati. finis enim a quo omnia iuste appellari decet probat effectus hominum. sed ad reliqua redeunduꝫ. Octauum digestiuum poterit esse hoc. ℞ capillorum veneris cetrac politrici adianti polipodii ana. ℳ. i. radicuꝫ lupulorum feniculi petrosellini apii ana. ℳ. i. ſ. radicum sparagi brusci boraginis ⁊ buglose ana. ℳ ii. portulace senationum ⁊ cressonuꝫ fontaliū ana ℳ. v. epatice. ℳ. vi. panis dauci siseleos orobi rubee tinctorum ⁊ granorum milii solis ana. ℳ. i. ſ. folliculorum sene thimi epithimi ana. ℳ. i. elebori nigri. ℳ. ii. coquantur hec omnia in libris xv aque vsque ad consumptionem medietatis. deī de colentur cuꝫ expressione vehementi ⁊ colature apponat̄ zuccari albi lib. iii. vini granatorum lib. ſ. aceti albi acuti: ℥. iiii. succi lupulorum lib. ii. et lento igne coquantur vsque ad inspissationem conuenienter dispumando De hoc ergo sirupo. ℥. ii. in potu exibeantur cum. ℥. iii. aque scariole quam Auicena nominat endiuiam armatam qr spinosā 14ª tertii de cura asclitis: licet alia littera dicat amaraꝫ. Hic secundus sirupus est multum efficatior pº qr precipitat materias p vrine vias ⁊ partim per ventrem mediocriter educendo ⁊ digerit residuum materierum quantuncunque vehementer resistentium. Dum tamen sirupus iste secunda decoctione coquatur post colaturam aromatizetur cum istis speciebus in sindone rara ⁊ de grana laxe ligatis ⁊ in eo suspensis istum sirupum huic domino adhibebam post quattuor primos menses a curatione mea vna quaque die semel precedenteꝫ sirupum diebus intermediis exibendo ei qui sirupus ⁊ omnia alia digestiua exiberi debent postꝙ cibus digestione prima digestus fuerit ⁊ materia grossa ab eo descenderit ad intestina. Secundo vt super eo dormiat saltem per horam. Tertio ꝙ abstineat eger a motu animali ⁊ corporali saltem p quattuor horas. Quarto ꝙ non accipiat cibum nisi transeāt hore quinque. Quinto ꝙ exibeatur digestiuum in diebus caloris magni frigidius. in aliis vero calidum vel tepidum. Digerit etiaꝫ materias conuenienter interpollatim accipere vt ī septimana bis. ʒ. i. ſ. confectionis que nominatur selite 5º canonis summa prima que mirabiles habet operationes vt de ea scribitur ibi veterum auctoritatibus. lꝫ Auicena quasi vituperet ipsam scribendo ꝙ est medicina inordinata ⁊ inordinate compositionis et adhurit sanguinem lege ibi placet ⁊ per hec valde conuenienter digeri possunt omnes immo ⁊ omnium leprosorum materie si virtutem componentium bene considerabis.

Capitulum quintum digit instrumenta euacuantia materiā leprosorum ⁊ erat intētio qnta. Pro qua premittendum ꝙ omnia instrumenta q̄ materias minorando euacuabant ī intentione 2ª posita: ⁊ sirupus etiam in fine precedentis capituli positus augmentata quideꝫ eorum dosi aut saltem frequentata pluries poterunt conuenient̄ materias erradicare. quod enim potest iuuamentum producere agens potens ī breui tēpore nō repugnat illud produci posse ab agente in multo tempore ⁊ frequentato. ⁊ dosis medicinarum diminuta vbi potest materiam minorare multiplicata vel triplicata poterit illam erradicare si vera est propositio philosophantium ꝙ in maiori multitudie plus de multitudine forme. Si ergo volueris materias melancolicas educere cum simplicibus medicinis tunc de melioribus est vt in aurora exibeatur. ʒ. i: pillularum que fiunt ex pl'uere lapidis lazuli preparati. Secunda vero ē vt detur. ʒ. i pillularum de lapide armeno preparato ⁊ proprie q̄n do fiunt pillule cum modico vini aromatici. Iste enim fuerunt medicine prime p me huic domino date pluries ⁊ possunt frequentari quia in eis non ē timor ut scribitur prima tertii finali capitulo ꝺ canonibus curationis capitis sicut enim eleborus albus ⁊ niger exibentur cum timore ⁊ cautela. Ita lapis armenus ⁊ lapis lazuli exibentur sine timore ⁊ cautella. Tertium vero erradicatiuum melancolie de simplicibus ē vt exibeantur mirobalanorum indorum. ℈. v. cuꝫ. ℥. iii. seri caprini ⁊ educūt materiam melancolicam fere cuiuscunqꝫ speciei. Quartum iterum simplex solutiuum melancolie aduste est vt de epithimo cretensi saltem collecto in altis montibus habentibus aspectum ad meridionalem plagam ꝺtur. ʒ. i. ſ. aut. ℈. v. cum. iii. ℥. aque lupulorum ⁊ educit omnem melancoliā adustam a quacunque materia. Quintum simplex est vt exibeant̄. ʒ. ii. folliculorum sene aut. ʒ. i. ſ cum aqua lactis vt dictum ē. Et si desiderares habere simplex delectabilius ⁊ leuius ē vt dentur in potu

℈.v.pulueris thimi cum.℥.ii.aque buglose. De compositis vero soluentibus et erradicantibus materias melancolicas est decoctio quam scripsit Auicena tertia quarti vbi supra. ℞ mirobalanorum citrinorum et indorum.ana.ʒ.vi.ameos.ʒ.v.altit boni.ʒ.ß.passularum enucleatarum minam.ß. coquntur in libris.iii.aque donec perueniat ad tertiam Deinde colentur et exprimantur, et misceantur cum eis idromellis.ʒ.v.et exibeantur ex eo vncie quattuor vel quinque: Non enim exprimit Auicena dosim illius et patet quod exibere totum esset lib.i.cum additione idromellis quia secundum me et veritatem esset dosis multum eleuata. Est autem altit assa fetida secundum arabicos. mina vero apud nos italicos et egiptiacos est pondus xvi.℥.dato quod mina romana et greca sit podus.℥.xx. Secundum vero compositum et delectabilius illo est decoctio de epithimo descripta a Mesue in antidotario que est equalior meo iudicio et conuenientior aliis de qua exibere soleo a.iiii.℥.vsque ad sex.licet quinque.℥. sint mihi magis in vsu. Tertium compositum memorandum est electuarium solutiuum ad melancoliam descriptione Auicene penultimo capitulo de viribus cordis de quo etiam supra habita fuit memoria in intentione secunda de minoratiuis.

Quartum compositum est hoc. ℞ cassie nuper preparate cum aqua lupulorum.℥.i eleborí nigri et lapidis lazuli preparati ana grana.viii.totum exibeatur in potu cum.℥.iii.aque boraginis vel buglose. hec est illa benedicta medicina que huic domino sepe exibita educebat materiam ab eo melancolicam colore opacam cum splendore quodam substantia velut pix valde nigra feruens et ebuliens in vase orribilis aspicientibus et magis olfacientibus ipsam et perseuerabat illius eductio quandoque per duos dies cum tanta suauitate operationis quod credebatur pulsus fortis et virtus alleuiata magnifice per cuius vsum splendor et formositas in toto corpore et facie fuerunt acquisiti. Ad hanc eadem intentionem est. quintum compositum diuersarum materierum melancolicarum eductiuum fere omnium a me nominatum electuarium de epithimo et per me compositum de quo exibere soleo quattuor aut quinque.ʒ.cum aqua lactis. Sextum compositum melancolie eductiuum fere omnis potest esse electuarium diasene descriptum a Nicolao in antidotario de quo exiberi solent a quattuor.ʒ vsque ad vii.cum aqua lupulorum et aqua lactis et est medicina optima et secura. Ultimum vero compositum potest esse hoc. ℞ pillularum de lapide lazuli pillularum de lapide armeno ana.ʒ.ß.asse fetide.℈.iii. cum succo rosarum formentur pillule vii.et exibeantur omnes obseruatis conditionibus que in aliis solutiuis scripte sunt et obseruari debent. per hec quidem instrumenta videtur mihi conuenienter erradicari posse materias melancolicas omnes et tu elige libito tuo.omnes enim secure sunt et vtiles et hec de intentione 5ª.

Capitulum sextum de numeratione instrumentorum quibus consumi possunt reliquie materierum leprosorum.

Nunc autem occurrit tempus describendi medicinas electas et ad consumptionem materierum horum languentium de quarum numero prima et elegantior est vt postquam videris egritudinem terminatam esse ad statum vniuersalem et eius materiam plures fuisse euacuatam vt ex precedentibus apparet tunc per spacium vnius mensis omni die in aurora exibeantur.℈.ii.trociscorum de tiro in substantia pillulari aut puluerizati et bibiti cum ℥.i.ß.aque cucumeris agrestis qui dicitur asininus Secunda vero medicina predictarum materierum consumptiua et de securis iterum est vt patiens omni mane bibat.ʒ.ß.calamenti et proprie cum aqua lactis.confert enim leprosis resoluendo humorem resolutione forti et incidendo et subtiliando incisione et subtiliatione forti et confert elefanticis. Et similiter dixerunt alii de potu metastri. Tertia medicina est vt in potu detur elefantico.ʒ.i.cedrie vel alchitran et est pix. confert etiam linita super eo vt Auicena dixit. Quarta medicina est quam scripsit constatinus et est quod patienti per plures dies in potu detur ℥.i.succi mente aquatice et videtur conferre magis in principio quam in aliis temporibus. Quinta medicina materierum harum consumptiua potenter est caro ericii terestris combusti.tollit enim elefantiam vt scripsit Gallienus xiº de simplici medicina. Sexta medicina materierum potenter consumptiua est vt in potu detur de foliis colloquintide exiccatis ℈.ß.pluribus diebus cum dragaganti et gumi arabici ana.℈ v.et fiant pillule cum succo rosarum que pluribus diebus continuate consumendo materiam curant leprosos omnes et tu lege de ea in aggregatore caº de canzel dum inquit. Post multa de ea dicta ego non vidi aliquam de medicis solutiuis magis conferentem in egritudinibus melancolicis quam folia colloquintide. Et antiqui quidem defecerunt in memoratione istorum et obliti sunt vsum eorum sed ego tentaui et dedi de eis in melancolia et in alopitia et tiria et lepra scilicet omni et inueni iuuamentum magnum. Et idem scripsit Auicena adhuc de ea exterius applicata. Septima medicina iterum materierum talium a proprietate consumptiua est vt in potu detur.ʒ.ß.smaragdi obscurioris cum aqua buglose continuatis diebus et erit magnum iuuamentum eius in lepra vt constantinus dixit. Et si bene consideras fortassis talis smaragdus est de specie lapidis lazuli. Octaua medicina est vt pluribus diebus in potu exibeatur.ʒ.ß. tiriace Andromaci cum brodio decoctionis ericii campestris. Nona medicina est vt quibusdam diebus detur in potu.℥.i.succi origani aquatici secundum testimonium Aliebatis. Et ego non aliter intelligo quid sit origanum aquaticum nisi illum qui oritur et crescit prope aquas. Decima et vltima medicina talium materierum consumptiua est medicamen compositum albedereiulium nomiatum factum et albes quod habet tantam potentiam in consumendo materiam omnium leprosorum et proprie elefanticorum quod tenet locum carnis vipere cuius descriptio est hec. ℞ mirobalanorum nigrorum idest indorum seitargi indi et est tapsia que in rei veritate est succus exiccatus rute siluestris ex idia appositus amborum ana.ʒ.x.macropiperis.ʒ.v.beis albi.ʒ.i.ß.terantur omnia per se et liniantur cum butiro vaccino per dies duos ita malaxata et conficiantur cum melle cocto et dispumato et detur de eo in potu post purgationes ab aureo vno vsque ad.ʒ.ii. Et si detur in potu cum.ʒ.ß.pulueris diamusci non erit timenda malitia eius quoniam confectio diamusci cuiuscunque tam dulcis quam amari est eius tiriaca. Est autem beis in rei ve

ritate napellus qui ē venenum pnitiosū ⁊ cōfert le
pre speciebus omnibus. cuius etiam napelli optia
tiriaca eidem resistitiua ē puluis plante que noia
tur napellus Moysi. inueniť etiaꝫ mus quidaꝫ apō
radicem napelli nascens ⁊ crescens cuius puluis ē
optia tiriaca cōtra potentiaꝫ napelli. hec quidē de
cem medicamīa illustriū medicoꝝ sentētiis emol
lita potentia sūt ī cōsumptiione materieꝝ antece
dentiū cuiuscūqꝫ lepre. ⁊ precedentes nouē medi
cine nō sunt periculo ⁊ suspectione magᵃ. vltima
vero nō enacuať ab illis. lꝫ fuerit scripta ab Auice
na 3ᵃ quarti ō cura lepre parapho iᵒ. At vero post
cōsumptionem materieꝝ lepre antecedentiū non
sufficit ad perfectionē curationis solū itendere ad
illas. immo oꝫ etiam materias cōiunctas iaꝫ ī mē
bris imersas cōsumere. siue sint materie apostema
tū siue vlceꝝ frequenť corrumpentiuꝫ mēbra. pp
qđ oꝫ pᵒ pṗpare tales materias ad mollificationeꝫ
⁊ resolutionē cū resolutiuis ⁊ subtiliatiuis velut
ēet hoc cōpositū. ℞ origani lib. i. baccaꝝ lauri sta
phisagrie herbe sinapis ana lib. ʃ. sulfuris viui. ℥.
iiii. terre carpētarioꝝ que nomiať sinopida. ℥. ii.
coquanť omnia in multa quantitate aque vsqꝫ ad
cōsumptionem medietatis. deide quattuor vel. vi.
diebus omni die bis balneeť eger ī hac decoctōne
tepida vel pauce caliditatis nisi in diebus iemis.
Cū ergo exit eger a balneo tūc totū corpus liniať
cū tiriaca Andromaci ⁊ inuoluať pannis in lecto
quiescens vt ibi sudet. Et si nō incurreret sudoreꝫ
post primam dieꝫ exeunti a balneo cū modico aq̄
violaꝝ in potu deť. ʒ. ʃ. tiriace diatesseron. Cū gᵒ
ita factum fuerit p septimanā vnaꝫ tunc iteꝝ ad
magis mollificandum ⁊ preparandum materiaꝫ
ad resolutionē fiat secūdum balneū ī aqua decocti
onis fenugreci granoꝝ sisami ana lib. i. accipiēdo
⁊ radicum molliū lilioꝝ alboꝝ lib. ʃ. Et ī isto bal
neo liniať corpus totū cū sapone nigro ⁊ quiescat
ī lecto vt dictuꝫ est. Cū gᵒ materia p hec balnea sa
tis fuerit preparata ⁊ ad cutem attracta tunc ne
cessarium ē cōsumere ipsam cū medicinis maiorē
potentiam habentibus velut ē hᵒ cōpositū: ℞ zini
ar. auripigmenti vitrioli viridis ⁊ albi ana lib. ʃ.
calcis non extincte lib. i. radicum flamule lib. i. ʃ.
aluminis iameni. ℥. iiii. salis armoniaci. ℥. viii. te
ranť omnia ⁊ ponanť ī alembico vitreo ⁊ sublimē
tur. de hac ergo aqua madefiant omnes pustule et
vlcera vbicūque sint p dies duos. Tertio vero se-
quenti die liniant cū hoc vnguento. ℞ amili. ℥. i.
ʃ. litargiri spumificati. ℥. ii. calcis nō extincte. ʒ. i.
ʃ. sanguinis draconis lib. i. aceti mediocriter acu
ti quantum sufficit fiat vnguentum in mortario
plumbeo cum suo pistello vehementer conterendo
⁊ est de magnis medicinis ad hoc opus. Cuꝫ ergo
in membris fuerint facti cortices ⁊ cruste tunc li
nianť cum hoc vnguento. ℞ olei ō sisamo pingue
dinis asini ana lib. i. vitellos ouorū numero duos
camphore. ʒ. i. terantur omnia in mortario eneo
ita vt fiat linimentum in mortario cum sufficien
ti quantitate albuminum ouorum. Et hoc remo
uet flammaꝫ a membris regenerando ⁊ incarnā
do ea ⁊ consolidando. Cum gᵒ hec facta fuerint p
duos vel tres menses. siquidem res videbitur feli
citari ita procedendum est interpolatis tamē eua
cuationibus minoratiuis adhibitis. Si autem ap
paret noue materiei expulsio ⁊ apostematum cor
ruptionum aduentus in membris tunc iteruꝫ re

deať ad curā cū secūdo balneo statim antescripto
⁊ cum vnguentis consequentibus ad ipsum. opor
tet enim totiens reiterare remedia ī cronicis egri
tudinibus quotiens materia renouatur ī eis. Hec
de intentione sexta dicta sufficiant.

Capitulum septimum de medicinis rectifican
tibus membra corrupta malitia materierum
istarum.

Sunt autem membra indigentia rectificatione
vt epar ī quo materie melancolice per adustionem
plurimum generantur ⁊ in venis ⁊ cor ⁊ cerebruꝫ
in quibus materie corrumpunť aut corrupte reci
piunť. Alia vero membra sunt sicut totius corpo
ris superficies ad quam materie corrupte fundū
tur ⁊ in ipsa etiam frequenter corrumpunť. Con
forťanť ergo principalia omnia simul cum deceꝫ
medicinis magna laude insignitis ab auctoribus
Et prima quidem diuina medicina quam fere oī
bus aliis preualere credo. est electuarium letificās
nominatum a Rasi ⁊ ab eo compositum nono Al
mansoris caᵒ de melancolia. lege eius descriptionē
⁊ de eo exibere soleo omni mane per plures dies ⁊
quinque horis ante prandium. ʒ. ii. veꝝ qꝛ in hoc
domino est epar notabiliter calidum ⁊ cor etiam
⁊ cerebrum exibeo ipsum cum aqua scariole vł ta
raxacon violarum aut nenufaris. he enim omnes
medicine sunt frigide cordiales cerebrales ⁊ epati
ce ⁊ hinc inde legere potes. Secunduꝫ vero. medi
camen cuius memoria non est pretermittenda ē
tiriaca de viperis qꝛ confortat spūm ⁊ calorem in
natum ⁊ reddit ipsum potentem ad contrariandū
omni lapsui. ⁊ detur de ea ī potu pluribus diebus
in aurora. ʒ. ʃ. cum aliqua predictarum aquarum
⁊ tardetur post eam cibus horis ad minus quinqꝫ
Tertium principale compositum est electuarium
de ambra proprie inuentum ab Auicena ʃᵒ can.
summa prima tractatu 3ᵒ rubrica ista Electuariū
alchelrui. ⁊ dicitur electuarium ambre. detur aūt
ex eo. ʒ. i. post etatem eius sex mensium ⁊ proprie
cum aqua violarum vel buglose. Quartum com
positum speciale valens principalius ad dispoli
tionem capitis est confectio de iacincto ⁊ proprie
dscripta ab Auicena vbi supra rubrica ista Cōfec
tio de iacincto nostra. Quintum compositum va
lens ad predicta ⁊ proprie ad dispositionem capi
tis ⁊ cordis est electuariū diamuscū dulce descrip
tione Mesue ī antidotario. cuius dosis esse possūt
ʒ. ii. cum aqua aliqua de predictis in aurora. At
tende tamen ꝙ non minoris iuuamenti est descrip
tio diamusci posita ab Auicena. ʃᵒ canonis sūma
prima rubrica ista Medicia ō musco dulcis. Sex
tum medicamen ⁊ proprie ad hanc intentionem
vtile ē iera vł confectio Hermetis descriptōne po
sita ab Auicena preallegeto loco rubrica ista. Con
fectio hermetis valēs ad tenasmonem ⁊ cet. Sep
tima medicina ⁊ proprie de simplicibus est vt cū
apparuerit magna capitis debilitas in sero apud
somnum detur. ʒ. ʃ. pulueris ligni aloes cuꝫ. ℥. ii.
aque nenufaris tepida aut frigida in diebus calo
ris. Octaua medicina est vt apparente magnifico
nocumento circa cor ter vł quater in die patienti
detur. ℈. ʃ. pulueris electi smaragdi viridis clari
⁊ diafani cum. ℥. i. aque rosate. Nona medicina ad
eandem intentionem est vt plurics in die exibeať
℈. i. pulueris margaritarum non vitiatarum cum
℥. i. aque sublimationis foliorū basiliconis. Decia

⁊ vtīa medicīa ⁊ ꝓprie conferens ad corruptiōeꝫ cōplexionis epatis ⁊ rectificationem ipsius ⁊ pro prie a caliditate preternaturali est vt ī potu dct̄ ī aurora ⁊ ante cenam per horam .i. ſ .ʒ.i. vel .ʒ. ſ. spodii de canna electissimi qđ cognosces per eius aromaticitatem ꝓpriam cuꝫ aqua cuscute cicoree ⁊ scariole. p hec quidē omnia aut ipsorū plurima poteris conuenienter rectificare membra princi-palia ab hac orribili egritudine corrupta. Cum autem ꝑpenderis cutaneam partem multum esse lesam a vehementi caliditate preternaturam. qđ cognoscetur rubedine magna inflammatione pru ritu ⁊ acuitate magnis tunc confert eis linitio fac ta cum succo lactuce vel portulace vel foliorꝫ ne nufaris aut olei omfancini. Et cuꝫ cognoueris ipā fore lesa mala complexione frigida per viaꝫ extīc tionis caloris naturalis hoc efficiente tunc de me lioribus medicīs est ipsorum irroratio vel made factio cum vino albo aromatico. Et si vlceratio in membris non fuerit magna tunc melior erit em brocatio vel madefactio eorum cum aqua cineris non multum acuta aut cum succo mente vel cala-menti ⁊ similium. Et siquidem perpenderis in membris esse vlcerationes per membra serpētes vna de melioribus medicinis est linimentum hᵒ ℞ litargiri ceruse ana .℥.ii. olei rosati .℥.ii. ſ. succi rute .℥.iiii. amili quantum sufficit fiat linimentuꝫ ī mortario plumbeo cuim suo pistello fortissima contritione in cuius fine ponantur .ʒ.ii. camphor̄ subtilissime trite. hoc enim est medicamen diuinū in talibus vt videbis. ⁊ sic est complementum istru mentorum que perficiunt intentioneꝫ septimam

Capitulum octauum de medicaminibus qbus perficitur intentio octaua curationis huius le pre immo ⁊ comuniter omnis.

Tempus est expendere contemplationem in re nō minoris vtilitatis ⁊ est inuenire medicamina cō uenientia ad corrumpendum malitiaꝫ materieꝝ que ī leprosis reperiuntur semper. pro qua inten tione premittendum primo regimen corruptio nis malitie complexionis materierū prouēientis ab excessu qualitatum comunium primarum ⁊ se cundarum. Secūdo vero tanget̄ regimen corrup tionis prauitatis venenositatis earum. rectificat̄ autem ⁊ corrumpitur mala complexio manifeste materierum per digerentia eas in nocitiuo. Neq̄ enim credo virum phisicis instructionibus adeo eruditꝫ qui sciret has materias digerere digesti one ī iuuatiuo. Et iam quidem de talibus digeren tibus determinatum est in intentione secunda di gestionis materierum. Adhuc etiam in ītentione precedenti de his que confortāt membra hic aūt succincte dicatur ꝙ si contingit materias esse vehe menter calidas ⁊ siccas caliditate putredinali tūc de melioribus digerentibus quattuor possunt eli gi medicine mihi inuente vtilime. Et prima qui deꝫ est hec. ℞ sirupi acetositatis citri .℥.i. aque epa tice .℥.iii. misce. Secūdū digestiuū ⁊ fortius illo ē hoc. ℞ sirupi de endiuia sirupi simplicis acetosi et de bisantiis ana .℥. ſ. aque lactuce .℥.iii. misce. Tertium digestiuum non minoris iuuamenti ꝙ duo prima est hoc. ℞ aque portulace .℥.iii. sirupi rosati .℥.i. ſ. misce. Quartum digestiuum ⁊ adhuc delectabile est hᵒ. ℞ sirupi iuiubini .℥ i. ſ. aque sca riole .℥.iiii. misce. Si autem materiam ēt conti gerit penes qualitates primas recedere a medio

ꝑ augmentum frigiditatis ⁊ siccitatis et fortassis etiam per augmentum frigiditatis ⁊ humiditatis tunc de melioribus digestiuis esset hoc. ℞ sirupi dinarii vel de bisantiis .℥.i. aque lupulorum aque cuscute ⁊ acetose ana .℥.i. ſ. misce. Secundū dige stiuū est hoc. ℞ sirupi đ enula descriptione Sera pionis 7ᵒ breuiarii tractatu de sirupis .℥.i. aque violarum .℥.ii. aque lupulorum .℥.i. misce. Tertiū digestiuum est hoc. ℞ sirupi de fumoterre .℥.i. aq̄ cicoree .℥.iii. misce. Quartum digestiuum ad hāc intentionem est hoc. ℞ sirupi de endiuia ⁊ melius violati ana .℥.vii. aque fumiterre ⁊ boraginis ana .℥.i. ſ misce. Quintum digestiuum est hoc. ℞ siru pi de absinthio ⁊ rosaruꝫ ana .℥.i. aque eupatorii ⁊ nenufaris ana .℥.i. ſ. misce ⁊ penes hoc memorā dum est ꝙ sirupus suprascriptus descriptōne mea vtilis esset ad hanc intentionem excellenter cum hoc etiam recordando ꝙ omnia que posita sunt ī intentione precedente de confortantibus membᵃ principalia optima sunt ad hanc intentioneꝫ. De rectificantibus etiam materias ⁊ earum prauita tem vnanimi medicorum concordia approbata sunt cauteria potentialia ⁊ actualia etiam. Et ī sū ma variis voluminibus approbantur cauteria ap plicanda capiti ⁊ partibus adiacentibus ⁊ sup sple ne ⁊ super iuncturis. Capiti ergo applicantur cau teria super sincipite sūitatibus capitis super vtra qꝫ tempora super collo et vltimo super radicē epi glotis. Sciendum autem ꝙ cauteria que admini strantur in partibus capitis debent esse sperica. quoniam vlcera ex eis facta difficilius ⁊ tardius consolidantur. ⁊ non est altera intentio in istis cau teriis. qr longo tempore vigilantia eorum vlcera diuertunt ⁊ euacuant sensibiliter materiam a ꝓ fundis venarum ad exteriora. vnde alleuiatur vir tus super residuum materierum redditur poten tior ad digerendum residuum materierum cum hoc tamen ꝙ talia cauteria potenter aduersantur corruptiue venenositati materieruꝫ. Modus aūt applicandi cauterium in membris omnibus ⁊ ꝓ prie ossuosis est vt mūdificato prius corpore cum medicinis solutiuis ⁊ clisteribus ventre vacuo exi stente apud ortum solis applicetur ignitum cauti um super commissura coronali ī loco vbi linea sa gittalis cōmissure sibi ouiat. ⁊ profundetur caute rium suaui tactu īpellendo vsque ad craneuꝫ exclu siue deinde superponatur oleum violarum aut de nenufare vel de floribus cucurbite cuꝫ vitello oui agitata vsque ad tertium dieꝫ. tunc ergo procedat cum administratione butiri vel assungie recentis vsque ad casum escare deinde medicetur cum vn guento resino in diebus caloris. aut cum vnguen to basilicone minori in diebus frigoris. īterpollā do tamen aliquando administrationem vnguenti egiptiaci facti ex melle aceto ⁊ flore eris ad hoc vt non cito fiat vlceris cōsolidatio. Cognoscitur aūt locus predictarum commissurarum ponendo ex tremitateꝫ nasi super linea maiori rascete manus ⁊ extendēdo digitū medium pe frontem vsque ad caput. Cum ergo peruenerit extremitas digiti tunc reuoluatur primus nodus eius versus su perius capitis. vbi ergo attiget reuolutio nodi di giti ille est locus obuiationis inferioris partis cō missure sagittalis. signetur ergo cum encaustro. vel memoria ⁊ ibi applicet̄ cautiuꝫ. In membris pauca carne redactis applicetur cuꝫ solerti cautela

cauterium ne fiat ꝓfundatio amplioꝛ debito ⁊ ꝓ
pꝛie in loco epigloti. Esset enim timoꝛ magnus ꝺ̄
nocumento trachee arterie pulmonis ⁊ consequen
ter coꝛdis. In locis vero que sunt sicut post aures
⁊ collū caueatur a ꝓfundatōe cauterii pp timoꝛeꝫ
cocture arteriarum ⁊ venarū. In locis coniūctōnis
colli cū spatulis timoꝛ haberi debet ne pueniat i
pressio cauterii ad neruos oꝛientes a spondilibus
colli. Cauterii aūt applicationē sup lateralibus pti
bus nocrati ⁊ super ipsa nocrati timeo pp ipsā nu
cham. Adhuc etiam cū applicare intendit cauteria
super ipocundꝛiis nō fiat magna ꝓfundatio ꝓpt
nocumentū epatis i dextro. splenis vero i sinistro
ipocundꝛio. Similit etiam cū applicat cauteria
sup iuncturas diligenti operatione attendendum
est ne ꝓfūdetur i neruis ꝓpter suspitionem spas
mi futuri ⁊ i ligamentis iuncturaꝝ pp ꝓhibitōeꝫ
motus eaꝝ. vnde ⁊ pp has causas timoꝛis hodier
no tempoꝛe mltū euanuit operatio applicādi cau
teria actualia. ꝓpterea qꝛ manualit operantes ra
ro reperiunt couenient instructi quantum opatio
requireret. ⁊ hec est causa pp quam libentius appli
co cauteria potentialia ⁊ conuenient refracta que
paruo tempoꝛe applicata dimitto contentus ma
gis de reiterata applicatione sine nocumento q̄ ꝺ̄
vnica cū timoꝛe ⁊ lesione. Et adhuc tertio libenti
us ⁊ cū maioꝛi securitate applico setones ⁊ eoꝛuꝫ
applicationeꝫ longo tempoꝛe vigilare facio. Siqs
aūt desideraret habere materiam cauterioꝝ potē
tialiū duo hic scribam quoꝝ maioꝛis partis ego
fui inuentoꝛ ⁊ rectificatoꝛ. Et pꝛimū ē hoc. ℞ fer
menti vnius septimane. ℥. iii. saponis nigꝛi. ℥. i.
arsenici citrini ⁊ est auripigmentū. ℥. ß. argēti sub
limati. ʒ. ii. calcanti combusti. ʒ. i. ß. incoꝛpoꝛent
oīa siml i moꝛtario diligenti cōtritione. Secun
dū vero cauteriū ⁊ efficatius pº ē hº. ℞ aque capi
telli pꝛime lib. ß. calcis viue. ℥. i. ß. opii. ℥. ß. pulue
rizent puluerizanda ⁊ bulliant i aqua lento igne
vsque ad cōsumptionem medietatꝭ. tūc gº supaddā
tur pl'ueres ⁊ coquāt vsqꝫ ad spissitudinē ⁊ refuet
totū i vase vitreo bene obturato ne ingꝛediat aer
qꝛ dissolueret. facias gº ex eo frustrum tante quan
titatꝭ quantū volueris facere foꝛmaꝫ ⁊ sepellias ip
suꝫ i pastā circūferentialit balneatā vt melius ap
plicetur aut imedietate coꝛticis nucis vl auellane
⁊ dimittatur sup loco p mediaꝫ hoꝛaꝫ aut ad plus
p vnam hoꝛaꝫ. Amplius de medicinis coꝛrumpē
tibus venenositateꝫ materieꝝ lepꝛosoꝝ optima ē
tiriaca diateseron ⁊ pꝛopꝛie scripta ab Auicena
5º canōis sūma pꝛima ⁊ tractatu pꝛimis. Et ter
tium ē ieꝛalogodion: Et quartuꝫ ē iera rufini. Et
quintuꝫ ē medicamen albedereiuliū in septima in
tentione descriptum. Et sextū est bercdeiuliū ma
ius. Et septimū est confectio de vꝛina ircoꝛū mō
tanoꝝ quaꝫ Auicena nominat alsuledati quas ta
men tres medicinas compositas ⁊ ab Auicena de
scriptas successiue nō curo declarare qꝛ timeo eaꝝ
applicationem. ꝓpterea qꝛ due pꝛime componūt
ex napello ⁊ tertia non euacuatur a timoꝛe maxīo
Rectificant etiaꝫ materieꝝ venenositates vnguē
ta superius posita in intentione de ptic'lari cōsūp
tione materieꝝ. Hic autē describā linimenta duo
venenositatis coꝛruptiua conueniēt. Et pꝛimū ē
hoc. ℞ tutie pꝛ̄parate ⁊ pꝛopꝛie cū vrīa pueri lib.
i. teratur in moꝛtario plūbeo cū suo pistello cū suc
co acetositatis citri ⁊ fiat linimentū. vehementer
eniꝫ coꝛrumpit venenositatē omnē cū sua ꝓpꝛie-
tate. Secundū ⁊ pº potentius ē hº. ℞ terre sigilla
te lib. i. succi vicētosici quantū sufficit terant siml
in moꝛtario plumbeo cū pistello suo ⁊ fiat linimē
tum ex quo totuꝫ liniat coꝛpus. Multa etiam i se
quenti caº determinabuntur ad hoc ꝓpolituꝫ vti
lia ⁊ venenositatibus resistentia.

Capitulū nonū de electione medicinaꝝ a tota spetie ⁊ ꝓpꝛietate cōferentiū lepꝛos.

In hoc caº nō est mea intentio tangere mltum
de medicis scriptis a quibus a ꝓpꝛietate cōferre
ad hº capitulū ⁊ ꝓpꝛie de eis que videntur quasi
fabularia medicamina sicut de oculo vpupe dicit
a quibusdaꝫ q̄ suspensus super lepꝛoso delet lepꝛā
Et sicut dicit de pellicula que abscindit i circūcisi
one pueri sicca ⁊ trita si det i potu cum modico
musci delet lepꝛā ⁊ nō pmittit eā augmētari. Ne
qꝫ adhibeo fidem medicinis quaꝝ dosis nō videt
habere rationale iuditiū vt dicit Albertus de osse
elefantis si det in potu cū. x. ʒ mentastri montani
curat ab eo lepˢ. Et sic scribit ꝺ̄ sāguīe leōcie si ex
eo ivngāt loca patientia curatur lepꝛa. Solū aūt
adhibenda ē fides medicinis in curatione egꝛitu
dinum que cū hº q̄ operantur cū pꝛopꝛietate sua
impꝛimunt coꝛpoꝛi qualitates per quas sufficien
ter pōt aut digeri aut consumi materia antecedēs
vl coniuncta egꝛitudinum. qualiter tiriaca videt
posse sufficienter curare omnes species lepꝛe. cōtra
riatur enim materiali cause ⁊ male complexioni
coꝛrumpendo ⁊ rectificando eas occulta ꝓpꝛieta
te que inest ei pꝛincipalit a carne tiri. Secūdo qꝛ
ipsa confoꝛtat spiritum ⁊ innatū caloꝛeꝫ ex qbus
redditur virtus potens ad curandā lepꝛaꝫ. Et itū
qꝛ tiriaca adhuc fermentata caliditate ⁊ siccitate
suis que ponūt in 2º gꝛadu pōt cōsumere materi
as. Similit etiaꝫ scribit ꝺ̄ iera attributa Rasi. et
iteꝝ ꝺ̄ iera intitulata ipocrati vt Mesue scripsit
in antidotario distinctione secunda. Et Auicena
5º canonis tractatu 2º. tales enim iere nō solū ra
tione solutionis eaꝝ per quam educunt materias
lepꝛosoꝝ conferunt in curatione lepꝛosoꝝ imma
etiam ⁊ aliis qualitatibus que resultāt i eis ex vir
tutibus componentiū sicut deducere potes exami
nando eaꝝ cōpositōes. Confido etiam in medicis
aliis taliter operantibus sicut dicit ꝺ̄ carne eritii
marini ut scripsit Auicena ipsam conferre. etiam
ꝓpt vehementiam resolutionis ⁊ exiccationis eius
sicut etiam Serapio scripsit de caꝛne eritii terre
stris q̄ exiccata ⁊ trita ⁊ data in potu lepꝛosis rec
tificat complexionē malaꝫ coꝛruptaꝫ dominantē
in coꝛpoꝛibus eoꝛuꝫ. Et sicut etiam Diascoꝛides
scripsit q̄ ibidem animal assatum ⁊ comestum va
let contra lepꝛam. ⁊ cōcoꝛdant hii sermones cum
Galieno xiº de simplici medicīa qui dixit q̄ caro
eritii assata ⁊ potata confert patientibus elefantiā
apud quē lꝫ multas talium medicīaruꝫ memoꝛar
potuissem solum tamen tangam memoꝛiam de
magno iuuamento carnium tiri vt Galienus xiº
de siplici medicina nominat echiduam. Et cuꝫ be
ne examinabis sermones eius videbis q̄ ē species
tiri quem ibidem Galienus matrassum vocat. ⁊ i
rei veritate est species aspidis cuius partes huma
no coꝛpoꝛi diuers applicantur mōis. quoꝛum pꝛi
mus est vt ex eius carnibus trocisci fiant q igꝛe
diuntur compositōnem tiriace maioꝛis cuius in
ventoꝛ cū hoꝝ trocisoꝝ additione pꝛimus fuit

Andromacus ante ipsum enim non erat cognita medicia famosa magis in curatione venenorū q̄ electuarium inscriptum metridati Regi ispanie quem romani debellare nō potentes armis ꝛ bello conati fuerunt vincere cum veneno a quo se defēdit rex ille virtute illius electuarii. Andromacus autem superveniens composuit electuariū ex lxiiii medicinis preter mel ꝛ vinum cui superaddit carnes tiri in trociscata substantia redactas fretus hͦ argumento q̄ caro vipere a tota specie contrariatur humane speciei corrumpendo ipsā eo qꝛ petit cor qđ est principium ꝛ fundamentū vite spirituum ꝛ operationum omnium. quod quidem venenum confractum cum aliis medicinis componentibus tiriacam que omnino adversant̄ veneno possunt corrūpere venenum ebibitum potatum ꝛ aliter applicatum. Maior enim earum ē potentia ad corrumpendum virtutē venenositatis tiri q̄ econverso. Multis ergo modis caro tiri administratur ꝛ primo quidē modo predicto Secundus vero datur caro eius ad comedendum patienti elixata cum porris aneto cicere ꝛ pauco salis in aqua plurima tamdiu q̄ caro dissoluatur ab ossibus. ꝛ caro illa ad comedendū patienti detur Tertius vero modus applicationis eius ē brodiū decoctōis ipsius. Quartus modus ē vt accipiatur olla predicta ꝛ coquantur in aqua cum pane de simila coquendo etiam cum eis pullos columborū ꝛ bibat patiens de brodio illo ꝛ comedat pullos illos. Quintus modus applicationis tiri ad leprosum est vt accipiatur serpens niger ꝛ excoriet̄ ꝛ sepelliatur in terra donec putrescat ꝛ nascant̄ ex eo vermes tunc gͦ extrahatur ꝛ exiccetur cū vermibus suis in olla nō vitreata in fornace ꝛ vertatur in puluerem ex quo tribus diebus omni die detur ʒ.i.cum aqua mellis. Sextus modus applicationis eius ad corpus leprosū est vt accipiatur serpens predictus excoriatus ꝛ ponatur in olla ꝛ super ipsū effūdant̄ aceti.℥.viii.aque lib.i.tapsie humide idest recentis ꝛ est ruta silvestris loco cuius potest poni ruta recens omniū amborꝫ ana.℥.ii. coquantur ergo lento igne donec dissoluat̄ serpēs tunc ergo coletur ꝛ ex aqua illa fricetur facies et omnes partes lese post abrasionem pillorum vel capillorum tribus diebus continuis. Septimus modus applicationis tiri ad corpus elefanticum ē vt fiat invnctio corporis cum hoc epithimate. sumatur serpens niger excoriatus ꝛ decoletur vt parū infra dicetur ꝛ ponatur in vas lapideū non vitreatum ꝛ fundantur super ipso aceti.℥.viii.aque lib. i.rute silvestris recentis radicum dragontee ana borum ana.℥.ii.coquantur lento igne donec dissoluatur s̄pens.tunc gͦ coletur ꝛ colatura illa pōat̄ i vase vitreo bene obturato ꝛ invngat̄ cum eo totū corpus aut partes que mundificatione indigent depositis semper pilis per rasuram. Octavus modus administrationis eius est vt ex carnibus serpentum nigrorum cum oleo antiquo fiat decoctō i vase lapideo secundum formā collignđā ab Auicena 5ͦ canonis summa prima tractatu xͦ đ oleis rubrica illa Oleum de serpentibus competens ad impetiginem. lege ibi qꝛ pp breuitatē dimitto. Nonus modus applicationis eius est vt accipiat̄ serpens predictus ꝛ ponatur in vase lapideo vitreato ponatur ibi salis ꝛ ficuū contritarū ana lib.i. ʒ.mellis electi.℥.viii.obturetur.gͦ vas diligēt̄

ꝛ ponatur i furno ignito donec adburantur. totū gͦ post illud accipiatur ꝛ teratur ꝛ misceatur cum eis spice ide ꝛ malabotri idest folii indi ana.ʒ.ʒ. de hoc igitur puluere patiens vtatur in cibis aut ei ad potandum detur pluribus diebus in aurora ʒ.ʒ.cum.℥.ii.aque mellis. Decimus modus administrationis tiri in lepra est per modum submersionis eius in vinum ꝛ est vt tirus vel echidua accipiatur viuens ꝛ ponatur in vas vino plenum et obturet̄ bene vas vt ibidem moriatur et putrefiat serpens. De hoc quidem vino in potu patienti detur. mirabiliter enim videtur curare elefanciā vt scripsit Gallienus xiͦ de simplici medicina se fuisse expertum ꝛ confirmauit experientiis aliorꝫ vbi dixit q̄ in vino messorꝫ inuentus fuit serpens submersus. Cum ergo leprosus quidam ex messoribus bibisset vinum illud sanatus fuit ex lepra siue a casu contigerit serpentem sitibundū intrasse ipsum vinū vbi mortuus fuit siue a ꝓposito affines vel amici elefantici leprosi occultauerint serpentem illum in vino querentes leprosi destructionem pp verecundiam ꝛ fugam infectionis ab eo Uipera autem vel tirus iste debet habere conditōnes q̄plurimas anteqū administretur. Prima conditio est vt vipera non accipiatur de loco vl̄ nemore lutoso. 2ª q̄ non accipiatur orta ꝛ nutrita i litore maris. Similit̄ neqꝫ sit accepta ex locis valde humidis fontalibus vel lacunalibus. In eis enī parum habetur iuuamenti. ꝛ multe malitie propter frigiditatem ꝛ humiditatem earū quibus stupefaciendo interficiūt. Neque eligatur illa que vehementi sui caliditate sitire facit. quam cognosces qꝛ semper essuflando serpit cū ore aperto. Quarta conditio est q̄ eligatur serpēs ortus ꝛ nutritus in montibus: Quinta conditio q̄ sit albus in ventre inferiori. Sexta conditio q̄ cum baculo serpere ꝛ psallire cogatur aliq̄diu. Septima conditō q̄ post illud interficiatur abscisis capite ꝛ cauda per quattuor digitos vno ictu. Octaua conditio est vt effundat multum sanguinē. Nona conditio est vt post illud saltu ꝛ agitatione plurimum moueatur notabili tempore. Decima conditio est vt post abscisionem capitis ꝛ caude remaneat viuus serpens notabili tempore. tunc ergo ex carne tiri conditōnati predictis circunstantiis fiāt paniculi vel trocisci nominati ꝛ sunt materia tiriace ꝑtialis in quorum confectione lege sermones Auicene 5ͦ canonis summa prima rubrica illa Trociscorū de viperis. ibi enim clarius ꝛ sublimius đ hac materia locutus est q̄ aliquis auctorꝫ medicine cum eorū reuerentia. ipse enī flores ꝛ fructus meliores elegit q̄ accipi possunt. Multas etiā alias medicinas ad lepram faciētes scripsit ibidē quas a proprietate valere magis q̄ a materia comuni existimo velut hoc compositū. ℞ aceti nitri ana.℥.i.ʒ.succi caulis agrestis idest nō transplantati.℥.iii.misce ꝛ totum i potu detur mane ꝛ vespere: patet autem q̄ hec medicina non videtur operatiua precise per qualitates comunes ꝛ manifestas. Secunda medicina ibidem descripta est vt in potu dētur decem kirat pulueris leporis tribus diebus cū.iiii. ℥.vini. Tertia medicina est vt detur in potu altit cum melle quantitatem nucis muscate. potest aūt poni altit.ʒ.ʒ.vel.℈.i.quid autem sit altit. Lege supra qꝛ est assa fetida. Quarta meddicina est vt detur de squilla quantitas decē kirat cū sirupo

squillitico inspissato sicut loch. Quīta ē vt fiat loch cum.ʒ.v.cimini ex sufficienti quantitate mellis. Sexta medicina est vt dentur in potu tres obolu set succi calamenti. Est autem obolus pondus triū kirat ꝛ omnis kirat est pondus quattuoꝛ grano rum oꝛdei per hec volo satisfactum esse ad inten tionem nonam de medicinis ab occulta qualitate opantibus ad curam lepre elefantice.

Decimum ꝛ vltimum capitulum est de memo ria quoꝛundam accidentium que lepram cōco mitari solent quoꝝ gratia etiā tangam modū subueniendi quibusdam accidentibus complica tis cum hac verenda egritudine que tamen nō sunt cōcomitantia ipsam essentialit̄.

Plurima enim sunt accidentia. quoꝛum primum est depilatio pilorum barbe ꝛ superciliorum. Se cundum est multitudo pustularum in facie naso i tus ꝛ extra in superciliis auribus ꝛ labiis. Tertiū est vocis asperitas ꝛ raucedo. Quartum est difficl tas anhelitus. Quintum est valida sitis. Sextū est splenis tensio. Septimum est epatis ꝛ renum immoderata caliditas. Octauū est multitudo vē tositatum in intestinis omnibus. Nonum est ven tris stipticitas. Decimum est pustularum multitu do in omni pede magno. Undecimū est vlceratio digitorum pedum. Duodecimum est stupoꝛ in pe dibus fere omnibus ꝛ tibiis. Decimumtertiū est euersio ꝛ corruptō naturalis coloris ad preterna turalem. Decimūquartū ꝛ vltimū est pustularū multitudo in colatorio ꝛ toto palato cum excoria tione partium illarū. Duo autem alia accidētia in hoc viro complicata reperiunt̄. quoꝛū primū est tenebrositas visus amborū oculoꝝ ꝛ propri e dextri. Secundū est doloꝛ i renibus ab harenis ꝛ lapillis in eo sepe presentatus. Pro cura ita ꝙ primi accidentis memorandum primo ꝙ ma defactio partium depilatarum cum decoctione aq̄ serpentis ꝛ inunctione ipsarum cum oleo ipsius re media sunt apropriata ad faciendū renasci capil los ꝛ pilos vbique locorum. tamen qꝛ remedia ta lia non euacuantur a suspitione ꝛ timore magnis Idcirco alia quattuoꝛ ponam remedia huic accidē ti remouendo conferentia. premittendo primo ꝙ talia instrumenta opoꝛtet esse habentia has quali tates. Prima ꝙ sint calida leuis caliditatis attra hentia vaporem adhustum qui est materia piloꝛū ad poros. Secundo vt sint aperitiua vt releruēt pori aperitiui ꝛ receptiui vaporis iā dicti. Tertio ꝙ non sint stiptica qꝛ clauderent poros. Quarto non sint vehementer inuiscatiua propter illud. Quinto vt neque vehementer sint exiccatiua. Primum gᵒ compositū est hoc. ℞ idromellis.ʒ. iiii.ireos.ʒ.i.granorū feniculi ꝛ anisi ana.ʒ.i.ʃ. farine siliginis quantum sufficit ad inspissandum fiat linimentum in moꝛtario eneo cum suo pistel lo. ꝛ modus applicationis eius est vt habeatur de coctio feniculi humidi ex qua tepida fomentent̄ et balneētur partes. deinde exiccentur ꝛ tunc linian tur partes omnes ex predicto linimento ter i die naturali renouato. Secundū compositum ꝛ effi catius illo est hoc. ℞ olei irini.ʒ.i.ʃ.olei d piperi bus ꝛ de croco ana.ʒ.i.spice nardi.ʒ.ʃ.farine oro bi quantum sufficit ad inspissandum fiat linimen tum in moꝛtario vt supra ꝛ applicetur madefact̄ prius partibus cum euapoꝛatione decoctionis flo rum camomille. Tertium compositum ꝛ adhuc

melius aliis est istud. ℞ succi artanite succi extre mitatum virgularum lauri ana.ʒ.ii.croci.ʒ.ii.li niantur sepe loca ex hoc linimento actu calido. Quartum compositum est hoc. ℞ olei de vitellis ouorum prius elixatis ꝛ duris.ʒ.ii. ireos mirre rubee tinctorum seminum genestre ana.ʒ.i.aristo logie rotunde.ʒ.ʃ.croci.℈.i.musci grana quinque mellis mundi ꝛ clari ad albedinem tendentis.ʒ. ii.fiat linimentum in moꝛtario ꝛ applicetur vt supra. Qđ vero i hac parte dicitur a quibusdam de vnctione facta cum puluere vespertilionis com busti: aut linimentum factum cum sanguine rane hoc ꝛ sibi similia remedia sunt verba ciarmatoꝝ

Capitulum secundum huius partis de cura pu stularum vbicunque locorum existentium.

Quoniam hec apostemata in substantia sunt dura nigredie colorata simili colori moꝛi perfecte ma turi tunc aut semper vlcerata aut vlceribus de nudata. si autem sint sine vlcere manifestum est ꝙ cura ipsarum debet fieri cum lenitiuis ꝛ resolu tiuis premissis semper euacuationibus minorati uis in intentione secunda ꝛ erradicatiuis in inten tione 5ᵃ positis. Ueruntamē illustres viri taliū apostematum curam scripserunt esse fiendam per mollificantia prius apposita. secundario vero per resoluentia applicata precipientes intentionē re solutionis succedere debere intentioni mollificati onis. Ita vt in curatione reuolutio fiat de mollifi cantibus ad resoluētia ꝛ econuerso. Si quis tamē esset scientia ꝛ opere bene tritus posset facile in cō posito eodem modo componere mollificantia cū resoluentibus bene refracta ꝛ felicitaretur eius cu ra. Uniuersa vero apostemata i hoc viro plura fe re ꝙ̄ quingenta curaui per istum modum. Primo enim madefeci ea cum aqua cineris facta prius eius decoctione cum granis silami ꝛ fenugreci.ʒᵒ vero die applicui hoc compositum. ℞ emplastri te trafarmacon lib.ʃ.mucillaginis fenugreci semis lini ꝛ radicum altee ana.ʒ.ii.farine orobi quantū sufficit ispissentur omnia simul cōterendo i moꝛ tario absque igne ꝛ liniatur pustulosus locus ex eis ter vel quater i die. Cum ergo perpendi substan tiam apostematum parumper mollificatam ma defaciebam apostemata omnia cum aqua capitelli tertie collectionis. Et iterum cum percipiebam a postemata talia parump erupta inungebam ipsa cum hoc vnguento: ℞ ireos aristologie ceruse lote calcis extincte ꝛ lote ana.ʒ.i:ʃ.musci ligni alo es camphore ana.℈.ʃ.terantur omnia simul in moꝛtario plumbeo cum suo pistello cum tribus.ʒ. saponis nigri ꝛ fiat linimentum ex quo vniuerse pustule ꝛ proprie vlcerose ter in die liniantur. Sia liter autem ad consumptionem virulentie ꝛ ad in carnationem fiendam faciebam fieri linimentum pustularum ꝛ vlcerum cum succo iari vel dragon tee minoris ꝛ sic tandem terminauit cura felicit̄ ꝙ fuit sanitati perfecte quasi in omnibus partibus restitutus.

Capitulum tertium decime intentionis de cu ra asperitatis ꝛ raucedinis vocis.

Intelligo hic vocem asperam non aliter ꝙ̄ emissā ad tracheā arteriam cuius partes aspere sunt vel inequales propter duritiem ꝛ incrispationem ea rum a frigiditate vel caliditate factam. Raucedi nem vero illius intelligo absentiam claritatis vo cis prouenientem a trachea arteria mlt̄a hūiditate

infusa. Si ergo appareat vocis asperitas cum vi gilia siti ⁊ amaritudine oris tunc factis euacuati onibus ⁊ rectificationibus male complexionis cali de teneatur in ore sepe istud molle. ℞ sirupi d̄ pa pauere sirupi iniubini ⁊ violati ana. ℥. ss. pinearuȝ seminum comunium frigidorum ana. ℥. i. terant̄ omnia in mortario simul vltimata contritione ⁊ de ipso teneatur in ore permutatiȝ sepe. Ad hāc intentionem sufficit etiam sepe in ore tenere con fectionem diadragaganti frigidi. Et tertium ad hoc vtile est sepe tenere in ore grana salis constan tinopolitani ⁊ est ī rei veritate zuccarū candi. Ego auteȝ experientia certa scio ꝙ grana muchete pri us infusa in aquam decoctionis iniubarum in ore reteta rectificant hanc vocis asperitatem ī breui tempore. Si autem fuerit hec vocis asperitas cū somno longo absqȝ siti ⁊ rubore ⁊ cum subalbedi ne faciei. tunc optimum remedium est in ore tene re confectionem diapenidionis. Secundū est tene re in os loch de pino. Tertiuȝ ⁊ fortius aliis est te nere in ore confectionem loch sani descripti a Ni colao in antidotario ⁊ est melius aliis. Si autem fortior fiat vocis raucedo. tunc de melioribus in strumentis est vt egro quando vadit ad lectum in potu dentur. ʒ. ii. electuarii diairis cum modico vini albi subtilis ⁊ dulcis tepidi.

Capitulum quartum ītentionis decime d̄ nocu mento anhelitus.

Diligens consideratori ex premissis ītelligere po test curam difficultatis anhelitus. si enim euene rit propter siccitatem immoderatam partium anhelitus poterit curari per ea que remouent vo cis asperitatem a caliditate et siccitate factam. Et similiter. si euenerit ī anhelitu nocumentum a mala complexione materiali frigida et humida poterit curari cum eis que remouent asperitateȝ vocis a frigiditate ⁊ humiditate factam. Et simili ter nocumentum proueniens a multa materia hu mida infusa in organis anhelitus poterit curari conuenienter per ea que posita sunt ibi. Si autem difficultas anhelitus puenerit propter excoriati onem factam in concaua superficie canne pulmo nis ⁊ aliorum membrorum anhelitus. tunc d̄ me lioribus curationibus est hoc electuarium. ℞ loch de papauere. ℥. i. dragaganti gumi arabici ana. ʒ. ss. mucillaginis muchete. ℥. i. ss. granoruȝ pineaꝝ ℥. i. ss. seminum portulace. ʒ. i. medulle granorum coti. ℥. ss. terantur omnia simul vltimata contritio ne ⁊ fiat loch ⁊ sepe teneatur in ore. Et scio etiaȝ ꝙ tale nocumentuȝ anhelitus conuenienter tollit hic potus mane ⁊ sero tepidus acceptus. ℞ sirupi iniubini. ℥. i. aque violarum ⁊ sublimationis radi cis altee ana. ℥. i. ss. accipiatur tepidus tribus noc tibus cum vadit ad lectum ⁊ mane in aurora.

Capitulum quintum finalis intentionis accidē tis quinti scilicet sitis immoderate non raro cō comitantis lepram.

mille apostemate non sunt multum sensibiles nec
grosse. neque color nigro colorate. Pulsatiuus etia
dolor abest. vnde non apparent signa corruptiois
huius apostematis. propter quod due in hac disposi
tione intentiones occurrunt. Prima est phibere
augmentum et corruptionem huius apostematis
ne transeat in vlcus. Secunda intentio est predicti
apostematis temptare resolutionem iuxta posse.
Prima vero intentio complebitur instrumentis
diligenter applicatis. quorum primum est. vt huic
mulieri vsqz ad. x. dies fiat flobothomia de saphe
na dextri pedis. et hec videtur vtilis magis q flo
bothomia basilice. Prio quia distrahit materias
a loco patiente ad viliores partes ad quas tal' ma
teria inclinatur trahi. pp grauitatem eius. 2° qr
per lineam rectam magis trahitur materia a ma
milla ad saphena q ad basilicam aduersi lateris.
Tertio quia cu talis materia participet venenosi
tate quadam non est distrahenda ad sinistram par
tem. quia transitus eius fieret per cor quod nega
tum est quarta primi cap° prio. Quarta ratio
talis materia etiam diuertitur per dyametruz co
uenientem magis. s. a superiori ad inferius. Quin
ta ratio est quia etiam forma talis conuenienter
euacuat et distrahit a matrice, quod est valde conue
niens in mulieribus et pprie viduis. ¶ Educatur
itaqz sanguinis. ʒ. iiii. aut. v. et nullo modo preter
mittatur hec flobothomia. Etiam si presenti ano
fuisset flobothomata bis.

¶ Secundum vero instrumentum huius intentio
nis est q hec domina moretur in ciuitate loco vel
camera frigidi aeris et humidi vsqz ad medietate
octobris. In diebus vero frigoris declinet aer ad
temperiem in qualitatibus et nullo modo ad cali
ditatem manifestam. pp quod etiam vestes eius
stringant pectus. sicut apparuit mihi de eis. Si
militer in otio degant quantum potest et nul
lo modo exercitetur exercitio peditandi equitadi
neqz nauigandi. quiescat etiam sumopere ab om
ni exercitio anime. velut vociferatioe magna mul
titudine verbor ira furore angustiis et tribulatio
nibus anime. quorum omnium est mar ponere
in fluxu ad mamillam egram. ¶ Caueat etiam ab
ingluuiosa ciborum et potuu deglutitioe. Imo sua
uiter comedat et longa et paulatiua masticatione
cibum deglutiat. ¶ Somnus etiam vel dormi
tio sit ei plixa magis q occupatio in vigilando.
Et sumopere caueat ne dormiendo iaceat super
pectore et latere patientis membri. ¶ De cibis au
tem sollicita sit ut nullum accipiat cibum neqz po
tum melancolie generatiuum aut exiccatiuum. ge
nerant autem et multiplicant melancolicuz humo
rem panis azimus pauci fermenti per coctionez
combustus et multi salis. ¶ Similiter caro om
nium animalium antiquorum. vt bouina vaccina
et partes neruose et ossuose animalium. et lentes

caules antiquus caseus sumac fabe fasoli risum et consimilia. Et vinū nigrum grossum et cōturbatū vt solent esse quedam ferrariēsia uina a quibus omnino fugiat. vtatur autem carnibus laudabilibus tamen pinguibus castratinis vitulinis et proprie de agno et piscibus laudabilibus elixis magis q̄ frixis. Et in sūma totum eius regimen ex parte ciborum inclinetur ad pinguia artificiata tamen cum agresta nō salita cum succo arancii et granatorum. Memoret autem vti lacticiniis cibis et ꝑprie lacte cocto compositis. Et vtatur recocta colostra et aqua lactis in plurimo vsu sui regimis Et caseus recens absque sale etiam est sibi optimus Excitant autem humorem melancolicum omnia acuta . vt cepe alium rafanus et consimilia. Silr et salsa omnia. ⁊ 3° aromata omnia calida similiter et semina. vt sunt feniculus petroselinum ciminum et consimilia. Et adhuc 4° aromata omnia et proprie calida. vt pip cinamomum galanga et consimilia. ⁊ inter reliqua acuentia et exiccantia humorem melancolicum est vinum fumosum et potens a quo secedat omnino. et vtatur vino albo subtili modice dulcedinis non valde pontico nec acri. ⁊ si fumosum esset vinum, frangat ipsum cum aqua cisterne qua vti mos est ferrariensium fere omnium . Tertium vero instrumentum huius prime intentionis est distractio materierum ad remotas partes. ⁊ licet multa sint ingenia distrahendi materias. Ego tamen hic quattuor ponam instrumenta felicius materierum diuersia. Et primū ē vt teneantur eius mēstruales vie aperte cum decoctione matricarie artemisie et danete i qua mediocriter calida frequenter sedeat vsque ad vmbilicū Secundus modus diuertendi et eque bonus est vt aperiantur ei emoroydes cum fricatione facta cū foliis fici vel consolide minoris. aut cum pāno aspero. Tertium diuertens est vt sepe applicētur ventose super carnosa parte interiori coxarū et tibiarum. Quartū et vltimum diuertens et leuius est frequens appositio ventosarum cum scarificatione in medio natium et appositio earū in septimana bis facta super spatulis absque scarificatōe etiam esset ei valde vtilis. Quartum instrumentum huius intentionis prime est resolutio apostematis iuxta posse que dupliciter fit. Primo vt hec mulier omni fine. xv. dierum accipiat hunc potū ℞ cassie noviter de cāna extracte. ℥. i. epithimi. ʒ. ii. sēinis ēdiuie et scariole ana . ʒ. v. misce et totū in potu detur in aurora cum vno ciato aque lactis caprini. et tardetur cibus horis sex. Secundo uero principaliter tentanda est alteratio et resolutio apostematis cum hoc linimento. ℞ ceruse lote cum aqua sempiuie. xxx. vicibus. ℥. ii. tutie preparate cum aqua semperuiue. ℥. i. camfore. ʒ. i. vitell. oui numero. ii. olei rosati. ℥. iii. fiat vnguentū molle in mortario plumbeo cum pistello suo . quod vnguentum postea buliat lento igne in una libra succi semperuiue vsq3 ad consumptionem ipsius. Et hec sufficiant de regimine preseruatiuo ad cancrū huius domine.

Pro regimine vero dolorum iuncturarū eius . ita procedat q2 tempore quo non vehementer molestatur a doloribus vsq3 ad vnum mensem omni die semel cum leui fricatione abluat iuncturas cum aqua in qua ferrum sacta et est calibs multotiens fuerit extinctum. et etiam in ea diu bullierit sulfur pulverizatum. Tempore uero quo vehementius molestatur a doloribus vtatur diuertentibus in precedenti intentione tactis. ⁊ locis dolentibus applicet hoc linimentum actu frigidum aut saltem tepidum. ℞ olei rosati olei omfacini ana. ℥. i. sādarace. ʒ. i. ſ. terantur omnia simul in mortario longo tempore . ⁊ applicetur iuncturis ut dictum est hec ad laudem dei omnipotentis amen.

Consilium de mala complexiōe frigida et humida stomachi cum nocumento principalium membrorum vt cerebri et cordis complicata.

Dispositio autē nobilis viri cognati spectatissimi domini Angeli parum difficilior est. Est enim lapsus etati et cōplexioni huius viri et cōtrarius. ⁊ est cum nocumento principalium membrorū ut cordis et cerebri complicatum. Quod si perseueraret minaretur ei dispositiones. quas vtilius ē silentio pertransire q̄ scribere. Itaq3 vir iste precaueat sibi ab vsu lacticiniorum ciborum et a brodialibus pinguibus et carnibus et similibus ab vsu caulium et leguminum omnium. ⁊ fugiat vsum pastilium ciborum et piscium omniū maxie elixorū. et euitet sūmope res acutas mlta euaporatione suum caput replentes fumis et ventositatibus acuitatem habentibus. quorū exemplū ē cepe aliū rafanus sinapismus porrū et similia . ⁊ dimittat vina fumosa oīa et ꝑprie dulcia grossa et cōturbata. Et effugiat etiam laboriosos motus omnes vt equitandi currendi post cibum. Et similiter euitet motus laboriosos aīales. vt furiam iracundiam. per que omnia fortis et velox in spiritibus ⁊ humoribus et organis interioris sensus ponat motus. Et de numero horum est etiam coytus multus. ⁊ decubitus cum capite decuruo. His obsuatis circa septimū vl octauum diem mēsis april fiat sibi vno mane flobothomia de saluatella dextre manus posita inter anularē et auricularem digitos . et extrahantur sanguis. ℥. saltem quinq3 uētre prius molli existente naturaliter . aut p aliquam pillulā ante cenā antecedentem assūptā.
Premissa hac flobothomia in mane immediate sequenti soluat venter eius cū istis pillul. ℞ pillularū aurearū. ⁊ de yera cōposita ana . ʒ. ſ. boni pōderis formentur pillule. vi vl. viii. cū electuario succi ros. ⁊ accipiant i aurora ⁊ tardetur prādiū vi. horis. premittendo i hora 5ª ciatum vnū aq̄ calide cum zuccaro cocte. Seq̄nti uero die in mane p. iii. horas ante prādiū accipiat rotulā vnā huius confectiōis sine aliquo potu. aut bibēdo post ipsā ciatū medium aq̄ distilatōis cuscute vl cicoree. ⁊ hāc cōfectionē cōtinuet ad minus diebus. xv . Est aūt huius cōfectiōis descriptio tal. ℞ spe℞ diarodon trociscorū de viol et d spodio ana. ʒ. ſ. zuccari albi. ℥. iiii. cum aq̄ cicoree. coq̄t zuccarū ⁊ fiat cofectio i rotul . ʒ. iiii.. 3° principaliter oī sero a tēpor facte euōnis d pillul infrascriptā parū ante cenā assūat pillulam . i. et erit ei vtilissimū si cōtinuabit eas p totū mēsē april. quarū descriptio est hec. ℞ aloes abluti. ℥. ſ. agarici electi. ʒ. i. dyagridii. ʒ. ſ. masticis. ʒʒ. ana. ʒ. vi. formēt pille cū succo ros d oi. ʒ. vi. ⁊ cōseruēt i pixidē i loco sicco. Si aūt aliud supueniret scribat et parabo sibi remedia fortiora ad laudem dei amen.

Pars tertia cōtinēs tractatulos tres de balneis.

Tractatus primus de balneis Magistri Bertolamei de montagnana feliciter incipit.

Quoniam multis iam āte diebʒ instantia tue sollicitudinis vir insignis domine Joannes ď pēsauro mecum diligenter egit vt balneorum diocesis paduae virtutes tibi māifestarē secūdū scientiā vetustissimorum sapientum ⁊ secunduʒ illud quod quottidiana experientia diligenter ī ope medicine versata aduertenti cum fundamento veritatis ostendit. Res enim equissima est ⁊ eo maxime quoniam sollicitudineʒ tuam concitam esse cognoui vt preceptis magnifici.d.tui domini malaestis de malatestis de pensauro sicut seruitor fidelis omni ingenio optemperares. sicut enim zelantium fidelitas ostenditur vt singulis que suo principi grata ⁊ vtilia percipiuntur ei famulās ī sudare debeat. Taliter enim ⁊ non aliter intelligentie sūmo deo complacent. ⁊ iustum quideʒ ē vt quanto virtutibus iustitia equitate humanitate ⁊ similibus dominorum mentes ornantur. tanto sibi subditos imo ⁊ omnes ad sui dilectionem promoueant velut hi. sunt enim in celis sicut dii ita in ceteris omnes domini pii velut celeberrima illa ⁊ intitulario clarissima domus dominorum ď malatestis quorum omnium eo non minus me fidelem existimo q̄ te familiareʒ propter predicta ⁊ maxime propter reuerentiam collendissimi in christo patris ⁊ domini domini Pandulfi episcopi constantie normandie cuius ego me votiuū existimo seruitoreʒ. vt igitur tue fraternitati velut recte tuo domino optemperanti complaceaʒ tolle q̄ nunc breuissimo stillo tue petitioni satisfaciant. Alias enim ego ampliori generalioriq̄ʒ stilo huius materie sententiam declaraui ostendens ī vno libello in duos tractatus partito quid de balneis paduane ⁊ aliis q̄ plurimis ex auctoruʒ medicine sententiis ⁊ p expientiā haberi possit velut flores ex eisdeʒ sententiis nunc elegi. Conscribā igitur tibi quo numero balnea paduana ⁊ maxime famosiora. similiter que sint eorum minere operatiōes ⁊ proprietates qualiter enim capiti pectori stomaco aut in iuncturis conferant sermo presens tibi declarabit. Sunt enim in paduano districtu famosiora balnea numero. vi. videlicet primuʒ balneū Apponi vel apponense dictuʒ. Secunduʒ balneū sancti Petri nominatuʒ. Tertiuʒ balneū paruum predicto distans domus noua dictum. Quartum balneuʒ montis groti. Quintū balneū sancti Bartolamei dictuʒ. Sextū balneuʒ sancte Helene nominatuʒ. hec quideʒ famosiora. post que ⁊ balneū reperitur septimum montis ortonis dictum quideʒ plerisq̄ʒ licet mīoris fame maioris tamē vtilitatis approbatum esse dignoscitur ex quibʒ clare liquet deīceps in horum veritateʒ. vii. capula p currenda fore.

Capitulum primuʒ de aspectu situ minera virtutibus ⁊ operationibus balnei apponensis.

Inuenitur ab Eugenea ciuitate per quinq̄ʒ fer̄ miliaria distans rus Apponum dictum. in cuius confinibus a ciuitate remotioribus versus montem sancti Dāielis dictum paruʒ a terra eleuatus mōticulus quidam leuiter effertur. in cuius quideʒ summitate scaturiens aqua feruentissima iam ppetuo inuenta est. locus quideʒ est celo ⁊ omni plaga mundi manifeste detectus hinc inde enim oriētali meridionali ⁊ sibi oppositis mundi partibus aperitur. Situs enim satis ex his sanitati hominum conformis nisi quia hinc inde mons ille varios feruentium aquarum riuos emittens propter illarū aquarum proprio riuo translationem que non raro putrefiunt causa est persepe euertendi aerem ad qualitates hominum sanitati contrarias. Speciales auteʒ in quibus humana corpora balneant̄ loci sunt iª in prefati monticuli superficie velut lacuna quedam aque feruentissime contentiua a q̄ non raro corpora propter eius caliditatem intensiuam balneari priuantur. deinde versus oriens in infimo monticuli in plures partes diuisa plurima balnea diuersis riuulis ab vno tamen omnia scaturientia fonte partiuntur quorum aliqua occulta aliqua vero vulgo ⁊ ciuibus manifesta linqunt̄. Est autem huius balnei minera vt mihi a priori ⁊ a posteriori parte patuit a dominio maxīe sulfurea quid tamen calcis continens. ego enim olim ī huius ⁊ aliorum balneorum cognitione non parz ludans omnium predictorum per sublimationeʒ a priori veritatem cognoscere pertentaui. Cuʒ eī aquam huius loci diligenti distillatione distilauerī maximam feculentie parteʒ sulfuris inueni parz vero cineris velut si calx diu in aqua coqueretur. promouit autem me ad hec votiua consideratio humillimi ⁊ omnium deuotissimi ī christo patris domini cardialis Aquilegiensis cui ī balneis paduanis ⁊ auctor ⁊ phisicus semper astiti. ex quibʒ clare patere potest que sint huius balnei operatōes calefacit enī potēt ita q̄ oēʒ malā cōplexonē frīaʒ fixam in mēbris potēt abicit. subtiliat etiam et calefacit ⁊ omneʒ subcutaneam humiditateʒ exiccat. dolores auteʒ mittigat conuenienter. licet extenuatis magis noceat humiduʒ exiccando q̄ dolores remittendo. Proprietates autem eius sunt quia confert doloribus iuncturarum vniuersalis corporis mundificatione antemissa similiter hūorositati stomachi ⁊ ydropisi asclitici confert ⁊ specialiter vniuersaliter enim egritudini humorose cuiuscunq̄ʒ membri fuerit. epar enim ⁊ intestina multum calefacit ⁊ renes. corpus quoq̄ʒ a pruritu scabie vlceribus ambulatiuis ⁊ corrosiuis cācrena miliari impetigine ⁊ serpigine perfecte mundat vt experientia sepe me cognoscere fecit vt ratō ex fundamento miner̄ probare potest. Et colligitur huius sententia quinto theorice secūda primi tertio Almāsoris ⁊ pluries alibi. ⁊ scripsit hec oribasius in sexto. ⁊ Galli in libello dinamidioruʒ dūīquit q̄ virtus aq̄ sulfuree ē malastica calefactoria omnes dolores mittigat stomachuʒ dissolutum euertit ⁊ reliqua.

Capituluʒ secunduʒ de situ aspectu minera operationibus ⁊ proprietatibʒ balnei sācti Petri.

A predicto vero discedens balneo versus oriens ambulando quis parum distanter vt per miliare quasi locum īuenit villaʒ sancti Petri nominatuʒ in cuius quidem orientali parte monticulus a terra consurgit notabiliter eleuatus. hic quidem v̄sus orientaleʒ ⁊ septentrionalem plagam varios hic inde riuulos emittit feruentis nunc vero minus calidos ⁊ q̄ mirabile dictu sapore odore ⁊ calore non paruum differentes aquas hinc inde effundit. ī

capite enim montis versus oriens magis aquas
inuenies valde clarissima! notabiliter feruentes
⁊ sapore salso multuz excellentes. versus autez ci
uitatem magis inuenies aquas colore eneo colora
tas ac si eisdem aliquamdiu infusum fuisset es. ⁊
est quidem locus iste fouea sperica cuicunque cōis
aquas notabiliter calidas in se perpetuo continēs
Est autem vt ex predictis patet huius loci miera
distincta. pars enim minere prime in capite mon
tis versus oriens est magis aluminosa vt experien
ti patere potest. pars vero secunda enea magis ex
istit vt distillanti apparuit. licet etiam ī ea aliquid
alumnis contineatur. Est autem locus hic delecta
bilis satis ratione situs. licet ex causa vaporum
ab aquis corruptis eleuatorum ⁊ vallibus circuz
datis hinc inde in sua bonitate remittatur. Sūt
autem balneorum huius loci operationes diuerse
satis. primus enim in capite montis existens cō
feret fluxiui sanguinis menstruali ⁊ emoroydali ī
moderatis. confert etiam doloribus stomachi col
licis ⁊ illiacis ⁊ ventositatibus ⁊ humiditate mlta
laborantibus. Secundus vero confert vlceribus
crurium ani pudendorum ⁊ scabiei similiter. etiā
pruritiui vlceribus ⁊ flegmati salso occulorum ⁊
auriuz conferre potest.

Capitulum tertium de situ aspectu ⁊ minera o
perationibus ⁊ proprietatibus domus noue.

Post hoc autez a prefato descendendo loco versus
meridiem parum distanter ellongatus aliquis for
te quantum balista iaculari posset monticulum ī
ueniet notabilius prefato a terra consurgentem:
locus quidem est vndequaqz cum vallibus notabi
liter septus vnde stagnantium hinc inde aquaruz
nunc frigidarum nunc actu calidaruz inuicem cō
mixtio diuersis vallibus ⁊ fossiculis facta aerez nō
bono odore ⁊ conuenienter mala dispositione qua
lificat. hic quidē mons versus occidens ⁊ aquillo
nem calidarum aquarum varios riuos stagnādo
emittit. in capite nanqz montis versus aquillonē
⁊ ciuitatez ab inde scaturiunt aque ꝙ plurime no
tabiliter salse. Unde cararienses olim dominus sa
les ꝙ plurimos effluenti elaborare fecit. versus āt
occidens magis effluens ⁊ feruens notabiliter ab
hoc colle effunditur aqua in genium domus vnius
plurimum recepta. que quidem domus noua nun
cupatur. vnde hoc balneum denominationē capit
Et est quidem minera huius calcea ⁊ notabiliter
salsa similiter etiam ⁊ allūie multo participās ma
gis ꝙ prima. hec autem omnia sublimāti ⁊ poste
riori negotianti patere possūt. Prima aqua nota
biliter confert ydropisi ⁊ humorositati stomachi
similiter etiam paralesi vndimie tacesie. Secūda
vero aqua notabiliter ventrem soluit mucosas e
dicendo superfluitates. licet tamen minus ventrē
soluat ꝙ prima qđ quidē cōtingit propter stiptici
tatem ꝙ aqua talis a calce ⁊ ab alumine recipit.
Prima igitur solutiua magis est. Secundo vo
post solutionem laxata in euacuationibus mēbra
cōfortat magis cōfert etiā hec secūda corize ⁊ cata
ris ⁊ reumatismo capitis si debite fuerit assūpta
vt alias in tractatu de balneis satis ingeniose mō
straui.

Capitulum quartum de situ aspectu minera op
erationibus ⁊ proprietatibus balneorum montis
groti.

Continuanti igit versus meridiez iter a predicto
loco secedens parūper villam inueniet mōtis gro
ti apud incollas nominatā. apud vetustissimos āt
patres olim mons egrotorum dicebatur ⁊ digne
quidem. non minus enim nunc ꝙ vetustissimis tē
poribus ad hunc locum tanꝙ salutis egrotorum
magna copia hinc inde perducitur. siue forte pro
pter experientiam sanandi ab egritudinibus per
uenerit virtus balneorum illius loci. siue quia cō
similia balnea antiquitus sacra dici consueuerunt
vt philosophus proble. 24. problemate vltio. Est
autem locus hic meridionali aspectu notabiliter
priuatus. omnino autem ab occidentali elonga
tus. vnde forte aliud virtualiter ex hoc acquiri
potest. meliora enim loca sunt que aspectui orien
tali sunt detecta qualis est locus iste. Est autē mōs
aliqualiter a villa distans predictis altior multos
diuersarum aquarum riuulos hinc inde concedēs
Primum quidem enim prope locum ecclesie ma
gnus riuus in plura loca nunc secreta nūc vero cō
munia segregatur. Cuius minera vt videre po
tui sulfurea ⁊ cinerea qualitate participat. credo
autem secundum ꝙ distillatio manifestauit cinerē
illum ex calce fore ab aque caliditate factū. Post
hunc autem riuum versus oriens magis prope
quasi predictuz velut paruula lacuna iacet ꝙ bal
neum equorum nominat que quidem minerā hēt
excellentissime sulfuream magis ꝙ primus riuus
vt videre potui. Post hec autem loca plura prope
inuenies loca balneorum diuersorum que vt per
tentaui sale ⁊ cinere dominanter participant. mi
nus autem sulfuris materiaz in eis inuenies. Ex
his autem omnibus horum balneorum virtutes ⁊
operationes patere possunt. Primi nanqz balnei
operatio ⁊ proprietas est doloribus ⁊ repletioni
bus neruorum notabiliter iuuamentum afferre.
corpus ab omni scabie impetigine ⁊ serpigine an
te purgatum conuenienter mundificare. Confert
enim omni humorose superfluitati in quocunque
membro cōmoranti si debite administretur. stoā
cum tamen in appetendo debilitat ⁊ nimium re
laxando remollit. Alterius autem ⁊ illius loci bal
nei proprietas est excellenter calefaciendo dissol
uere neruos etiam nimia frigiditate ⁊ induratō
ne lesos confortare ⁊ antiquis conferre doloribz
In omnibus enim operationibus vtillimus ē ad
predicta dato ꝙ sapientius assūmi debeat.

Capitulum quintum de situ aspectu operatiōi
bus ⁊ proprietatibus balnei sancti Bartolōei.

Post terga vero predicti collis distāter aliqs am
bulans montem inueniet lateraliter applicatum
qui a beato Bartolomeo denominationē capit:
Est autem locus iste silucster satis orientali aspe
ctu omnino priuatus. similiter etiaz ⁊ a meridio
nali plaga partim subterfugus pisormiter. ⁊ ab a
quilonari in totum vero occidentali plage liberū
habens aspectum. mons quidem iste penes eius cō
finia valles habet amplissimas a parietibus suis
aquas effundens ⁊ qualitate ⁊ virtute diuersas. Sca
turiunt enim inde aque in putealem ꝙ plurimis
hinc inde collectis. tempore quidem veris notabi
liter in calore remisse. Estatis autem ⁊ autumni
principio notabiliter calide pingues ⁊ grosse sūt
vt tangenti rem mollificatiuam. ⁊ tactui gratam
percipere videatur. Est enim vt diligenter consi
derare potui istarum aquarū minera sulfure sub
dominante excellenter autē vt distillatio docuit

bituīne vel aspalto participans. Rem enim post sublimationem pertinentem sulfuris vel aspalti substantie sublimati inveni. aliqualiter autē odore suo recte conspicienti pluvial' vaporis silitudine ostendit. Ex quibus lucide satis consideranti patere potest que sint aquarum huius loci virtutes ⁊ operationes. sunt enim mediocriter calefactive omnium duritierum in quacunq3 parte corporis potenter emolitive. nervos antiqua duritie ⁊ motus impossibilitate lesos notabiliter extensibiles faciunt. Ego enim cum olim bone memorie reverēdissimum patrem dominum cardinalem Aquillegiensem ad azema perductū quo contractus in pedibus genibus ⁊ brachiis omnino factus erat hec balnea intrare iussissez vidi tetigi percepi in predictis aquis membra sua eque bene distendere rectum stare ac si iuvenculus fuisset. extra tamen aquas non diu perseverabat. possibilitas tensionis illa cuius causam peritus phisicus facile pronuntiabit. Adhuc etiam anno ante hunc imediate virum nobilem Georgium de sancto Cassiano pisanum civem ad azema perductum notabiliter cōvalere vidi. Alia autem exempla q̄ plura tradere possez. sed dimittantur ne ypocrisi imputentur ⁊ tu vide secundum qui vivens testis existit.

Capitulum sextum de situ aspectu minera virtutibus ⁊ operationibus balnee z sancte Helene.

Si diligens aliquis causarum phisicus ad iquisitōnem anhelet a predicto iam loco discedens ansecus versus pergens optaverit alterius loci perquirere balnea. perveniet ad monticulum medio quidem plurimarum vallium inuclutuz. Collis quidem est ab aliis paulisper fugiens nec multum a terra superbiens in cuius quidem orientali costa a meridie etiam non fugiens aquas scaturientes q̄ plurimas invenies. unde enim a minera imediatius consurgit aqua tanti fervoris existit. ut sensus tactus ab eius ipressiōe se defendere non possit. Cum autem per longioris distātie tractum aqua illa a suo progenitore distrahitur. paruper ab eius fervore recedit. omnis tamen inde ibi scaturiens aqua ingenti est caliditate munita. neq3 ipsam terrefacit levis ad aquillonem aspectus. cum sit etiā a favōio ⁊ zefiro flatu omnīo secura. Est autez huius loci minera ingenti sulfure munita. ut odor ⁊ operatio declarare possunt. cinerea etiam remissa valde. leviozis autem alūis virtuali participāl. Neq3 miretur aliquis si varietatem tam arduam cinis per sublimationem exhaustus ostendere videtur. quis enim ambigit taz intensam caliditatem aliquo subiecto pabulatam eius aliquis partes aut illarum per quas defluit partem aliquam in cineres evertere. Qualiter āt unum elementorum in alterum transmutetur ⁊ elementa ī varia composita terminentur phisico negoti anti videre est facile. Raro enim mihi crede ⁊ si nō placet experiri poteris apud ne duz huius scilicet cuiuslibet loci incolas simplicia balnea repezies plurima enim illarum compositas mineras habent. quar' compositas in eis virtutes est īsurgere necessarium. medicus autez speculator ex sensibus domiationes in cōposito ⁊ virtutes ⁊ qualitates autenticare debet. Calefaciunt igitur huius loci aque mirabili caliditate. nervos mundificantes. dolores in eis extensivos placantes ⁊ replentes materias spasmo disponentes exiccatione sua consumendo prohibentq3 membra iuncturalia recipere superfluitates si ante tempus periodicatō nisi īfūdāt eisdē cū canōe modo ⁊ obfuatiōe cōdecentib3. mundificāt ēt superficiem corporis a cutaneis infectionibus ⁊ alia q̄ plurima iuvamenta faciunt que legantur secunda primi doctrina secunda capitulo .19.⁊.v. theorice a Gali. Oribasio et aliis auctoribus quorum memoria afferre non ē opus medicis saltem vigili cum sententia utentibus.

Capitulum septimum de situ aspectu miera operationibus ⁊ proprietatibus aquarum calidarū montis ortonis.

Famolitas balneorum predictorum me rationabiliter impulit ut predicta loca describerem balneorumq3 digetorum virtutes exponerem, dato q' loci circunstantia propinquitas ⁊ virtus ratiōabilius me promovere debuisset ad explicandum montis ortonis balnea. Est autem mons iste in plurium montium medio ab aliis tamen separatus effugiens inter montem illum scilicet quē oliz progenitores nostri fama ⁊ opere dignius q̄ nūc coluerunt montem scilicet rubeum nominatum ubi condam illustris euganea civitas non levibus laudibus emicuisse scribitur. ⁊ inter montez quē nunc santi Danielis montem tunc autem templū dee Cereris cognominatuz fuisse perlegimus. hūc quidem ortonem montem primitias sui nominis ab Ortone viro quidem in armis ⁊ virtute cōspicuo aliqui nomen accepisse pronunciant. hic quidē mons ex gremiis eius apud superficiem terre velut eius sororem aquas calidas abundanter effūdit in medio quidem terre terminorum montis orientali ⁊ meridionali plaga liberimorum. qui a septentrionali ⁊ occidētali plaga elevatos huius montis colles velut clipeos habere videtur. Est āt huius aque minera salsa sulfurea ⁊ pinguis difficulter demonstrabili virtute composita. confert enim doloribus ātiquis durities articulosas splenē ⁊ ydropisim solvendo deponit. confortat laxata mēbra ⁊ alia q̄ plurima iuvamēta facit que alias in ampliori stillo deduxi. propter loci autem silvestrem habitationem raro queritur eius visitatio. Hec itaq3 paulisper advertēti ⁊ mihi consīderanti de Eugāeis balneis illustri ac magnifico domino fideli caritate conscribunt. Modūz autez sollemnitatis ⁊ canones in introitu balneorum observandos ut purgatōnes generales ⁊ particulares digestiones diversiones mittenttium ⁊ recipientiuz membrorum confortationes particulares materierum cōsumptiones ⁊ reliqua particularia scribere non videtur fuisse condecens. illustriū .n. phisicorum suoruz provincia determinabit. Ego autem velut fidelis servus calamum erexi qz celeberrime ⁊ generose tantorum dominorum ppagini me totum devotivum reddo ⁊ maxime ppē votivam affectionem quam conservare me sentio reverendissimo ⁊ humillimo in christo patri ⁊ domino domino Pandulfo illustrissimi principis ⁊ domini nostri nato domino meo precipuo. Amē.

Tractatus alter de balneis eiusdē magistri Bartolomei de montagnana feliciter incipit.

Ost tractatum quem alias com pillaui de materia balneorum Padue in quo descripsi septem esse balnea paduana et non solum loco vel situ sed etiam minera et virtutibus differentia. Quorum primum et famosius apud veteres est balneum Apponense nostris autem temporibus de Abbano dictum cuius in antiquis sapientum sermonibus adhuc memoria viget iuxta illud Lucani dictum. Heu balneo si vera fides memorantibus augur. Colle sedens apono tria fumiger exit. Secundum vero est balneum sancti Petri nominatum. Tertium vero est balneum non multum distans a nostra etate de nouo aut constructum. Quartum vero est balneum montis egrotorum quod ita cognominatum est fama et experientia iuuamenti eius ad egritudines quamplures. Quintum est balneum a monte ortoni cognominatum. Sextum vero est balneum in fine montis et extremitate conuallium situm ubi iam nunc beati Bartolomei templum edificatum est et ab eo denominationem capit. Ultimum vero est balneum a sancta Hellena cognomen capiens preter quod septem balneorum diuersitates nullum aliud balneum exteriori fama vel scriptura sapientum aut iuuamento vel utilitate cognitum est. Quorum quidem balneorum utilitates et iuuamenta tum experimentali iuditio tum vero ratione minere per quam transeunt. eorum etiam situm et aspectum ad plagas mundi et que eorum et quibus et quam diuersis confert egritudinibus iam preallegato tractatu satis diffuse auctoritate rationibus et experimento deduxi. cuius tractatus memoriam quia ad hunc locum coniungendam cupio iam predicta repetere non curaui. quare hoc tractatulo solum intendo scribere canones et modum quem obseruare debent. ut nunc sequitur ordinate. Primum itaque premitto hanc suppositionem quod necesse est intrantes balnea predicta prius esse vel ibi cum eis prepa ratos si repleti fuerint persuadentur facileque querentes balnea aut gratia curationis alicuius egritudinis accidentis hoc faciunt. aut gratia lasciuie et delectationis. Si primo modo materie inclinabuntur ad loca egra egritudines magis augmentando quam alleuiando. igitur procurari debent. consequentia patet quia ex remotione cause nocumenti remouetur nocumentum. et antecedens arguitur quia balneum sua caliditate actuali aut potentiali aut utraque simul colliquabit materias et in motu ponet sed ille materie dissolute pelluntur a membris fortioribus ad debilia ut patet primo cap° de membris ifine ig et cetera. Si autem querantur balnea gratia delectationis et lasciuie. tunc quia talia corpora plurimum sunt repleta et reguntur in balneis effrenitanti regimine in cibis et potibus. plurimum incurrunt febres putridas et alias dispositiones prauas. Prima itaque regula obseruanda est quod tempore calido balnea ingrediantur homines in hora die qua remissa est caliditas in mane vel in sero. persuadetur quia corpora in hora tali sunt minus parata resolui et debilitari a caliditate balnei sola quam a caliditate continentis et balneorum simul. Secunda regula quod hec hora debet esse ortus solis vel parum distans et hora .xxi. vel prope illam. patet quia talibus horis sol ab emisperio nostro elongatus est igitur et cetera. Tertia regula quod ingredientes balneum prius expurgentur a fecibus urina sputo et superfluitatibus communibus. patet quia si applicaretur balneum cum retentione supradictarum superfluitatum periculum esset extraneationis earum et defluxus ad membra debilia et opillationum et apostematum ipsorum quasi ingredientes balneum procurent semper educere feces urinam et alia. Quarta regula quod aqua quam ingrediuntur homines sit a contactu rerum inficientium enudata ita ut sit aqua a suo fonte scaturiens in suum balneum bene mundificata recepta quam leprosi scabiosi epidimia infecti menstruose mulieres aut alia tali contactu ingressi non fuerit. patet hec regula. quia quod tangitur a corrupto corrumpitur vel aptum est corrumpi. Quinta regula quod ingredientes balneum non perseuerent in eis usque ad euentum debilitatis exclusiue. patet quia balnea talia eleuata caliditate sua multum sunt resoluentia et humidi substantifici et spirituum consumptiua igitur et cetera. Sexta regula quod balneantes tempore quo sunt in fusi aqua omnino euitent cibum et potum contra communem modum lasciuie. persuadetur quia cibi et potus aut sunt calidi actu et potentia. igitur augmentabunt caliditatem et a balnei calore disponentur ad corruptionem et putredinem. aut tales sunt frigidi actu et calidi potentia et propter actualem frigiditatem prohibebunt dissolui id quod a balneis dissolui debet. et iterum inuenientes vias apertas penetrant in angusta loca in quibus laboriosas opillationes persepe faciunt. aut vero cibi et potus sunt calidi actu et frigidi potentia et qualitercunque contingat distrahunt innatam caliditatem ab actione resolutionis materierum que ad putredinem disponuntur. Septima regula quod balneatus calide complexionis et rare texture humorum subtillium et debilitatem habens a generatione vel a temporis euitet longam moram in balneis et fortem fricationem in eis. patet quia talia consimilia ad sui peccatum resolutionem perducere possent per debilitatem. Octaua regula quod balneatus pannis diligenter cooperiatur dum exit balneum. patet quia cum caliditas continentis temperata ad caliditatem balnei sit quasi frigiditas et corpus sit iam factum rarum priuatione humidi membralis et spirituum periculum est ingressus aeris illius in profundum corporis Nona regula quod balneatus post exitum balnei ingrediatur lectum ubi pannis diligenter factis dormiat et sudet. Prima pars patet quia per quietem et somnum cessat resolutio et sequitur restauratio spirituum animalium et remotio lassitudinis. Secunda pars arguitur quia cum a caliditate balnei plures superfluitates balnei subtiliate fuerint et ablate ad circumferentiam corporis per sudorem excluduntur propter quod corpus alleuiatur Decima regula quod postquam balneatus quieuerit priusquam comedat motu progressiuo pluribus passibus exercitari debet. patet quia per tale exercitium vapores et ventositates plurime a calore balnei generate insensibiliter expelluntur. Undecima regula quod si balneatus predicto exercitio exercitari non possit ut quia arteticus paraliticus aut debilis fuerit eidem leues fricationes extremis partibus sicce applicari debent. patet hic canon ex deductione precedentis. Duodecima regula quod si propter instantiam doloris aut ulcerum aut alterius cause balneato non possunt applicari fricationes utile est

balneato non possunt applicari fricationes vtile ē ante cibationem premittere suppositionez ꝺ mel le radice blitis radice yreos aut de carne salita fa cta vel aliter vt tibi placet igitur ⁊ cet℈. Declaratis ꝙ istis pacti balneari r̃cipiāt cibū cōueniētē q̄titatē ⁊ potum vt neqȝ augmento peccet neqȝ diminuti one. Prima pars patet vt per cibum restauratio condecenter fiat. ⁊ etiam declaratur. quia si cibus quantitate sua mensuram conuenientem excedit non poterit conuenienter digeri. cum membrorū calor ab actione balnei debilitatus sit. Et secūda pars arguitur quia si cibus erit a q̄titate conueni enti diminutus non conuenienter fiet ex eo restau ratio. ⁊ fortasse prius ad membra adducetur ꝙ bene digeratur. Decimaquarta regula ꝙ cibi con ueniens q̄titas est illa que stomachi grauitatē nō efficit neqȝ nauseat. Potus vero conueniēs q̄titas ē que stomacho nō natat ⁊ fluctuat. colligitur hec regula tertia primi de regimine cibi ⁊ potus. et quarto Almansoris quarto capitulo. ⁊ xxi. conti nentis. Decimaquinta regula ꝙ qualitas ciborum conueniens balneatis limitatur penes multa. pri mo vt cibus sit facile digestibilis quia calor stoma chi aliqualiter debilis. secundo quia sit boni nutri menti ⁊ non superficuus. tertio quia sit facile pene tratiuus. quarto non sit grossus neqȝ opilatiuus. ⁊ idem de potu omnino intelligendum est. Decia sexta regula est ꝙ panis recens bene fermentatus ⁊ coctus carnes pullorum ⁊ auium non degentiū in aquis carnes edi vituli ⁊ ānual' agni oua pisces non viscosi caseus recens. lac coctum colostra et alie partes lactis conuenienter assumpte conueni unt. Fructus vero ⁊ alii corruptibiles cibi aroma ta olera valde calida ⁊ radices calide. vt aleum e uitari debent. patet quia omnia talia aut sūt mľ tum repletiua ⁊ per balneum intenditur corporꝫ exiccatio. quare contrariantur ei. Idez dico de po tu. proprium etiam balneatorum vinum non ꝺ bet esse grossum pōticum stipticum aut fumosum valde. Decimaseptima regula aque frigide cocte ⁊ crude vsus omnino non placet. patet qz cū mēbra innanita sint ⁊ calefacta poterit facile aqua pene trare ⁊ attrahi ad remotas partes. quare nocebit membris debilibus ⁊ neruosis iuxta illud veteris Frigiduȝ inimicum ⁊ cet℈. Et iuxta sermonem ma gnum eiusdez Frigida velut nix ⁊ cristallus ⁊ cet℈. pectori inimica. Decimaoctaua regula est balnea tor omnino euitare debet coitum ⁊ si non propť aliud saltem ne ledat morales actus. amplius a ca lore balnei resoluitur satis ⁊ exiccatur de humido membrali ⁊ substantifico ⁊ per coitum euacuatur superfluitas vltimi alimenti vtilis. vt. xx. tertii colligendum. Decimanona regula balneantes cor pora sua bis ī die non ingrediantur balneum vice secūdai nisi distanter a preassumpto cibo p horas vii. persuadetur quia si balneantur corpora cibo adhuc in stomacho stante periculum est attractio nis cibi crudi ad mesaraicas ⁊ epar. quare instat periculum corruptionis ipsius ⁊ opillationis in predictis partibus. Vigesima regula accipientes balneum propter duritiem ⁊ contractionem ner uorum ⁊ gratia sedationis doloruȝ. inter primā balneationē ⁊ secundam membra languentia luto in minera balneorum inuento actualiter calido emplastrari debent. patet quia lutum illud omni no caldez habet virtutes ⁊ operationes quas habꝫ

aq̄. Amplius densitate substātie ipsius ⁊ multitudi ne materie vehementius imprimit in membra ꝙ faciat aqua. ⁊ conseruatur eius impressio diutius cum non euaporet ita cito sicut aqua. quare eius applicatio cōueniens est. ⁊ propter hoc ⁊ similia motiua maius iuuamentum ex operatione eius in ueni ꝙ ex applicatione aque. ⁊ proprie quando de tinetur super membris q̄diu remanet caliditas eius actualis notabiliter intensa ⁊ non infrigidať Vltima regula accipientes balneum gratia velo cis penetrationis caliditatis actualis ⁊ virtutum qualitatum naturalium balnei maius iuuamentū acquirunt ex suffumigatione membrorum a vapo re aque elleuatorum ꝙ ex applicatione aque. per suadetur quia ex applicatione euaporationis pre dicte velocius fit impressio ⁊ suauius ꝙ ex appli catione aque quare ⁊ cet℈. Et modus applicationis eius est talis vt foramina fiant in riuis curiculorꝫ vnde effunditur aqua ad balneum et membra su perponantur illis foraminibus per que vapor mľ tus ⁊ bene vnitus exiens notabilem impressionez in membris facit sedando dolores leniendo du rities ⁊ consumendo humores sicut longa mihi ex perientia inuentuȝ ⁊ comprehensū ē. Hec quidem sunt que apud balneantes obseruari debent per q̄ obseruata balnea notabiliter conferunt. ⁊ euacua tiones vel operationes a suis qualitatibus pro uenientes inducent conuenienter. aliter autez ne dum ꝙ conferant imo vehementer nocebunt. Pre ter hec autem intelligendum ꝙ balnea predicta non nulla accidentia producere solent que si perse uerent iuuamenta balneorum impediunt. Quorū primum imoderata vigilia. secundum est veheme̅ tia sitis. tertium est dolor capitis. quartum est cō stipatio ventris. quintuȝ est immoderatus sudor sextum est punctio ⁊ ardor vrine. septimum deflu xus reumatis a capite stillantis. octauum est pro stratio appetitus. quibus omnibus subuenire cō sueui secunduȝ ꝙ nunc deinceps sequitur. Vigilia que consequitur applicationem balnei contingit autem propter consumptionem suorum vaporuȝ que sunt materialis causa oppillationis continge̅ tis in organo sensus cōmunis ⁊ cerebri. aut propť illorum uaporum caliditatem exauctam esse fac tam a virtuali caliditate balneorum. que materi as calidas inflāmatiuas ⁊ exiccatiuas faciunt. Et modus facilis prouidendi vtriqȝ eorum est vt in sero eunti dormitum detur hoc. ℞ aque sublia tionis lactuce vel portulace. ℥. iii. syrupi de papa uere. ℥. i. detur hoc totum tepidum ī potu per du as horas post cenam. Et fortius illo est hoc. ℞ sy. de papauere. ℥. i. syrupi violati. ℥. ʃ. aque nenufa ris. ℥. iii. detur vt supra aut dentur. iii. de istis pil lulis. ℞ seminum lactuce violarum florum nenu faris seminuȝ cōium frigidorum omnium ana. ʒ. i. croci seminis aneti ana. ℈. i. seminis iusquiami albi. ℈. ʃ. corticum mandragore. ʒ. i. fiant pillule cum emulsione papaueris ⁊ dentur vt dictum est etiam portulaca ⁊ lactuca folia violarum flores nenufaris ⁊ maluarum et grana papaueris in ci bis cocta omnia talia somnum prouocant. Sitis vero vehemens eueniens ex consumptione hūidi roridi quod humectare solet os stomachi remoueť cum istis. ℞ iulep rof. ℥. i. ʃ. aque violaruȝ et bo raginis ana. ℥. ii. misce et bibatur ex eo sepe. Itez syrupus de ribes de berberis syrupus de fructibꝫ

et consimiles infrigidatiui et humectatiui confe rūt. Descriptio bona ad illud. ℞ syrupi de pomis syrupi de nenufare ana. ℥. i. aque decoctionis se. lactuce. ℥. ii. ʃ. misce et bibat frigidi. Semina etiam angurie sepe in ore retenta et masticatio portulace vel acetose conuenienter sitim sedant. Ego aūt inuenio iuuamentum maximum in aqua lactis caprini. et proprie quando extracto caseo coquit iterum lac et fit recocta. tunc enim remanet dicta aqua lactis cuius. ℥. iiii. vel. v. date in potu vehementer sitim sedant. et proprie cum talis aqua fuerit parum ad acetositatem inclinata. Dolor capitis qui contingit ex balneis plurimum ex colligantia capitis ad inferiores partes que fundunt vapores ignitos facientes solutionem continuitatis extensiuam in panniculis cerebri aut malam cōplexionem calidam iducentes in eis aut continge re potest propter applicationē aque balnei supra caput. Et primi quidem doloris canon curatiōis est in potu accipere ea que reprimunt vapores et probibeant ascensū eorum ad caput et hoc contie re possunt omnia que somnum inducere sunt scripta. Item diacitonitē de zuccaro sine speciebus. etiam coriandrum confectum grana granatorum et similia frigida et stiptica post cibaria comesta conferunt. Descriptō bona. ℞ oxizachar̄. ℥. i. ʃ. aq̄ plātaginis aque cicoree vel acetose ana. ℥. i. ʃ. detur ī potu eunti dormitum. Item assumptio vnius pillule vel duarum post cenam que facte sunt ex aloe infuso in succo ros. endiuie vel acetose materias et vapores reprimunt et per inferiora deponunt. Linimentum bonum ad illud. ℞ trociscorum memite. ʒ. ii. camphore ǧ. iiii. amili. ʒ. iii. croci. ℈. ʃ. aque violarum aque ros. ana. ℥. ii. conquassent̄ oīa in mortario et aspergantur vel liniant̄ ex eo frōs et tempora aut inbibatur ex eo pannus lineus duplicatus latitudinis quattuor digitorum et circundetur ex eo frōs et tempora. Venter vero si fuerit stipticus molliri debet cum syrupo de prunis decoctione fructuum solutiua syrupo violato et similibus frigidis et humidis cum aquis proportiōalibus. Item cum aqua lactis preparata. Item cum decoctione bletum violarum maluarum. vel vtendo eis in cibis. Item ex comestione seminis sis vel cassie fistule pinguis ante cibum. Item ℞ aloes epatici syrupi lupulorum syrupi violarum ana. ℥. ii. masticis croci ana. ǧ. iiii. infundantur aloes in eis per diem et noctem vel per tres dies naturales et fiant ex eis pillule post exiccationem succi leui igne vel in sole factam ex quibus in sero ante cenā parum accipiantur. ii. vel. iii. et sunt remedium bonum et vtile. Sudor omnino in balneis detineri non debet nisi quando effrenitauerit cum per illū exiccentur superfluitates sicut intenditur. Si aūt inualesceret adeo sudor vt per ipsum lapsum redderetur corpus in virtute motiua et resolutū substantialiter. alteretur regimen ex parte ciborum cum lacte rebus acetosis et acribus vt gelatina cōditis de vino granatorum et cibis amigdalatis et humorum ingrossatiuis vt pedibus animalium bene coctis et aceto infusis et similibus et panico cum lacte cocto. Et nō dubito vt exptus sum q̄ iuscocula de milio facta cum lacte caprino notabiliter sudorem prohibent. quiescere autem a balneo et ūbra morari et corpus paulisper euentari sunt de intercipientibus sudorem conuenientes. Frigida autem et stiptica et sicca medicamīa superficiei corporis applicata non placent mihi. ne oppillando vel constringendo anxietatis et angustie aliorū p uorum accidentium sint cause. Ardor l' pūctio ī membris vrine et proprie in extremitate pudibūdi contingit balneatis aut ex mala complexione calida epati et renibus eueniente propter caliditatem actualem et vt plurimum potentialem balneorum a qua contingit vrinalem aquositatem et materias humorales inflamari que sunt causa pūctōnis predicte. aut etiā harenule frequenter ex balnearum caliditate generantur aut genite exacuunt̄ et exasperantur et sunt causa predicte punctionis imo et quandoque excoriationis in viis vrine euenientis. Quorum omnium curatio eisdem instrūentis facile perfici possunt. Est igitur remedium efficax ad hec omnia huius tragee vsus ante cibum semper cocleare vnum accipiendo ex ea. ℞ quattuor seminum frigidorum cōmunium ana. ℥. ʃ. seīs papaueris albi. ʒ. iii. seminum endiuie lactuce portulace et acetose ana. ʒ. i. florum nenufaris. ʒ. ʃ. penidiarū. ℥. i. zuccari albi. ℥. i. ʃ. et fiat targea et cetera. Conferunt etiam huic nocumento pillule iste accipiendo ex eis ante cenam et in aurora. iii. vel. v. ℞ succi liquiritie. ʒ. iii. violarum. ʒ. ii. seminis lactuce. ʒ. vi. granorum papaueris albi. ʒ. i. ʃ. croci. ℈. ʃ. fiant pillule cum succo foliorū violarum et sunt efficaces. Contingit etiam frequenter reumatismus a capite propter colliquationē materierum a caliditate balnei factam aut nimia resolutione ex qua debilitatur digestiua cerebri. Et huic quidem prouideri potest superaspergendo prore capitis ex hoc puluere quando itur ad lectum. ℞ laudani storacis calamite ros. ligni aloes ana. ʒ. ʃ. sādaracc. ʒ. vi. spodii. ʒ. v. macis. ℈. ʃ. et fiat pl'uis subtilis. Confert etiam ad illud odoramentum nigelle torrefacte et proprie si materia fuerit subtilis. Cōpositū bonū ad vtrumque intentionē. ℞ ligni aloes. ʒ. i. storacis calamitte laudani ana. ʒ. ʃ. coriādri preparati. ʒ. iii. sandalorum alborum. ʒ. ii. acacie. ʒ. ʃ. camphore ǧ. iii. fiat puluis subtilis et ligetur ī sidone dēsa et odoretur sepe. Contingit autē balneatis appetitus prostratio ex lassitudine oris stomachi proueniente a multa resolutione ipsius etiam ex defluxu materierum flegmaticarum q̄ multiplicantur in os stomachi per viam colliquatōis et attractionis ad ipsum. Intentio itaque est vigorare os stomachi cum his que vniendo ipsum et abstergendo ab eo flegmata remouent nocumenti cām de quorum numero pōt ēe vsus dyacitōitē sine speciebus accepti post cibum vsque ad. ℥. ii. Item comestio coriandri de propinquo confecti. De medicinis autem propriis et expertis est vt accipiatur miue citoniorum zuccarine. ℥. i. ʃ. aque decoctōis granorum masticis aut sublimatōnis mente. ℥. ii. detur hoc in potu in aurora de quo etiam accipiat bis vel ter in die. Et confert etiam ad illud syrupus de menta cum signis frigiditatis. et syrupus ros. aut oxizachara syrupus de ribes et de berberis cum signis caliditatis et sibi consimiles qui accipi debent cum aquis supradictis et sibi consimilibus Hec sūt q̄ mihi vtilia videt̄ et cōgrua ad remouēdū nocumenta predicta balneatis superuenientia.

¶ Tractatus alter de balneis eiusdem magistri Bartolomei de montagana feliciter incipit.

Licet in alio tractatunculo modū balneandi corpora ⁊ regulas obſuandas in balneando descripseri exquisite satis.quia tamen modus ille ⁊ canones positi videntur magis satisfacere peritis ⁊ in medicina exercitatis.ideoq3 modos ⁊ regulas obseruandas in balneando que poterunt esse cōmunia vnicuiq3 ꝗuis etiam facile intelligenti .iterum hoc opusculum describere exquisite curaui premittēdo primo regimē ex parte ciboꝝ penes quantitatē ⁊ qualitatem eorum .Quicunque igitur balnea itrare desiderat vtatur cibis leuis digestionis ⁊ penetrationis boni nutrimenti ⁊ non valde frigidis neq3 oppilatiuis vel calidis. De numero igit laudabilium sunt sicut panis recens ⁊ bene fermentatus digestioni bene paratus.Carnes pullorum iuuenum vitulorum edi annualis agni ⁊ iuuenis castrati ⁊ carnes anatuloꝝ pdicū fasianoꝝ leporū ⁊ similium suis temporibus .De ferculis vtantur bletis spinachis boragine feniculo petrosillino et similibus .⁊ possūt vti brodio cicerum rubeoruz ꝉ alboruz panico ordeo ⁊ iusculis ex eis factis ⁊ similibus .Lactuce autem ⁊ reliqua olera vel fructus frigidi sicci dimittantur vt pira castanee citonia ⁊ similia. Aceto vero aliquando vti possunt nisi timendo ex eo nocumentum neruoruz. succo arranciorum ⁊ similibus incisiuis ⁊ aperitiuis non cū multa stipticitate vti possunt vt vino granatorum murorum ⁊ similibus .Uinum vero eorum in potu sit album subtile aromaticum mediocre ī potentia aut rubeum vel ceresoleum parum arōaticum.⁊ si timeatur nocumentum vini propter egritudines neruorum vel iuncturarum frangatꝰ ipsum cum aqua simplici cocta vel cum aqua recenti si fuerit laudabilis ⁊ bona .caueant tamen a potu omnes qui balneantur tempore quo sunt in balneo aut post exitum ab eo saltem per horam cum dimidia .Si autem propter immoderatam sitiz tali tempore cogerentur bibere etiam inter cibuz ⁊ cibum melius est vt bibant aquam precoctaz cū zuccari quantitate sufficienti in qua ponatur quita vel sexta pars vini granatorum murorum vel acrium in hominibus calidioribz ⁊ erit potus valde laudabilis eis. Neq3 comedāt aut bibant aliud ꝙ predictum est.nisi in die .⁊ tunc cum comedūt non multuz repleant se cibo vel potu. Intentio cī ī balneis ē vacuare exiccare corpora.multus autē cibus ⁊ potus repleret ⁊ alia ꝗplura nocumenta faceret.igitur balneator mane ante ortum solis surgat ⁊ quibusdam passibus ambulādo procuret habere secum ⁊ vrine expulsionem.⁊ si debilis fuerit aut dolore vel nocumentis iuncturarum lesus vt ambulare non possit ⁊ venter eius stipticus fuerit supponat sibi suppositorium ex melle ⁊ salle cōpositum aut factum de radice blete yreos dauci ꝉ petrosillini .quorum quodlibet intingatur melle ⁊ sale conquassatis ad inuicem ⁊ vnum vel duo ex eis imponat vsq3 quo superfluitates deposite fuerit. Secunda regula ꝙ pulsis iam superfluitatibz balneum ingrediatur in ortu solis vbi corpus stet infusum circa quartam vel tertiam partem hore aut plus vel minus secundum possibilitatem tollerantie balneatoris .deinde si qua membra fuerit quorum gratia balneum affectaret talia membra aqua illa ⁊ cum fece in fundo balnei cōmuniter inuenta confricētur ⁊ quotiens hoc faciat tociens cōuenienter ⁊ suauiter tollerare poterit absq3 nocumento resolutionis .Tertia regula obseruanda est ꝙ balneatus ante ꝙ aliquam incurrat debilitatez balneuz exire debet ⁊ pannis conuenienter tectus lectum ingrediatur .vbi tantam moram faciat qᵒ usq3 conuenienter sudet.demum iterum quiescat tanto tempore vsque quo calor naturalis ad temperiem fuerit reductus. Quarta regula ꝙ tunc accipiat cibum ⁊ potum suum sicut superius limitatum est in quantitate ⁊ qualitate conuenientes qr̄ ⁊ cet. Quinta regula ꝙ accepto cibo tardet per horā vnam aut vnam cum dimidia .⁊ tunc dormir̄ poterit per vnam horam aut plus secundum ꝙ ꝗritur maior restauratio virtutis animalis ⁊ cibi digestio melior . Sexta regula ꝙ postꝗ dormierit conuenienter balneatus si propter aliqd nocumentum vt propter duritiem dolorem tumorez molliciem vel contractionem mēbri alicuius balneum exquisiuerit .bonum est vt membra illa liniantur emplastrentur ⁊ tingantur luto illo qd̄ inuenitur in loco vbi defluit aqua.que continue distilat a balneo .⁊ si contingeret lutum illud ēe frigidum aut remissi caloris colligatur ⁊ infundatꝰ ī aquam uirgineam aureo fonte primordiali scaturientem.⁊ tunc ex eo emplastrentur membra vt dictum est . Septima regula ꝙ si propter aliquā de causis predictis in regula imediate precedenti quesitum fuerit balneum.laudo vt balneantes exponant se aut membra languentia super forāinibus .vnde aqua decurrit ad balneum ex quibus el leuatur fumus actuali ⁊ potentiali caliditate valdē calidus super quo fumo fomententur membra p vnam horam vel per duas.⁊ deinde postea cū trāsierit hora aliquante quietis accidentiū remoueātur a predicto fumo ⁊ sup lecto ꝉ sedēdo quiescat secundum conuenientiam eorum. Octaua regl'a ꝙ iam transactis .vii.vel.viii.horis post balneationem de mane factam secundo ingrediantꝰ balneum vt hora vigesimasecunda vel circa illam in quo tamen a secunda vice vesperarum minorem contrahant moram ꝙ in mane. Corpus enim nō patitur tantam resolutionem in sero quantam in mane propter causas cognitas .⁊ in hac balneatione secunda obseruent defricatione cum aqua ⁊ luto balnei sicut dictū fuit supra in sexta regula. Nona regula ꝙ post balneum vespertinum iterum ingrediantur lectum ⁊ obseruent etiaz oīa vt in tertia regula dictum est.⁊ iterum cibum et potum accipiant obseruando ea que in quarta r̄gula dicta sunt . Decima regula est ꝙ post cenam balneati possunt parumper emplastrare mēbra predicto luto postea abluere ⁊ desiccare ea ⁊ inungēr aliquo d' vnguētī infrascriptis ad diuersas intētiones positis. Undecima regula balneantes die secūda sequenti iterum balneum ingrediantur hora in prima regula preassignata ⁊ secunda . sit tamen balneū oī die a precedēti aq̄ euacuatum diligenter ablutum et mundificatum in quod recipiatur aqua noua nulla contagione balneantium viciata , sed sit pura et aurea radicali minera scaturiens et effusa . Duodecima regula quicunq3 desiderat per balneum exiccationem humiditatū cerebri et consumptionem catarorum defluentiū et materierū que imbibuntur i neruis ⁊ remolliūt eos vt in mollificatis vel paraliticis fieri solet.

teneant istum modum. primo recipiant virgineã aquam in magnum dolium in cuius laterre prope fundum perforato sit imposita canula qualis est illa qua vinuz hauritur a vase. tunc igitur balneator circundet caput apud supercilia p incessum tẽporum ⁊ aurium vsqz ad occiput cum panno vl faciolo sperice retorto cum quo caput ita coronauerit super scanno sedens recipiant aquam a cannula distillantẽ. Primo super prora capitis ĩ loco bregmatis propter catarros ⁊ in loco occipitis propter mollitiem vel paralesim aut in lateribus vt in monopagia ⁊ emigranea ⁊ similibus ⁊ tanto tempore aque descẽsũ super caput accipiat vsque quo sentiat caliditatem conuenienter in profũdas partes capitis penetrasse. Attende tamen ꝙ si qs propter molliciem vel paralesim querit effusionez aque super caput non debet posteriorem partem capitis tegere pannis sicut dictum est. sed liberam dimittat omnem partem occipitis vt aqua postea cadẽs per totum collum et spondiles defluat vt conuenienter in nuca ⁊ neruis faciat exiccationem. ⁊ laudo magis ꝙ talis aque effusio super caput. fiat in die secunda vel teria cum iam corpus aliqualiter assuetum fuerit balneo ꝙ̃ in prima. Decimatertia regula est ꝙ talit᷑ balneans caput ⁊ alii etiam hac secunda die cum balneum exeunt bibant de aqua a minera fluente quantitatez ciati medii pro prima vice aut. ℥. iiii. deinde aliis vicibus parum aque superaddendo procedant vsqz veniant ad mensuram ciati vnius aut a. iiii. ℥. vsque ad. viii. Decimaquarta regula ꝙ taliter balneati qui desiderant accipe balneum super capite ⁊ nuca propter causas predictas in vesperis minorem moram faciant in predictis ꝙ̃ in mane propter causam notam ⁊ assignatam. Decimaquĩta regula quicunque desiderant ingredi balneum propter yposarcam idest ẽ idropisĩ carnosam melius iuuamentum accipient a luto de quo emplastretur totum corpus ⁊ stet tunc in stuffa balnei aquam non tangendo. nisi cum voluerit a loco illo secedere: tunc enim aqua veri fontis corpus est abluendum ⁊ immediate corpus est exiccandum Decimasexta regula ꝙ qui balneantur propter tĩpanitez maius iuuamentum acquirunt fomentando corpora super vapore aque vt dictũ est supra in sexta regula. immo etiam maius iuuamentum acquirunt tales iacendo super saxa vel lateres ab aqua balnei calefactos. ab hoc enim vapore maximum vidi sequi iuuamentum vt in predictis et etiam in duritiebus ⁊ contractionibus neruorum ⁊ insedando dolores ⁊ a materia frigida ⁊ a ventositate procedentes. Decimaseptima regula est ꝙ asclitici qui querunt balneum. ⁊ proprie tales a causa frigida facti maximun iuuamentum reperient ex potu aque balnei secundum quantitatem limitatam in tridecima regula vt supra quam inuenient ex aqua fumo vel luto balnei licet vticunqz conferat ad illud discrete aproximatum. Decimaoctaua regula empici ⁊ almatici absque vlcere pulmonis laborantes magnum iuuamentum accipiunt ex potu aque balnei secundum quantitatem limitatam in regula tridecima. Decimanona regula colicis ⁊ illiacis absque lapide renum maximum iuuamentum confert clistere factum ex aqua balnei cum quarta parte sui olei de kerua. ⁊ leuius illo ẽ oleũ de baccis lauri vl᷑ de ruta sicut mihi manifestauit ratio ⁊ experientia. ⁊ est eius descriptio talis. ℞ aque stillantis a prima minera. lib. i. olei de lauro. ℥. iiii. misce. de oleo autem de kerua consueui accipere. ℥. iii. eo ꝙ potẽtius est. Vigesima regula laborantes hernia aquosa ventosa qualitercunque aut carnosa non confirmata magnum iuuamentum accipiunt fomentando primo membra cum vapore vt supra dictum est in sexta regula ⁊ sedendo super lapides calefactos vt dictuz est in decimasexta regula ⁊ post emplastrando oxeum ⁊ inguina ex luto balnei. et proprie in quo commixta fuerit decima pars sulfuris viui puluerizati. multos eniz vidi hiis egritudinibus laborantes sanari ¶ Quot autem et que sunt accidentia balneatis contingentia ⁊ quis modus ⁊ intentio remouendi ea ⁊ que sint instrumenta vel medicamina que abscindunt talia accidentia in alio tractatunculo legendũ est vide ibi

Descriptio quorumdam remediorum conferentium quibusdam accidentibus balneorum. Compositio defensiui boni prohibentis cursum materierum ad omnia membra debilia de quo circũferentialiter partes inungi deberent post exitum a balneo ⁊ ligari cum panno conuenientis adhesionis. ℞ sandarace. ʒ. iii. amili. ℥. i. spodii accatie balaustie ypoquistidos ana. ʒ. ii. sief memite. ʒ. iiii. farine volatilis molendini. ℥. ii. ſ. succi plantagĩs ℥. iiii. aut loco eius accipiatur aqua sublimationis eius deinde vitellos oui numero. ii. terantur oĩa diu in mortario plumbeo cum suo pistello ⁊ fiat ex eo vt dictum est. Linimentum bonum ad remolliendum durities ⁊ contractiones que in mẽbris inueniuntur quod applicari debet per vnam horam post exitum a balneo super particulis pacientibus ⁊ circumferentialibus etiam. ℞ olei de sisamo olei amigdalarum dultium et sit vtrunqz recens non rancidum ana. ℥. i. ſ. vitellos oui numero. ii. medulle crurium bouis sepi castratini pĩguedinis anatis ⁊ galline ana. ℥. i. croci. ʒ. i. dissoluantur pinguedines ⁊ colentur deinde effundantur in mortarium ⁊ omnia alia suprascripta secum incorporentur diligenter conterendo et in fine addantur armõiaci dissoluti cum aceto. ʒ. x. ⁊ diligenter incorporentur ad inuicem ⁊ est medicamen nobilis iuuamenti. ⁊ si vellis etiam locis dolentibus applicare ipsum potenter sedat dolores. si autem velis ipsum magis facere anodinum adde descriptioni. ℥. iiii. de oleo de camomilla. ⁊ si velis ipsum aliqualiter stupefactiuuz adde complete desciptioni. ʒ. i. opii et erit magni ⁊ nobilis iuuamenti ad predictaz nec opium poterit stupefaciendo nocere vt patet intelligenti. Amen.

¶ Hi sunt canones ⁊ regule de modo componendi re ceptas editi a magistro Bartolomeo de mōtagna na medicorum dignissimo.

Oportet compositorem receptarum cognoscere genus egritudinis. quia vel egritudo est ī complexione compositione vel vnitate. ¶ Secundo necesse ē cognoscere simplicem vel compositam egritudinem materialem vel immaterialem ¶ Tertio necesse est cognoscere membruʒ an sit calidum vel frigidum humidum vel siccum. ¶ Quarto necesse est cognosere morbum an particularis vel vniuersalis ¶ Quinto qua morbʒ noceat virtute an qualitatibus primis manifestis vel occultis vel vtrisqʒ. ¶ Sexto vt medicine sint accepte ex parte egritudinalis dispositionis. ¶ Sequūt regl'e tres ex pte corporis egrotantis se tenēt ¶ Pria oportet medicū volentē medicare complexionem totius vel partis cognoscere an sit complexio naturalis calida frigida humida vel sicca. ¶ Secūda regula oportet cognoscere iuuamenta ⁊ operationes particulares corporis patientis ¶ Tertia regula oportet cognoscere modū substantie membrorum an sit substantia rara vel densa an fortis vel debilis texture. ¶ Sequūt noueʒ regule sūpte ex pte medicinarū simplicium. ¶ Prima necessaria est notitia graduuʒ simplicium medicinarū que sunt quattuor. ¶ Secunda necessaria est notitia secundarum virtutuʒ medicinalium vt si medicina mollificat lubrificat vel incidit ¶ Tertia necessaria ē notitia tertiarum virtutum medicinalium que est operatio cū proprietate vt quia aliqᵃ medicia calefacit renes aliqua caput aliqua cerebrum. ¶ Quarta oportet cognoscere specificam proprietatem cuiuslibʒ medicine simplicis que ē proprietas ellectia. ¶ Quinta necessaria est cognitio dosiuʒ medicinaꝝ ¶ Sexta oportet cognoscere modum substantie an sit substantia solida vel liquida. ¶ Septima oportet cognoscere tempus ellectionis. nam radices non sunt elligende nisi post casum foliоruʒ ⁊ precipue a me° septembris vsqʒ ad initium nouembris et flores sunt colligendi a me° maii vsqʒ ad primuʒ iulii. ⁊ de fructibus secunduʒ diuersitatem herbarum ¶ Octaua regula oportet cognoscere etateʒ ⁊ periodum medicinarum ¶ Nona oportet cognoscere saporem medicinarum. Nam fallit plus iuditium sumptum a calore ꝙ a sapore. aliquando enim virtus est in foliis aliquando in floribus aliquando in palmitibus aliquando in radice. ¶ Sequuntur xi. regule sumpte a parte medicinarum ingredientium harum compositionem. ¶ Prima omnis medicina ingrediens antidotariuʒ aut est temperata aut non. ¶ Secunda ē an velocis operationis tarde vel mediocris ¶ Tertia aut ingreditur ratione multorum iuuamentorum aut ratione vnius principalis. ¶ Quarta an medicina ingrediens habeat iuuamentum cū nocumento vel sine nocumento ¶ Quinta vtrum medicina igrediens sit iuuatiua ratiōe sui per se aut non solum ratione sui sed ratione etiam aliorū secū cōmixtoꝝ. ¶ Sexta vtrum medicina ingrediatur solum ratione sui iuuamenti quod facit ut cum iuuamento ⁊ correctione aliquarum medicinarum secum cōmixtarum ¶ Septima medicina ingrediens causa cōsolandi aut excedit mediciaʒ consolādam in gradu aut exceditur ab ea. ¶ Octaua vtrum medicina ingrediens anteꝙ ingrediatur sit consolatiua vel non. vnde medicina aliquando aliquam partem corrigit absqʒ altera ab ea. ¶ Nona vtrum medicina ingrediēs sit substantie dense mediocris vel equalis. ¶ Ex predictis sequuntur ꝯ°nes ¶ Prima ꝯ° minor debet esse dosis medicine ingredientis compositionem que est elleuata in gradu ꝙ medicine que non est sic elleuata in gradu. vt si spica nardi camomille adiungatur minor debet esse dosis spice nardi ꝙ camomille que est calida ⁊ sicca in primo ⁊ in prima mansione. ¶ Secūda ꝯ° maior debet esse dosis medicine habentis respectum ad longiquas ptes ꝙ habentis respectum ad propinquas partes vt agaricus habet educere flegma a toto corpore maior tamen est respectus eius ad stomachum. et hermodactili maiorem habent respectum ad iūcturas quare in comparatione ipsorum cum agarico maior debet esse dosis hermodactilorum ꝙ agarici ad educendū flegma ex vtrisqʒ. ¶ Tertia ꝯ° minor debet esse dosis scamonee ꝙ reubarbari ⁊ tanto minor dosis quanto excedit in gradu. ¶ Quarta ꝯ° medicinarum ingredientium compositionem multorum iuuamentorum ⁊ velocis operationis minor debet esse dosis ꝙ medicinaꝝ multorum iuuamentorum ⁊ tarde operationis. ¶ Quinta ꝯ° dosis medicine habentis plura iuuamenta debet esse maior ꝙ habentis soluʒ vnuʒ iuuamentum. ratio est quia raro est quin medicie aliqᵃ includant nocumenta. sed illa nocumēta corriguntur per pluralitatem iuuamentorum sicut in tiriaca caro tyri ponitur in pauca dosi quia est venenum quia habet petere cor. tamen quia refracta per alia medicinas ingredientes que sunt multorum iuuamentorum ante ꝙ suam perficiat operationem alie medicine precesserunt ⁊ fecerūt potentiorem operationem ¶ Sexta ꝯ° dos medicine rare dʒ esse amplior ꝙ dosis medicine substantie dense. ¶ Septima ꝯ° dosis medicinarum egredientium habentium vnum iuuamentum tātum vel plura per se illa operantia debet esse maior ꝙ medicinarum non operantium solum per se sed cum aliis. vnde ille medicine solum operāt per se que non indigent consolatione. ⁊ non per se que indigent consolatione. ¶ Octaua ꝯ° mediciarum ingredientium compositionem ratione suorum iuuamentorum que per se producunt ⁊ cum hoc ratione consolandi alias medicinas maior debet esse dosis ꝙ medicinarum ingredientium ratione vnius tantum. Unde absinthii dosis. ʒ. i. sumitur. si tamen componatur cum a° ratione iuuamenti sui ⁊ consolationis debet esse. ʒ. ii. Nona ꝯ° medicinarum ingredientium compositionem ratione consolandi dosis debet esse maior ꝙ medicinaꝝ q̄ consolantur. ¶ Decia ꝯ° medicinaruʒ igredientium compositionem ratione consolandi dos aliquando debet esse maior ⁊ aliquando debet eē minor. Sed diceres vtrum medicine ponende in ellectuariis sicut sunt oppiata ⁊ digerentia sint magis corrigende ꝙ in laxatiuis. Rn̄o ꝙ sic quia laxatiua non habent penetrare per membra sic alteratiua vt patet per Nicolaum. S° diceres qr in medicina al'n ponuntur due medicine ꝑ basi.

aliquando tres aliquando solum vna. Exemplum secundi vt in benedicta ponitur turbith ad euacuandum flegma a renibus. et iuncturis et ad ipsum fortificandum ponuntur hermodactili. et quia etiam tarde operantur ponitur scamonea. Exemplum primi vt in paralesi queritur materierum consumptio et neruorum confortatio ideo simul miscet castoreum et piretrum pro vna basi. Aliquando ponimus in vna basi duas medicinas contrarias a proprietas diuersis membris. quia natura postea diuidet vnicuique suum conueniens. quia vnicuique membro naturale est suum disconueniens remouere. et iuuat ad hoc attractiua et aspectus membri sed preter basim vel bases aliquando miscemus cum basi eius operationes iuuantes que sunt illis operationis vt in tiriaca miscemus tiros et terram sigillatam que valent contra venenum sicut caro tyri. quandoque etiam iuuatur basis per aliam medicinam que sibi preparat materiam vt ei obediat. et sic cum turbith miscemus ʒʒ. Aliquando miscemus reprimentia vt in tiriaca ponitur bezoar super venenositate carnis tyri. et quia aloes est excoriatiuum sua mora miscemus bdelium et anisum quia nocet stomacho miscemus sandalos albos et rubeos et masticem et bdelium quia nocet excoriando intestina. ¶ Tertio dicetis quomodo inuenitur basis alicuius medicine. dicitur quod basis inuenitur in areolis medicinarum quas ponit Aui. prima enim areola est complexionis gradus medicinarum vt calida frigida et cetera. ¶ Secunda est proprietatum diuersarum secundum quod quedam respiciunt stomachum epar. ¶ Tertia est medicinarum opillantium. Et dicitur areola ordinatio sermonis valentis ad idem et sic de aliis. Ultra areolas considera quattuor gradus bonitatis medicinarum in confortatione vt stomacho aliquid est bonum vt mastix aliquid est magis bonum vt cinamomum aliquid valde bonum vt menta aliquid maxime bonum vt absinthium. Ex areolis igitur accipe medicinas que sint paucioris nocumenti quam potes. et si qua sunt nocumenta corrige. vt si epar sit calefactum et opillatum. melior est simplex medicina quam composita quia indiget istis tribus scilicet infrigidatione deopilatione et medicina respiciente epar. Si autem non habes medicinam complentem illa tria. sed duo tantum vt aqua endiuie respicit epar et infrigidat addatur tunc semen feniculi quia deopilat. et quia calefacit aliquantulum apponatur eo minus. et si reperio medicinam facientem vnum tantum sicut lactuca tantum infrigidat ideo miscetur cum sandalis et semine feniculi. et sic ista tria ponuntur pro basi quia lactuca non deopilat nec respicit epar et cetera. Et sic huic opusculo finem imponimus.

¶ Modus inueniendi dosim vniuscuiusque medicine.

Ad inueniendum dosim vniuscuiusque medicine composite quedam sunt consideranda. primo ex parte totius compositi. secundo ex parte dosis proprie siue ex parte illius compositi. tertio ex parte vtriusque. Ex parte compositi. primo quinque attendere oportet. Primo qualitatem et virtutem ipsius. Secundo quantitatem. Tertio numerum simplicium. Quarto compositionem et proportionem dictorum simplicium in dicto composito. Quinto genus totius siue mensuram gradualem et virtutem illius compositi. ¶ De qualitate autem duplex est operatio attendenda. vna est que ex modo mixtionis resultat que ratiocinatiue non potest perfecte acquiri nisi secundum quod auctores nostri de ea ponunt et habetur per experientiam. et de hac possumus inuestigare hoc modo quia si simplicia habeant omnino eandem qualitatem et virtutem totum illud compositum habebit illam eandem qualitatem et virtutem in summo. Si vero habeant contraria et sint adeque contraria habebit istam virtutem mediam et secundum hoc habebit plus vel minus secundum qualitatem simplicium in ea existentium. et hoc farma cum factum totum compositum ex simplicibus solutiuis erit multum solutiuum. ¶ Quantitas vero quandoque ponitur confusa ab auctoribus scilicet ad arbitrium conficientis farmacum et secundum quod plus vel minus de farmaco vult conficere et sic illo modo ponitur hic. ℞ yere pigre partem .i. sticados partem .i. et quandoque ponitur determinate vt cum dicitur. ℞ de predictis ʒ.i. vel ℞ ʒ. ß. quomodocunque dicatur est satis nota quantitas totius compositi ei qui potest omnem quantitatem singularium seu simplicium agregare et facere potest vnam summam que sit summa quantitatis totius compositi sicut est in presenti farmaco sicut cum pulueris pigre ponit ʒ.i. et ʒ.i. epithimi. ʒ.i. sticados scamonee ʒ. ß. mirobalanorum ʒ.ii. et sic erunt quattuor ʒ. et sic apparet secundum et tertium. Circa quod est notandum quod ex parte totius est numerus componentium simplicium farmacum que compositum ingrediuntur. hic enim numerus facillime inueniri potest. in presenti ei farmaco quinque simplicia ingrediuntur. verumtamen est quod inter illa simplicia quandoque cadit diuersitas ideo inter illa est ordo attendendus quia oportet simplicia sic diuersa ad ordines reduci vt simplicia que ab istis differunt tunc conueniunt et ad vnum ordinem reducuntur ex alia ad alium et sic de aliis vt ex hac reductione eorum propria inueniatur diuersitas. Sed hec diuersitas que inter contraria cadit aut est cum contrarietate et resistentia eorum ad inuicem aut sine contrarietate. cum contrarietate quidem vt simplicium quedam sunt solutiua quedam constrictiua quedam calida et quedam frigida erunt et cetera. Diuersitas in presenti farmaco non attenditur. Ideo de ipsa nihil ad presens dicitur. Diuersitas vero sine contrarietate est diuersitas aut inter solutiua fortia et debilia aut inter solutiua et digestiua et sic de aliis. hec autem diuersitas in propositi farmaci compositione est reperta. quia ibi sunt solutiua fortia vt est scamonea. sunt etiam solutiua debilia vt epithimum polipodium mirobalani. sunt etiam digestiua aperitiua vt sticados. Faciemus igitur in presenti farmaco tres ordines. vnum solutiuorum fortium et sic in hoc farmaco scamoneam in vno ordine ponemus. Secundum solutiuorum faciemus et in hoc ponemus puluerem yere epithimum mirobalanos. Tertium ponemus digestiua et sic habemus tertium quod erat considerandum ex parte totius compositi. et in isto tertio apparet quartum scilicet que sit proportio eorum ad inuicem. sed quia proportio attenditur penes excessum vnius ad alterum. sed talis excessus potest attendi in medicinis simplicibus mixtis ad inuicem vel in ordinibus suis sicut digestiua ponunt et non plura numero solutia

vero econtra. Ordines solutiuorum possunt esse plures numero ordinibus digestiuorum vt patet in presenti farmaco si consideras. quia solutiua simplicia sunt plura digestiuis. Item ordines solutiuorum sunt plures numero ordinibus non solutiuorum. Secundo potest attendi excessus quantitatis eorum quia de vno farmaco ingreditur. ʒ. i. in aliquo composito. de altero vero sumatur maior quantitas vt. ʒ. ii. aut ordo solutiuorum excedit in hoc composito ordinem digestiuorum in quantitate. et hoc quia plures. ʒ. solutiuorum sunt de non solutiuis autem ponit. ʒ. s. Tertio potest attendi iste excessus ratione gradus siue virtutis in quo maxime consideratur siue attenditur proportio et excessus. eo quod excessus virtuosus in omnibus rebus est excellentior quantitatis numeroso sine discreto vt ponit Galienus in fine sexti de ingenio sanitatis. et in isto tertio scamonea in huius farmaco excedit omnia simplicia farmaca. est enim excellentissime virtutis solutiue. licet in numero excedatur ab aliis. quia illa sunt quattuor et de quantitate cuius de illa in toto composito sint. 8. diuidunt enim quattuor. ʒ. in duas medietates et sic in toto erunt octo partes quarum vna erit scamonee. in ista proportione horum ad inuicem tam ratione numeri quam ratione virtutis simplicium farmacorum. aut istorum ordinum statim apparet quid sit gradus compositi farmaci. Nam quia denominatio debet fieri ab eo quod excedit ratione gradus siue virtutis compositi farmaci sicut scamonea in huiusmodi composito farmaco. ideo ipsum ponemus in quarto gradu solutiuorum scilicet in principio eius. quia ipsum non est totum ex fortissimis medicinis. vnde non est solutiuum sic sicut si esset scamonea pura. Nam et in solutiuis quattuor gradus distinguuntur vt quia ponimus in primo gradu solutiuorum aquam lactis syrupum violatum mel ro. colatum. In secundo vero ponimus tamarindos cassiam fistulam manam et similia. In tertio ponimus polipodium. reubarbarum et similia In quarto scamoneam serapinum colloquintidam et similia. Ex hoc apparet quintum quod erat considerandum ex parte totius compositi que pars potest dici dosis. Est sciendum quod dosis dupliciter potest inueniri. vno per scripturam que ab auctoribus ponit. talis farmaci simplicis vel compositi dosis est. ʒ. ii. vel. ℈. i. Alio modo potest inueniri ratiocinatiue tam in simplicibus quam in compositis. Nam dosis est quantitas determinata vel pars aliqua farmaci simplicis vel compositi que de se est apta nata facere operationem sufficientem et non diminutam et non superfluam. Et dico quod de se quia ratione corporum vel humorum quandoque potest facere superfluam vel diminutam. Et per hoc quod in uenis non est propria dosis de se semper est apta nata facere operationem superfluam. ¶ Modo dico si dosis ab auctoribus non ponitur, possumus eam ratiociatiue inuenire. Nam hec dosis non est punctualis ita quod consistat in indiuisibili. sed habet latitudinem quia distinguitur dosis cuiuslibet farmaci simplicis vel compositi per tres mansiones quia quedam est cuius dosis minor est vt scamonee. v. grana. quedam maior. xv. grana. quedam media vt que in medio horum consistit. Hoc autem ratiociatiue sic colligere possumus. quoniam farmacum cuius dosim querimus aut est in primo gradu virtutis vbi gratia in solutiuis ponimus quia in his magis querimus dosim vt serum lactis syrupum violatum et tunc dosis horum incipit ab. ʒ. i. et tendit vsque ad. v. vel. vi. secundum gradum quem optinet iter solutiua primi gradus inferior aut media minor et maior. potest enim ad quartum vel sextum octauum et etiam esse in medio. Aut tale farmacum est in secundo grado solutiuorum. et huius dosis incipit ab. ʒ. s. et vadit vsque ad. ʒ. ii. ut meª me° modo. Si vero ponitur in tertio gradu minor dosis eorum incipit a. ʒ. i. et tendit vsque ad ʒ. iii. vel quattuor Si vero ponitur in quarto gradu dosis minor incipit a granis duobus et tendit vsque ad. ℈. vel. ʒ. i. ad plurimum et isto° diuersificatur secundum diuersitatem in mansionibus suis. et hoc erat quod erat attendendum ex parte dosis siue quantitatis determinate partis composite. Sed ex parte vtriusque attendendum est. quod quia eadem est proportio simplicium farmacorum in qualibet parte compositi aut ordinis ipsorum simplicium que est in eorum toto composito. et hoc cum totum sit vnius rationis omnes videntur recipere totius denominationem. ita quod que est proportio solutiuorum in toto farmaco talis est eorum in qualibet parte compositi. oportet primo inuenire dosim vnius cuiusque simplicium dominantium in composito maxime ratione gradus vel virtutis. ab istis enim vt dictum est denominatur totum compositum. Secundo oportet scire quod si hoc farmacum virtutis fortis componitur cum adiuuantibus ipsum debet poni minor dosis sua. et si ponatur cum contrariantibus ipsi debet poni maior dosis. Si vero non iuuatur nec nocetur debet poni media dosis. Ita ista forte fuit vna ex causis propter quas auctores doses cuiuslibet farmaci sunt partiti in tres mansiones.

¶ Restat predicta applicare ad opus vt in predictis descriptionibus statim dicam exemplum. verbi gratia ex hoc farmaco dicitur deberi fieri pillulas magnas. et ideo dicuntur magne quia in modica quantitate magnum et sufficientem effectum inducunt. Inuestigamus ergo in hoc farmaco dosim sufficientem et competentem primo attendentes ex parte totius compositi et inuestigabimus ea que dicta sunt Inuestigemus ergo virtutem sue qualitatis. hec autem qualitas est illa que ex simplicibus in composito resultat. quia igitur omnia illa simplicia sunt solutia vel adiuuantia solutia totius etiam farmaci virtus solutia erit Secundo oportet inuestigare eius quantitatem quia eius quantitas est indeterminata. ideo oportet determinare eam vt scamonee. ʒ. i. ponitur yere. epithimi sticados ana. ʒ. ii. mirobalanorum. ʒ. i. tunc totius compositi quantitatis est. ʒ. 8. Tertio oportet inuestigare numerum simplicium et diuersitatem eorum. simplicia sunt. v. et diuersitas eorum est quia quedam eorum sunt solutiua quorum quedam sunt debilia et quedam fortia. quedam digestiua et quedam non. ¶ Ex his omnibus faciemus tres ordines ¶ Primus est digestiuorum. ¶ Secundus solutiuorum debilium in quo ponemus puluerem yere epithimi mirobalanorum. ¶ Tertius fortium solutiuorum in quo ponemus scamoneam. ¶ Quarto oportet inuestigare proportiones et illam sic consideramus. ipsa sic se habet quod debilium solutiuorum sunt quarte. ii. s. non solutiuorum fortium scamonea scilicet est. 8. pars et respectu

totius compositi. Solutiuorum non fortium sunt partes .v. verum est tamen q quando digestiua sed adiuuantia solutiua ponenda sunt in numero solutiuorum debilium. Et si hoc modo faciemus ponemus totum farmacum solutiuum esse ex solutiuis eius ex quartis .iii. s. debilium solutiuorum et octaua fortiorum et sic patet proportio simplicium in toto composito. Reliquum vero est inuestigare huius farmaci gradum .gradus enim ex predicta proportione inuenitur .verbi gratia vt dictum est nam in hoc farmaco composito farmacum ponitur maxime solutiuum quod est scamonea .et ponitur ipsius quantitas sufficiens quia tamen alia pars totius compositi maior est .sed solutiuorum adiuuatiuum super opere scamonee ponuntur due partes ideo totum farmacum non potest poni in gradu fortissimorum solutiuorum propter solutiua non fortia que ibi dominantur in quantitate.nec potest poni in gradu primo scilicet solutiuorum debilium quia ibi dominatur in virtute .propter quod ponendum esset in medio solutiuorum secundi gradus et quarti nunc autem. quia excedens in virtute est magis dignum vt ab eo fiat denominatio.propter hoc farmacum magis declinat ad gradum fortiorem q minorem et sic est in fine tertii gradus. Ut ergo inueniamus propriam dosim farmaci huius oportet attendi illud quod dicebatur ex parte totius compositi farmaci. Dicebatur enim q tota hec dosis quandoque ab auctoribus subscripta vt hic ponitur farmaci .ʒ.ii.quandoque non ponitur.vnde ipsa rōciatie inuestigare oportet.aut dato q ponatur inuestigare vtrum conueniens sit aut non .quomodo hoc inuenimus certe oportet conjecturari sue virtutis gradum .quia gradus huius farmaci est quia ponimus in fine tertii gradus et quia dosis horum solutiuorum incipit a .ʒ.i.et tendit vsque ad.iiii. Sed vt magis determinate ipsam inuestigamus oportet addere illud quod dicebatur ex parte vtriusque .propter quod oportet attendere dosim propriam dominantium et maxime in virtute vt in hoc farmaco scamonee a ℈.i.s vsque ad tres .verum quia ponitur cum farmacis adiuuantibus oportet ponere dosim minorem. oportet enim tantam quantitatem totius compositi accipere in qua non sit de scamonea vltra .v.℈. Et adhuc scire debes predictam regulam generalem q eadem est proportio farmacorum in toto composito et in qualibet parte .et quia in toto composito est pars illa scamonee et in qualibet parte esset illa pars eius.accipiatur ergo dosis huius farmaci que ponitur in littera scilicet.ʒ.ii.videamus an sit conueniens dosis in his.ʒ.ii.8.pars est scamonee et dimidia dosis est ℈.9.quia octaua pars est quarta ʒ.i.scamonee que est ℈.xv.que est maior dosis scamonee quia hic est composita scamonea cum aliis farmacis solutiuis.et quia sic est oportet q ponatur dosis minima quia ibi solutiua ad inuicem vniunt operationem scamonee .ideo dosis hic posita est nimis magna et ideo non est danda . Nam si esset aliquod solutiuum cum.vii.granis scamonee adhuc per se esset maxima dosis .propter quod non damus illius farmaci .ʒ.ii.quia in.ʒ.i.illius farmaci erant ℈.vii.scamonee et illa est sufficiens dosis quando est composita cum aliis solutiuis et maxime quando non est ibi solutionem eius prohibens et cetera. Et sic patet q illud dictum Aui.est verum scilicet q inducit ignorans ad interficiendum.Et propter

hoc illud dictum erit in memoria cuiuslibet medici prudentis .Et per hunc modum in ceteris solutiuis est particularis dosis propria inuenienda.sed non expectes vlterius q amplius tibi scribam particulariter. Nam per hoc intelligens poterit de se de ceteris inuestigare solutiuis et aliis farmacis et sic huic operi imponitur finis. Laus deo patri et gloriose virgini.

Tractatus de gradibus medicinarum simplicium et modo dosandi .Et primo de gradibus medicinarum temperatarum.

A Medicine temperate .

Aurum. margarita . capillus veneris.borax . radix lilii.manna. cassia fistula.smaragdus .

Herbe calide in primo .

Absinthium .borago fumus terre.eupatorium.sticados.coriandrum.ozimum.spica cel.camomilla tribulus.cuscute.spica nardi .altea .

Flores calidi in primo .

Camomille . enule.lilii.altee .

Semina calida in primo .

Altee.trifolii.sisami.ozimi.attriplicis.cuscute.

Radices calide in primo.

yreos.aristologie vtriusque . agarici.

Frondes calidi in primo.

Lauri.camomille.aristologie vtriusque.

Fructus calidi in primo .

Amigdale dulces .iuiube.mirobalani citrini.mora matura.oliua matura . canna mellis .

Lignum calidum in primo.

Fu idest valeriana .

Grana calida in primo.

Tritici.rizi.cardamomum.cicer album.orobum. cubebe.

Succus calidus in primo .

Aloe .laudanum sarcocola.storax.

Uene calide in primo .

Nitrum album .

Carnes calide in primo .

Porcina.camellina vrsina.passerum iuuenum. anatum. fasianorum.equina.pullina .

Herbe calide in secundo.

Polium.amomum affodili. prassium. catapucia. anetum .aloe.centaurea.ciperi.menta.feniculus.

Semina calida in secundo.

Semen apii.aneti.pastinace .rafani.croci ortensis. ballamite.fenu grecum.vrtice.dauci.

Flores calidi in secundo.

Flores croci ortensis.bulbi.affodilli .

Radices calide in secundo .

Radix apii acori.squille.peonie.feniculi.capparorum .assari .ciperi.

Ligna calida in secundo.

Reubarbari.xiloballsami.garyophilli.ligni aloes.corticum thuris .

Folia calida in secundo.

Folia citri.lene .tamarisci .

Fructus calidi in secundo.

Nuces muscate .macis.vue mature.fistici .datili. amigdale amare.vue passule .ficus sicci.nuces.

Grana calida in secundo .

Cautebrum.luxim.cicer niger.faseoli.grana citri.

Gumme et succi calidi in secundo .

Aloes . mel. mastix. mirra. lacca. balsamum. thus. bdeliuz.
¶ Uene calide in secundo.
Sal gemma.
¶ Superfluitates animalium calide in secundo.
Muscus. vrina. ambra.
¶ Herbe calide in tertio.
Enula. siseleos. ypericon. camepitheos. sansucus. calamentum. origanum. ruta domestica. appiuz. thimum. camedreos. ysopus. mentastrum. pulegium. porrum squinantum.
¶ Semina calida in tertio.
Petrosillini. emeos. anisi. cardamomi. carui. epithimi. nigelle. cimini. sileris. rute doestice. eruce.
¶ Flores calidi in tertio
Sambuci. squinanti.
¶ Radices calide in tertio.
Enule. meu. idest paucedani. squinanti. diptami. ceparum. ellebori vtriusqz. hermodatili. serpentarie. centauree. doroici.
¶ Calide in tertio.
Gentiana. pollipodium. cassia lignea. turbith. galanga. piper longum. cinamomum. costum.
¶ Folia calida in tertio.
Oleandri. nucis daz. colloqnintide.
¶ Fructus calidi in tertio.
Nux muscata. cathapucia colloquintida. cucumer asininus
¶ Grana calida in tertio.
Piper longum.
¶ Gumme ⁊ succi calidi in tertio.
ysopus humida. pix naualis. assa fetida. gummi iuniperi. oppoponacum. galbanum. scamonea. serapinum. euforbium. pix liquida. armoniacum.
¶ Uene calide in tertio.
Magnes. sal gemma. mumia. nitrum.
¶ Herbe calide in quarto.
Ruta siluestris. nasturtium. napellus.
¶ Semina calida in quarto.
Sinapis. ceparum. rute agrestis. nasturcium.
¶ Lignum calidum in quarto.
Taplia. piretrum.
¶ Fructus calidi in quarto.
Anacardum.
¶ Grana calida in quarto.
Piper nigrum. bacce lauri.
¶ Uene calide in quarto.
Argentum viuum. calx. flos eris. vitriolum. es vstum. sulfur. sal armoniacum.
¶ Herbe frigide in primo.
Mercurialis scariolla. malua. caulis. endiuia. acetosa. iuniperi.
¶ Semina frigida in primo.
Malue citoniorum. plantaginis.
scariolle. melonis cucurbite. rosarum cucūerum.
¶ Flores frigidi in primo.
Rosarum. pirorum. amigdalarū. salicis. maloꝝ.
¶ Fructus frigidi in primo.
Glandes. oliua immatura. cerasa. pruna. pira. tamaridi coctana oēs mirobalani.
¶ Grana frigida in primo.
Amidum. fabe. panicum. ordeum.
¶ Succi frigidi in primo.
Accatia acetuz.
¶ Uene terre frigide in primo.
Bollum armenum. litargirū. chimolles. cachimia lateres. argilla.
¶ Carnes frigide in primo.
Porcina. leporina. caprina ceruina. coturnicis. caro piscium recentium. bouina. mullina asinina.
¶ Herbe frigide in secundo.
Memithe. pentafilon. psilium. lactuca domestica
¶ Semen frigidum in secundo.
Lactuce domestice.
¶ Flores frigidi in secundo.
Uiolarum. nenufaris. balaustiarum. fabarum.
¶ Radices frigide in secundo.
Mali granati. arnoglose.
¶ Folia frigida in secundo.
Folia salicis.
¶ Fructus frigidi in secundo.
Galla imatura. crisomilla. mora. persica cucumeres. citrulli sorbe. melones.
¶ Grana frigida in secundo.
Berberis. sumach. citoniorum.
¶ Gumme ⁊ succi frigidi i secūdo.
Draganti. gummi arabici.
¶ Uene frigide in secundo.
Lapis ematitis. lazuli. allumen. cerusa. plumbū.
¶ Herbe frigide in tertio.
Uirga pastoris. spuiua. ypoquistidos. portulaca.
¶ Semina frigida in tertio
Psilii. portulace. papaueris albi.
¶ Flores frigidi in tertio.
Papaueris albi.
¶ Ligna frigida in tertio.
Sandali.
¶ Fructus frigidi in tertio.
Poma mandragore.
¶ Gumme ⁊ succi frigidi in tertio.
Caphora. sanguis draconis. succus ypoquistidos.
¶ Uene frigide in tertio.
Gipsum. spodium. ferrugo.
¶ Medicine frigide in 4°.
Semen iusquiami. opium. antimonium. argilla. thucia. papaueris nigri.
¶ Herbe sicce in secundo.
Absinthium. virga pastoris. cinabrum. porrum eupatorium. raffanus. anetum. pentafilon. catapucia. ozimum. coriandrum. scariolla. cuscute. spica celtica. memite. nasturcium. ℥. fumus terre. affodillus. caparis. menta.
¶ Semina sicca in secundo.
Apii. coriandri. accori. plantaginis.
¶ Flores sicce in secundo.
Rosarum. crocale croci ortensis ballaustiarum. affodilorum.
¶ Radices sicce in secundo.
apii. assari. feniculi aristologie longe. arnoglosse reubarbari cinamomi. saꝝ. tamaras. ebanum. omnes sādali. peucedāi idest meu. peonie. mali gnati squille agarici. su.
¶ Frondes sicce in secundo.
Salicis uitium. oliue. citri. oleandri. colloquintidarum. serpentarie. lauri.
¶ Fructus sicci in secundo.
Glandes. citri. amigdale amare. sorbe. nespila. coctana pira. nux mus. mirobalāi. mora imatura.
¶ Grana sicca in secundo.
Panicum. berberi. milium. lupini. anisi.
¶ Gumme ⁊ succi sicci in secundo.
Aloes. vinum nigrū. mastix. armoniacū. galbanū.

balsamum. mel. thus. mirra.

Herbe sicce in tertio.

Foliū. siseleos. pulegium. timum. ypericon. ysopus calamentum. origanum. squinātum. ypoquistidos ruta domestica. prassium.

Semina sicca in tertio.

Petrosillini. cimini. urtice. ameos. carui. nigelle. rute domestice. cordumeni rafani.

Radices sicce in tertio.

Squinātum. elebori utriusq. diaptami. termētille. bemodatilli. serpentarie.

Ligna sicca in tertio.

Gentiana. costum. tapsia. cassia lignea. turbith. piper longum. galanga.

Gūme et succi sicci in tertio.

Accatia. assa fetida. scāonea. oppopōacū. euforbiū. ypoquistidos. serapinum. gumma iuniperi. pix. omnis.

Uene sicce in tertio.

Magnes. nitrum. sal gemma. mumia. castoreū. aspaltum. ferugo. sapo.

Herbe sicce in quarto.

Ruta silvestris. nasturcium.

Semina sicca in quarto.

Sinapis. nasturtium. papaueris nigri.

Lignum siccum i 4°

Piretrum.

Fructus sicci in 4°

Anacardi. piper nigrum.

Uene sicce in 4°.

Calx. vitriolum. flos eris. sulfur.

Herbe humide in p°.

Enula. mercurialis. borago. lactuca.

Semina humida in p°.

Altee. pastinace. attriplicis.

Flores humidi in p°.

Fabarum. faseolorum.

Ligna humida in p°.

Liquiritie. mora. matura. iuiube. uua matura. cāna mellis. amigdalarū dulcium.

Gūme humide in p°.

Dragantū. laudanū. bdeliū.

Uene humide in p°.

Plumbum. chachimia auri et argenti.

Herbe humide in secundo.

Altea. portulaca. atriplex. psilium. malua.

Semina humida in secundo.

Milue. portulace. nenufaris. sisami.

Fructus humidi in secundo.

Persica. cucurbite. melones. citrulli. cucumeres.

De humidis in tertio.

Semen papaueris albi. florum violarum.

Primus canon.

Medicinarum temperatarum non est determinata dosis. ex quo q̄to plus de illis exibetur tanto maior sequitur confortatio. ex quo sequitur q omni hora licet medico exibere medicinam temperatam siue ab intra siue ab extra. ab intra si tollerat stomachus et educta replectione. ab extra vero faciendo epithimata circa cor. ita tamen q omne epithima determiat propriam qualitatem sibi et dosim. et determiabitur i capitulo proprio de epithimathibus.

Secundus canon.

Nulla frigiditas sensibiliter ledens aliquod membrorum corporis humani potest sufficienter expelli per aliquam medicinam simplicem calidā in primo sed per medicinam ex his compositam ex eo q quando componitur medicina. ex his medicinis supradictis non resultat medicina potēs in calefactiendo ultra gradum primum.

Tertius canon.

Frigiditas percepta in corpore humano non notabiliter ledens corpus humanū potest sufficienter expelli per istas medicinas.

Quartus canon.

Oportet medicum prudentem volentem expellere malam complexionem frigidam existentē in corpore humano. Primo incipere ab istis medicis supradictis deinde descendere ad fortiorem quoniam non est determinatus gradus frigiditatis peccantis. cum vero viderit medicus ista non proficere signum est frigiditatem peccare in maiori gradu q̄ in primo.

Quintus canon.

Nihil deterius est medico applicare ex multis supradictis ex quo remittit' virtus unius a virtute alterius propter frigiditatem admixtam. Ex q° sequitur correlarie q optimū est perficere receptas breuiores q̄ possit.

Sextus canon.

Licet medicine supradicte possint multipliciter applicari puta aut applicando earum aquas aut eas puluerizando aut ex his componendo syrupos Nihil est melius q̄ eas localiter applicare mediante sacl'o epithimate l' embrocatione.

Septimus et ultimus canon.

Ad remouendum ventositatem et ad resoluendū nihil melius est q̄ in primo applicare has medicinas simplices calidas in primo. Quandocunque sunt due medicine concurrentes ad compositiōeȝ tertie et una sit debilis virtutis et altera fortioris virtutis debet medicus componens ponere maiorem quantitatem medicine debilis respectu q̄titatis medicine fortis ut est comparando camomillam ad euforbium.

Octauus canon.

Medicus absolute. debet ponere paucam quantitatem medicine que est velocis operationis in cōponendo q̄libet medicinam. medicina auteȝ dicitur velocis operationis que siue fuerit sumpta in parua quantitate siue in magna facit propriam operationem ut sunt frigida in quarto. ut oppiū et etiam calida in quarto. Ex quo sequitur correlarie q non licet transcendere quantitateȝ. ℈. in'dando medicinam opiatam simpliciter. et notant' dico simpliciter quoniam sunt alique medicine opiate de quibus medicus potest dare usq ad. ℥. ii. ut philonium et requies. sed ista dicuntur opiata cōrecta aliqualiter.

Nonus canon.

Medicus debet operari cum medicina simplici exempli gratia exibendo camomillam in remouēdo dolorem ex ventositate. Et si iste non prosunt debet venire ad medicinam compositam ex medicinis supradictis. quibus stantibus aduertendum est q licet medicine suprascripte possint applicari uno modo ex his conficiendo syrupos ut declarabitur de modo componendi syrupos inferius.

Posset etiam applicari dando ex his pillulas vt i
ferius patebit .tamen applicando eas localiter est
melius vt declaratum est hoc modo aut conficiē
do epithima aut embrocationem. et hoc .aut cuȝ
spongia aut cum saculo .primum ⁊ secundum de
clarabitur inferius .Pro tertio notate ꝙ quatru
plr a medico applicatꝫ saculus .vno modo facien
do ex his sacculum stomachalem . Alio modo fa-
ciendo ex his saculum capitalem .tertio modo fa
ciendo ex his saculum cordialem.quarto modo fa
ciendo ex his saculum vniuersalem respectu cuius
cunque partis corporis hūani.Et differunt isti sa
culi ex parte modi componendi ⁊ ex parte figure
⁊ forme .Ex parte componentium hoc modo ga
si medicus facere debet saculum capitalem debet
facere ipsum ex medicinis respicientibus cerebrū
vt sticados ⁊ maiorana ⁊ huiusōi vt dicet̄ inferius
Similiter vero debet facere saculum cordialem
ex medicinis respicientibꝫ cor.Sed hic nota quia
nil melius in faciendo saculum cordialem pro cō
fortatione cordis ꝙ facere ipsum ex medicinis tē
peratis ⁊ ideo praticantes volentes facere saculuȝ
cordialem componunt ipsum ex speciebus tempe
ratis cordialibus .aut ex speciebꝫ ellectuarii ō gē
mis ⁊ huiusmodi.Similiter diuersificātur alii sa
culi secundum diuersitatem membrorum lesorū
Differūt etiaȝ isti saculi ex parte figure quia sacu
lus capitalis debet esse figure oblonge dummodo
non transcendat longitudinem sex digitorom.s.
ad modum quadranguli cuius duo latera equant̄
⁊ alia dua non equantur .secundum autem latitu
dineȝ non transcendat quantitatem quattuor di
gitorum ⁊ hoc mensuratur ad modum mensure
prime .Saculus autē stomachalis debet esse t'an
gularis figure scutalis .Et similiter cerotum stō
chale cuius ceroti stomachalis acuta pars tangat
os stomachi .pars vero obtusa debet vgere versus
īferius .Saculus cordialis debꝫ esse quadratus ꝫ
angulos equales .aliquando tamen saculi fiunt vt
plurimum oblongi ⁊ ita saculi ad epar fiunt ⁊ sic
aliis ō membris .Longitudo auteȝ saculi cordial̄
ē vsqȝ ad.8.digitos latitudo vsqȝ ad.5.Prīt ȝ° is
ti sacli.Nā saculus capital̄ ⁊ cordis vt plurimū fi
ūt ex pulueribꝫ ⁊ medicinis pulueriȝatis.alii autē
fiunt ex herbis paulatim contusis aut ex seminibꝫ
aut ex foliis aut succis vt patebit inferius vbi de
terminabitur ō dosi propria quā debꝫ haber̄ me
dicus componēdo istos saculos.Et vt ista melius ī
telligantur . nota ꝙ post medicinas calidas in
primo requiruntur medicine calide in secūdo su
pratacte ⁊ cet.

¶ Modus dosandi vnam quāqȝ medicinam.

Postꝙ declaratum est que sunt me
dicine simplices quibus vtuntur
medici in componendo syrupos
medicias laxatiuas vnguenta em
plastra et cet.Nunc restat vt inci
piamus dosare vnam quaque medicinam . ¶ Et
primo dosabuntur medicine digestiue. ¶ Secun
do medicine laxatiue . ¶ T° confectiones. ¶ Q°
epithimata ¶ Quinto embrocationes. ¶ Sexto
vnguenta. ¶ Septio emplastra . ¶ Octauo cero
ta . ¶ Nono trocisci . ¶ Decimo rob. Quantum
ad primum de dosatione medicinarum digestiua
rum notandum ꝙ medicine digestiue exhibentur
sub duplici forma .quedam exhibent̄ sub forma
syruporuȝ.⁊ ille sunt duplices .quedaȝ sunt magi
strales ⁊ quedam consuete .Quedam autem exhi
bentur sub forma aquaruȝ. ⁊ ille sūt duplices.aut
exhibendo aquaȝ distilatam aut exhibendo aquā
in quo fuit decoctio medicinarum ad propositū
medici .Si autem medicus voluerit dare syrupū
compositum teneat hanc regulam firmam ⁊ so
lidam.ꝙ non licet transcendere .ʒ.ii.syrupi licet
dosis consueta sit.ʒ.i.ſ.neqȝ transcendere. ʒ. iii.
aquarum pro quaque vice . ¶ Secunda regula ē
si voluerit syrupum clarificare vt efficiatur magis
placidus assumenti . debet assumere subduplam
quantitatem vltra quantitatem supradictam.vt
facta clarifitatione ⁊ resolutione per ignem mãe
at in debita dosi.Et similiter intelligendum ō sy
rupis ⁊ aquis miscendis cum syrupo . ¶ Tertia re
gula ꝙ melius est dare syrupos non clarificatos
quoniam melius operantur ⁊ hoc stante materia
acuta . ¶ Quarta regula ꝙ sicut dictum est de cla
rificatione .ita dicendum est de aromatiȝatione
ꝙ si medicus voluerit facere syrupum aromatiȝa
tum accipiat quantitatem descriptam in secunda
regula vt facta aromatiȝatione remaneat in debi
ta dosi .Et vt melius declarentur limitemus exē
pluȝ ī vnaquaqȝ parte .Et primo incipiamus a sy
rupis respicientibus stomachum quibus pratican
tes vtuntur qui sunt duplices quidam respiciunt
materiā frigidam quidam calidam.Sirupi respi
cientes materiam calidam sunt isti rosatus viola
tus iulep rosatum de endiuia geleniabim .Siru
pi respicientes caput lapsum ad calidum sunt isti
syrupus de nenufare diarodon quē ponit Mesue
violatus etiam .Syrupi respicientes materiā fri
gidam sunt syrupi de absinthio de menta oximel
squiliticum ⁊ cet.Syrupi respicientes materiam
colericam calidam in splene sunt syrupi de epithi
